BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
10 M
21

VDALRICHI ZASII IVRISCONSVLTI CLARISSIMI

RESPONSORVM Iuris Ciuilis libri II. INTELLECTVVM item ſingularium in uaria Iuriſconſultorum ueterum reſponſa libri duo, acceſſione non modica ex ipſius autoris monumentis locupletati.

Addidimus Tractatus aliquot ex eiuſdem autoris officina profectos, quorum catalogum ſequenti pagella reperies.

Omnia hæc ſumma fide ac diligentia recognita, & emendata.



LVGDVNI,
APVD ANTONIVM
VINCENTIVM,
M. D. XLV.

BIBLIOTECA NAZ
ROMA
VITTORIO EMANUELE

S. Andrea della Valle.

HAEC SVNT QVAE HOC *continentur uolumine.*

Reſponſorum Iuris Ciuilis libri II.

Intellectuum ſingularium in uaria Iuriſconſultorum ueterum reſponſa libri II.

Tractatus gloßarum in aliquot leges.

Antinomiarum dißolutionum partes duæ.

De ſubſtitutionibus tractatus.

Defenſio contra Petrum Stellam Aurelianenſem.

De Iudæis quæstiones tres.

Apologia ad Ioannem Eckium.

INVICTISS. ET SERENISS. PRINCIPI ET DOmino noſtro, domino Ferdinando, Principi & infanti Hiſpaniæ, Archiduci Auſtriæ, Burgundiæ, &c. Romani Imperii locum tenenti generali, Domino clementiſs. Vdalrichus Zaſius LL. & Doctor, & Ordinarius Friburgenſis, ſeſe commendat.

TAMETSI, ſereniſsime Princeps, legaliũ ſtudiorum diſciplinæ ultrò & ſint pulcherrimæ, & omnem in partem, non ſolùm dictionis elegantia, ſed etiam deciſionum æquitate abſolutiſsimæ: ſcriptorum tamen commẽtariis, interpretationis ſiniſteritate, aliiſq; immodicis erroribus pleriſque in locis malè habitas eſſe, ſatis cognitum eſt: ſiue illud rei Latinæ, aliarumq; bonarum literarum ignorantia factitatum ſit, ſiue quòd maiores noſtri opinionum fluctibus plus nimium indulſerint: cùm autem omnia toto iam orbe præclara ſtudia, germanæ ſynceritati redderentur: non erat committendum, ut ſaluberrimæ illæ legales doctrinæ, in errorum tenebris diutius uoluerentur. Quo nomine & annis iam ſuperioribus Gulielmus Budęus, uir Gręcè & Latinè doctiſsimus priores Pandectarum libros, rei Latinæ non mediocri cum profectu, & idipſum elegantiſsimè reſtituit. Deinde Alciatus, uir Iuris ciuilis cum uno aut altero facilè princeps, & idẽ utriuſq; linguæ peritiſsimus, quod ad legales deciſiones attinebat, in Paradoxis, & item in Diſpunctionum, aliiſq; ſuis libris, complures Iuris ciuilis locos ex iuſto illuſtrauit, perpurgatiſq; male lotis erroribus, & luci reddidit, & ueritati. Quorum honeſtiſsimo labore animum ſumentes, & nos quoque nonnullos Iuris ciuilis locos ab opinionum carcere, à ſiniſtrarum interpretationũ clauſtris liberauimus: non ueriti uel contra Accurſium, nedum aliorum Doctorum ſenſa, ueriores inquirere intellectus. Quos cum ſperamus nos eſſe adſecutos, (ex textibus enim & uiuis rationibus noſtra fundauimus) neminem ex bonis uiris futurũ credimus, qui denſiſsimã iſtam

prioris ſeculi opinionũ nubem,relicta ueritate,amplecti deinde cupiat. Colleginus autem alia quædam,quæ & Iuris ciuilis ſynceritati commodãt,& Singularibus reſponſis adſcribi iure poſsint,quæ futurus fortaſſe annus proferet,dum pręſentes noſtros labores æquioribus fatis exceptos cõperero: nam modica iſthæc(periculum facturi)quaſi uelitando ædidimus. Quicquid id lucubrationis ſit,illuſtriſs.Princeps,tuæ illuſtriſs.Maieſtati dedicare uolui:nõ quòd dignum ullo pacto munus iudicem,ſed animum in te affectatiſsimum,maxima quæq; ſi poſſem tua cauſa adeundi,declarare uolui.Nam præterquàm quòd immortali munificentia, tua me Maieſtas adfecit, priuilegio laudatiſsimo,& eo prorſus raro, meæ ſenectæ prouidendo:tanto tamẽ uirtutum cumulo illuſtraris, tot inſignes dotes optimo dignas Principe exhibes, ut non iniuria in ſubiectiſsimam tui uenerationem optimus quiſq; procliuis & promptus eſſe debeat. Enarrarem hìc qua animi altitudine,qua ſingulari prudentia,qua cõſilii grauitate,qua rurſum clementi benignitate & in bonos omnes beneficẽtia, qua item inſigni eruditione,qua doctrina conſpicuus redderis,aliaſq; innumeras generoſiſsimi animi tui dotes recenſerem:ſed non poteſt eam amplitudinẽ recipere epiſtolaris breuitas.Hoc tacere non poſſum,tanto te in meliora ſtudia feruore inardeſcere,ut in multis præclariſsimis uirtutibus nihil tibi prius ſit,quàm eos fouere,eos tua ornare munificẽtia,ad te uocare,in conſiliis habere,qui ſolidioris doctrinæ & fama & opinionę ſunt conſpicabiles.Teſtari hoc poſſunt præclariſsimi uiri,Hieronymus Baldugnus Iurecõſultorum eloquẽtiſsimus,&eloquentium Iureconſultiſsimus,uir præſtans ingenio & memoria incredibili:atq; adeò meliorum literarum cognitione undecunq; doctiſsimus Ioannes Faber, Iacobus Spiegel,ambo Iuris profeſſores famigerati:quorũ hic à conſiliis,ille à libellis tuæ inſeruiunt Maieſtati:ambo eruditione inſignes,rei Latinæ elegantia inter ſelectos numerandi: humanitate,fide,amicitia,integritate,omnibus numeris abſoluti,ut interim alios taceam. Iure igitur & meritò feciſſe me arbitrabor,qui has meas lucubrationes illuſtriſs. tuæ dedicauero Maieſtati,ſubq; tuum illud ſtudiorũ dominans patrocinium,noſtratia iſthæc collocauero:quę cum in Iuris ciuilis tractatu & noua ſint,& magna ex parte inſolita, addimus & pugnantia,contra cõmunes maiorum noſtrorum doctrinas,tutelã potentiſsimi herois non iniuria efflagitarunt,

ut quæ ſint multorum ſubitura iudicium, eorum potiſsimè qui ab opinionum fune pendēt. Tametſi apud bonos uiros, quibus ueritas, & Iuris ſynceritas cordi eſt, ſtationem & locum facilè ſint obtentura. Hos itaq; meos labores, quos pro ueritatibus legalibus adſerēdis ſubiuimus, ſereniſs. Princeps, benignè ſuſcipito, eaq; tractato clemētia, ut palàm teſtatum relinquas, hæc noſtra tuæ Maieſtati placuiſſe. Sic enim & animum amicis noſtris adiicies, inimicis & oſoribus adimes: congratulariq; illi inſtaurato Iure ciuili poſsint, horum uenenata ora compeſcantur. Viue & uale inuictiſsime Princeps.

REVERENDISS. IN CHRISTO PATRI ET DN.

Dn. Ioanni Fabri Epiſcopo Viennenſi, uiro doctiſsimo, Domino ſuo gratioſo, Vdalrichus Zaſius LL. Doctor, & Ordinarius Friburgen. ſeſe commendat.

QVOS Iuris Intellectus, reuerendiſsime pater, ſuperiori tempore ſereniſsimi Principis noſtri Diui Ferdinandi Regis Romanorum nomine & titulo ædideram, rogatu cōplurium ſtudioſorum nunc iteratò formis excudendos dedi, quòd pauciora initio exemplaria prodierint. Ita autē ædidi, ut & additionibus nō ocioſis locupletauerim, adiuncto Subſtitutionum tractatu non ineleganti, quem anno præterito auditoribus meis prælegi: rem planè difficilem, & à Doctoribus Iuris examinatā quidem diligēter, ſed magna cum obſcuritate. Quo loco tuam Paternitatē præſtantiſsime Antiſtes appellare uolui, ut qui illuſtriſsimo Regi noſtro à conſiliis ſis proximus, & doctrinæ eminentia, gloria uirtutis, clariſsimè famigeratus, meos hoſce labores & cōmēdares Diuo Principi (quod & antehac magna cū beneuolentia feciſti) & à maleuolorū detrectationibus, ſingulari tua eruditione aſſereres. Scio tuā Paternitatē nō ſolū in Diui Principis noſtri cōpluribus arduis negotiis, & porrò in ſanctæ fidei noſtræ publica cauſa (cuius tuēdæ gratia toto orbe ampliſsime Præſul fatigaris) eſſe perquā maximè occupatā: ſuffuraberis tamē pro inſigni humanitate tua temporis aliquid, quo meo quoque uoto intendas. Equidē ſi quo ſeruitii genere tibi adeſſe potero, in omnia īperia & iuſſa tua, ut ſemper fui, me paratiſsimū experiere. Vale.

AD INVICTISS-

ATQVE POTENTISS. PRINCIpem & Dominum Dominum Ferdinādum, Cæſarem inclytum, Germaniæ, Hungariæ, atque Bohemiæ Regē, &c. Archiducem Auſtriæ, Ducem Burgūdiæ, &c. Principem optimum maximū, Ioannis Vdalrichi Zaſii LL. candidati Friburgenſis

PRAEFATIO.

QVI artium diſciplinarúmue ſimpliciter omnium encomia cecinere, Cæſar inclyte, alius aliam laudandi rationē attulerunt, qua artem quiſque ſuam ſupra cæteras extollere eſt aggreſſus. Et qui inter eos uerius ac ſubtilius hanc diſputationem ſunt perſequuti, ii ferè aut ab antiquitate, aut ab utilitate eius commendationem duxerunt. Ariſtoteles, ſubiecti generis nobilitatem, in quo genere diſciplina uerſatur, aut rationum certitudinem, maximum hic momentum habere exiſtimauit. Sanè antiquitas non leuem commēdationem rebus ſuis adferre debet: quandoquidem quæ à multis ſeculis per manus hominum tradita fuere, inſignem aliquam commoditatem habere uer[illegible]imilimū eſt. Et rei cuiuſq; uſus, finis eſſe ipſius uidetur: is quanto patet latius, tanto nos tenet potentius firmiúsque eius rei ſtudium. Quis enim improbis laboribus ſequi uolet rem ullam, quæ non aliquam neceſsitatem inſignem ſecū adferat, ſiue ad uitæ priuatæ, ſiue ad rerū publicarum functionem? Hæc ſi ita ſint, ut affirmari eſt neceſſe, fuerit ſanè Iuris ciuilis prudētia, modis dictis, aut omnibus, aut pleriſq;, inter artes cæteras quas coluit hactenus mortalium genus, præſtantiſsima. Et quod ad antiquitatē attinet ipſius, priuſquam de cæteris artibus ac diſciplinis ne cogitatio quidem inter homines eſſet ulla, hanc conſtitutam fuiſſe apparet. Qui enim diſperſos in agris homines, & in tectis ſylueſtribus abditos, ratione quadam in locum unum compulit, & cōgregauit, eosq; in unamquanq; rem inducēs utilem & honeſtam, primò pro-

ptet

pter inſolentiam reclamantes, deinde propter rationem atq; orationem ſtudioſius audientes, ex feris & immanibus mites reddidit ac māſuetos, num ulla alia, quàm Legū ratione uſus, à diuturna conſuetudine homines ſubitò conuertere, & ad diuerſas uitæ rationes traducere potuit? Ita uerò urbibus conſtitutis, ubi fidem colere, ac inſtitutum retinere didiciſſent, & aliis parĉre ſua uoluntate conſueuiſſent: tranquillitate dein ocioq́; ciuili, per leges alias, pulchrè conſtitutis firmatisq́;, tū demum ad artium cæterarumq́; rerum pulcherrimarum inquiſitionem accingi cœperunt homines. Ac primò quidem ſic nata, deinde longius progreſſa ciuilis prudentia, poſtremùm omnibus in rebus pacis ac belli, cum ſummis hominum utilitatibus uerſata eſſe uidetur. Veriſimilimū itaq; eſt, ut & res cæteræ quæ ratione excolūtur pleræq; omnes, ita hanc quoque nullis controuerſiis, uti nunc eſt, implicitam, ſed ſimpliciſsimam tum extitiſſe: neq; multò latiorem interpretationem habuiſſe, quàm in iis fortè rebus, quæ è naturali aut è gentium iure proficiſcuntur, facilemq́; & minimè obſcuram ex hiſce generibus deciſionem accipiunt. Sic enim ab uniuerſalibus rationibus progreſſus fit ad ea quæ ſunt ſingularia, & multiplicem diuiſionem præcedentem habet ipſorum cognitio. Talem Deiocis apud Medos artem quandam iuris primùm fuiſſe apparet, & ſub ipſius quoq; urbis Romæ initiis. Et apud Homerum uatem antiquiſsimum, priſcæ illius ruditatis exempla habētur pleraq;: quo tempore inter permutationem emptionemq́;, non multum inſignem differentiam fuiſſe conſtat: quam poſterior ætas diſtinxit diligentius. Quædam etiam latiora fuere, poſtea uerò in anguſtiorem ambitum ſunt emendata: ueluti, quod maritus in ea quoq; uxore quę uulgaris fuerit, adulterium uindicare potuerit. In quam ſententiam apud Sextum Cæcilium allegātur uerſus Homerici ex Illiados decimo. Sic pleraque alia iuris capita, quodam modo confuſa, necdum perfectionem ſuam nacta fuiſſe uidentur, quibus poſterorum hominum ſagacitas, diligentiorem emendationem admolita eſt: quo tempore reliqua quoq; philoſophia ſubtilius exornari eſt cœpta, atq; inter eam ipſam gentem, quæ in diſciplinis quoq; reliquis, eandem laudem tum fuit aſſequuta. Quo factum eſt, ut Græcorum celebrarentur legiſlatores: ueluti Solon Athenienſium, Lacedæmoniorum Lycurgus, è quorum monumētis poſtremum XII. tabul. leges ad Roma-

nos tranſlatæ fuerunt, quæ Iuri noſtro primum dederunt initium. Inde per hominum ſapiētum interpretationem, in eam amplitudinē aucta fuit ciuilis prudētia tota, ut nullius poſtea gentis reſpublica, hac quoq; in parte Romana felicior extiterit. Sic Iuris huius ſubtilitate ac peritia, ipſas quoq; Græciæ ſcholas & reſpublicas omnes ſtatim æquare, mox etiam longo interuallo ſuperare eſt aggreſſa: neq; deſiit prius, quàm pulcherrimè cōſtitutis firmatisq; domi rebus ſuis, in eam amplitudinem erecta eſſet, ut iis ipſis, à quibus rudiméta legum acceperat, eſſet terrori, à ſe non multò pòſt leges alias, aliaq; iura uicisſim accepturis, conditione ſcilicet ac loco longè impari. Sic cœpta, ſic aucta ferè Legum noſtrarū diſciplina eſt, ſummo cum bonorum omnium applauſu & utilitate, donec in eam molem excreuiſſet Legum uis, ut rationem aliquam nouam poſtulare uideretur, qua tantæ copiæ modus adhiberetur aliquis. Cum enim nouæ in dies actiones, ac negotiorum genera noua emerſiſſent, tot nationibus deuictis, toties rebus auctis: neceſſe erat litibus quoque dirimendis, quæ nouis generibus ac uariis ſubinde naſcebantur, tū legibus quoq; nouis, tum legum priorum interpretatione nunc primum rogata repertaq;, ſubſidium ferre. Quædam cōtrà emendationis gratia adhibita ſunt, quòd quæ prius in ſpeciem, dum ſancirentur, æqua uidebantur, poſtmodum uſus comprobarit nō fieri commodè poſſe. Sublatis itaq; illis, erant alia in locum ſubroganda. Nonnulla aliis quibuſdam modis inter ſe quoq; differentibus ad artem uniuerſam acceſſerunt. Quibus omnibus admirabile non eſt in tantam molem exiiſſe artis totius conſtitutionem, ut emendationem tandem aliquam diligentiorem, imò artis cuiuſpiam certæ, rationem formamq; poſtularet, per quam & Legum, quæ infinitæ propemodum eſſent, multitudo in certum numerum redigeretur, & nouorum in dies ſcilicet emergentium negotiorum ſua quoq; ratio haberi poſſet. Primus autē M. Tullius Cicero, quos equidem nouerimus, talem quandam Iuris methodum cogitaſſe ſe, ſub Craſsi perſona loquens, aliquando dixit. Ita enim ait: Si aut mihi facere licuerit quod iandiu cogito, aut alius quiſpiā, aut me impedito occuparit, aut mortuo effecerit, ut primū omne Ius ciuile in genera digerat, quæ perpauca ſunt, deinde eorum generū quaſi quædam membra diſpertiat: tum propriam cuiuſq; uim definitione declaret, perfectam quidem artem Iu-

ris

ris ciuilis habebit, magis magnam atq; uberem, quàm difficilem atq; obſcuram. Et qui Ciceronis libros legerit oratorios & philoſophicos, nemo difficile hoc factu illi fuiſſe putabit. Sed & qua ratione fieri id potuerit, his uerbis ipſe docuit, in primo de Oratore: Omnia, inquit, quæ ſunt concluſa nunc artibus, diſperſa & diſsipata quondam fuere. In Muſicis, numeri, & uoces, & modi. In Geometria, lineaméta, formæ, interualla, magnitudines. In Aſtrologia, cœli conuerſio, ortus, obitus, motusq; ſyderum. In Grammaticis, poëtarum pertractatio, hiſtoriarum cognitio, uerborũ interpretatio, pronunciandi quiſpiam ſonus. In deniq; ipſa ratione dicendi, excogitare, ornare, diſponere, meminiſſe, agere, ignota quondam omnibus & diffuſa latè uidebantur. Adhibita eſt ergo extrinſecus ars quædam ex alio genere, quod ſibi totum philoſophi aſſumunt, quæ rem diuulſam diſſolutamq; conglutinaret, & ratione quadam cõſtringeret. Sit ergo in Iure ciuili finis hic, legitimæ atq; uſitatæ in rebus cauſisq; ciuium æqualitatis conſeruatio. Tum ſunt genera notanda, & ad certum numerum paucitatemq; reuocáda. Genus autem id eſt, quod ſui ſimilium cõmunione quadam, ſpecie autem differentes, duas aut plures complectitur partes. Partes autem ſunt quæ generibus iis, ex quibus emanant, ſubiiciuntur. Omnia quæ ſunt uel generum uel partium nomina, definitionibus, quam uim habeant, eſt exprimendum. Eſt enim definitio, earũ rerum quæ ſunt rei illius propriæ quam definire uolumus, diſtinctio breuis, & circunſcripta quædam explicatio. Hiſce ego rebus exempla adiungerem, niſi apud quos hæc haberetur oratio, cernerem. Hactenus Cicero. Vtinam uerò feciſſet quoque, quod ſe meditatũ fuiſſe tam manifeſtè & copioſè eſt teſtatus: aut quis olim feliciore aliquo ſeculo exiſtat, Bartolo, aut alio quopiã primi nominis uiro, Iuris peritia non inferior, dialectica, atq; inſtrumento philoſophico omni rectè inſtructus, orationis facultate Vlpiani Iulianíue, aut Pauli æmulus, qui Principis clementem ad iſtud animum nactus ſit, cuius ſcilicet exẽplum autoritatẽq; ſequi, & in cuius leges iurare bona Europæ pars non dubitet. Si quis inquam aut unus aut plures, præſcriptum illud Ciceronianum, aut aliud huic non diſsimile ſequuti, ex quinquaginta Pandectarum libris, & duodecim Codicis, eorumq; appendicibus: itẽ ex Bartoli, Baldi, reliquorumq; paucorum amplißimi nominis & autoritatis primariæ, commen

 tariis,

tariis, non iam centones, ut Tribunianus olim creditur, uir alioqui ſui ſeculi doctiſsimus, ſed Iuris artem cōponant, ſanctionesq; Legum, ſenatuſcōſulta, edictorum interpretamenta, Iureconſultorum placita, interpretum decreta in mores recepta, æquitate prægrauantia, omnia nunc uaga & ſparſa, & nullius certæ artis ratione circunſcripta, ratis firmisq; iuſtæ artis præceptis, quatenus rei natura tulerit, quaſi cācellis quibuſdam concludant: Nimirū res humanæ longè melius quàm nunc conſtitutæ uidebuntur: nec ciuilia iura, quibus homines libertatis retinentiſsimi, æquiſsimo ſeruiunt animo, cuiuſuis ſcripturientis libidini obnoxia expoſitaq; erūt: modò ut Princeps hoc præſtare edicto uelit, quod Auguſtus Iuſtinianus nequiuit, id eſt, ut iis qui ſe Iuris profeſſores dicūt, in eā compoſitionem, ultra ſcholaſticam prælectionem, nihil liceat. Alioqui quis erit litiū finis, ſi nulla certa ſemelq; recepta Iureconſultorum decreta fuerint? Ecquid autem uſqueadeo fixum ratumq; poteſt eſſe, ut non hæc ſiue intemperantia, ſiue impudentia, ſiue ſcribendi libido quædam, & labefactare facilè, & ad extremum conuellere euertereq; poſsit? Id quod ſi non coërceatur tandem aliquando, in dies nobis nouos homines ingenioſos atq; ambitioſos ſuboriri uidebimus, qui alia atq; alia ſubinde orbi terrarū iura condant, qui præteritorum ſeculorum conſtanti perſuaſione recepta abrogare audeant. Ita res exitum hauddubiè non inueniet, cum ſcribentes aucupandæ famæ cupidi (ut eſt humani ingenii natura) dicta maiorum reuellere, Pandectarum ac conſtitutionum ſcripta inuertere, diſtorquere, contorquere, corrumpere, uim antiquorum ſcriptis adferre, uerborum aucupia, ſyllabarum tendiculas, literarum decipulas comminiſci, nihil deniq; nō inceptare, in animum induxerint, illuſtrandi nominis ſui gratia. Nam quod adhuc fecerunt, faciuntq; recentiorum permulti, quid eſt aliud, quàm ius ciuile calumniari, uerbaq; legum captare? id quod Paulus faciendum eſſe negat, titulo, ad exhibēdum. Sed hoc illud eſt profectò, homines ingenioſi iidemq; ambitioſiſsimi, argumentum ſibi præreptum à maioribus, oſtentandorum ingeniorum ſuorum, omnemq; ſcribēdi materiam conſumptam eſſe, ab iis qui anteuertêre, indignantur. Itaque res eò tandem redigetur, ut cenſentes in iudiciis, prout his aut illis autoribus fuerint addicti, & ut in huius aut illius uerba iurarint, quo iure, quaq; iniuria res iudicandas diſtrahant, id quod

quod ſemel tenendum ſuſceperint mordicus retinentes. Hoc uerò quàm ſit pernicioſum, ex uerbis Ciceronis intelligi poterit: Nihil eſt in ciuitate, inquit ille, tam diligẽter, quàm ius ciuile retinendum: etenim hoc ſublato, nihil eſt quare exploratum cuiquam poſsit eſſe quid ſuum, quid alienum ſit: nihil eſt quod æquabile inter omnes, atq; unius aut omnium eſſe poſsit. Hunc ſtatum rerum & litium diſceptandarum, è præſenti Iuris noſtri conſtitutione expectãdum eſſe, quis eſt qui inficiari uelit, cum ſcribentium reſponſa per ſecula alia atq; alia inter ſe pugnent acerrimè? Id autem utrum autore Iuſtiniano faciant, ipſi uiderint: certè eius uerba contrà ſonant: Nobis, inquit, in Legibus magis ſimplicitas quàm difficultas placet. Quis autem genuinam hanc Iuris ſimplicitatem reſtituet nobis, Iuſtiniane Imperator? Quis alius quàm Caroli V. magni Imperatoris inuicta grauitas, & Ferdinãdi Regis prudentia: ut quemadmodum fratrum duorum coniunctio urbis unius & imperii fuit initium, ita uobis autoribus, Legum ſanctimonia priſtinum candorem ſuũ & ſimplicitatem recipiat: tum firmamentum artis quoque aliquod, quò intra certos limites concluſa ſit, nec infinita multitudine ſua malis hominibus tot ineptiarum occaſionem præbeat. Tuæ itaq; Celſitudinis, Rex ſereniſs. maximum iſtud officium, huic diſciplinæ Imperatoriæ pro ſua quoq; parte manum admoliri, illiq; iandiu laboranti implorantiq;, ſaluberrimam hanc opem ferre, delectis uidelicet uiris ad hoc munus ſuſcipiendum idoneis, quorum uirorum cura & prudentia, ueſtris legibus ſuus reſtituatur candor, ſuaq; ſimplicitas. Addere poteſt huic conſilio magnam alacritatem ordo hominum eorum, quos habet Maieſtas tua peritiſsimos ſapientiſsimosq; . Quis enim ad res magnas omnes magis eſt idoneus quàm tuæ Maieſtatis Procancellarius Georgius Gienger, quàm Ioannes Georgius Paungartner à Paungarten, quàm Adamus Carolus? ut prætercam huius ordinis heroas alios innumeros, quos Maieſtatis tuæ aula habet liberaliſsimè, ſupra cæteros Reges omnes. Hoc conſilium quia ſperabam quandoq; Maieſtati ueſtræ ſuſcipiendum eſſe, operæpretium exiſtimaui fore, ſi patris quoq; mei Vdalrichi Zaſii ſcripta nonnulla in hunc ipſum finem ab eo comparata, in publicum darem. Solebat enim uir ille ſimplicem eam iuris ueritatem uehementer colere, & diligenter inquirere, tum in aliis ſuis, tum in hoc ipſo Singula-

rium

rium Intellectuum opere. Animum quoq; mihi maiorẽ ad id fecit, & ſententiam meam confirmauit Maieſtatis tuæ epiſtola ad eum ſcripta olim, qua hortari uiſa eſt, ut in eo inſtituto continenter pergeret, ac crebris lucubrationibus antiquam & germanam Iuris ſimplicitatem pro uirili inſtauraret. Quibus modis confirmatus ſanè fui, non ineptè me facturum eſſe exiſtimans, ſi parentis mei labores ſub tuæ Maieſtatis auſpiciis primum ultrò cœptos, deinde iuſſu quoq; eius euulgatos, ante ipſam Maieſtatêm tuam obtuliſſem: nam ille quidem ſenio tum confectus, morteq́; præuentus, perpauca typis excudi curauit. Poſt obitum illius in lucem prodiit uoluminum aceruus non mediocris, diſsimilis fortè iis quæ ab ipſo emendata ac promulgata fuere, neq; in decentem modum digeſta, ut ſolent quæ ad editionem comparantur digeri, ſed ut publicè ſcholaribus ſæpiuſcule dictare conſueuerat, ita prodierunt. Id autem ſtudioſorum quorundam qui diſcipuli fuerant ipſius, factum opera eſt, quibus rectè uiſum eſt eam rem non ſolùm operæ precium magnum quoddam ſcholis noſtris adferre poſſe, ſed & neceſſariam quandam cognitionem habere, quòd ipſemet pater meus in hoc Intellectuum opere, ad eas Lecturas ſæpenumero dimittat lectorẽ: ueluti libro Singularium reſponſorum primo, cap. 21. dum ait: Quam opinionem aliis locis in Lecturis meis latius fundaui. Et lib. 2. cap. 23. Meliorem partem, inquit, quia ſine ordine à cæteris adducuntur, in Lectura noſtra clarius diſcuſsimus. Item cap. 44. & aliis in locis præſentis operis minimè paucis, quos locos quia marginibus ſuis adnotantur, lectori quærendos, inſpiciendosq́; relinquimus. Intellectuũ itaq; ſingularium opus quod Maieſtati tuæ nuncupatum eſt, ipſe ædidit: & aliud, quod Vſus feudorum inſcribitur, cum cæteris quibuſdam. In opere Intellectuum locupletiorem adhuc æditionem promiſit, multis ſingularibus reſponſis auctam: id quod morte occupatus præſtare non potuit. Erãt illa quidem iam exarata, ſed nondum Zaſiana lima exornata. Ne igitur hoc labore prorſus careret Iuriſprudentiæ ſtudioſa iuuentus, ſuadente etiam in omni diſciplinarũ genere principe uiro Bonifacio Amerbachio, quicquid deprehendi paterno charactêre ita efformatum, ut ad conſtitutam ęditionem pertinere uideretur, diligenter decerpſi. Cæterum quia locupletatio ipſa, niſi mutato quoq; ordine, non commodè priori-

bus

bus interſeri poſſe uidebatur:idcirco libuit Singularia reſpon ſa in proprios locos digerere:deinceps Intellectus ſingulares legũ ſubnectere, & ut diſcrimen aliquod appareret, in partes duas diſtinguere:mox gloſſas aliquot legũ ſubdere:inde annexis Antinomiarum diſſolutionibus, Subſtitutionum tractatum poſtremo(ut prius quoq; factũm fuit) loco apponere. Id ita inſtitutum à me eſt,non ut parentis ordinem uel improbarem,uel reiicerem: ſed quia ob locupletationem nunc accedentem commodior hic fore uidebatur. Sic Dn. quoq; Amerbachius rogatus reſpondit. Quod ad reliquam curam attinet, ut omnia pro ætate minimè imprudenter egiſſe uiderer,magnam adhibui diligentiam. Delegi typographum, uirum induſtrium, Michaëlem Iſingrinium, qui præter artis exactam peritiam, diligentia quoque ac fide in excudendis eiuſmodi operibus magnam laudem adeptus eſt . Hæc ego uniuerſa multis de cauſis ita conſului:in primis autem, quòd haud ignorarem, quàm modis omnibus perfectum id eſſe deceret, quod in conſpectum tanti Regis, cui prior quoq; æditio inſcriberetur, uẽturum eſſet. Deinde ob patris quoq; mei reuerentiam, multum lubenter & alacriter iſtud ſuſcepi: ſperans hanc pietatem quoq; meam,apud Serenitatem tuam, clementiam & gratiam mihi conciliaturam eſſe . Sum enim ita conſtitutus animo, ut ſperare audeam, theſaurum Regiarum gratiarum tam diuitem, tam locupletem, in parente noſtro non deſiiſſe,ſed in liberos quoq; ipſius radium inde aliquem expandendum eſſe . Hanc mihi perſuaſionem confirmauit infinita illa clementiæ uis, qua cæteros ſtudioſos omnes ſingulari quadã gratia agnoſcit ac fouet Maieſtas tua: ut præter innumeras dotes heroicas alias, quas auus olim ueſter Diuus Maxæmilianus hîc reliquit, ea quoq; in nepotibus fulgeat ſplendeatq;, fauor in literatos & clementia ſingularis,cum pari iuncta liberalitate. Et neq; falſò neq; omnino ineptè fecerit,qui ab Alexandri Magni, & Philippi patris exemplo, comparationem huc adferat: quorum uterq; cum omni ferè tempore negotiis belli uictoriisq; affectus exercitusq; eſſet,à ſtudiis tamen abfuiſſe nunquàm fertur, quin comiter lepideq; tum faceret pleraq; ac diceret, tum hominum doctiſsimorum diligentiam ac curam inter ſummas rerum occupationes ſingularem quandam haberet. Teſtantur id locupletiſsimè utriuſq; epiſtolæ, in hanc ſententiam ad Ariſto

telem

telem ſcriptæ : illius de libris philoſophiæ in publicum æditis, huius de diligentia & cura parentum in liberorum inſtitutione habenda: ἐγὼ δὲ, inquit, βουλοίμην ἂν τοῦς περὶ τὰ ἄριστα ἐμπειρίαις, ἢ τοῦς δυνάμεσι διαφέρειν. Quis autem affirmet hanc in colendis ſectandisq́; diſciplinis Alexandri alacritatem, aliunde quàm à patre extitiſſe? ut & bellorum fortiter ſuſceptorum, & totidem ferè uictoriarum initium illi Philippus dedit. Eodem itaq; modo Diui quoq; Maxæmiliani dotes heroicas, neq; cum illo ſepultas, neq; tum à nobis ereptas, ſed in liberos propagatas, exiſtimandum eſt magnum quoddam bonum noſtro ſeculo ædituras eſſe. Quod iandiu meditari uidetur animus ueſter, ut pulſo ac fugato hoſte barbaro, neq; ſolum intra limites ſuos incluſo, ſed in ultimas oras profligaro, Europæ imperium ad extremum uſq; orientem, & omnino ultra Alexandri columnas propagetur: & ſic tandem quietem ſibi ac pacem certam ſperare debet Germania, quæ pax fato quodam uobis ac familiæ ueſtræ debetur. Inter tamen hanc rerum molem, non abiiciendam prorſus eſſe ſperamus ciuilium ſtudiorum curam, quin huic quoq; ferendum eſſe ſuum auxilium, quo pulcherrimè ſic reparatum propagatumq́; imperium, ſanctionibus legum & ciuili prudentia uniuerſa firmetur probè ac ſtabiliatur, non ut unius tantum hominis ætatem duret, ut Macedonum regno accidit, ſed perpetuum fiat ac ſempiternum, nec priuſquàm ipſum uniuerſum totum, finem ſortiatur ſuum: ut rectè prædixiſſe Homerum appareat, imperium iſtud non finem habiturum eſſe priuſquā mundus ipſe habeat. Hoc conſilium ut ſanctiſsimū, ita quoq; ſaluberrimum, Deus optimus maximus ſua ope ac fauore adiutabit clementer, ac rebus ſucceſſum felicem præbebit. Sed & nos, pro ſuo ſcilicet modo quiſq;, tum operam noſtram, tū ſupplicia quoq; uota offeramus, ut ſub ueſtro numine ac Maieſtate, tranquillis ac tutis quàm diutiſsimè latêre ac degere liceat. Cui ego numini, cuiq́; maieſtati me humiliter ſubdo, & ſuppliciter commendo.

DES.

[redacted]

[redacted] BONIFACIO AMERbachio *Baſilienſi, iuueni omnium ſtudiorum genere non uulgariter erudito,*
S. D.

MAGNA *felicitatis pars eſt, maxima gratitudinis, ſi quis agnoſcat ſua bona. Proinde etiam atq; etiã gratulandũ eſt noſtro ſeculo, gratãdum ſuperis, quorum benignitate præclara ſtudia tot iam ſeculis penè ſepulta, toto terrarum orbe refloreſcunt, ac feliciſſimè propagantur. Ante annos plus minus octoginta, non ij modò erant infantes atq; elingues, qui eas profitebantur artes, quas ſuo quoq; ſeculo, quo uel maximè floruit erudita facundia, mutas appellat* Vergilius: *uerumetiam ipſa Grammatica rectè loquendi magiſtra, & Rhetorica copioſè ſplendideq; dicendi dux, fœdè miſereq; balbutiebant: & quæ quondam tot linguis inſtructæ fuerant, tum unam Latinam pesſimè Latinè ſonabãt. Sub hæc paulatim ſuboleſcentibus literis melioribus,* Italia *ſola linguam habebat, nec apud hanc ullæ diſciplinæ præter* Oratoriam. *Nunc nulla eſt natio ſub Chriſtiana ditione, in qua non omne diſciplinarum genus (Muſis bene fortunantibus) eloquentiæ maieſtatem eruditionis utilitati adiungit. Medicina loqui cœpit, apud* Italos, *opera* Nicolai Leoniceni, *ſenis immortalitate digni: apud* Gallos, Gulielmi Copi Baſilienſis: *apud* Britannos, *ſtudio* Thomæ Linacri *ſic nuper diſertus cœpit eſſe* Galenus, *ut in ſua lingua parum diſertus uideri poſſit. Eiuſdem opera ſic Latinè loquitur* Ariſtoteles, *ut licet* Atticus, *uix in ſuo ſermone parem habeat gratiam: licet ante hunc illud certè præſtiterint, apud* Italos, Argyropylus, Trapezontius, Theodorus Gaza, Marſilius, Picus: *apud* Gallos, Faber Stapulenſis, *ne philoſophia muta uideri poſſit. Porrò legibus Cæſareis priſtinum elegantiæ nitorem, atq; etiam genuinæ literaturæ gloriam, feliciter reſtituerunt, apud* Gallos, Gulielmus Budæus: *apud* Germanos, *uir modis omnibus incomparabilis* Vdalrichus Zaſius, *tanta* Romani *ſermonis ubertate ſcatens, ut* Vlpianum *quempiam loqui putes, non huius ætatis* Iureconſultum. *At neſcio quo pacto nondum ea res perinde ſuccedit* Theologis, *etiamſi non deſint, qui fari geſtiant. Spero tamen breui futurum, ut hæc quoq; profeſſio, ſitu deterſo priſtinum ſuum nitorem aſſerat. Hactenus è doctorum centuriis excludebantur, qui paulò politius loquerentur: nec dignabantur quenquam ſuo albo profeſſores, niſi qui cum ipſis turpiter*

b[redacted]
atq; illud protinus erat in promptu, Grammaticus eſt, non Philoſophus: Rhetor eſt, non Iureconſultus: Orator [redacted]. Sed breui, ni fallor, rebus in diuerſum commutatis, non recipientur in ordinem, niſi qui priſcos illos diſciplinarum autores, elegantioribus etiam literis referant: neq; phas erit cuiquam ſibi ſapientiam uendicare, niſi ſimul adfuerit pediſſequa eloquentia, quam diuus Auguſtinus non uult uſquam ab hera ſua digredi. Zaſianas adnotationes percurri uerius quàm legi: nam adſerebantur me iam ad iter accincto. Mirè placuit guſtus, neq; dubito, quin omnia magis ſint placitura, ſi liceat affatim expleri talibus epulis. Extimulabis hominem, mi Bonifaci, ne diutius nobis hanc gloriam, hunc fructum, hanc uoluptatem inuideat: niſi tu quoq; nobis inuides, cum contigerit tibi domeſtico Zaſii contubernio felicem eſſe. Bene uale. Baſileæ, pridie Calend. Septembris, Anno M. D. XVIII.

GEORGIVS AMELIVS

MORAVVS V. I. DOCTOR, Pontificiarum Conſtitutionum Ordinarius Friburgenſis, inſigni uiro Vdalricho Zaſio LL. Doctori, earumq; Ordinario dictæ Academiæ,

S. P. D.

LEGI hiſce diebus, quantum mihi per ocia dabatur, diligenter ſelectiores aliquot per te æditos Legum intellectus, conſultiſſime Doctor: quàm autem me recrearit recens illa tua fœtura, difficile eſt memoratu. Delectabat in primis ingenium tuum copioſum, ac minimè fugientes literæ, & (quæ Iureconſultorum prima eſt uirtus) apertiſſimus ſermo, deinde ueritatum legalium rarior elucidatio, ſenſa reconditiora. Aedis autem, collega mi ſuauiſſime, pro ingenii tui bonitate in dies nonnihil ad communem Iuris militiam ſignificantius, aut deprauatum emendas, aut reſtituis præteritum, aut (quæ eſt tua induſtria) abſtruſa explicas & intricata. Quod equidem laudabile tuum inſtitutum, non poſſum non uehementer probare. Tua Zaſi opera, ſyncerior, tractatuq; facilior Iuris noſtri ſcientia redditur, & non ſolùm à ſitu & ſordibus barbaræ commentationis repurgatur, ſed argumento inſigni euincitur,

quàm

quàm omnino expeditiori,elegantioriq; & fundatiori uia, quàm à maioribus noſtris factitatum ſit,ea tradi ſcientia poßit & doceri. Agè itaq; conſultor eloquentißime, Marte dextro tua Legũ tandem fœtura prodeat,regnum illud Iuris uetuſtũ,auito ſplendore reniteat, autore te Germania priſtinum recipiat candorem:faceſſant faſtidioſorum commentariorum ſarcinæ,tortuoſaq; Accurſiani ſtadij ſpatia in campos placidiores demutentur. Poteris autem iſta facilè præſtare,ſi quæ iam longo tempore in hoc curriculo meditatus es,in lucem dare,non poſtpoſueris:ſic certum tibi perſuadens,ſi in hac Zaſiana ſepta & felicioris uenæ lucubrata ſtudia,diſcendi gratia Legum tyrones ſeceſſerint,ueram(ni fallor) Iuris noſtri cognitionẽ, uerborum mira parſimonia relaturi,eaq; uia concredita ſibi reipubl.utilitatem cũ magna laude ſint parituri. Vale uir amicißime, & quod glorioſe cœpiſti,gnauiter perfice. Ex ædibus noſtris,Nonis Iulij,anno poſt incarnatum Chriſtum,M.D.XXV.

EIVSDEM AMELII AD LECTOREM CARMEN.

Huc huc qui colitis ius æquum phasq; decorum,
Ad noua lectores pergite ſcripta pij.
Zaſius hic dubias librato ſoluere Leges
Conſilio,mira cum breuitate docet.
Aequauit priſcos culto ſermone peritos
Iuris,in æquali ſingula lance notans.
Huc igitur ſtudioſa cohors properato,diurna,
Nocturna pariter ſcripta reuolue manu.

IOAN. FICHARDVS PETRO SCHORTZ TREVIRO S.

SINGVLARES Intellectus Zaſij nuper à te mihi commodatos,ſuauißime Petre, tibi remitto: & quo minus eiuſmodi officijs in poſterum graueris, etiam cum fœnore. Relegenti enim mihi quædam in hoc Vulcanaliũ ocio (nam id opus iam olim deguſtaram) cũ ſtyli puritate atq; elegantia,tum argumentationum dexteritate & acumine mirificè delectarer,incidit,ut per Pindarum loquar, ἐπιθυ-

μία τις ἐπὶ φρέσιν ἀκόνας λιγυρᾶς, ἥ με καλλιρόοισι [illegible]ις προσέτιλκον ad laudandū Zaſium, uirū, quo ſemper illum Eraſmus nominat epitheto, planè incōparabilem. Tentaui quidem: quàm uerò parum, quæ eſt illius præſtantia, id mihi ſucceſſerit, ipſe uidebis. Eam igitur oden (quanquàm & impudentis ſit cuiuſdam temeritatis, me ipſa infantia infantiorem hominem, uirum tam modis omnibus ſummum, celebrandum ſumpſiſſe: & magnæ rurſus imprudentiæ, eius etiam teſtē nunc te efficere) tamen ad te mitto, non alia ſanè ratione, quàm qua nugas ſuas inuicem ſolent amici communicare. Idem in tuis ut facias (nam ſic nouitiam hanc amicitiam nobis alendam eſſe arbitror) te etiam atq; etiam oro. Bene uale mi Petre, & iſta domeſtica Zaſij conſuetudine felix perfruere. Friburgi, pridie Non. Auguſti, Anno Chriſti M. D. XXX.

ODE SAPPHICA DE LAVDIbus incomparabilis Legum Doctoris Dn. Vdalrichi Zaſij præceptoris mei colendiſsimi.

HAc leueis ergo tenus, & iocoſas,
Sit ſatis mecum retuliſſe nugas,
O Iouis proles, ueneranda Cleio,
Nona ſupremi.
Nunc uirûm laudes agè maximorum
Grandior tandem, ſuperas ad auras
Effer, & cantu celebrare tenta
Diua canoro.
Ergo quis cunctos potior canendus
Inter heroas, quibus hoc ſublimi
Inclytum fama ſuperat Friburgum,
Venerit unus?
An'ne qui primus literas Latinas,
Primus & Graias literas Latinis
Rettulit, dicam numeris Eraſmum
Roterodamum?
Nemo quo maior, ſimilisq; nemo eſt,
Proximus rarus: monimenta cuius
Noſtra mirantur, ſubitura ſemper
Secla ſtupeſcent.
An magis magni comites Eraſmi

Te canam

Te canam uatem Glareane noſtri
Temporis clarum, Latiam hacq; linguam
Vrbe docentem?
Téne Luſcini? genus omne doctum
Diſciplinarum, triplicesq; linguas,
Hisq; tradentem ſacra, laude ſumma,
Dogmata Chriſti?
Aut uetuſtatis potius (tenebris
Quæ uelut denſis latuit, latetq́;)
Vindicem doctum memorem, Ioannem
Fortè Sichardum?
Inter hos ritè fueras referri
Dignus inſigni quoq; tu camœna,
Qui doces ſacros Canones, Ameli,
Ore diſerto.
At rapit totum ſibi me, tenetq́;
Fama grandæui moritura nunquàm
Zaſij, quo nemo peritior nunc
Iuris & æqui.
Hunc tuis ergo, mea Muſa, plectris
Subijce, hunc clara celebrato uoce:
Hunc uirum plenis, agè Diua, ſolum
Laudibus effer.
Ille Germanis, Italis, Britannis,
Notus, & cunctis celebratus oris
Zaſius, noſtri decus & perenne
Ille Friburgi.
Ille quem totis bene conferendus
Gentibus, magna ueneratione
Diligens, unum ſolet anteferre
Diuus Eraſmus.
Cuius ex omni, ferè ſemper, orbe
Gratia pubes uenit audiendi
Docta, quæ magna ueteri refulget
Stemmate parte.
Nemo qui Leges profitetur uſquam
Doctius: nemo meliore tradit
Vel fide, uel iudicio, pariq́;
Cum grauitate.
Dij, quibus celſa reſidens cathedra

Hic modis,necdum ſatis orſus,in ſe
Omnium menteis oculosq; uertit
Voce potenti?
Quàm docet multo iuuenum fauore?
Afficit quanto penitus ſtupore
Singulos,quidam tria ceu ſuperſtes
Secula Neſtor?
Ille ſeu ſenſus ſibi ſingulares
Proferat,multa ratione firmos,
Rectius Legum quibus indicatur
Vera uoluntas:
Siue Doctorum dubias priorum
Dirimat pugnas:male ſeu profeſſos
Arguat ſiue explicet intricatos
Deniq; caſus.
Quæ quidem tanta ſimul & Latinæ
Copia præſtat phraſis,atq; luce,
Quanta uel priſcos decuiſſet ipſos
Iureperitos.
Zaſium porrò celebrato Muſa,
Quem ſtudent rebus dubijs & ipſi
Cæſares,Reges,proceresq́; primum
Conſuluiſſe:
Quiq́; longinquis petitur ab oris
In dies:cuius domus urbis,atq;
Omnium oraclum eſt,dubio ſuum quos
Sollicitat ius.
Qualis & quondam ſenioris illa
Mutij Legum fuerat periti
Ciuium ſemper celebrata turba
Ianua Romæ.
Ipſa quid tandem monimenta dicam
Laudis æternæ,lucubrationes?
Zaſio famam meruere quantam?
Nomina quanta?
Nil quibus uel doctius eſſe quicquam,
Nec poteſt uel terſius eſſe quicquam,
Et nihil fundatius eſſe quicquam,
Splendidiusq́;.
Illa dum cœlo uariantur horæ,

Et regent terras ſacra Iura, ſtabunt
Zaſij ſeruantia, clara cunctis
Nomina ſeclis.
Hinc ſuo tantum neq; uate quondam
Pindaro Thebæ, neq; Ion Homero
Fulſit, hoc quantum duce nunc Friburgum
Nobile claret.
Arduum iactant uelut Alciatum
Galliæ: iactat Marium ſuperba
Roma: Germanus ita regnat unus
Zaſius oris.
Zaſius clarum iubar ille Legum,
Zaſius linguæ decus & Latinæ,
Zaſius præſtans literis quibuſuis
Inclytus heros.
Ergo Nelidæ tria ſecla uitam
Viuito fœlix, uenerande Zaſi,
Vt diu nobis (ſuperos precamur)
Ipſe ſuperſis.

Epilogus, omni laude maiorem eſſe Zaſium. Eiuſdem.

Ὑμνῶν εἴγε κλυτῶν πολὺ μᾶλλον μείζονα τιμῶν
Βαστάζειν ἀγανοῦς τὶς χαρίτεσσι θέλῃ,
Πυκνότατον κεῖνος παλαμοῦς τὸν Ζάσιον ἄνδρα
Εὐκλεῖ προσιθέτω τόνδε μάλιστα λόγῳ,
Ζάσιον ἀρκόσοφον, βαθύμητιν, ἀμύμονα, βουλοῦς
Νέστορα καὶ μύθοις, Ἰουλίανοντε νόμοις.

Eiuſdem in Apologiam Zaſij contra Petrum Stellam.

Legiſti Stellæ ſi fors aliquando libellum,
Zaſius errorum quo reus actus erat:
Hæc, uel perſuaſus, contrà lege, quiſquis es, ipſum
Protinus & Stellam dixeris eſſe reum.

Aliud eiuſdem.

Quàm ſit difficilis, quàm res ſit plena perieli,
Entelli ualidas non timuiſſe manus,
Et quàm congreſſu ſuccumbere neſciat ullo
Zaſius, hinc paucis quiſq; uidere poteſt.

BIBLIOTECA NAZ. VITT. EMANUELE ROMA

tariis, non iam centones, ut Tribunianus olim creditur, uir alioqui ſui ſeculi doctiſsimus, ſed Iuris artem cōponant, ſanctionesq́; Legum, ſenatuſcōſulta, edictorum interpretamenta, Iureconſultorum placita, interpretum decreta in mores recepta, æquitate prægrauantia, omnia nunc uaga & ſparſa, & nullius certæ artis ratione circunſcripta, ratis firmisq́; iuſtæ artis præceptis, quatenus rei natura tulerit, quaſi cācellis quibuſdam concludant: Nimirū res humanæ longè melius quàm nunc conſtitutæ uidebuntur: nec ciuilia iura, quibus homines libertatis retinentiſsimi, æquiſsimo ſeruiunt animo, cuiuſuis ſcripturientis libidini obnoxia expoſitaq́; erūt: modò ut Princeps hoc præſtare edicto uelit, quod Auguſtus Iuſtinianus nequiuit, id eſt, ut iis qui ſe Iuris profeſſores dicūt, in eā compoſitionem, ultra ſcholaſticam prælectionem, nihil liceat. Alioqui quis erit litiū finis, ſi nulla certa ſemelq́; recepta Iureconſultorum decreta fuerint? Ecquid autem uſqueadeo fixum ratumq́; poteſt eſſe, ut non hæc ſiue intemperantia, ſiue impudentia, ſiue ſcribendi libido quædam, & labefactare facilè, & ad extremum conuellere euertereq́; poſsit? Id quod ſi non coërceatur tandem aliquando, in dies nobis nouos homines ingenioſos atq; ambitioſos ſuboriri uidebimus, qui alia atq; alia ſubinde orbi terrarū iura condant, qui præteritorum ſeculorum conſtanti perſuaſione recepta abrogare audeant. Ita res exitum hauddubiè non inueniet, cum ſcribentes aucupandæ famæ cupidi (ut eſt humani ingenii natura) dicta maiorum reuellere, Pandectarum ac conſtitutionum ſcripta inuertere, diſtorquere, contorquere, corrumpere, uim antiquorum ſcriptis adferre, uerborum aucupia, ſyllabarum tendiculas, literarum decipulas comminiſci, nihil deniq; nō inceptare, in animum induxerint, illuſtrandi nominis ſui gratia. Nam quod adhuc fecerunt, faciuntq́; recentiorum permulti, quid eſt aliud, quàm ius ciuile calumniari, uerbaq́; legum captare? id quod Paulus faciendum eſſe negat, titulo, ad exhibēdum. Sed hoc illud eſt profectò, homines ingenioſi iidemq́; ambitioſiſsimi, argumentum ſibi præreptum à maioribus, oſtentandorum ingeniorum ſuorum, omnemq́; ſcribēdi materiam conſumptam eſſe, ab iis qui anteuertêre, indignantur. Itaque res eò tandem redigetur, ut cenſentes in iudiciis, prout his aut illis autoribus fuerint addicti, & ut in huius aut illius uerba iurarint, quo iure, quaq́; iniuria res iudicandas diſtrahant, id

quod

quod ſemel tenendum ſuſceperint mordicus retinentes. Hoc uerò quàm ſit pernicioſum, ex uerbis Ciceronis intelligi poterit: Nihil eſt in ciuitate, inquit ille, tam diligẽter, quàm ius ciuile retinendum: etenim hoc ſublato, nihil eſt quare exploratum cuiquam poſsit eſſe quid ſuum, quid alienum ſit: nihil eſt quod æquabile inter omnes, atq; unius aut omnium eſſe poſsit. Hunc ſtatum rerum & litium diſceptandarum, è præſenti Iuris noſtri conſtitutione expectãdum eſſe, quis eſt qui inficiari uelit, cum ſcribentium reſponſa per ſecula alia atq; alia inter ſe pugnent acerrimè? Id autem utrum autore Iuſtiniano faciant, ipſi uiderint: certè eius uerba contrà ſonant: Nobis, inquit, in Legibus magis ſimplicitas quàm difficultas placet. Quis autem genuinam hanc Iuris ſimplicitatem reſtituet nobis, Iuſtiniane Imperator? Quis alius quàm Caroli V. magni Imperatoris inuicta grauitas, & Ferdinãdi Regis prudentia: ut quemadmodum fratrum duorum coniunctio urbis unius & imperii fuit initium, ita uobis autoribus, Legum ſanctimonia priſtinum candorem ſuũ & ſimplicitatem recipiat: tum firmamentum artis quoque aliquod, quò intra certos limites concluſa ſit, nec infinita multitudine ſua malis hominibus tot ineptiarum occaſionem præbeat. Tuæ itaq; Celſitudinis, Rex ſereniſs. maximum iſtud officium, huic diſciplinæ Imperatoriæ pro ſua quoq; parte manum admoliri, illiq́; ian diu laboranti implorantiq́;, ſaluberrimam hanc opem ferre, delectis uidelicet uiris ad hoc munus ſuſcipiendum idoneis, quorum uirorum cura & prudentia, ueſtris legibus ſuus reſtituatur candor, ſuaq; ſimplicitas. Addere poteſt huic conſilio magnam alacritatem ordo hominum eorum, quos habet Maieſtas tua peritiſsimos ſapientiſsimosq́; . Quis enim ad res magnas omnes magis eſt idoneus quàm tuæ Maieſtatis Procancellarius Georgius Gienger, quàm Ioannes Georgius Paungartner à Paungarten, quàm Adamus Carolus? ut prætercam huius ordinis heroas alios innumeros, quos Maieſtatis tuæ aula habet liberaliſsimè, ſupra cæteros Reges omnes. Hoc conſilium quia ſperabam quandoq; Maieſtati ueſtræ ſuſcipiendum eſſe, operæpretium exiſtimaui fore, ſi patris quoq; mei Vdalrichi Zaſii ſcripta nonnulla in hunc ipſum finem ab eo comparata, in publicum darem. Solebat enim uir ille ſimplicem eam iuris ueritatem uehementer colere, & diligenter inquirere, tum in aliis ſuis, tum in hoc ipſo Singula-

rium

rium Intellectuum opere. Animum quoq; mihi maiorē ad id fecit, & ſententiam meam confirmauit Maieſtatis tuæ epiſtola ad eum ſcripta olim, qua hortari uiſa eſt, ut in eo inſtituto continenter pergeret, ac crebris lucubrationibus antiquam & germanam Iuris ſimplicitatem pro uirili inſtauraret. Quibus modis confirmatus ſanè fui, non ineptè me facturum eſſe exiſtimans, ſi parentis mei labores ſub tuæ Maieſtatis auſpiciis primum ultrò cœptos, deinde iuſſu quoq; eius euulgatos, ante ipſam Maieſtatêm tuam obtuliſſem: nam ille quidem ſenio tum confectus, morteq; præuentus, perpauca typis excudi curauit. Poſt obitum illius in lucem prodiit uoluminum aceruus non mediocris, diſsimilis fortè iis quæ ab ipſo emendata ac promulgata fuere, neq; in decentem modum digeſta, ut ſolent quæ ad editionem comparantur digeri, ſed ut publicè ſcholaribus ſæpiuſcule dictare conſueuerat, ita prodierunt. Id autem ſtudioſorum quorundam qui diſcipuli fuerant ipſius, factum opera eſt, quibus rectè uiſum eſt eam rem non ſolùm operæprecium magnum quoddam ſcholis noſtris adferre poſſe, ſed & neceſſariam quandam cognitionem habere, quòd ipſemet pater meus in hoc Intellectuum opere, ad eas Lecturas ſæpenumero dimittat lectorē: ueluti libro Singularium reſponſorum primo, cap. 21. dum ait: Quam opinionem aliis locis in Lecturis meis latius fundaui. Et lib. 2. cap. 23. Meliorem partem, inquit, quia ſine ordine à cæteris adducuntur, in Lectura noſtra clarius diſcuſsimus. Item cap. 44. & aliis in locis præſentis operis minimè paucis, quos locos quia marginibus ſuis adnotantur, lectori quærendos, inſpiciendosq; relinquimus. Intellectuū itaq; ſingularium opus quod Maieſtati tuæ nuncupatum eſt, ipſe ædidit: & aliud, quod Vſus feudorum inſcribitur, cum cæteris quibuſdam. In opere Intellectuum locupletiorem adhuc æditionem promiſit, multis ſingularibus reſponſis auctam: id quod morte occupatus præſtare non potuit. Erāt illa quidem iam exarata, ſed nondum Zaſiana lima exornata. Ne igitur hoc labore prorſus careret Iuriſprudentiæ ſtudioſa iuuentus, ſuadente etiam in omni diſciplinarū genere principe uiro Bonifacio Amerbachio, quicquid deprehendi paterno charactêre ita efformatum, ut ad conſtitutam ęditionem pertinere uideretur, diligenter decerpſi. Cæterum quia locupletatio ipſa, niſi mutato quoq; ordine, non commodè priori-

bus

bus interſeri poſſe uidebatur: idcirco libuit Singularia reſpon ſa in proprios locos digerere: deinceps Intellectus ſingulares legũ ſubnectere, & ut diſcrimen aliquod appareret, in partes duas diſtinguere: mox gloſſas aliquot legũ ſubdere: inde annexis Antinomiarum diſſolutionibus, Subſtitutionum tractatum poſtremo (ut prius quoq; factũm fuit) loco apponere. Id ita inſtitutum à me eſt, non ut parentis ordinem uel improbarem, uel reiicerem: ſed quia ob locupletationem nunc accedentem commodior hic fore uidebatur. Sic Dn. quoq; Amerbachius rogatus reſpondit. Quod ad reliquam curam attinet, ut omnia pro ætate minimè imprudenter egiſſe uiderer, magnam adhibui diligentiam. Delegi typographum, uirum induſtrium, Michaëlem Iſingrinium, qui præter artis exactam peritiam, diligentia quoque ac fide in excudendis eiuſmodi operibus magnam laudem adeptus eſt. Hæc ego uniuerſa multis de cauſis ita conſului: in primis autem, quòd haud ignorarem, quàm modis omnibus perfectum id eſſe deceret, quod in conſpectum tanti Regis, cui prior quoq; æditio inſcriberetur, uẽturum eſſet. Deinde ob patris quoq; mei reuerentiam, multum lubenter & alacriter iſtud ſuſcepi: ſperans hanc pietatem quoq; meam, apud Serenitatem tuam, clementiam & gratiam mihi conciliaturam eſſe. Sum enim ita conſtitutus animo, ut ſperare audeam, theſaurum Regiarum gratiarum tam diuitem, tam locupletem, in parente noſtro non deſiiſſe, ſed in liberos quoq; ipſius radium inde aliquem expandendum eſſe. Hanc mihi perſuaſionem confirmauit infinita illa clementiæ uis, qua cæteros ſtudioſos omnes ſingulari quadã gratia agnoſcit ac fouet Maieſtas tua: ut præter innumeras dotes heroicas alias, quas auus olim ueſter Diuus Maxæmilianus hîc reliquit, ea quoq; in nepotibus fulgeat ſplendeatq;, fauor in literatos & clementia ſingularis, cum pari iuncta liberalitate. Et neq; falſò neq; omnino ineptè fecerit, qui ab Alexandri Magni, & Philippi patris exemplo, comparationem huc adferat: quorum uterq; cum omni ferè tempore negotiis belli uictoriisq; affectus exercitusq; eſſet, à ſtudiis tamen abfuiſſe nunquàm fertur, quin comiter lepideq; tum faceret pleraq; ac diceret, tum hominum doctiſsimorum diligentiam ac curam inter ſummas rerum occupationes ſingularem quandam haberet. Teſtantur id locupletiſsimè utriuſq; epiſtolæ, in hanc ſententiam ad Ariſto

telem

telem ſcriptæ: illius de libris philoſophiæ in publicum æditis, huius de diligentia & cura parentum in liberorum inſtitutione habenda: ἐγὼ δὲ, inquit, βουλοίμην ἂν τοῖς περὶ τὰ ἄριστα ἐμπειρίαις, ἢ ταῖς δυνάμεσι διαφέρειν. Quis autem affirmet hanc in colendis ſectandisq́; diſciplinis Alexandri alacritatem, aliunde quàm à patre extitiſſe? ut & bellorum fortiter ſuſceptorum, & totidem ferè uictoriarum initium illi Philippus dedit. Eodem itaq; modo Diui quoq; Maxæmiliani dotes heroicas, neq; cum illo ſepultas, neq; tum à nobis ereptas, ſed in liberos propagatas, exiſtimandum eſt magnum quoddam bonum noſtro ſeculo ædituras eſſe. Quod iandiu meditari uidetur animus ueſter, ut pulſo ac fugato hoſte barbaro, neq; ſolum intra limites ſuos incluſo, ſed in ultimas oras profligato, Europæ imperium ad extremum uſq; orientem, & omnino ultra Alexandri columnas propagetur: & ſic tandem quietem ſibi ac pacem certam ſperare debet Germania, quæ pax fato quodam uobis ac familiæ ueſtræ debetur. Inter tamen hanc rerum molem, non abiiciendam prorſus eſſe ſperamus ciuilium ſtudiorum curam, quin huic quoq; ferendum eſſe ſuum auxilium, quo pulcherrimè ſic reparatum propagatumq́; imperium, ſanctionibus legum & ciuili prudentia uniuerſa firmetur probè ac ſtabiliatur, non ut unius tantum hominis ætatem duret, ut Macedonum regno accidit, ſed perpetuum fiat ac ſempiternum, nec priuſquàm ipſum uniuerſum totum, finem ſortiatur ſuum: ut rectè prædixiſſe Homerum appareat, imperium iſtud non finem habiturum eſſe priuſquã mundus ipſe habeat. Hoc conſilium ut ſanctiſsimũ, ita quoq; ſaluberrimum, Deus optimus maximus ſua ope ac fauore adiutabit clementer, ac rebus ſucceſſum felicem præbebit. Sed & nos, pro ſuo ſcilicet modo quiſq;, tum operam noſtram, tũ ſupplicia quoq; uota offeramus, ut ſub ueſtro numine ac Maieſtate, tranquillis ac tutis quàm diutiſsimè latêre ac degere liceat. Cui ego numini, cuiq́; maieſtati me humiliter ſubdo, & ſuppliciter commendo.

DES.

[redacted]

[redacted] BONIFACIO AMERbachio Baſilienſi, iuueni omnium ſtudiorum genere non uulgariter erudito,
S. D.

MAGNA felicitatis pars eſt, maxima gratitudinis, ſi quis agnoſcat ſua bona. Proinde etiam atq; etiã gratulandũ eſt noſtro ſeculo, gratãdum ſuperis, quorum benignitate præclara ſtudia tot iam ſeculis penè ſepulta, toto terrarum orbe refloreſcunt, ac feliciſſimè propagantur. Ante annos plus minus octoginta, non ij modò erant infantes atq; elingues, qui eas profitebantur artes, quas ſuo quoq; ſeculo, quo uel maximè floruit erudita facundia, mutas appellat Vergilius: uerumetiam ipſa Grammatica rectè loquendi magiſtra, & Rhetorica copioſè ſplendideq; dicendi dux, fœdè miſereq; balbutiebant: & quæ quondam tot linguis inſtructæ fuerant, tum unam Latinam peſſimè Latinè ſonabãt. Sub hæc paulatim ſuboleſcentibus literis melioribus, Italia ſola linguam habebat, nec apud hanc ulla diſciplina præter Oratoriam. Nunc nulla eſt natio ſub Chriſtiana ditione, in qua non omne diſciplinarum genus (Muſis bene fortunantibus) eloquentiæ maieſtatem eruditionis utilitati adiungit. Medicina loqui cœpit, apud Italos, opera Nicolai Leoniceni, ſenis immortalitate digni: apud Gallos, Gulielmi Copi Baſilienſis: apud Britannos, ſtudio Thomæ Linacri ſic nuper diſertus cœpit eſſe Galenus, ut in ſua lingua parum diſertus uideri poſſit. Eiuſdem opera ſic Latinè loquitur Ariſtoteles, ut licet Atticus, uix in ſuo ſermone parem habeat gratiam: licet ante hunc illud certè præſtiterint, apud Italos, Argyropylus, TrapeZontius, Theodorus GaZa, Marſilius, Picus: apud Gallos, Faber Stapulenſis, ne philoſophia muta uideri poſſit. Porrò legibus Cæſareis priſtinum elegantiæ nitorem, atq; etiam genuinæ literaturæ gloriam, feliciter reſtituerunt, apud Gallos, Gulielmus Budæus: apud Germanos, uir modis omnibus incomparabilis Vdalrichus Zaſius, tanta Romani ſermonis ubertate ſcatens, ut Vlpianum quempiam loqui putes, non huius ætatis Iureconſultum. At neſcio quo pacto nondum ea res perinde ſuccedit Theologis, etiamſi non deſint, qui fari geſtiant. Spero tamen breui futurum, ut hæc quoq; profeſſio, ſitu deterſo priſtinum ſuum nitorem aſſerat. Hactenus è doctorum centuriis excludebantur, qui paulò politius loquerentur: nec dignabantur quenquam ſuo albo profeſſores, niſi qui cum ipſis turpiter

balb

b[redacted]
atq; illud protinus erat in promptu, Grammaticus eſt, non Philoſo- phus: Rhetor *eſt, non* Iureconſultus: Orator [redacted]. Sed *breui, ni fallor, rebus in diuerſum commutatis, non recipientur in ordinem, niſi qui priſcos illos diſciplinarum autores, elegantioribus etiam literis referant: neq; phas erit cuiquam ſibi ſapientiam uen- dicare, niſi ſimul adfuerit pediſſequa eloquentia, quam diuus* Au- *guſtinus non uult uſquam ab hera ſua digredi.* Zaſianas *adnota- tiones percurri uerius quàm legi: nam adferebantur me iam ad iter accincto.* Mirè *placuit guſtus, neq; dubito, quin omnia magis ſint placitura, ſi liceat affatim expleri talibus epulis.* Extimulabis *ho- minem, mi* Bonifaci, *ne diutius nobis hanc gloriam, hunc fru- ctum, hanc uoluptatem inuideat: niſi tu quoq; nobis inuides, cum contigerit tibi domeſtico Zaſii contubernio felicem eſſe.* Bene uale. *Baſileæ, pridie* Calend. *Septembris,* Anno M. D. XVIII.

GEORGIVS AMELIVS

MORAVVS V. I. DOCTOR, PON- *tificiarum* Conſtitutionum Ordinarius Fribur- *genſis, inſigni uiro* Vdalricho Zaſio LL. Doctori, *earumq;* Ordinario *dictæ* Academiæ,

S. P. D.

LEGI *hiſce diebus, quantum mihi per ocia daba- tur, diligenter ſelectiores aliquot per te æditos Legum intellectus, conſultiſsime* Doctor: *quàm autem me recrearit recens illa tua fœtura, difficile eſt memo- ratu.* Delectabat *in primis ingenium tuum copio- ſum, ac minimè fugientes literæ, & (quæ* Iureconſultorum *prima eſt uirtus) apertiſsimus ſermo, deinde ueritatum legalium rarior elucidatio, ſenſa reconditiora.* Aedis *autem, collega mi ſuauiſsi- me, pro ingenii tui bonitate in dies nonnihil ad communem* Iuris *mi- litiam ſignificantius, aut deprauatum emendas, aut reſtituis præ- teritum, aut (quæ eſt tua induſtria) abſtruſa explicas & intri- cata.* Quod *equidem laudabile tuum inſtitutum, non poſſum non uehementer probare.* Tua Zaſi *opera, ſyncerior, tractatuq; facilior* Iuris *noſtri ſcientia redditur, & non ſolùm à ſitu & ſordibus bar- baræ commentationis repurgatur, ſed argumento inſigni euincitur,*

quàm

quàm omnino expeditiori,elegantioriq; & fundatiori uia, quàm à maioribus noſtris factitatum ſit,ea tradi ſcientia poßit & doceri. Agè itaq; conſultor eloquentißime, Marte dextro tua Legũ tandem fœtura prodeat,regnum illud Iuris uetuſtũ,auito ſplendore reniteat, autore te Germania priſtinum recipiat candorem:faceſſant faſtidioſorum commentariorum ſarcinæ,tortuoſaq; Accurſiani ſtadij ſpatia in campos placidiores demutentur. Poteris autem iſta facilè præſtare,ſi quæ iam longo tempore in hoc curriculo meditatus es,in lucem dare,non poſtpoſueris:ſic certum tibi perſuadens,ſi in hæc Zaſiana ſepta & felicioris uenæ lucubrata ſtudia,diſcendi gratia Legum tyrones ſeceſſerint,ueram(ni fallor)Iuris noſtri cognitionẽ, uerborum mira parſimonia relaturi,eaq; uia concreditæ ſibi reipubl.utilitatem cũ magna laude ſint parituri.Vale uir amicißime, & quod glorioſe cœpiſti,gnauiter perfice.Ex ædibus noſtris,Nonis Iulij,anno poſt incarnatum Chriſtum,M.D.XXV.

EIVSDEM AMELII AD LECTOREM CARMEN.

Huc huc qui colitis ius æquum phasq; decorum,
  Ad noua lectores pergite ſcripta pij.
Zaſius hic dubias librato ſoluere Leges
  Conſilio,mira cum breuitate docet.
Aequauit priſcos culto ſermone peritos
  Iuris,in æquali ſingula lance notans.
Huc igitur ſtudioſa cohors properato,diurna,
  Nocturna pariter ſcripta reuolue manu.

IOAN. FICHARDVS PETRO SCHORTZ TREVIRO S.

SINGVLARES Intellectus Zaſij nuper à te mihi commodatos,ſuauißime Petre, tibi remitto: & quo minus eiuſmodi officijs in poſterum graueris, etiam cum fœnore.Relegenti enim mihi quædam in hoc Vulcanaliũ ocio(nam id opus iam olim deguſtaram)cũ ſtyli puritate atq; elegantia,tum argumentationum dexteritate & acumine mirificè delectarer,incidit,ut per Pindarum loquar,ἐπιθυ-

μίατὶς ἐπὶ φρέσιν ἀχόνας λιγυρᾶς, ἤ με καλλιρόοισι π[illegible]ις προδεῖλ-κον ad laudandũ Zaſium, uirũ, quo ſemper illum Eraſmus nominat epitheto, planè incõparabilem. Tentaui quidem: quàm uerò parum, quæ eſt illius præſtantia, id mihi ſucceſſerit, ipſe uidebis. Eam igitur oden (quanquàm & impudentis ſit cuiuſdam temeritatis, me ipſa in fantia infantiorem hominem, uirum tam modis omnibus ſummum, celebrandum ſumpſiſſe: & magnæ rurſus imprudentiæ, eius etiam teſtẽ nunc te efficere) tamen ad te mitto, non alia ſanè ratione, quàm qua nugas ſuas inuicem ſolent amici communicare. Idem in tuis ut fa cias (nam ſic nouitiam hanc amicitiam nobis alendam eſſe arbitror) te etiam atq; etiam oro. Bene uale mi Petre, & iſta domeſtica Zaſij conſuetudine felix perfruere. Friburgi, pridie Non. Auguſti, Anno Chriſti M. D. XXX.

ODE SAPPHICA DE LAVDIbus incomparabilis Legum Doctoris Dn. Vdalrichi Zaſij præceptoris mei colendiſsimi.

HAc leuis ergo tenus, & iocoſas,
Sit ſatis mecum retuliſſe nugas,
O Iouis proles, ueneranda Cleio,
Nona ſupremi.
Nunc uirûm laudes agè maximorum
Grandior tandem, ſuperas ad auras
Effer, & cantu celebrare tenta
Diua canoro.
Ergo quis cunctos potior canendus
Inter heroas, quibus hoc ſublimi
Inclytum fama ſuperat Friburgum,
Venerit unus?
An'ne qui primus literas Latinas,
Primus & Graias literas Latinis
Rettulit, dicam numeris Eraſmum
Roterodamum?
Nemo quo maior, ſimilisq; nemo eſt,
Proximus rarus: monimenta cuius
Noſtra mirantur, ſubitura ſemper
Secla ſtupeſcent.
An magis magni comites Eraſmi

Te canam

Te canam uatem Glareane noſtri
Temporis clarum, Latiam hacq; linguam
Vrbe docentem?
Tene Luſcini? genus omne doctum
Diſciplinarum, triplicesq; linguas,
Hisq; tradentem ſacra, laude ſumma,
Dogmata Chriſti?
Aut uetuſtatis potius (tenebris
Quæ uelut denſis latuit, latetq;)
Vindicem doctum memorem, Ioannem
Fortè Sichardum?
Inter hos ritè fueras referri
Dignus inſigni quoq; tu camœna,
Qui doces ſacros Canones, Ameli,
Ore diſerto.
At rapit totum ſibi me, tenetq;
Fama grandæui moritura nunquàm
Zaſij, quo nemo peritior nunc
Iuris & æqui.
Hunc tuis ergo, mea Muſa, plectris
Subijce, hunc clara celebrato uoce:
Hunc uirum plenis, agè Diua, ſolum
Laudibus effer.
Ille Germanis, Italis, Britannus,
Notus, & cunctis celebratus oris
Zaſius, noſtri decus & perenne
Ille Friburgi.
Ille quem totis bene conferendus
Gentibus, magna ueneratione
Diligens, unum ſolet anteferre
Diuus Eraſmus.
Cuius ex omni, ferè ſemper, orbe
Gratia pubes uenit audiendi
Docta, quæ magna ueteri refulget
Stemmate parte.
Nemo qui Leges profitetur uſquam
Doctius: nemo meliore tradit
Vel fide, uel iudicio, pariq;
Cum grauitate.
Dij, quibus celſa reſidens cathedra

 Hic

Hic modis,necdum ſatis orſus,in ſe
Omnium menteis oculosq; uertit
Voce potenti?
Quàm docet multo iuuenum fauore?
Afficit quanto penitus ſtupore
Singulos,quidam tria ceu ſuperſtes
Secula Neſtor?
Ille ſeu ſenſus ſibi ſingulares
Proferat,multa ratione firmos,
Rectius Legum quibus indicatur
Vera uoluntas:
Siue Doctorum dubias priorum
Dirimat pugnas:male ſeu profeſſos
Arguat ſiue explicet intricatos
Deniq; caſus.
Quæ quidem tanta ſimul & Latinæ
Copia præſtat phraſis,atq; luce,
Quanta uel priſcos decuiſſet ipſos
Iureperitos.
Zaſium porrò celebrato Muſa,
Quem ſtudent rebus dubijs & ipſi
Cæſares,Reges,proceresq́; primum
Conſuluiſſe:
Quiq́; longinquis petitur ab oris
In dies:cuius domus urbis,atq;
Omnium oraclum eſt,dubio ſuum quos
Sollicitat ius.
Qualis & quondam ſenioris illa
Mutij Legum fuerat periti
Ciuium ſemper celebrata turba
Ianua Romæ.
Ipſa quid tandem monimenta dicam
Laudis æternæ,lucubrationes?
Zaſio famam meruere quantam?
Nomina quanta?
Nil quibus uel doctius eſſe quicquam,
Nec poteſt uel terſius eſſe quicquam,
Et nihil fundatius eſſe quicquam,
Splendidiusq́;.
Illa dum cœlo uariantur horæ,

Et regent terras ſacra Iura, ſtabunt
Zaſij ſeruantia, clara cunctis
Nomina ſeclis.
Hinc ſuo tantum neq; uate quondam
Pindaro Thebæ, neq; Iωn Homero
Fulſit, hoc quantum duce nunc Friburgum
Nobile claret.
Arduum iactant uelut Alciatum
Galliæ: iactat Marium ſuperba
Roma: Germanis ita regnat unus
Zaſius oris.
Zaſius clarum iubar ille Legum,
Zaſius linguæ decus & Latinæ,
Zaſius præſtans literis quibuſuis
Inclytus heros.
Ergo Nelidæ tria ſecla uitam
Viuito fœlix, uenerande Zaſi,
Vt diu nobis (ſuperos precamur)
Ipſe ſuperſis.

Epilogus, omni laude maiorem eſſe Zaſium. Eiuſdem.

Ὑμνῶν εἴγε κλυτῶν πολὺ μᾶλλον μείζονα τιμῶν
Βαστάζειν ἀγανοῖς τὶς χαρίτεσσι θέλη,
Πυκνότατον κεῖνος παλαμοῖς τὸν Ζάσιον ἄνδρα
Εὐκλεῖ προσιθέτω τόνδε μάλιστα λόγῳ,
Ζάσιον ἀρκόσοφον, βαθύμητιν, ἀμύμονα, βουλαῖς
Νέστορα καὶ μύθοις, Ιουλίανον τε νόμοις.

Eiuſdem in Apologiam Zaſij contrà Petrum Stellam.

Legiſti Stellæ ſi fors aliquando libellum,
Zaſius errorum quo reus actus erat:
Hac, uel perſuaſus, contrà lege, quiſquis es, ipſum
Protinus & Stellam dixeris eſſe reum.

Aliud eiuſdem.

Quàm ſit difficilis, quàm res ſit plena pericli,
Entelli ualidas non timuiſſe manus,
Et quàm congreſſu ſuccumbere neſciat ullo
Zaſius, hinc paucis quiſq; uidere poteſt.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

HIERONYMI VEHI, IN ZASII præceptoris ſui obſeruantiſsimi laudem, decaſtichon.

FRugiferam uiduæ ſi uitem adiunxeris ulmo,
Arbor ſi ſterili culta feratur agro,
Præteriens dices, Res hæc perpulchra, uiator:
Namq; ulmo uitis, arbore claret ager.
Pulchrius eſt linguæ Ciuilia iura Latinæ,
Præplacidæ Martis iungere membra deæ.
Zaſius hic fecit (linguæ non parua Latinæ,
Et legum parili gloria magna modo)
Orator, uates, Iuriſconſultus, habebit
In libro optatas hoc ſibi delitias.

EVLOGIVM DIDI, IN TRACTAtum Zaſii de Iudæorum paruulis baptizandis.

EXCELLENTI ET EGREGIO D. *Doctori Vdalricho Zaſio, Thomas Didi, Aucuparius, Poëta Laur.* S. P. D.

QVum tot præſtantes per numina clara patroni
Hic ſubſcripta tuum teſtificantur opus,
Ingenium laudant, ſtudium mirantur, acutum
Rebus in Hebræis iudiciumq; probant:
Quare ego non digno tua ſcripta amplectar honore?
Splendoremq; tui nominis atque decus?
Laudibus ut ſummis Iuris legumq; peritos
Ornarunt uarijs ſecla uetuſta modis,
Cuncta quòd ad rerum curas, hominumq; ſalutem
* *Proſpiciantq; ſua cuncta tuentur ope,*
Diuiniſq; regunt totum quòd legibus orbem,
Tanquam cœleſtes hos coluere deos:
Sic tua non opera uirtus celebranda minori,
Virtus Phœbæo non reticenda choro,
Non reticēda animi felix fœcundia docti,
Qui tuus æterno flore uirebit honos.
Aurea nectareo quoq; uena referta liquore,
Plurima quæ largo dogmata rore parit.

Hinc tua quàm ueterum (quos gloria tanta ſecuta eſt)
Iureperitorum gloria maior erit.
In te nam fulget doctrina remotior, in te
Diſciplinarum germinat omne genus.
Te quærunt homines oracula Delphica tanquam,
Et reſponſa cliens publica quiſq; capit.
Ad te concurrit legum ſtudioſa iuuentus,
Te doctore graui doctior omnis abit.
Oppreſſos releuas, facis atq; reſurgere lapſos,
Conſilio diues gaudet, inopsq; tuo.
Ardua tanta licet ſine fine negotia tractes,
Et licet aßiduo Iura labore legas:
Nulla tamen poterit res quantumcunq; ſeuera,
A' ſtudio Zaſi te reuocare bono,
Quin noua Palladijs ſemper redimita coronis
Parturias, uelut hæc ſcripta diſerta docent:
Quæ meritò illuſtri ſunt inſignita nitore,
Et tot ab eximijs hic decorata uiris.

IN LAVDEM ILLVSTRISS. IVRIS interpretis Vdalrichi Zaſii, Germani, Richardus Sbrulius Foroiulianus, poëta Cæſareus.

QVid ſequeris balbos pubes Germana magiſtros,
Quum ſit natali turba diſerta ſolo?
Quid tibi cum Scythicis proles generoſa colonis?
Quin tua Romanos patria fortis alat.
Ah pudeat triſtes luci præferre tenebras,
Ah pudeat glaucam præ ſue nolle deam.
Vt ſileam multos, tibi Zaſius optima tradit
Quæque, decem tabulas explicat ille uirûm.
Somnia non uobis, folium legit ille Sibyllæ,
Tullius eloquio, legibus ille Solon.
Quid plus eloquio? quid nos plus legibus ornet?
Hæc duo præcipuè quenq; beare ualent.
Zaſius & calamo uos, & ſermone iuuabit,
Siue domi cupitis uiuere, ſiue foris.

VDALRICHVS ZASIVS AD LECTOREM.

Conteſtatam ante omnia uolo, ex ſolis me textibus Iuris, uerisq́; & fundatis rationibus, quæ uel lege uel natura firmantur, pendere, eíſque niti & hærere uelle. Deinde, ad opinionum procellas, quibus, teſte Cebete, ad ſcientiam non patet introitus, nolle alligari, quæ apud me, ne minimam quidem autoritatem habent, niſi, uel textu iuris, uel euidenti ratione conſiſtant. Et tertio loco, Accurſii, Bartoli, Baldi, Angeli, & cæterorum autoritatem, honore tamé eis debito ſeruato, non pluris me facere, quàm aliorum quorumcunq; Doctorũ qui eruditione præſtant, ut ita me nullo premant præiudicio, etiam ſi fuerint ingenio & doctrina in primis excellentes. Veritas enim Iuris ex textibus, non ex Doctorum autoritate eruitur. Tandem conſiliorum ſyluam eminus ablegamus, quæ ſæpenumero ad quæſtum & ad perſuadendum iudicem plus ſunt compoſita, quàm ad ueritates textuum aſſerendas. Proinde qui mea pergat conuellere, textibus Iuris, iuſtisq; rationibus mecum pugnet. Nam quicquid præterea armorum afferet, hac cõteſtatione, tanquam rem imbellem auerſabor.

VDAL

VDALRICHI ZASII IVRISCONSVLTI SINGVLARIVM RESPONSORVM

LIBER PRIMVS.

Memorabilia in Cap. primo obſeruanda.

1 *Genus anonymum primo modo.*
2 *Vltima uoluntas anonyma.*
3 *Hæres anomalus.*
4 *Ius ciuile anonymum.*
5 *Voluntas in genere anonyma.*
6 *Genus unde dicatur.*
7 *Genus pro qualitate & conditione rei acceptum, ſecundo modo.*
8 *Species aliquando pro qualitate ſumitur.*
9 *Genus pro ſpecie indifferenter ſæpe uſurpatur.*
10 *Genus pro qualitate circa res fungibiles, tertio modo.*
11 *Res natura ſimiles.*
12 *Res quaſi ſimiles.*
13 *Pecunia.*
14 *Res fungibiles eſſe ſpecies ſeparatas.*
15 *Res fungibiles quare genus nominentur.*
16 *Functio rerum immobilium in mutuo tantum uenit.*
17 *Intellectus uerus ad § .mutui .in l.ij .ff. ſi certum petatur.*
18 *Rebus fungibilibus genus unum & tria genera ineſſe queunt.*
19 *Cauſarum genera apud Rhetores ſunt tria, & nihilominus quatuor enumerantur.*
20 *Genus poſſeßionis eſt unum, & multa genera.*
21 *Pecunia ſpecies eſt & quantitas.*
22 *Res fungibiles quantitatis nomine ueniunt.*
23 *Pecuniæ quandoq; ſpeciei ineſt uirtus.*
24 *Legis, omnia .cum l. ſeq. ff. ſi certum pet. difficultas.*
25 *Pecunia cum argento qualiter functionem recipiat.*
26 *Genus quod ſe pluribus ſpeciebus communicat, quarto modo.*
27 *Genus per certas demonſtrationes determinatum fit ſpecies.*
28 *Nomina propria & appellatiua, genera dicuntur, circa quartum modum.*

modum.

29 *Genus primo modo acceptum in obligationem non uenit.*

32.31.30 *Generis ſecundi, tertij, & quarti modi obligatio.*

33 *Genera generaliſsima ſunt in triplici differentia.*

34 *Generum communia.*

35 *In obligatione generis omnes ſpecies obligantur ſub electione, contra communiter Doctores.*

36 *Specierum obligatio ſub genere reconditur.*

37 *In obligatione generis ſpecies ita debet dari, ut creditori uel legatario habere liceat.*

38 *Solui non dicitur quod auferri poteſt.*

39 *In obligatione generis pars unius ſpeciei ſoluta debitorē nō liberat.*

40 *Promiſsio alternatiua ſimilis obligationi generis.*

41 *In alternatiua obligatione, pactum de non petendo alteram ex ſpeciebus obligatis, toti obſtat obligationi: in obligatione uerò generis, diuerſum obſeruatur.*

42 *Genere legato, ſi teſtator nullas ſpecies reliquerit, an legatū ualeat.*

43 *Ars naturam imitatur quantum poteſt.*

44 *Regulam habens, certo iure munitus eſt.*

45 *Veſtimenta pauperibus legata quæ teſtator non habet, an teneat legatum.*

46 *Domus in genere legata.*

47 *Incertitudo non facit genus, ſed genus incertitudinem.*

48 *Teſtator fundos habēs limitatos, ſi leget fundū in genere, legatum ualet.*

49 *Debitor frumenti, uini, olei, & c. in genere.*

50 *Communicabilis qualitas obligationem conſeruat.*

51 *Communicabiles res uenditæ in genere, dandæ ſunt, nō tradendæ.*

52 *Promittendo uel legando decem amphoras uini ex fundo, ſi primo anno nihil naſcatur, futurus annus expectandus eſt.*

53 *Promittendo uel legando uinum, frumentum & c. quod ex fundo ſuburbano natum eſſet, & minus naſcatur quam debetur, nihil amplius præſtandum eſt.*

54 *Relatiuū, Quod, iunctū uerbo futuri tēporis, conditionē importat.*

55 *Verbum, Erit, futurum & præteritum tempus ſignificat.*

56 *Legatum annuum.*

57 *Promiſſor uini uel frumenti in ſpecie, certas illas ſpecies præſtare tenetur.*

58 *Specie ſine culpa debitoris perempta, quando liberetur debitor.*

59 *Accurſij error in compenſatione ſextantis.*

60 *Sextantis ad ſextantem quare ſit cōpenſatio, ratio uera & noua per Zaſium.*

Genus

Genus quatuor modis accipi, aliter quàm Bartolus, & cōmuniter Doctores ſunt opinati. CAP. I.

QVANDO in Iure noſtro ciuili ſæpe numero generis fit mētio & ſpeciei, quæ tamen, quantum ad obligationes attinet, à Doct. uel explicantur frigidè, uel malè cōfunduntur, eoq; nomine nō parum multi errores paſſim doceantur, rectè ac ordine fieri puto, ſi mox à fronte eam rem & diſtinctius & perfectius tractauerimus. Ea enim comperta tractatione, materia functionis & cognitu erit facilior, & in uniuerſum rerum incertarum obligationes fundatiori declaratione lumen accipient.

GENVS igitur, extra eas acceptiones quas in Iſagogis ſuis
Porphyrius enumerat, quantū ad legales diſciplinas ſatis eſt,
quatuor modis accipi putamus. Primo genus dicitur, quod 1
nō habet certum nomē, ſed ſimpliciter, nulliq; determinatæ
qualitati adſtrictū, uelut anonymū relinquitur. Sic enim ulti 2
ma uolūtas in genere inuenitur, ut quæ nec ſit teſtamētū, nec
codicillus, nec donatio cauſa mortis, nec alio ſpeciali nomine nominetur, ſed ſimpliciter in generali appellatione ultimæ uolūtatis relinquatur. de qua facit mētionē gl. no. in l. li-
cet. C. de pact. Sic & hæredē inuenio ſine certa qualitate. gl. 3
Inſtitu. de eo cui li. cau. Porrò & ius ciuile in genere ſine alio 4
ſpeciali nomine cōperitur, ſcilicet quòd nec ſit lex, nec edictū prætoriū, nec plebiſcitū, nec conſtitutio, nec cōſuetudo, ut l. ij. §. hæc diſputatio. & quæ ibi latius diximus, de orig. iur. Porrò & in l. ſi ego. ff. ſi cer. pet. uoluntatē aliquā in gene
re colligimus. Cū enim ibidē pecunia dicitur ſecundū uolun 5
tatē dantis eſſe cōſumpta, uolūtas ſimplex in genere anonyma intelligitur: ſiquidē cōtrahentes, quo ad ſpeciē cōtractus,
diſſenſerāt. Iſta generis appellatio nō ideo genus dicitur, 6
quòd ad ſpecies reſpiciat: nullas enim ſub ſe ſpecies habet, ſed ea ratione ſic nominatū eſt, quòd ſolū ſit, & (ut dixi) anonymū, ad nullā certā ſpeciē accedēs. Et quāuis Alex. in d. l. licet. actionē etiā in genere inueniri putauerit, attamē quo ad hāc generis acceptionē, errat: alia enim ratione, actio in genere eſſe dicitur, ſicut infrà ſuo ordine patere poterit. Sed miſcella-

nea,

nea, & cõfuſa generis pro genere uſurpatio, hos & alios erro
7 res peperit. Secũdo modo genus pro qualitate & cõditio-
ne rei accipitur, ut cum tyrannus dicitur eſſe eius generis, id
eſt, conditionis, ut nõ facile ad humanitatẽ perſuadeatur. Ea
loquendi figura Iurecouſultis frequens eſt, ut in l. quęſitũ. §.
idẽ Celſus. ff. de fund. inſtr. ubi dicitur, hoc genus ſeruos. in
l. & ita. §. ex hoc edicto. ff. naut. caup. ſtab. ubi coërcetur im-
probitas eius generis, id eſt, conditionis, quo ſunt nautæ, cau
pones. cũ multis ſimilibus. Porrò & ſpecies pro qualitate ali
8 quando & cõditione ſumitur, ut in l. permiſceri. §. ſpecies. ff.
de acq. poſſ. l. proponebatur. de iud. l. ſi ſoluturus. de ſol. cũ
9 ſimil. Sæpe etiã fit, ut genus hoc modo acceptum pro ſpecie,
id eſt, qualitate uſurpetur, ut in l. nõ uidetur. ff. de iud. ubi ge
nus actionis ab Accurſ. rectè exponitur pro ſpecie, quamuis
Accurſ. ad hãc generis acceptionẽ non reſpexerit. quod certè
ex eo ſatis colligimus, quòd is ipſe in l. fin. ff. de cõd. cau. dat.
Iurecõſultũ, inter alia cõtractus genus nominantẽ, quaſi ca-
ſtigare uideatur, putãs ibidẽ melius potuiſſe dici ſpeciẽ quàm
genus: quod tamẽ nõ erat neceſſe, cũ eo loci genus rectè pro
ſpecie accipiatur, id eſt, pro qualitate ſeu cõditione rei. Sic in
l. qui ſeruũ. poſt prin. ff. de interr. act. cũ dicitur, litem ſubiſſe
hoc genere, hoc eſt, ea cõfeſsionis ſpecie. quod tamẽ Accurſ.
ibidẽ pro modo nõ male expoſuit. Sic & in l. rerũ mixtura. ff.
de uſucap. cũ tria eſſe genera corporũ dicãtur, ſpecies, quali-
tates, differẽtias intelligimus. Eo intellectu etiã genus accipi
tur in l. iij. §. genera. de acq. poſſ. ubi modo unũ, modo plu-
ra in poſſeſsionib. genera ponũtur: ſed rationẽ eius uarietatis
pòſt aperiemus. His cõſequẽs eſt, quòd in hac acceptiõe, quæ
frequẽtiſsima in iure eſt, genus à ſpecie non differat, nec ſpe-
cies à genere: utraq; enim qualitatẽ & cõditionẽ ſignificãt, ut
prædiximus. quapropter ea generis appellatio nullas ſub ſe
ſpecies cõtinet, ſed ad ſpeciei, id eſt, qualitatis ſignificationẽ
cõtrahitur & coërcetur. Ex prædicta obſeruatione emergit
10 tertia generis acceptio, quæ circa res fungibiles uerſatur. Ge-
nus enim hoc tertio modo acceptũ, cõmunicabilis quædam
qualitas eſt ſeu cõditio, quę rebus accidit natura uel quaſi ſi-
11 milib⁹, in numero, põdere, & mẽſura cõſiſtẽtibus. Natura sũt
12 ſimiles, uinũ, frumẽtũ, oleũ, metalla, &c. Eas uero res quę arti
ficis quidẽ manu fiũt, ſed in eis natura præualet, quaſi ſimiles
nominamus, ut panes, tegulę, lateres, ſal, butyrũ, farina, & quę
ſimil

ſimilia ſũt. Pecuniã uero, etſi ſit manu artificis facta, inter res 13
fungibiles poni nõ eſt dubiũ, ut quæ ſua origine ad hoc formata ſit, ut uniformi uſu ſui, mutuã prĉberet functionẽ. l. j. ff. de contr. emp. In omnibus illis rebus, cõmunicabilis, ſiue, ut Bal. dicit, idẽtifica ineſt qualitas, quę hic genꝰ dicitur, per quã functio, id eſt, promiſcuus uſus inducitur. Sic enim frumenti ad frumẽtũ, uini ad uinũ, & ita de aliis, mutua uice datur functio. 14
quæ res licet inter ſeſe ſint ſpecies ſeparatæ (aliud enim frumẽtũ meũ, aliud tuũ: alius panis tuus, alius meus) iſta tamẽ omnimoda ſimilitudo facit ut mutuò communicẽtur, & propter idẽtificã qualitatẽ (quæ hic genus dicitur) uelut eadẽ res reputẽtur, de quo genere Iureconſ. loquitur in d. l. ij. §. mutui. ff. ſi cer. pet. Et quãuis hoc genus cõmunicabilis qualitatis rebus fungibilibus adhæreat, eædẽ tamẽ res nihilominus ſpecies remanẽt, nec propterea in genus hoc modo acceptum trãſeũt. Cũ enim idipſum genus nihil ſit, niſi accidẽs idẽtificę (ut dixi) qualitatis, quomodo ſubſtantiã rerũ ſpecierũq́; huiuſmodi demutare poſſet? Vnde quod Iureconſ. in d. §. mutui. docet huiuſmodi res functionẽ in ſuo genere recipere, intelligendũ eſt in ſua cõmunicabili & idẽtifica qualitate. Nec obſtat quòd in d. l. ij. in prin. dicitur nõ eandẽ ſpeciẽ, ſed idẽ genus ſolui: quia I. C. cõpẽdio ſermonis, & quodã tropo Metonymiæ, generis uocabulo, res quę ſub eodẽ ſunt genere uſurpauit, ſicuti ipſe ſeſe declarat in d. §. mutui. Simili tropo uſus eſt I. C. in l. quod Nerua. ff. dep. ubi latior culpa dolus 15
nominatur, id eſt, proximè dolũ: id quod infrà in tractatu Latæ culpæ latius attigimus. Iſthæc figura loquẽdi, nõ ſolum in humanioribus literis, ſed etiã Iurecõſultis aſſueta eſt, ut in l. ſeruus. ff. de cond. indeb. redimi furtũ, id eſt, res furtiua dicitur: & in l. cum quis. ff. de cond. ob cauſ. donatio, id eſt, res donata cõdicitur: & eſt pro hoc gl. cum cõcord. in l. j. uer. habitationẽ. ff. cõmod. Sic & apud Paul. 11. Cor. cap. v. ſcribitur Nos effici iuſtitiã Dei, id eſt, iuſtos. ut interim uarios alios locos taceamus. Huiuſmodi ergo res fungibiles, etiam ſi genus nominẽtur, tamen nõ eſſe niſi ſub genere intelliguntur: ſunt enim re ipſa ſpecies ſicut alia corpora. quod certe ex l. inter ſtipul. §. ſi ſtipulatus. uerſ. uini. l. ſtipulationũ. ff. de uer. obl. 16
liquidò patere poteſt. Circa quod diligenter conſiderandũ eſt, quòd iſta cõmunicabilis qualitas, in contractu tantũmodo mutui, functionem ſpecierũ huiuſmodi inter ſeſe uiciſsim

parit.

parit. In aliis autē cōtractibus & diſpoſitionibus quãuis ali-
quãdo faciat, ut huiuſmodi ſpecies nō ita facile ſicut cætera
corpora intereãt: id quod infrà ſuo ordine latius explicabi-
tur: functionē tamē in eis uicariã, cæteris paribus non credi-
mus eſſe receptã. Sed occurrit hic nodus qui capita doctorũ
torſit, nec eſt adhuc à quoquam, quē legerim, explicatus. Nã
in d.l.ij. §.mutui. dicit I. C. earũ rerũ datione quæ numero,
pōdere, & menſura cōſiſtũt, in creditũ iri: quia in genere ſuo
functionē recipiũt per ſolutionē magis quàm per ſpeciē. quę
uerba planè obſcura ſunt, & nō incommodè à Paulo I. C. pro
dita: qui nō ſemel σκοτινὸς, id eſt, obſcurus eſſe deprehendi-
tur. Quomodo enim fieri poteſt, ut functionē recipiãt hę res
magis per ſolutionē, quàm per ſpeciem? imò rota cōuerti de-
buit, ut functio potius ex ſpecie, rerũq; ſimilitudine, quàm ex
ſolutione appareret, ſcilicet quòd ſpecies in mutuo omnino
ſit neceſſaria, cũ ſit cōtractus qui re celebratur, in quo etiã &
res ipſa & ſpecies potēter dominatur: ſolutio autē ſpeciei in
eo cōtractu uelut ſubſeruire uideatur. Quomodo ergo ſerui
entē ſolutionem dominãti ſpeciei præferimus? Accurſ. in gl.
mag. ulcus mouet, ſed nō aperit. Bar. Bal. Ang. nodũ fortiter
trãſiliũt. Paul. de Caſt. putat, quòd cũ huiuſmodi cōtractu a-
lia res ſimilis ſoluēda ſit, nō eadē ſpecies reſtituēda quæ acce
pta fuit: unde ſolutionis effectũ (qui aliã rē cōcernit) plus hic
attēdi quàm ſpeciē, id eſt, eiuſdē ſpeciei reſtitutionē, &c. Sed
nō diſſoluitur per hoc nodus: debebat enim adhuc per ſpeciē
etiã ſimilē fieri functio, magis quàm ancillãtē ſolutionē. De-
niq; ex hac declaratione d. §. mutui. planè ſuperuacaneus red
deretur, cũ in d.l.ij. paulò ſuprà ad prin. ſatis deciſum ſit, ean
dē ſpeciē nō reſtitui, ſed idem genus ſolui. Quid igitur atti-
nebat hoc in noſtro §. itetũ repeti? Alciatus, uir ſine dubio
exactiſsimæ eruditionis, & qui nō ſolũ in iure ciuili (in quo
tamē principatũ tenet) ſed etiam in uariis optimis diſciplinis
eminet, is quædã in ſuis Paradoxis in prædictũ text. docuit:
ſed reſolutiones ſuæ difficultatē nō tollũt. Quapropter quid
17 & ego ſentiã, uelut ſymbolũ adferre uolui. Et præmittēdũ
eſt, mutuũ, quo ad propoſitũ noſtrũ, circa duo principalia uer
ſari: tũ ut ſuper rebus fiat natura uel quaſi ſimilibus, id quod
materiã mutui reſpicit: deinde ut hæ res rectè & formiter, nē-
pe numero, pōdere & mēſura, in mutuũ ueniãt, quæ & forma
lis in mutuo qualitas nominari poteſt. Quippe forma mutui

in

in eo reſidet, ut numeri ad numerũ, mẽſuræ ad mẽſuram, pon deris ad pondus ſolutio explicetur: quã formã Accurſ. in gl. ſua mag. (licet alio fine) attigiſſe uidetur. Cum ergo per I. C. deciditur, res cõmunicabiles functionẽ in ſuo genere recipere magis per ſolutionẽ quàm per ſpeciẽ: ſenſus eſt, plus attẽdi formalia mutui, id eſt, ut formiter fiat ſolutio, quàm ſpecierũ ſimilitudinẽ, quæ licet & ipſa attẽdatur, ſcilicet quòd ſine rebus tãquã materia, mutuũ naturale cõſiſtere nõ poſſet, præualẽt tamen formalia, quę certè ex formali ſolutione relucẽt. quod poteſt exẽplo patere. Si enim aceruũ frumenti tui mutuaueris, ut ſimilẽ aceruũ accipias, hic eſt ſpecierũ ſimilitudo. Cæterũ hoc cõtractu mutuũ non contrahitur, cũ ſolutio formiter, id eſt, numero ad numerũ non ſit facta. Vides quàm facile eſt mens I. C. declarata, quæ tamẽ tot annos & ſecula, tot perita fatigauit capita. Voluit enim I. C. quòd formalis ſolutio magis attẽderetur, quàm ſimilitudo ſpecierũ. Nec uerum eſt quod Accurſ. dicit, dictionem, magis, electiue poni, imò proprie ſub cõparatione uenit, ut ſpecierũ quidẽ ſimilitudo in mutuo reqratur, ſed magis attendatur formalis & rite facta ſolutio. Nõ enim ſimplex quęlibet ſolutio in huiuſmodi rerũ mutuo eſt recepta, niſi ſit facta formiter. Notãdũ porrò eſt, 18
quòd licet omnibus rebus & ſpeciebus fungibilibus unũ genus, nẽpe communicabilis qualitas accidat, ut ſuperius docuimus, nihilominus tamẽ etiã in eis tria genera, id eſt, cõditiones & qualitates locũ habẽt, uidelicet numerus, põdus, menſura: ut ſic & unũ genus in eis, & tria genera inueniãtur. Sed hoc non eſt abſurdũ, ſi aliam & aliam rationẽ expẽderis. Nã quo ad eam qualitatẽ intrinſecam, quæ materiam mutui, nem pe res ipſas natura uel quaſi ſimiles reſpicit, unũ eſt omnibus genus, id eſt, una conditio rerũ inter ſeſe communicabilium. Sin uero formalia mutui conſideres, tria ſunt genera, id eſt, qualitates, in quibus huiuſmodi res conſiſtere dicũtur. Simile eſt in primo Rhetoric. Ciceronis. ubi cum in initio tria 19
cauſarũ genera numerantur, mox & quatuor genera deduci uideas: quod pari diſtinctione cõcilies. Nam quo ad principia cauſarũ eſſentialia, genera tãtũ tria ſunt, iudiciale, delibe ratiuũ, & demõſtratiuũ. Cæterũ ſi ad materiã reſpexeris circa quã cauſę uerſantur, quatuor ſunt genera, honeſtũ, turpe, hu mile, & dubiũ. Sic poſſeſsionis genus aliquãdo unũ eſt, ſi ad 20
qualitatẽ reſpicias inſiſtẽdi: ſin ad materiã circa quã uerſatur,

tunc

tunc tot ſunt genera poſſeſsionis, quot cauſę acquirẽdi domi
nii. Sin uero ad modũ & formã poſsidendi, duo ſunt genera
uel ſpecies, bona fides, & nõ fides: per quæ datur intellectus
expedit⁹ ad l. iij. §. genera. de acq. poſs. ubi genera pro quali
tatibus & cõditiõibus ponũtur. Cęterũ ſi ad qualitates intrin
ſecas & eſſentiales, ex quibus in eſſe producitur poſſeſsio, re
ſpexeris, duo ſunt genera, ciuile, & naturale, tãquã cauſæ effi
ciẽtes. Sin uero ad effectus quos producit poſſeſsio, & ad cau
ſas finales, tũc quot ſint genera poſſeſsionis, dixi in d. l. iij. §.
ex cõtrario. eo. tit. Præterea aduertẽdũ eſt, quòd licet pecu-
nia cũ aliis rebus ſeu ſpeciebus fungibilibus cõnumeretur, ſci
licet quòd functionẽ in eodẽ genere recipiat, habet tamẽ ali-
qua præcipua, quæ in aliis rebus nõ inuenies: nã numerari, põ
derari, & mẽſurari poteſt. Sic & Abrahã ſiclos argẽteos, quos
pro ſepulchro dederat, appẽdẽdo ſoluit, ut in Geneſi legitur.
Itẽ quia per pecuniã res omnes æſtimãtur. l. ſed etſi fideiuſſo
rẽ. de fideiuſſ. l. j. de contr. emp. Quapropter licet pecunia ue
rè corpus & ſpecies ſit. l. nã etſi fur. in fi. ff. ſi cer. pet. quantita
21 tis tamẽ nomẽ induit, ſcilicet per quã omnis res quãta ſit oſtẽ
ditur, ut ita pecunia ſpecies ſit & quãtitas. Species ideo, quòd
per naturã corpus ſit: quãtitas uero, quòd uſum ſui rerũ æſti-
matione præbeat. quæ doctrina elegantiſsimè ex I. C. colli-
gitur in l. ſi is cui. poſt prin. ff. de ſolu. ubi dicitur, Siue in pe-
22 cunia quis nõ corpora excogitet, ſed quãtitatẽ. Aliæ uero res
fungibiles, uinũ, frumẽtũ, oleũ, &c. nomine quãtitatis nũcu-
pari nõ poſsũt, utpote quòd per huiuſmodi res nulla fiat ua-
loris æſtimatio. Rectius uerò res fungibiles nouo noſtro uo
cabulo nominari poſsũt, quòd ex communicabili natura fun
ctionẽ in mutuo, & aliquãdo in aliis diſpoſitionibus cõmuni
cationem recipiãt. Quapropter error eſt Accurſ. in l. fi. in gl.
mag. ff. de cond. trit. ubi quãtitatis nomine etiã uinũ, frumẽ-
tũ, oleũ, &c. cẽſuit. Simili errore Bar. Alex. Iaſ. & alii labũtur,
qui nõ ſemel res eas quãtitatẽ nominarũt, tã ineptè quàm nul
lo iure, natura etiã rerum refragãte. Et quòd huiuſmodi ſpe-
cies, frumẽtũ, uinũ, &c. quãtitatis nomine cẽſeri nõ poſsint,
tex. eſt apertus in l. in ſumma. §. in frumento. ff. de cond. in-
deb. ubi frumẽto indebite ſoluto, cõſumpto, precium condi-
citur: quod ad ſpecies pertinere nemo iuſtè negat. Nam ſi fru
mentũ quãtitas eſſet, non preciũ, ſed tantundẽ frumẽti cõdi-
ceretur. l. quod inbebitũ. ff. eo. tit. Verum cum Accurſ. Bar. &

Doct

Doctores ſuo errori ſubſcriberent, in difficultates inciderunt quàm maxime impeditas, eatenus ut Accurſ. in d. §. in frumento. impertinenter diuinaret, Barto. dubitaret, Iaſ. in d. l. quod indebitum. arduum eſſe & difficile contrarium fatere-tur: quod tamen non erat neceſſe, ſi Doctores aduertiſſent, quòd alter tex. de ſpecie, alter de quantitate ſenſerat. Cæterum ſi eum errorem pergas ex lecturis eorum tollere, bonam partem commentariorum ſuorum in pluribus ll. adimas neceſſe erit. Quamuis autem pecunia numerata quantitatis 13 nomen induerit, remanet tamen aliquando in ea ſpeciei uirtus: ut ſi in ciſtam recōdita, uel ſacculo clauſa, aut alioqui obſignata, legata uel data fuerit: tunc enim non alio iure quàm ſicut cætera corpora cenſebitur. l. planè. §. penul. l. ſed & certos. ff. de lega. j. cūm uulga. quo caſu pecunia in contractum mutui rectè, ſicut alia corpora non fungibilia uenire non poterit, ut bene docuit Accurſ. in d. §. mutui. in gloſ. mag. ad fi.

Per quam doctrinam nuper in lectione noſtra quædam non inelegāter tractauimus. Nam in l. ſi quis nec cauſam. ff. ſi certum peta. communis opinio pro Azone contra Io. tenet in caſu ibi poſito, Periculum leuis & leuiſsimæ culpæ, non autem caſum fortuitum ad depoſitarium pertinere: intelligētes tamen pecuniā ut ſpeciem (in ſacculo fortè clauſam) fuiſſe ibidem depoſitam, alioqui pro ſententia Ioan. caſus fortuiti non excluderentur. Hic ego tenui non eſſe uerum, quòd pecunia illic ut ſpecies ſit depoſita: ſiquidem & diuinationem eſſe impertinentem, & textum uiolenter urgeri. Quomodo enim pecunia ibidem ut ſpecies intelligi poterat, quę depoſitario in creditum ea conditione data erat, ſi prædia emiſſet? Nam nec emi prædia per corpus pecuniæ, nec in creditum iri potuiſſet, utpote quòd in utroq; caſu pecuniam numeratam interuenire neceſſe eſt. Inſti. de contra. emp. §. precium. gl. mag. in d. §. mutui. Deniq; quia tex. in d. l. ſi quis. apertè docet, quòd is debitor pecuniam mutuam petierit, unde uoluit pecuniam numeratam dari, non ſpeciem. Quibus ſic habentibus in caſu prædicto pecunia numerata, non obſignata depoſita eſt, alioqui in creditum iri non poterat. Quapropter caſuum etiam fortuitorum periculum pro Io. ſententia ad depoſitarium pertinuit. fa. l. in naue. poſt prin. ibi, Idē iuris eſt in depoſito. ff. loca. Porrò & alia difficultas nuper inciderat in l. omnia. cum l. ſeq. ff. ſi cer. pe. ubi cum I. C. de condi- 14

tione tacita mutui loquens,exẽplum dediſſet de hærede,qui pecuniam Titio legatam alteri credidit:non enim antè credi tã eſſe,quàm Titius legatũ repudiet. quo loco Odof. & Bal. dicũt pecuniam illic in ſpecie(uelut in ciſta clauſam) fuiſſe legatam:alioqui ſi ſub quantitate pecunia legaretur,hæredẽ ut dominũ non impediri, quin rectè mutuare pecuniam ſine tacita conditione potuiſſet. quo intellectu duo nobis ſcrupuli occurrerunt. Primo,cum certũ ſit pecuniã ut ſpeciem mutuari alteri nõ poſſe,per ea quæ ſuprà diximus. Vnde ſi hoc legatũ erat ſpeciei,mutuũ ab initio non conſtitit:ſin erat quãtitatis, mox iuſtum erat mutuũ,& ſic neutrobi in futurũ euentũ pendere poterat. Deniq; & ſecundo,ſi maxime fuiſſet mutuum, agnito tamẽ per legatariũ legato,hæres rem legatam ſoluere non potuiſſet. Nam debitor non erat obligatus eandẽ ſpeciẽ reddere,ſed tantundẽ ſoluere. Legatarius autẽ æſtimationẽ recipere non cogebatur,ſed rem ipſam legatã impetere poterat. l. ſi domus. §. cũ alicui. ff. de leg. j. Nos priorẽ nodum ita diſſoluimus,quòd quãuis pecunia in ciſta clauſa legata, ſpecies erat quo ad legatariũ,poterat tamen alteri nõ obſignata, ſed numerãdo dari in mutuũ,ut ſic eadẽ pecunia,quæ quo ad legatariũ propter obſignationẽ erat ſpecies,in debitore propter numerationẽ mutuũ fuit. Quid enim abſurdi emergat,ſi pecunia obſignata,ſpecies ſit Titio,numerata uerò debitori ſit quantitas? Nam per ea quæ eleganter docuimus, pecunia, quæ per naturã ſemper corpus eſt,d. l. nã & ſi fur. uim ſpeciei retinet,ſi detur ſub corpore:in quantitatẽ uero tranſit,ſi numeretur. Poteſt enim in pecunia & corpus cogitari & quantitas. d. l. ſi is cui. ff. de ſol. Alterũ uerò nodũ explicuit in circulo poſt lectionẽ clariſsimus uir dominus Sebaſtia. Derrer, tunc Iuris ciuilis candidatus,iam uerò Doctor ingenio & doctrina inſignis,qui tum fortè aderat. Putabat enim eo loci, cũ legatarius agnito legato ſpeciẽ petierit, ſufficere ſi hæres æſtimationẽ ſoluat:ea ſaltem ratione,quòd res ipſa quæ iam ſolui non poterat, perempta intelligeretur:cenſeri autẽ ſolui nõ potuiſſe,cũ debitor ad ſpeciẽ reddendã inuitus nõ cogeretur. l. nõ dubiũ. ff. de leg. iij. d. l. ſi domus. §. qui cõfitetur.

Iam uerò ex his quæ ſuprà docuimus,uel tẽperari,uel emẽdari quædã glo. poterit in l. cũ fundus. §. ſeruũ. uer. quod ad peculiares. ff. ſi cer. pe. ubi cũ deciditur,numos peculiares per dominũ Stichi,ſi extẽt,uẽdicari poſſe:putãt gl. & Doct. uendicari

dicari numos ut ſpeciẽ: quod nõ eſt uerũ, tum quia peculiũ ad certũ corpus nõ adſtringitur, tũ quia numi ibidẽ pro homine empto, tãquã preciũ in pecunia numerata expoſiti ſunt. credi derim eos deceptos fuiſſe ex uerbo, uẽdicari, quaſi nõ niſi ſpecies uẽdicetur. Sed meminiſſe poterãt numos extãtes uẽdicari poſſe, etiã ſi ſint quãtitas, & ſub pecunia numerata dati, id quod manifeſtũ eſt ex l. rogaſti. §. ſi fugitiuus. d. l. nam & ſi fur. l. filiusfa. ff. ſi cer. pe. Hoc tamẽ nõ inficior, pecuniã etiam numeratã per corpora uẽdicari, nõ autẽ tanquã ſpeciẽ in ciſta clauſam. Reſtaret nũc dicendũ, an pecunia cũ argento puro 25 functionẽ in genere eodẽ recipiat. Verũ in lectura noſtra hęc & alia latè docuimus. Siquidẽ cũ cõmuni opiniõe tenuimus, pecuniã cũ argento mutuato in eodẽ genere functionẽ non aliter recipere, quàm ſi nõ ſit ære cõtaminata: quippe quòd in mutuo res debita in eadẽ bonitate danda ſit. In alijs uerò cõ tractibus, defendimus pecuniã probæ monetæ, cuius ſit publica autoritas pro argẽto in põdere, iuxta eam æſtimationẽ quæ publico uſu recepta ſit, inuito etiã creditori ſolui poſſe, etiã ſi ſit ære cõtaminata. Imò diximus, ſub pondere auri & argẽti, recte intelligi pecuniã. Pro qua aſſertione nõ ſolũ in pœnis, ſed etiã in rebus alijs cõplura iura allegauimus: ſed & tributa Imperij, priuilegia pœnalia, cenſusq; & reditus ſacerdotiorũ, nõ alia frequẽtius q̃ marcarũ argẽti æſtimatione intelligi. Nec uerũ eſſe quod Bar. uoluit, monetã in forma tãtã præbere utilitatẽ oportere, quãtã in materia, ut qui cõtra tex. expreſſum loquitur d. l. j. ff. de cõtr. emp. Sed quia hoc præſenti loco, genera & ſpecies, obligationẽq; eorũ docere orſi ſumus, ſatis latè digreſſi, cœptũ ordinẽ reducamus. Quarto 26 modo genus uerè & propriè, dicitur id quod de natura ſui pluribus ſeſe ſpeciebus cõmunicat, & quod nõie quidẽ incertũ & cõfuſum, ſeu (ut Cicero dicit) informe eſt, põt tamẽ per ſpecies cõtentas fieri certius. fa. l. Meuius. §. duorũ. de leg. ij. ubi dicitur, hominẽ in genere, ſermonis cõpendio plures in ſeſe hoĩes cõtinere. Deniq; hoc genus ſi ad differẽtias ſpecificas cõtrahatur, uel, ut ciuili modo loquar, per certas demõſtratio 27 nes determinetur, iã ſpecies fit, ut exẽpli gratia: Homo genus eſt. Quòd ſi hominẽ, Stichũ, oblõgũ, rufum, monoculũ, &c. noĩaueris, iã ex genere ĩ ſpeciẽ fit trãſitus. Hoc eſt quod Boëthius in Topi. dicit, ſpeciẽ fieri quoties genus ipſum uelut in quãdam cõtrahitur portionẽ. Cõtrahitur autẽ effuſa generis

uirtus,nõ ſemper demõſtratione certiori &indiuidua:quo caſu generis nomẽ nõ quidẽ amittitur,ſed minus generale efficitur:ut cũ hoĩes indoctos nomino,iã nõdũ certa ſpecies apparet,ſed uis generis tantũ ad indoctos coërcetur. Q̃uapropter determinationes ad certã demõſtrationẽ plus nel minus adſtrictæ,uel generis nomẽ relinquũt,uel ſpeciẽ, id eſt,certum corpus cõſtituũt.fa.eleg.tex.in l.in rõne.ij. §.incertis.ff. ad l.fal.l.qui duos.ff.de leg.j.cũ ſimi. Ad has doctrinas ſi reſpexiſſet Bar.& So.in l.ij. §.mutui.nu.xij.ff.ſi cer.pe.in exẽplo ueſtis,nõ ſubſtitiſſent:quòd enim putãt ueſtẽ ſpeciẽ eſſe, nõ eſt uerũ,& eſt cõtra iura notiſsima.l.legato.l.cũ incertus. de le.j.& d. §.duorũ.Sed eſt genus minus generale,ut ſuprà declarauimus. At illa ueſtis ſerica,candida,nigra,&c.ſpeciei,id eſt,indiuidui appellatione uenit:quapropter ueſtis genus eſt

18 ad ueſtes particulares. Hac generis acceptione,nõ ſolũ appellatiua,ſed & propria noĩa genera dicuntur.Sicut enim homo de pluribus hoĩbus,ita & Stichus de pluribus Stichis uerificatur:aliter tamen ſi uim rerũ inſpicias. Nã homo plures hoĩes ſignificatiuè cõplectitur,Stichus autẽ plures Stichos nõ niſi uoce.Quæ tamẽ uaria uis apud Dialecticos(ut qui circa rationẽ diſſerẽdi uerſentur)magis q̃ in Iure noſtro attẽditur.Huic generi cognatũ eſt quod ſub ſe ſpecies cõtineat,quod in alijs generibus,de quibus ſuprà tractauimus,nõ inuenies.Species aũt hoc loco nihil eſt aliud quàm certa res,quæ iuſta certitudine,qualis & quãta ſit appareat.l. ſtipulationũ.ff. de uerb. obl.Logici indiuiduũ nominãt.Poteſt & in rebus incorporalibus ex certiore demõſtratione ſpecies apparere,ut iſta ſeruitus,hæc iuriſdictio. Et hactenus de uaria generis acceptiõe. Nec tamẽ ignoro genus aliter per Bar.diuidi in d.l.Meuius. §.duorũ.ff.de leg.ij.Putat enim genus pro quãtitate quadã accipi,ut cũ debeatur tertia,quarta,aut alia pars pro indiuiſo dicatur deberi genus.per.l.j. §.pe.ff.ſi pars hær.pet.Sed hoc nõ eſt uerũ.Ea enim quæ per quotas diuidũtur,potius habẽt uim totius & partiũ quàm generis & ſpecierum:quod & Rodol.Agricola lib.primo de Inuentione docuit. Sed decepit Bar.gl.in d. §.penul.dum putat ſextantis ad ſextantem generis eſſe compenſationem.Sed eũ errorẽ alibi confutabimus.

19 EXPLICITA igitur generis uaria acceptione,reliquũ eſt ut obligationes generũ perſequamur. In quo noniſſe cõueniet,de genere primo modo tractari nõ poſſe an in obligationem

tionē ueniat,cū ſit anonymū,ad nullā certā rem adſtrictū,& nihil aliud quàm uox eius rei ſignificatiua,quæ ſpeciale nomē nō habeat,ut ſuprà declarauimus.Genus uero ſecūdo modo acceptū quod qualitatē ſeu cōditionē ſignificat,hactenus 30
in obligationē uenit,quatenus ſolēt accidētia ſpeciebus adhærētia.Iſthæc enim genera nihil ſunt aliud quàm qualitates,quæ cōditionē ſpecierū oſtendūt,ut ſuprà ſatis declarauimus. Cū enim dicimus,nautas,& id genus hoīes obligari,nō aliud quàm eos ſignificamus qui pari cū nautis cōditiōe cēſentur:quapropter de obligatione huius generis plura tractare ſuperuacuū eſt. Iam uero & de genere tertio modo accepto, 31
quod cōmunicabilē in rebus,natura uel quaſi ſimilibus qualitatē exhibet,nulla iuſtè tractatur obligatio.Hoc enim genus quod ipſum & accidēs eſt,rebus fungibilibus adnexū,ex ſeſe in obligationē uenire nō poteſt.Cæterū res fungibiles, quibus hoc genus cognatū eſt,in obligationē ueniūt,nō ex rōne generis,ſed tanquā certæ ſpecies,quæ propter naturæ ſimilitudinē inter ſeſe functionē recipiūt:alioq quomodo res ſeu ſpecies huiuſmodi acceptæ mutuò,ſub æquali bonitate redderētur,niſi certę datæ eſſent? l.cū quid.ff.ſi cer.pe. Videre itaq; eſt quàm impertinēter Bar.&Doctores.in legibus ſuper mutuo loquētibus,de obligatione generis &quātitatis,an,& qualiter aliud pro alio ſolui poſsit,cōfuſum miſcuerint tractatum,cū nō genus,ſed certa ſpecies in mutuū ueniat,ut iam ſæpe declarauimus,& ex induſtria repetimus,tanquā rem declaratione ualde neceſſariā. Ex prædictis ſic elucidatis facile col 32
ligitur,quod genꝰ quarto modo acceptū,nēpe pro re incerta, & quod pluribus cōmune eſt , rectè & uerè in obligationem uenit. Verum circa hoc genus certos gradus diſtinguimus. Quædam enim genera ſunt generalia,ut homo , equus:ſunt quædā generaliora,ut animal:& porrò alia generaliſsima,ut ſubſtantia,corpus.De genere primi gradus,id eſt,quæ generalia ſunt,nobis ſermo eſt.Alia enim genera ſecundi & tertij gradus,quia in obligationē,cæteris paribus,nō ueniūt,trāſire in præſentia uolumus. Igitur genera primi gradus nobis ſunt examināda,quorū noīe,ſi in cōmunes aliquādo doctrinas incidimus,nemo tumultuetur:fieri enim nō poteſt, quin cū Doctoribus aliquādo nobis cōueniat. Cæterū plura ſunt in quibus ab eis diſcedimus,quæ ipſo tractatu facile apparere poſſunt, etiam ſi non ſemper errorum nomina affricue-

rimus. Sunt autem genera generalia in triplici differentia.
33 Quædam à natura limites accipiunt, ut, homo,equus, lapis, arbor,& cætera huiuſmodi.Deinde alia deſtinatione & facto hominis limitantur, ut fundus,nauis,domus. Sicuti enim paterfamil.in his & ſimilibus res ipſas dilatauerit, aut coërcuerit,ita limitata eſſe dicentur.tex.eſt clarus in l.quod in rerũ. §.fin.ff.de leg.j.Tertio loco ſunt genera,quæ numero,pondere,& menſura limites accipiunt, ſicuti uinum, frumentum, oleum,pecunia,& id genus ſimilia:& hoc communi ſenſu cognoſcitur.Naturæ enim uel artis limitatio, quæ in huiuſmodi rebus eſt,non attenditur,cum omnis eorum uis & communicatio in numero,pondere, & menſura conſiſtat, ut eleg.ſignificauit tex.cum gl.in d.l.ij. §.mutui. & eſt arg.in l.triticum.de uerb.oblig.& l.ita ſtipulatus.ij.reſponſ. eod.tit.fa.l. ſi in rem.ff.de rei uend.Has enim res communicabiles,ſi præter functionem,ut ſuprà diximus,intelligantur,in obligationem generis & ſpeciei,id eſt,ſub determinato uel indeterminato uenire poſſe non eſt dubium. Nam ſi uini Campani boni decem amphoras promiſero, iam genus, id eſt, indeterminatam rem promiſi. Sin uerò uini Campani optimi, iam certa ſpecies promittitur.l.ſtipulationum.cum l.ſeq.de uerb.obl. & eſt text. elegans in d.l. inter ſtipulantem. §.ſi ſtipulatus. uerſic.uini autem.ff.eod.tit. Quis autem ſit obligationis effectus in his tribus generibus,natura, homine, & quãtitate limitatis,res eſt difficilis, plena nodis,& parũ fundatè à Doctorib.tradita.Nos omnia, quaten⁹ uires dederit Dominus,
34 ex ueritate quæ nobis uidetur,explicabimus. Et primo commune eſt generibus,maxime his quæ uel natura, uel facto hominis limites acceperunt,quòd obligatio quæ ſuper eis contrahitur,omnes ſpecies complectatur. d.l.Meuius. §.duorũ.
35 de leg.ij. Sed hic mox à limine error non diſsimilandus occurrit.Nam Accurſ.in l.cum is.in fin.ff.de cond.indeb.putat in obligatione generis, ſpecies non eſſe in obligatione, ſed in ſolutione: quod Bart.& Doct.ibidem,& in l.ij. §.j.ff.de uerbor.oblig.& item in aliis locis communiter ſequuti ſunt. Quod certè non eſt uerum, & eſt contra notiſsima iura,in d. §.duorum. ubi ſunt uerba aperta, Homine legato, compendio ſermonis omnes homines contineri. Item in l.cum incertus.ff.de leg.j.dicitur,homine in genere legato, eũ qui ſolui tur ab initio in obligatione fuiſſe intelligi. Cum autẽ quælibet ſpecies ſub eo genere ſolui poterat, cõſequens eſt omnes

ćas in obligationẽ fuiſſe nexas,licet ſub electione,nõ copulatiuè.Porrò text.eſt apertus in l.& per iuſiurandũ. §.ſi is qui hominẽ.ff.de acceptil.ubi ſtipulator hominis, ſi Stichũ acceptum ferat,totam peremit obligationẽ: igitur & alii ſerui in obligatione fuerãt,aliàs nõ diceretur tota perimi obligatio. Deniq; cũ ſtipulator hominis in genere pactũ faciat de nõ petẽdo Sticho,is nõ prohibetur cæteros ſeruos petere.l.ſi unus. §.ſed ſi generaliter. de pact. Si ergo agere ſuper cæteris poteſt,neceſſariò cõſequẽs eſt,quòd illi in obligatione fuerint, quæ eſt mater actionis.per uulg. Addimus rationes uiuas.Cõſtat enim genus abſolutè cõſideratũ quiddã eſſe intellectuale,ut elegãter dicit Bal.in l.incendiũ.C.ſi cer.pet. quod certè eo caſu in ſeipſo in obligationẽ uenire nõ poſſet,id quod ſenſu percipitur. Vnde neceſſe eſt quòd genus cũ continẽtia ſpecierũ in obligationẽ ueniat, ſcilicet quod pro ſentẽtia I.C.in d.§.duorum. cõpendio ſermonis omnes ſpecies referat, qui unus tex.uelut Achilles fortiſsimè pro ueritate pugnat. Tandem nemo eſt qui nõ uideat quantũ abſurdi emergeret, ſi ſpecies in ſolutione tantũ eſſent,& nõ in obligatione. Cũ enim una & ſimplex ſit generis obligatio,quomodo una & eadem res diuerſo iure cẽſeretur,contra iura uulg. ut genus quod in ſpeciebus cõſiſtit,& eſſet in obligatione, & nõ eſſet in obligatione? Tolle enim genus,ubi remanebũt ſpecies? & è regione,ſi ſpecies ſuſtollas,genus ubi relinquitur? Iã nõ ſolũ ex rationis diſcurſu colligis,ſed etiã ex ipſo ſenſu palpare potes,in obligatione generis omnes ſpecies eſſe in obligatione,electiuè tamẽ,quod ſemper repeto,nõ copulatiuè. Veriſsima eſt ergo aſſertio quorundã logicorũ,quos nominales uocant, genus in effectu & reipſa nihil eſſe aliud quàm ſpecies ſimul collectas. Siquidẽ & I.C.idipſum deciderat iã olim in d.§.duorum.d.l.cũ incertus. Male igitur Thomiſtæ errauerũt,qui docuiſſe referũtur,promiſſorẽ equi in genere,ad nullũ in ſpecie equũ eſſe obligatũ:quod certè nõ ſolũ nõ eſt uerũ, ſed & planè ridiculũ. Siquidem qui ad genus eſt obligatus,is ad omnes omnino ſpecies,ſub electione tamẽ,obligatus eſſe cognoſcitur. Electione autẽ unius ex ſpeciebus facta,extinguitur generis obligatio,ſi ſpecies rectè ſit data.d.l.cũ incertus. cũ ſimil. Hoc tamẽ nõ omittimus,quòd ſpecies in genere cõtentæ,per ſe nõ ſunt in obligatione,ſed relatæ ad genus,& ſub habitudine generis. Nam & genus non aliter in obligatione uenit,

quàm ad ſpecies relatū:ut ſic nec generis nec ſpecierū ſit abſo luta,ſed ultro & citro relatoria obligatio. quod certè & Cic. de Oratore ſignificare uidetur cū dicit,ſpecierū in ratione ge
36 neris cōmunionē quandā eſſe,licet inter ſe differāt. Quapropter ſpecierū obligatio ſub genere,uelut ſub nube recōditur, ut fortaſſe non immeritò eā obligationē tectā ſub genere,& inumbratā,incertoq; generi cognatā dicere poſſumus,donec electæ ſpeciei ſolutione,eius obligatio uelut in lucē erumpat & aperta fiat. Quæ eſt ſubtilis & fundata declaratio, per quā obſcura aliqua inferius ſuo ordine elucidabuntur. Sunt ergo ſpecies cū genere non ſolum in ſolutione, ſed in obligatione etiā,ut prædiximus. Ad quod alludit Bal.in l.indebiti. §.ſed ſi nūmi.ij.col.de cond.ind.ubi uult quòd quāuis genus tanquàm intellectuale ſit in forma obligationis, tamē in executione obligationis ad ſpeciē deueniri ſub cōpendio generalis termini cōtentā.d.l.Meuius. §.duorū.quæ ſpecies cū ſoluitur,genus ſolui intelligi,quod in qualibet ſpecie repræſentetur. Porrò & Politus in tract.ſubſtitut.uulgar.ſatis uoluit, quòd ſub genere ſpecies expreſſæ cōtinerentur. Huic gene
37 ris obligationi duo ſunt perpetua. Primò quòd ſpecies dari debeat, & ita dari, ut creditori uel legatario habere liceat. Quapropter euicta ſpecie,debitor ex teſtamēto uel cōtractu cōueniri poteſt,ut aliam det, aut intereſſe ſoluat.l.ſi à ſubſtituto. §.hæres.cum l.ſeq.de leg.j.cū cōcordan.in gl.gl.in l.ſi domus. §.de euict.cod.tit.in quo tamē nō extēdor,cū ex cōmunibus doctrinis ea res liquere poſsit. Rationē autē,cur eo loci dandū ſit,eam eſſe putamus, quòd generis obligatio nō ad unā ſpeciē ſeſe præcidat,ſed omnes æqualiter reſpiciat, omneſq; ſpecies nō niſi ſub habitudine generis ſint in obligatione. d.l.cū is. §.ſi.de cond.ind.unde creditor ab huiuſmodi obligatione diſceſſurus nō præſumitur,niſi efficaci ſolutio-
38 ne ſecuta,ſcilicet quòd & debitor, maxime ſi eius ſit electio, obligationē diſſoluiſſe nō intelligitur,ſolutione eius rei quę auferri à creditore poterit.l.qui cōcubinā. §.ſi hæres.de leg. iij.l.qui decē. §.qui hominē.in fin. §.de ſol.fa.l.etiā.cod.tit.
39 l.hęres ſeruū.de euict.cū ſimilibus. Secūdò in obligatione generis perpetuū eſt,quòd pars unius ſpeciei ſoluta non liberat debitorē ullo modo,niſi eiuſdem ſpeciei altera pars ſoluatur. Vnde partē ſolutā debitor aut poterit repetere, aut erit tota res in pendenti,donec ſpeciei iuſta fiat ſolutio.l.ij. §.j. de

uerb.

uerb.oblig.Et in hoc alternatiua promiſsio obligationi generis eſt ſimilis,ut d.§.in fi. Quæ tamē doctr.temperamēto notabili determinãda eſt. Quod enim diximus eum qui partem 40
unius ſpeciei ſoluit,nō liberari ullo pacto, niſi tota ſoluatur ſpecies,debitoriq́; partis ſolutæ repetitionē cōpetere,&c.uerū eſt,ſi is debitor,dū repetit quod ſoluerat, alterã ſpeciē ſoluendã offerat:nã ſi nō offerat,nō poterit repetere partē ſolutã,ſed erit in pendēti liberatio,donec uel ſuppleatur pars non ſoluta,uel præſtetur ſpecies altera. Quæ determinatio ſeu moderatio, quãuis in d.l.ij.§.j.nō ſit expreſsis uerbis cauta, clarius tamē prouiſa eſt in l.ſi nō ſorté.§.ſi decē. de cond.ind.ut ita lex altera per alterã pulchrè declaretur. Nec enim nouum eſt legē à lege determinari.per iura uulg.Taceãt ergo Bar.& Doct.qui dictas ll.cōtrarias eſſe opinati,neſcio quid nugarū circunferūt,quaſi in obligatione generis, ſpecies non ſint in obligatione. ſed hoc ſuprà cōfutauimus. Vnde indubitatum eſt,ꝙ nō ſolū in obligatione generis pars ſpeciei ſoluta,nullã inducit liberationē, niſi uel tota ea ſpecies, uel alia ſoluatur: ſed etiã in alternatiua hoc omnē in modū eſt recipiendū:ceſſatq́; utrobiq; repetitio partis iniuſtè ſolutæ, niſi alia ſpecies offeratur. Quod uſqueadeo uerū eſt,ut ſi in alternatiua debitor ſit obligatus ad totū collectiuū,aut ad æſtimationē in ſpecies ſingulas,ut exempli cauſa, Si legati eſſent uel promiſsi octo lecticarii,aut in ſingulos homines pecunia,iã nō poſſet aliqua ſpecies totius collectiui præſtari, & in alias ſpecies ſolui æſtimatio,ſed aut totū collectiuū præſtabitur,aut æſtimatio omniū ſpecierū ſoluetur.tex.eſt in l.ſi ex toto.§.j.de leg. j.ubi I.C.eius deciſionis accuratã ponit rationē, uolēs quòd in alterutra cauſa unū tantum ſit legatū:ut ſicuti totum collectiuū unū eſt,ita ſingula corpora ad totū collectiuū reducta unū ſint legatū. Vnde quemadmodū ſi duæ res in alternatiua forēt obligatione,pars unius rei indebitè ſolueretur,niſi accederet altera:ita & in toto collectiuo ad æſtimationē corporū ſub alternatione iūcto,pari ratione unius corporis æſtimatio indebitè ſolueretur ſine aliorū æſtimatione:quæ eſt notabilis & fortè noua extēſio ad d.l.ij.§.fi.nec enim in Doct.hoc ad iſtū finē animaduerſum inuenio. Ex prædicta generis declaratione poteſt euinci differentiæ ratio, cur in alternatiua obligatione pactū de nō petēdo alterã ex ſpeciebus obligatis toti obſtet obligationi;è diuerſo autē in obligatione generis 41

pactum de nõ petendo Sticho, ei obligationi nõ obſtet.d.l.ſi unus. §. ſed ſi ſtipulatus. §. ſed ſi generaliter. de pact. Hoc enim eſt propterea, quòd in alternatiua utrũq; eſt in obligatione aperta & abſoluta, electiuè tamẽ. unde electione unius facta, meritò tota infirmatur obligatio, cũ ad ueritatẽ diſtinctiuè, &c. at obligatio generis ad omnes ſpecies, nõ ſolum ad Stichũ refertur, d.l. cũ is. in fi. de cõd. ind. adeò ut & genus in ſpeciebus, & ſpecies in genere ſub relatoria habitudine ſint obligatæ. hoc ergo ſimplex, tenue, & abſolutũ pactũ nõ petendi Stichi, totã illã & extentã obligationẽ generis & ſpecierũ, relatoriamq; illã ultro & citro habitudinem, ſuſtollere nec potuit, nec debuit. quæ eſt non inſubtilis reſolutio. Poſſent & alia hic ſuper alternatiua & obligatione generis tractari, in quibus uidelicet cõuenirẽt differrẽntue. Sed quia res lõgius abiret quàm noſtri ſit propoſiti, & poſsint ea alibi tractari cõmodius: unde dimiſsis quæ trãſiri poſſunt, ad inſtitutum reuertamur. Incidit autẽ hic dubitatio, an genere legato, ſi
42 teſtator nullas ſpecies reliquerit, legatũ ualeat. Relictis quæ per Doct. parũ utiliter diſceptãtur, cõmunis ſentẽtia eſt, in eo genere quod limites à natura accepit, ut homo, equus, lapis, legatũ ualere, etiã ſi teſtator ſpecies aliquas nõ relinquat. d.l. legato generaliter. in prin. l. ſi ſeruus legat. §. cui homo. de leg. j. Inſtit. eo. tit. §. ſed generaliter. In aliis autẽ generibus quæ facto & deſtinatione hominis limites accipiũt, Doct. uariãt. Aliqui enim inter fundũ & domũ differentiã cõſtituũt, quaſi fundi in genere legatũ ſimpliciter nõ ualeat: domus autem in genere tunc ualeat, cũ teſtator domus reliquerit. l. cum poſt. §. gener. de iur. dot. l. ſi domus. in prin. de leg. j. Alii parificãt utraq;. l. quod in rerũ. §. pen. de leg. j. & propemodum nullus eſt diſputãdi finis, dũ quidã timẽt, ne palmũ terræ dando hæres liberetur. Alii uero idẽ ſi domũcula ſolueretur. Et certè tãtum ridicularũ ineptiarũ proditur, ut mirer quæ intemperiæ Doctorũ ingenia ad huiuſmodi nugamẽta deduxerint. Quis enim credat de palmo terræ ſenſiſſe eum qui fundũ uel leget uel promittat? Taceo quod palmitẽ Doct. pro palmo, tã imperitè, quàm barbarè nominãt. Nos inhærẽdo doctrinis, quas à textibus iuris accipimus, dicimus & docemus, quòd legatũ generis, ſiue illud à natura, ſiue facto ſeu deſtinatione hominis limites acceperit, rectè ualeat, etiã ſi teſtator eius generis nullas habeat ſpecies. quod ſatis cõſtare poteſt Inſtit. de leg.

§. ſed

§.ſed generaliter.nō cauillādo tex.ut facit Iaſ.& in d.l.lega-
to.qui tex.cū ſine reſtrictione loquātur,nō ſunt ſine urgenti
ratione coërcēdi.Et facit pro ea regula d.l. ſi ſeruus legat.§.
cui homo.ff.de leg.j.in l.Titio.§.j.de aur.& arg.leg. Vnde
ſicuti genera per naturā limitata,ita etiā genera per artē ſeu fa
ctū hominis limitata regulari debēt.Deniq; nónne ars naturā 43
imitatur quantū poteſt?Inſt.de adopt.§.maiorē.cū uulg.Prę 44
terea qui regulā habet,nónne certo iure munitus eſt, niſi ex-
ceptionis caſus euidēter probetur?gl.in l.j.ff.de reg.iur.cum
uulg.Porrò ſi teſtator capſam,ciſtā,craterē,lancē bibliā,men
ſam,& innumera id genus in genere legaret,nec haberet tamē
eas ſpecies,quis diceret legatū nō ualere?Certè cōmuni con-
ſuetudine populari oppugnaretur.Porrò quid dicēt,cū ueſti 45
mēta pauperibus legantur,& teſtator ueſtimenta pauperibus
nō habeat,an peribit legatū?Certe nō ,arg.l.pe.de ali.le.l.id
quod pauperibus.C.de epi.& cle.Itē quid reſpondebūt ad l.
ſi uinū.de ui.tri.& ole.leg.Non enim poſſunt dicere ſpecia-
le eſſe in huiuſmodi rebus cōmunicabilibus,quia hoc nō eſt
uerū:nā poſtquā huiuſmodi res numero,pōdere,& mēſura li
mites acceperūt,de eis iudicatur,ſicut de cæteris ſpeciebus.l.
ſtipulationū.de uer.obl.Sed de his mox plura dicemus.Vide
quò uadat, & quàm late pateat abſurditas ſemel recepta. In 46
prædictis tamen eſt aduertendū,ꝙ ſi teſtator domū in gene-
re legauerit,& poſſederit domos,cēſebitur potius de ſuis ſen
ſiſſe, quàm alienis.l.& magis.de ſol.quod & Iaſ. docuiſſe ui
detur,qui allegat l.ſi ita.de aur.& arg.leg.l.fi.§.j. de leg.ij.
l.Rutilia Polla.de cōtr.emp.Vnde hæres domū ex hæredita
riis domibus, & non ex alienis præſtare tenebitur quam lega
tarius elegerit.d.l.ſi ſeruus.§.cui homo.Quòd ſi domos te-
ſtator non haberet, adhuc legatum ualebit , per iura ſuprà al
legata. & quia à regula non diſcedimus , nec grauatur hæres
poſtquam legatarius mediocrem eligere tenebitur,nec timor
eſt ne domūcula præſtetur, quia domus legata fuit,nō domū
cula. Nec obſtat l.ſi domus.in prin.de leg.j.quæ l.obtorſit
ingenia doctorū,cum tamē ſit facilis &aperta:ibi enim teſta-
tor de domo certa ſenſit, quāuis nō aperuerit de qua,unde in
genere nihil legauit,&erit eo caſu electio hęredis:rectè ſicut
in l.legato.§.j.& fi.eo.tit.ubi pariter teſtator de fundo &de
lāce certa ſenſerat.Sed cū nō appareret de qua,electio hęredi
data eſt,quem uel fundum uel lancem dare uelit: quapropter

in

in eiſdem ll. hoc perpetuum eſt, quòd ſi teſtator domum, fun dum, lancem non habuiſſet, legatum non ualuerat, ſed erat deriſoriũ: quomodo de re certa efficaciter teſtator ſentire po terat, ſi nullam habebat? At ſi in genere ſimpliciter legaſſet domum ſeu lancẽ, non poterat deriſoriũ dici legatum, etiã ſi teſtator nullas ſpecies habuiſſet. Sufficit enim de aliqua domo uel lance in genere ſenſiſſe, arg. l. ſub prætextu. & ibi gl. C. de tranſact. Et hæc eſt ueritas, licet Bart. & quidam alii d. l. ſi domus. uiolando corrũpant: ſed text. clarus corruptionem non patitur, nec ego me à textu auelli patiar, etiam ſi cœ lum rueret. Verba enim clara ſunt, quòd teſtator ibidẽ de cer ta domo ſenſerat, licet domum ſimpliciter legaſſet, &c. Et nõ obſtat quod Iaſ. alicubi cauillatur, quaſi nõ apparere, & non eſſe, paria ſint. Quid enim hoc ad rhombũ? an propterea dice tur in genere relictũ, quod teſtator certũ uoluerat, licet nõ ex

47 preſſerit? Incertitudo, bone uir, nõ facit genus, ſed genus incertitudinẽ: alioqui tit. de reb. dub. nihil aliud ſignificaret, quàm titulus generis. Poteſt ergo certa res legari quo ad teſtatoris uoluntatem, quæ tamen certitudo nõ appareat: & po teſt res in genere legari, ubi teſtator mentem & uoluntatem ad nihil certum applicuit. Quid enim ſi teſtator dicat, domũ lego quam habitauit Titius cocus: & cum haberet plures domos, de nulla conſtare poteſt quam Titius habitarit. Quid ſi dicat, domum meam lego, & non exprimat? Ecce iam de certa ſenſit teſtator, lapſus autem eſt memoria, dum domum uel fal ſo demonſtraret, uel non demonſtraret. His & ſimilib. caſib. loquitur d. l. ſi domus. d. l. legato. §. pen. & fin. Accedat uulgatum illud, quo dicitur, falſam demõſtrationem, cæteris paribus, nõ nocere. Hoc enim ideo eſt, quòd ſæpenumero teſta tores ęgri, mortis cogitatione turbati, in huiuſmodi qualitati bus & periſtaſibus labuntur. Et is eſt uerus intellectus ad iu ra iã allegata. Hũc nodũ cum aliquando inter amicos in men ſa diſceptarem, duo inter alios amici, ingenio, eruditione & prudentia inſignes, ualidus Ambr. Kempff. & Ioan. Baliſtarius, uulgò Armbroſter, Protoſcriba inclytæ ciuitatis noſtræ Friburg. compatres mei dulciſsimi, diuerſa reſponderunt. Nã Ambroſ. Kempff. uir nobilis & doctus, in ureq; ciuili admodum quàm eruditus, meæ ſubſcripſit aſſertioni. Alter uero Ioan. Baliſtar. agnata perſpicacia ductus, contrariã fouit ſententiam, motus non inelegantibus rationibus. Sed uerior eſt

aſſer

aſſertio noſtra, argumentis & textibus ſuprà latius diductis, rectè fundata. Super fundo autem legato, res tēperamento 48
eget: quia aut teſtator fundos habet limitatos, & fundum in genere legat, tunc ex regula quam ſuprà dedimus, legatū ualet, & præſtabitur legatum ex fundis teſtatoris, eritq; electio legatarii. d. l. legato. d. §. cui homo. niſi de certo ſenſiſſet, & nō appareret de quo, tunc hæres eliget, & ſeruabitur id quod ſuprà diximus. d. l. legato. §. pe. Sin uero teſtator cum legaret fundum ſimpliciter, nullos haberet fundos, hic à regula noſtra diſcedētes, dicimus legatum non ualere. d. l. cum poſt. §. gener. de iur. dot. non tamen ea ratione, quòd hæres palmum terræ tradendo ſe liberare poſſet: hoc enim nullius eſſe momenti, & planè ridiculum, ſuprà attigimus. Quis enim crederet Iureconſultos tantos uiros qui æqui ac boni artem tractarunt, ad captiunculas huiuſmodi, imò meras nugas reſpexiſſe? Vnde alia ratione hoc legatum non ualet, nempe quia eſt corpus planè ignotum, nec natura, nec facto aut deſtinatione hominis limitatum: quo caſu hæres fundū limitare non poſſet. Quid enim limitaret in ea re, quam teſtator & in genere & in ſpecie ignorauit? Ignoraſſe autem non eſt dubium, qui cum nullos fundos haberet, genus legauerat. Et eam eſſe ueram rationem nō fingimus, ſed ex Iureconſ. colligimus in d. l. cum poſt. §. gener. ubi hoc eſt expreſſum. ad quod quam commodiſsimè facit, quòd in d. §. gener. dotis incertitudo fundo in genere legato, ideo diſsimilis dicitur, quòd dos pro facultate patrisfam. poſsit conſtitui, fundus autem ſit corpus ignotum. Ex hoc enim conſequenter inferimus, eam ceſſare diſsimilitudinem, etſi fundus pro modo facultatum conſtitui potuiſſet: id eſt, ſi fundos teſtator habuiſſet limitatos, & non corpus ignotum legaſſet. Et hæc aſſertio eſt naturæ rerum & humanæ rationi conſona. Per prædicta etiam intelligi oportere putamus l. ubi. poſt prin. de uerb. obl. cum dicitur, incertam eſſe ſtipulationem, ſi fundus ſine certa appellatione promittatur. Fatemur enim eam ſtipulationem eatenus eſſe incertam ut ſit inutilis, niſi promiſſor aliquos fundos habuiſſet, ut ſuprà declarauimus. Nam quæ de genere legato tradidimus, rectè ad ſtipulationem applicari poſſe credimus. d. §. gener. & per alia iura uulg. Nō ignoro Pet. de bel. Petr. & quoſdam alios à mea ſententia non admodum diſcrepare.

ALCIATVS illuſtrator iuris ciuilis egregius, in l. locus. de

de uerb. ſig. ſtipulationem fundi in genere, nullius eſſe momenti putat, propter incertitudinẽ: offerendo enim cęſpitem terræ, liberaretur promiſſor. Allegat iocularia carmina Ciceronis: Fundũ Varro uocat quẽ poſsim mittere funda, &c. Et certè durum eſt recedere à textu in d. §. gener. ubi aperte ſcribitur, Fundo non demonſtrato, nullum eſſe legatum, uel ſtipulationẽ fundi conſtare: quod & tex. uoluit in l. ita ſtipul. in prin. in uer. uel fundus. de uerb. oblig. Itaq; quamuis mea diſtinctio quam in propoſito feci, ad æquitatem accedat, tamẽ ſecurius eſt hærere text. tam apertis: & ita mea ſcripta limitata eſſe uolo. Tandẽ ad genera tertiæ differentiæ, nẽpe quæ numero, pondere, menſura limitantur, accedimus: ut ſunt uinum, frumentũ, oleum, metalla, & ſimilia. Hæ enim res, quãuis alioqui uerè ſint ſpecies, ſi ſub genere tertio modo acceptæ, in contractu mutui functionẽ accipiant, poſſunt tamen & ſub incerto, id eſt, ſub genere, quarto modo in aliorũ contractuum obligationẽ uenire, dum tamẽ limites numero, põdere, & mẽſura accipiant. d. l. ita ſtipul. in prin. ff. de uer. obl. cum ſimil. ſuper quarũ obligatione Bar. in d. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de uerb. obl. ex ſententia Pet. & Cyn. diſtinguit. Quia aut fructus ex aliquo fundo promittuntur ſub relatiuo, qui nati erunt, & tunc primi anni prouentũ reſpici: niſi ſit legatum annuũ, uel niſi fundus cauſa deſignationis nominetur. Aut ſine relatiuo, & tunc ſequentiũ annorũ prouentus ſpectari, per d. §. ſacram. ſicuti idipſum Bar. latius proſequitur, quẽ alii ſequuntur. Sed ſi ueritati locus ſit, nec Bart. doctr. de relatiuo tuta eſt, nec harũ rerum obligatio perfectè tractata. Vnde nos dimiſsis diſtinctionum inuolucris, totam hãc obligationẽ per cõcluſiones diluemus. Prima cõcluſio.
49 Si frumentũ, uinũ, oleũ, &c. in genere ſub numero, pondere, uel mẽſura debeatur, debitor etiã ſi nihil earũ rerũ habeat, nõ
50 liberabitur. Cõmunicabilis enim qualitas, quæ in huiuſmodi rebus eſt, eã obligationẽ cõſeruat, arg. ſumpto ab ære alieno quod non perit. l. incendiũ. C. ſi cert. pet. & eſt expreſſum in l. ſi cui. in prin. ff. de ui. tri. & ole. leg. ſumpto arg. ab ult. uolunt, ad contractus. Fall. niſi ſit promiſſum uel legatum uinum aut frumẽtũ, quod debitoris aut teſtatoris eſſet: ut ſi diceret, Promitto uel lego uinum meum, frumentum meum, quia non alia uel uina uel frumenta debentur, quàm quæ debitor habuit, ſuorum numero. Vnde ſi nihil earum rerum haberet,

beret, concideret obligatio.l. nuper. §. ſi uero incertum. in uerſ.quod ſuorum.ff.de leg. iij.quam limitationem non inuenies in aliis. Prædictis conſequens eſt, quòd ſi uinum, 51 frumentum,&c.in genere uenderentur, ut decem corbes frumenti,& ſequeretur traditio,ſi poſtea frumentum à tertio ali quo euinceretur,uenditorem teneri ac ſi non tradidiſſet. Nã eo caſu dandum erat,ita ut accipientis fieret res data,nec ſufficeret traditio, & hoc propter generis incertitudinem: eſt enim hoc commune in omni obligatione generis quarto modo accepti.d.l.ſi à ſubſtituto. §.hæres.cum l.ſeq.ff.de leg.j. & latius proſecutus ſum ſuprà in eiuſdem generis obligationib.Bar. cum prædicta tractaret in d.l. ij. in fi.prin.ff.ſi cert. pet. genera miſcuit. Putauit enim ꝙ ſi genus, prout eſt fungibilis qualitas,uenderetur, dandũ eſſe, nõ tradendum, cum tamen tale genus uendi non poſsit: nam per ſe in obligationem non uenit, ut ſuprà docuimus, cum ſit quoddam accidens,conditio,aut qualitas, quæ rebus fungibilibus tãquam certis ſpeciebus adhæret. Vnde cum huiuſmodi res ſub incerto uenduntur,ad genus quarto modo acceptum reſpiciũt. Sed Bar.tam elegantes diſtinctiones generis adſequi non potuit, unde confuſaneam fecit rerum mixturam. Secunda 52 concluſio. Si decem amphoræ uini ſimpliciter ex fundo legarentur, aut promitterentur, tunc ſi primo anno nihil naſcatur,uel quod natum eſt ſine culpa conſumatur, cæterorum annorum prouentus expectandus ueniet.l. inter ſtipulãtem. §. ſacram. uerſ. ſi ſtipul. fuero. ff. de uerb. obl.quæ res non habet dubium. Tertia concluſio. Si uinum, frumentum, 53 quod ex ſuburbano natum eſſet,promittitur,uel legatur,tũc ſi minus ex fundo natum eſſet quàm deberetur, non amplius ſoluendum eſt, quàm quod natum fuit, quia taxationis uicem obtinerent ea uerba, quod natum erit.l.cum certus.digeſt. de uino,tritico,& oleo legato.& fa.in argum.l. ſi debitor. §.ueriſimile.digeſtis de contrah.empt. Idem credo ſi nihil eſſet natum, quia nihil debebitur. argumen. l. illud. §.minus. ff.de trib.act.l. minus.ff.de regul.iuris.Sin uero tantum eſſet natum,& ſine culpa debitoris conſumeretur, crediderim adhuc debitorẽ liberari. Credimus enim iſtam taxationem,quod natum eſſet,rem debitã ab incertitudine generis exemiſſe. Quod autẽ Bar.in d.l.inter ſtipulantem. §. ſacram. differentiæ rationem inter caſum ſecundæ & tertiæ

conc

54 cõcluſionis dicturus, putat relatiuũ, quod, iunctum uerbo futuri temporis conditionem importare. l. Stichus qui meus. ff. de leg. j. cum uulg. eamq; prima tantum uice intelligi. l. boues. §. hoc ſermone. ff. de uerb. ſig. unde fieri quòd in caſu tertiæ cõcluſionis primus duntaxat anni prouentus reſpicia-
55 tur, &c. non habet fundamentum. Dato enim quòd uerbũ, natum erit, aliquando ad futurum trahatur. d. l. ubi. §. illud. ff. de uerb. obl. tamen & præteritum tempus ſignificat. l. uerbũ erit. & ibi gl. ff. de uerb. ſig. & dicit A. Gell. lib. xvii. Noct. Atticarum, cap. vii. ex ſentẽtia Nigidii, id uerbum, eſſe & erit, ſi præterito iũgatur, uim temporis ſui amittere, & in præteritum contendere. Et quòd uerbum, erit, iunctum præterito, tempus præteritum ſignificet, fa. l. ſi quis id quod. de iur. om. iud. ubi tex. dicit, album prætoris quod propoſitum erit, &c. quo loco & text. & Doct. omnes ſub præterito accipiũt, quod certè omnino locum habet in d. l. cum certus. ea enim uerba, quod natum erit, euidenter ſub præterito intelliguntur. Cum enim I. C. in prin. eiuſdem legis dixiſſet, certum numerum amphorarum uini legatum fuiſſe, ex eo quod in fundo Semproniano natum eſſet, ſatis conſtat eandem legẽ ſub præterito, & nõ ſub futuro intelligi oportere, propter uerbũ, natum eſſet. Accedat quod I. C. ibidem dicit, ea uerba, quod natum erit, quaſi uicẽ taxationis obtinere, unde conditionem non important. quæ cum ſub incerto ſuſpendat, taxationem inducere non poſſet. Non ergo tutum eſt dicere, quòd ibi relatiuum iunctum futuro, conditionem faciat. Porrò quod Bar. per d. l. boues. putat uerba conditionalia tantum prima uice intelligi, iure non probatur, nec d. l. boues. quicquã pro eo facit. Cum enim ſit generalis, nec de conditione ullum faciat uerbum, non debet ea generalitas in tam arctũ angulum contrudi, ut de conditione tantum intelligatur. Veram ergo rationem dictarum concluſionum I. C. ponit. quòd in ſecunda concluſione ſimpliciter nominatur fundus ex quo fructus debeantur: at in tertia, ad tempus præteritum, quod natum erit, uel quod natum eſſet, ſeſe obligatio præcidit, & ea ſub taxatione reſtringitur ad præſentia tantum. Supradicta tamẽ
56 tertia concluſio notabiliter limitatur, ſi ſit legatum annuum, ut cum in annos ſingulos, duo culei uini, quod domi naſceretur, legarentur. Nam tunc omni anno debebitur, etiam ſi aliquo tempore uinum non creuiſſet: ex aliis enim annis ſuppleb

plebitur.l.legatum. §.uini.ff.de ann.lega.& ea uerba, quod domi naſceretur,ex natura materiæ ſubiectæ ad futurũ reſpiciunt.In aliis remitto me ad communes doctrinas. Quarta concluſio:Si uinum,frumentum,in ſpecie promiſſum uel legatum ſit,ut,uini decem amphoras quas in cella uinaria habeo,uel,uini quod natũ eſt in prædio Tuſculano,aut frumenti decem corbes quod in horreo ſuburbano reconditur, tunc certæ ſpecies debẽtur.d.l.ubi. §.illud.in uerſi.ſed qui uinũ. ff.de uerb.obli.& fa.in arg.d.l.inter ſtipulantem. §.ſi ſtipulatus fuero.uerſi.uini autem.ff.eo.tit. ubi colligitur,uinum in ſpecie in obligationẽ uenire poſſe:quo nomine ſi huiuſmodi ſpecies promiſſæ,uenditæ uel legatæ,ſine culpa debitoris perirẽt,iam liberatus eſſet,&nõ teneretur aliud dare uel uinũ uel frumẽtum.d.l. cum certus.d.l.ſi ex legati.de uerbo.obli. Proinde ſi Bar.in d.l.ij.ad fi.prin.ff.ſi cer.pe.de hoc caſu ſenſiſſet,tota uia errauerat. Si enim uinum uel frumentum ſub huiuſmodi ſpecie uenderetur,ſufficeret traditio, nec requireretur datio,& re euicta haberent locum euictionis iura,ſicuti in alijs ſpeciebus.Si tamen promitterentur aut legarentur decem amphoræ uini Alſatici optimi,uel decẽ corbes frumenti Friburgenſis optimi,hic putamus etſi certa ſit ſtipulatio,ut d.l.ubi.poſt prin.tamen propter cõmunicabilem harum rerũ qualitatẽ,non liberari debitorẽ,etiã ſi nihil haberet frumẽti, aut quod habuerat periiſſet:niſi fortaſſe eius & loci & qualitatis uinum uel frumentum non inueniretur,id quod æquitatis ratio expoſtulat.fa.l. in ratione.ij. §. incertæ.ff. ad leg. falci. Et ita aliquãdo poſt lectionem meam uiſus eſt ſenſiſſe Franciſcus Froichius tunc auditor meus, nunc celeberrimus Doctor,conſiliarius Epiſcopi Herbipolenſis,uir facundia & Iuris ciuilis cognitione,aliarumq; meliorum literarum eruditione famigeratus. Tandem tractandum eſſet,an & quando per enumerationem ſpecierum generi derogaretur; quæ tamen res cũ prolixa ſit, & uariantibus inter ſeſe iuribus non prorſus expedita,& Bar.in l.quæſitum. §.pe.ff. de fun.inſtr. poſt Dyn.in regula,generi,eam rem non ineleganter attigerit,licet in eo nonnulla deſiderentur,examinare tamẽ omnia in præſentia non erat operæ precium,ne dicar manum ex tabula tollere non potuiſſe.fortaſſe à me in aliis libris commodius tractabuntur.Hoc tamen in calce dico, prædictas quatuor generis acceptiones eſſe notandas, utpote per quas in

d iure

iure noſtro multa obſcura inclareſcere, erroresq́; eorum qui
59 genera confuderunt, facilius deprehēdi poſſunt. Quid enim aliud Accurſium à uia ſeduxit, dum in d.l.j.§.pen.ff. ſi pars hær.pet.putabat ſextantis ad ſextantem eſſe generis compenſationem? Hoc enim non eſſe uerum euidentia rei docet. Aſſem enim nō genus, ſed totum nominamus, quòd ſub ſe quadrantem, trientem, ſextantem, &c. tanquam partes, non ut ſpecies habet. Eſſe enim aliquod totum quod ad quantitatem reſpiciat, Rodolphus Agri.lib.de Inuentione primo rectè docuit. Deniq; ſi Accurſius ad titulum quem præ oculis habuit, aduertiſſet, facilè cognouiſſet de parte hæreditatis, non de ſpecie illic tractari, ad quod fa.l.licet minimam.ij.reſpon.ff. de peti.hære. As ergo hæreditatis totum eſt, quod ſub ſe partes habet quotas: non uerò genus, quod ſpeciebus contineatur. Cæterum cum Accurſius rationem inueſtigare non potuiſſet, cur ſextantis ad ſextātem recepta eſſet compenſatio, cum hinc inde corpus deberetur, ut ipſe opinabatur, ad eum errorem compulſus eſt, ut diceret generis ad genus eſſe compenſationē. Quod ſecutus Bar.in d.l.Meuio.§.duorū. imaginariam generis creaturam fabricauit, quæ ex quotis conſtaret, ut ſic elegantiſsimæ generis acceptiones ad impertinentia, tanquam pellis, pro commodo cuiuſque diducerentur.

60 Vera autem & facilis ratio cur ſextantis ad ſextantem fiat compenſatio, in eo reſidet. Nam uulgò notum eſt, quòd hæreditas à rebus hæreditariis intellectu ita diſſeparatur, ut poſſit & ſtare ſine corporibus, & ita adiri & peti, etiam ſi nulla eſſent corpora.l.hæreditas.ff.de pet.hære. Eſt enim hæreditas quo ad ſeipſam iuris ſucceſsio.d.l.hæreditas.l. quædam.§. nihil intereſt.ff.de eden.l.lege obuenire.ff. de uerbo. ſigni. Cum ergo ſextans ad ſextātem compenſatur, non intelliguntur corpora hæreditaria in ſeſe, ſed ipſum ius ſucceſsionis in quotas: quo caſu ſicut hereditas & as hæreditatis, ita & partes aſsis iuris intellectum habent homogenium: ut ſic rectè pars aſsis cum æquali parte non tanquam genus, ſed ut partiale ius ſucceſsionis compenſari poſsit. Sed de his ſatis, iam ad alia capita procedendum eſt.

Memorabilia in Cap.II.obſeruanda.

1 *Magis & minus diuerſas ſpecies non conſtituunt.*
2 *Optimum quod eſt, ipſum quoq; bonum eſt.*
3 *Lata culpa uel latior, à latiſsima ſpecie non differt.*

Culpa

4 *Culpa apud Iureconſultos qualiter indifferenter ſumatur.*
5 *Culpa leuiſſima uenit in commodato.*
6 *Culpa latiſſima non eſt manifeſtus dolus.*
7 *Culpæ latæ gradus in odium non excurrit.*
8 *Comparatiuo in poſitiuum Iureconſulti ſæpe abutuntur.*
9 *Culpæ duplex diuiſio per Zaſium.*
10 *Culpæ latæ diuiſio noua.*
11 *Culpa ignauiæ, prima latæ culpæ ſpecies.*
12 *Culpæ non ſunt participes furioſi & fatui.*
13 *Culpa uerſutiæ eſt ſecunda latæ culpæ ſpecies.*
14 *Imperitia an & cui culpæ adſcribatur.*
15 *Homo bibit errorem uelut aquam.*
16 *Ignorantia Iuris an à lata culpa excuſet.*
17 *Ignorantia Iuris in lucris nocet.*
18 *Ignorantia Iuris in damnis non nocet.*
19 *Ignorantia Iuris naturalis, diuinorum præceptorum, prohibitorum uel illicitorum, culpam habet.*
20 *Doctores iuris ignorantes.*
21 *Ignorantia in iudicialibus.*
22 *Ignorans ea quæ omnes ſciunt.*
23 *Ignorantia Iuris quos excuſet.*
24 *Legum cognitionem qualiter Imperator exigat.*
25 *Culparum latarum quæ æquiparetur dolo.*
26 *Culpa lata ignauiæ dolo nunquàm æquiparatur.*
27 *Dolum quæ cauſa excuſet.*
28 *Culpa ignauiæ quæ ad delictū uel damnū alterius tendit, punitur.*
29 *Mortis cauſam citra dolum præbentis pœna.*
30 *Incendij commiſſi per negligentiam, pœna.*
31 *Lata culpa uerſutiæ dolo proxima, dolo ſemper comparatur, & ab eo nunquàm ſeparari poteſt.*
32 *Negligentia quæ dolo ſit proxima.*
33 *Latam culpam includit dolus, etiam ſi ſub taxatiua ueniat.*
34 *Taxatiuæ dictionis uis.*
35 *Iuramentum in litem propter latā culpam præſtari, cōtra Docto.*
36 *Ex lata culpa irrogari infamiam.*
37 *Tutor ob dolum uel negligentiam à tutela remouetur.*
38 *Lata culpa dolo non comparatur, ubi lex dolumq́ expreſſe requirit.*
39 *Bartoliſtæ taxantur.*
40 *Lata culpa dolo comparatur etiam in interdictis & edictis.*
41 *Redemptum ab hoſtibus remittens, ſi poſtea dolo retineat, in interdictum*

terdictum de lib.hom.exhiben.incidit.

41 *In pœnis corporalibus & capitalibus, an lata culpa dolo proxima, dolo comparetur.*

43 *Iuuenes turbulentis acclamationibus uſi.*

44 *Familia domino ſciente alicui uim faciens.*

45 *Caſtrantes puniuntur ultimo ſupplicio.*

46 *Militaria delicta quæ capite puniantur.*

47 *Carcerum cuſtodes qui cuſtodiã negligunt, qua pœna puniantur.*

48 *Iudicis criminalẽ ſententiã appellatione pendente exequẽtis pœna.*

49 *Exempla declarant regulam.*

Culpam non diuidi per ſpecies, ut habet communis Doctorum opinio. CAP. II.

CVLPAM Bar.in l.quod Nerua.ff.depoſ.in quinque ſpecies partitus eſt:latiſsimã, latiorẽ, latã, leuem, & leuiſsimã. Latiſsimam manifeſto dolo adſcribit, latiorẽ dolo præſumpto: & quæ alia eũ in finem cõminiſcitur. Sed nihil eorum iure fundatum eſt. Nam ea quæ gradu intendun tur, ſpecificam differentiam non recipiũt, per uul. doctrinas,
1 quibus dicitur, Magis & minus diuerſas ſpecies non cõſtituere.l.fin.ff.de fun.inſtru.l.ſi is cui.ff.quemad.ſer.amit. Et ſic male ſenſit diuus Thomas contrarium, j. parte.q.l.arti.iiij. qui tenuit quòd per maius & minus diuerſificaretur ſpecieś. Quod & ex Galeno fundari poteſt, qui lib.de ſanitate tuenda primo, dicit ſanitates multas & uarias non ſpecie, ſed maioris minoríue ratione diſsidere, exẽplo à candore lactis ſumpto ad candorem niuis, qui quatenus candor eſt, ſpecie non diſsidet, maioris tamen & minoris ratione uariat. Hoc eſt
2 quod I.C.dicit, quod optimum eſt, ipſum quoq; bonũ eſſe. in l.ubi.ff.de uerb.obli.ſi interim Topica philoſophi præte
3 riero. Quibus conſequens eſt, culpam, ſiue eam latiorem ſiue latiſsimam, & item leuiorem aut leuiſsimam nomines, ea tamen graduum intentione ſpecies non diuerſificari: id quod
4 ex I.C.etiam liquêre poteſt, qui culpam latiorem & latam pariter dolo adſcribit. d.l.quod Nerua. iuncta l.is cui. §.dolũ. ff.ut in poſſ.leg.Item alibi culpæ appellatione, leuem & leuiſsimam intelligit, ut in l.contractus.ff.de reg.iur. Porrò & latam culpam, nunc prope fraudem, nunc proxime fraudẽ appellat.l.impuberibus. §.ſi fraus.ff. de ſuſp.tut.l.quæ ſitũ. §.
5 cumq;.ff.de precar.Sic quamuis in commodato regulariter culpa

culpa leuiſsima ueniat.l.j.§.is uero.ff.de act.quodam tamen loco cōmodatum & pignoratitiam actionem ſub eandē culpam leuem reducit.l.ſi cū uenderet.§.fi.cum l.ſeq.ff.de pig. acti.Ea igitur Bar.diſtinctio quam ſuprà retuli, nec iure nec ratione ulla recepta eſt. Nec minori errore Bar.labitur,cum 6
latiſsimam culpam manifeſtum dolum putat, latiorē culpam dolo præſumpto adiicit. Ea enim aſſertio, preterquàm quòd à iure remota eſt, etiam ſeipſam ſubuertit. Si enim latiſsima culpa uerum dolum, latior præſumptum occuparet, quid latæ culpæ relinqueretur? quem dolū lata culpa referret? Si nullū dicis, textibus iuris oppugnaris.l.j.§.hæc actio.ff. ſi menſ. fal.mod.dix.Si aliquem, iam tuam ipſe diſtinctionem cōfundis.Nec porrò rationem ullam habet, quòd culpæ latæ gra- 7
dus in dolum manifeſtum excurrat, etiā ſi multū intendatur: nam ſi in materia culparū uſquam uero dolo (proprie loquendo) locus eſſet, iam culpā nominari quid attineret? l.ſi idem. C.de codicil.cum uulga. Rectè igitur Accurſius in d.l.quod Nerua.ſub culpa latiore. latam intellexit, licet Bart.putet ea expoſitione textum uiolari, quo tamē nihil eſt falſius. Siquidem I.C.ibidem ornato ſchemate comparatiuo in poſitiuum 8
abutitur, ſicut alibi furem improbiorē, alibi furem improbū raptorem nominauerat.l.ij.§.cæterū.ff.ui bo.rap.Inſtit.eo. tit.in prin.quæ figura loquēdi I.C.frequens eſt.l.benignius. ff.de leg.l.cum pater.§.libertis.§.rogo.ff.de leg.ij.l.j.C. de dol.cum ſimi.Sed ad hunc loquendi ductum Bar. purioris linguæ inſuetus, cum nō aduerteret, labi facilè poterat. Quæ cum ita ſint, & graduum augmenta ſpecificam differentiam non conſtituant, rectius mihi culpa in duas duntaxat ſpecies 9
diuidi oportere uidetur, ut ſit lata & leuis. Hæ enim culpæ inter ſeſe ex oppoſito ſunt diuerſæ, cum altera negligentiam habeat extremè reprehenſibilem, nēpe nulla diligentia tēperatam: altera intra fines ſeu ſepta diligentiæ ita cōſiſtat, ut negligētiæ defectio, ſi quæ concurrit, ſæpenumero excuſetur: quarū hanc leuē, illam latā nominamus. Non tamē improbo, quin leuē & leuiſsimā diſtinctis nominibus uſurpemus, dum non ad ſpeciem referas. Sunt enim nomina magiſtralia, quibus facilius diſcernitur quando mediocris, quando temperata, quando exactior diligentia in negotiis requiratur: & eo fine intelligimus l. à procuratore.C.manda. ubi cum omnis culpa à procuratore exigitur, graduum differentias,

non ſpecierũ recipimus. Verum de leui culpa hic non diſſere-
10 mus,cũ inſtituti noſtri ſit in præſentia latæ culpæ uim & effe
11 ctum contra communes opiniones oſtendere. Igitur latam
culpam in duo genera nouè diſtinguimus. Eſt enim quædam
ignauiæ culpa, quædã uerſutiæ. Culpa ignauiæ eſt quæ ſupi-
nam negligentiã refert, uel uitio naturæ parũ perſpicacis, uel
ex praua educatione contractam. Cui culpæ adſcribi poterit
ſupina ſecuritas, improuida, imò nulla gerendarũ rerum cura,
reprehenſa erroris facilitas, & quicquid omnino ignaui & ſo
cordes homines in negotiis tractandis deſidiæ cumularũt &
oſcitantiæ: de qua culpa ſenſiſſe mihi uidetur l. latè. ff. de uer
bor. ſign. l. nec ſupina. in fin. l. plurimũ. in fin. l. regula. §. ſed
facti. ff. de iur. & fa. ign. Inſtit. qui mo. re. con. obl. §. præter-
ea & is. cũ ſimilib. Nec mihi hoc loco obtrudas id quod Bart.
in d. l. quod Nerua. ſuperfluo cõtrouerterat, nempe furioſis &
fatuis eam conuenire negligentiam, &c. Nam cũ de culpis tra
ctamus, conſequens eſt de eo nos hominum genere loqui, in
quos culpæ cadat qualitas, ſcilicet qui rationem habeant, ſed
12 craſſam. Cæterũ furioſi & fatui, quia ab ratione abſunt, etiam
à culpa ſunt ſecluſi. arg. l. ij. §. fin. in fin. ff. ſol. mat. l. ſed & ſi.
§. & ideo. ff. ad l. aquil. Vnde nõ eſt uerendum, ne hic inclu-
dantur quos ipſa nominis qualitas excludit. arg. l. j. §. Iulia-
nus. uerſic. neq; inutile. ff. de itin. actuq; pri. In hanc ignauiæ
culpam eos annectimus, qui ex qualibet leui, uana, iniuſtáue
cauſa, ad res improuidas, temerariáſue, aut noxias mouẽtur,
dum dolus abſit: exẽpla ſunt in l. ij. §. ſi publicanus. ff. ui bo.
rap. l. j. in fin. iuncta gl. ff. de abige. & fortè in l. qui rei. §. j.
§. ſi quis. ff. de bon. eorum qui mor. ſibi conſci. cum ſimilib.
13 Alia autem uerſutiæ culpa eorum eſt, qui ex uerſuto & malo
propoſito, animoq; perfido & exulcerato, alienas uel res, uel
negotia, affectata quadam improuidentia, malignè uel negli
gunt, uel diſsimulãt, cum in rebus ſuis ſint prouidi & diligen
tes: & qui uerſutiam ſub neglectionis uitium ita ſubuoluunt,
ut manifeſti quidem doli crimen, colore & uelamine negli-
gentiæ à ſeſe amoueant, doli tamen machinatione nõ careãt.
Eo genere diſſoluta fuit fideiuſſoris negligentia, in l. ſi fide-
iuſſor. ff. mand. & fa. l. j. §. j. uerſic. ſed ſi id egit. ff. de act.
empt. l. idem. §. generaliter. ff. mand. Has duas latas culpas,
quarum altera ignauiæ, altera uerſutiæ eſt, I.C. multis in lo-
cis diſtinctè attigit. Nam in l. mulier. §. ſi hæres. ff. ad Treb.

hæres fideicommiſſo grauatus, culpæ rationẽ reddere iubetur, quæ dolo proxima ſit. Quod ſi cũ diſtrahere deberet non fecit, lata culpa, non leui, & rebus ſuis conſueta negligentia, eiuſmodi etiam rei rationem reddet. Quo uno textu manifeſtè conſtat eſſe latã culpam dolo proximam, eſſe & latam quę à dolo abſit. Itẽ in d.l. quod Nerua. ea diſtinctio liquidè colligitur. Vult enim I.C. inueniri quoſdam qui & in ſuis rebus, nedum alienis, contra cõmunem modum negligentes eſſent, hos fraude carere. Alios item in rebus alienis negligẽtes uideri, non ita ad ſuũ modum, quos fraudi ſubiicit. fa. l. ſi conſtante. §. ſi maritus. ff. ſol. mat. ubi maritus ſi in ſuos ſeruos æque ut in uxoris ſæuus ſit, naturali uitio ſæuire dicitur: non ita ſi uxoris ſeruos flagellet, ſuis parcat. Ad prædictam definitionem facit l.j. §. non autẽ. ff. ſi teſt. lib. iuſſ. d.l.j. §. hæc actio. ff. ſi men. ſal. mod. dix. l. tutor. §. qui ob animi. iuncta l. hæc enim. in fi. ff. de ſuſpect. tut. in quibus iuribus hæc differẽtia culparum clarè probatur. Quam differentiã ſeu diſtinctionẽ, tam claris fundatã tex. nec ab Accurſ. nec ab ullo Doctorum, quos certè ego uiderim, tactam eſſe meritò miramur, cũ per eam expeditiſsima uia ad diſſoluendos latæ culpæ nodos patẽre poterat. Inter hæc inueſtigandum eſt, cũ imperitia culpæ adſcribatur, l. ſi quis fundum. §. Celſus. ff. loca. cũ ſimil. utri culpæ, an ignauiæ, an uerſutiæ ſit adnumeranda. Et certè ſi de ea loquamur imperitia, quæ ex imperfectione hominis proueniens, etiam peritis accidat, hæc extra reatum culpæ eſt: homo enim quaſi aquam errorem bibit, Iob. cap. xv. fa. l. illicitas. §. ſicuti. in prin. ff. de off. præſ. Sin uerò eorum conſideremus imperitiam, qui nimia ſui fiducia artes aſſerant ipſis parum compertas, ut ſolent facere ardeliones, hi ſi ſimplici & improuido animo, non maligno fine, negligenter uerſentur, in culpam ignauiæ: ſin cupido quæſtus & intentio non probata eos inuaſerit, in culpam uerſutiæ incidere putamus. arg. d. l. illicitas. §. ſicuti. poſt princ. & eſt pro ea diſtinctione text. elegãs in d.l.j. §. hæc actio. uerſ. proinde. ff. ſi men. ſal. mod. fa. d.l. ſi quis fundum. §. Celſus. cum uerſ. ſeq. ff. locat. addimus l.ij. ff. quod quiſq; iur. An autem ignorantia iuris à lata culpa excuſet, uariis in locis tractatur. Accurſ. Inſtit. de ſuſpect. tut. §. ſuſpectus. Bartol. in dicta l. quod Nerua. cum ſimil. putant non excuſare, maximè ſi ius ſit certum & limitatum. Nos diſtinctione neceſſaria eam rem temperamus. Aut

14 15 16

enim quæritur,an ignorantia iuris noceat,aut an in culpã la-
17 tam incidat.De primo res eſt expedita, quòd in lucris ignorã
tia iuris nocet,maximè ſi Iurecõſultorum copiam habere, aut
ſua prudentia quiſpiam inſtructus eſſe potuit.l.regula.§.ſed
iuris.de iur.& fa.ign.l.in bonorũ.in fi.ibi gl.ff.de bon.poſſ.
18 l.ij.§.fin.ff.quis ordo. In damnis uero ea ignorantia in uni-
uerſum nõ nocet.l.iuris.ff.de iur.& fact.ign. Super altero
uero certos caſus admittimus,in quibus ignorantia iuris latę
19 culpæ adſcribi poſsit. Nam iuris naturalis, uel diuinorũ præ-
ceptorum ignorantia, culpam habet.l.uenia. C.de in ius uo-
can.fa.gl.c.non eſt ſine culpa.de reg.iur.lib.vj. Item ſi quis
ea ignoret quæ ſunt prohibita, quia illicita.l.extat. ff.quod
met.cau.l.miles.§.pen.ff.de re iudic.gl.l.j.in fi.ff.de abige.
cũ ſimil.quibus caſibus uel lata culpa ignauiæ,ſi ſit incõſulta
temeritas,uel lata culpa uerſutiæ,ſi adſit uerſutus animus,in-
curritur. Quo temperamẽto intelligi cõueniet l.ſenatus. C.
de his qui in teſt.ſibi adſcr.l.fin.§.licet.ff.de publica.l.ſi id
quod.§.doli.ff.de iur.om.iud.l.iij.§.ſi quis ignorans.ff.ad
Sillan. In quibus iuribus licet abſit lata culpa uerſutiæ, igna-
uiæ tamen culpa contrahitur:quod notandum eſt,quia dat lu
20 men dictis iuribus.Porrò Doct.Iuris in latam culpam,& qui-
dem dolo proximam,incidunt,ſi ius in quo uerſantur ignora
21 uerint.l.ij.§.Seruius.ff.de orig.iur. Tandem à lata culpa
fortaſſe non excuſantur,qui negotia habẽt uel iudicialia,uel
quæ iuris ordinem exigunt,& ius ignorent,etiam ſi ſint illi-
terati,ſiue illi ſint iudices, ſue litigantes.arg.l.ſicut.in fin.C.
de præſcrip.xxx.ann.niſi iuſta aliqua cauſa defenderẽtur, uel
quia Iureconſultorum non erat copia, uel quia ex ſtatutis &
conſuetudinibus rectisq; aliis moribus ſe fundarent. per iura
uulg. Extra hos caſus putamus iuris ignorantiam latæ culpæ
22 adſcribi non poſſe.Nam ſi latæ culpæ eſt ignorare ea quæ o-
mnes ſciunt,d.l.latæ.de uerb.ſig.rectè ab oppoſitis arguen-
do,ea ignorare quæ paucíſsimi nouere,latæ culpæ nõ adſcri-
23 betur.Porrò quomodo erit irreprehẽſibile illiterato ius igno
rare,quod is nunquàm ſectatus ſit,nunquàm ſtuduerit, nun-
quàm in iure ſit uerſatus?arg.in procе. Digeſt.§.ſed cũ nos.
fa.l.ſed etſi lege.§.ſcire.ff.de pet.hær.l.ſed etſi pupillus.§.
proſcribere.uerſ.puto fieri.ff.de inſtit.d.l.ij.§.Seruius. Iã
uero & maxima pars mortalium,& in iis principes uiri,homi-
nesq; alii prudentes,latæ culpæ ſubiicerentur,quibus ignota
ſunt

ſunt iura. Accedat quòd & ille ipſe Iuſtinianus Imperator à lata culpa ſe non defendet, ut qui non ſolum erat Iuris imperitus, ſed & analphabetus fuiſſe ſcribitur. Ea igitur aſſertio gl. Bart. & Doct. ſine delectu recepta, & iure & ratione caret, ſed & à communi ſenſu remota eſt. Nec obſtat d. l. regula. in fi. ubi qui ius ignorant, ſtultis æquiparantur, &c. quia ſtulti ibidem pro his accipiuntur, qui imperitia lapſi ſunt, ut eſt ibidem tex. Poterat enim eis improuidentiæ culpa imputari, qui in lucro uerſati, ſcientes paſsi ſunt pecuniam fideicommiſsi in opus publicum impendi. Nec obſtant l. leges. C. de leg. l. conſtitutiones. C. de iur. & fa. ign. quia uel hortando loquuntur, 24
uel eos reſpiciunt quibus ex profeſsione uel officio iura cognita eſſe debent. Quomodo enim propter iuris ignorãtiam Imperator omnes mortales ad culpam latã obligaſſet, quum iuris cognitio à ſeculo ſemper paucis perſpecta fuerit? uel certè eo caſu intelliguntur, quo facile haberi Iureconſulti poterant. d. l. in bonorum. ff. de bon. poſſ. d. l. ij. §. fin. ff. quis ordo. ubi ſunt text. ad hoc notabiles. Addimus, quòd quamuis Imp. in d. l. uelit & iubeat leges haberi cognitas, eos tamen qui ignorant, latæ culpæ non ſubiicit, imò ultro fatetur eſſe aliqua in legibus obſcura, quæ non niſi ab Imperatoria interpretatione pendeant. Nec obſtat ratio Bar. quã in d. l. quod Nerua. ſatis improuidè dedit, uidelicet peritiã quæ in Doct. & Iuriſperitis eſt, popularibus ineſſe uideri, ex eo quòd conſuli Doctores facile poſsint, quaſi ex Pythagoræ fabulis Iuriſtarum animę in plebem demigrarent. Quomodo enim laicis facilitas eſſe poteſt cõſulendi Iuriſperitos, cum corũ nõ ſit ingens numerus, qui in iuris profeſsione ſint perfecti? Quòd ſi inueniantur uiri doctrina perſpicui, ſine precio, ſine mercede non conſulunt: & fieri poteſt, ut conſulturo ſumptus non ſuppetat, uel cauſa eius ſit generis quæ ſumptum ferre neget: & ita multa incidere poſſunt, per quæ facilitas conſulẽdi adimitur, ut in ſimili dicit I. C. in l. naturalem. §. j. ff. de acquir. rer. dom. Vnde concludimus, per ignorantiam iuris latam culpam non aliter contrahi, quàm ſuprà deduximus. Sed di- 25
greſsi ad inſtitutũ reuertamur. Cum enim iam duo culparum genera diſtinxerimus, alterum ignauiæ, alterum uerſutiæ: ſupereſt inueſtigare, utra ex dictis culpis dolo æquiparetur. Gl. in l. in actionibus. ff. de in lit. iur. putat latam culpam dolo non æquiparari, ſi uel infamia irrogaretur, uel in litem eſſet

iurandum:ſed nec in pœnis corporalibus, per iura illic allegata. Quam gl. doctrinam Bart. & communiter Doct. in l. quod Nerua. ff. depoſ. & in aliis locis cum latiori explicatione approbant. Verum lõgè aliter ueritas habet: compluria enim iura ſunt quæ doctrinis huiuſmodi implacabiliter obſtant. Proinde eam materiam quæ ad hæc ſcripta nos præcipuè permouit, diligentius & fundatius inquirentes, totam hanc rem ſequentibus concluſionibus elucidamus: præfantes tamen nihil illorum nos tractaturos, in quibus mihi cum communibus doctrinis conueniat, niſi id incidenter contingat. Non enim ex aliorum uocibus, plauſtra repetitionum cõſarcinando, inutiliter diffundi conſilium eſt, ut ex modernis nonnulli operam parum utilem in hac materia inſumpſiſſe dicuntur. Pri
26 ma cõcluſio: Lata culpa quæ ignauiæ eſt, dolo nunquã æquiparatur, ut quæ ex ſupina quadam improuidẽtia, inconſulto, temerario, male prouido, & craſſo ingenio prodeat. text. eſt in dicta l. mulier. §. ſi hæres. ff. ad Treb. ubi hæc culpa ab alia quæ dolum refert, manifeſtè ſeparatur, iũctis aliis iuribus circa eandem culpam allegatis. De hac culpa loquitur d. l. latæ. ff. de uerb. ſig. Qui enim non intelligit quod omnes intelli-
27 gunt, rectè ſupinus homo nominabitur. Et poteſt etiam concluſio firmari ex uulgata doctrina, qua dicitur, quãcunq; cauſam erroneam, fatuã, & iniuſtam, imò temerariam, à dolo excuſare. gl. d. l. j. in fin. ff. de abig. per text. in l. igitur. §. poteſt. ff. de lib. cauſ. cum ſimil. & de hac lata culpa intelligi conueniet l. j. §. final. ff. de eden. d. l. ſi quis id. §. doli. ff. de iur. om. iud. dicta l. iij. §. ſi quis ignorans. ff. ad Syllan. Quæ una concluſio lumẽ porrigit tenebroſis Doct. opinionibus. Secũda:
28 Quamuis lata culpa ignauiæ dolo non æquiparetur, impunis tamen non remanet, ſi id quod culpatiore negligentia patratum eſt, uel ad delictum tendat, aut damnum alterius. de quo eſt text. not. in l. j. C. ſi aduer. delictum. ubi apertè docetur delinqui poſſe, etiam ſi non ex animo, puta ex ſimplicitate uel improuidentia, punitur tamen delinquens, niſi reſtituatur ſi ſit minor. & hoc ſignificaſſe gloſſ. uidetur in l. in lege. ff. ad l. Corn. de ſicar. licet ad hanc latã culpam ex errore non
29 reſpexerit. Sic qui per laſciuiam citra dolum mortis cauſam præbuit, in quinquennium relegatus eſt. l. lege. §. j. ff. eodem titul. Sic incendia per negligentiam admiſſa, fuſtibus caſti-
30 gantur. l. j. §. & quia plerunq;. ff. de off. præf. uig. l. qui ædes.
l. ſi

l.ſi fortuitò.ſecundum uerum intellectum.ff.de incen.ruin.
naufr. Sic quæ malo exemplo citra dolum abortionis pocu-
lum dederat,exilii pœna damnatur.l.ſi quis aliquid.ij. §.qui
abortionis.ff.de pœnis.cum ſimilib.In hoc genus culpæ qui-
dam adoleſcens,Mundus nomine,incidit, qui cum ſub ſpecie
Anubidis Dei matronam Romanam in templo Iſidis (corru-
ptis ad eam rem ſacerdotibus)ſtupraſſet, nõ tamen alia quàm
exilii pœna mulctatus eſt.Nec enim Tiberius Cæſar eum ſe-
ueriori pœna dignum iudicauit,qui non dolo,ſed amoris ue-
hementia deliquiſſet:ſacerdotes autem autores ſceleris in cru
cem egit.teſtes Ioſephus lib.xviii. Antiquitat.Hegeſippus
lib.ii.hiſtoriarum. Tertia concluſio:Lata culpa dolo pro- 31
xima,quæ dicitur uerſutiæ,ubiq; dolo comparatur,paribusq́;
iuris deciſionibus utraq; abſoluuntur. Quæ concluſio pro-
batur primo ex communi ſenſu : id enim quod dolo proxi-
mum eſt,à dolo non diſtat,quod per rerum naturam patet,&
fa.in argumen.l.j. §.ſed ſi in eo.ff.ad Syllan. Licet ergo cul-
pa uerſutiæ uelamento contegatur negligentiæ, pari tamen
iure cum iuſto dolo cenſebitur.Nam quid intereſt, an mani-
feſto dolo machineris,an ſub culpæ obliquo ad dolum ten-
das?Vel quid differebat à doloſo is fideiuſſor,qui ſciens de-
bitorem eſſe exceptione tutum,ſoluerat tamen ut ei incom-
modaret?qui etſi in manifeſto dolo non fuerat, diſſolutæ ta
men negligentiæ nomine culpari meruit.d.l.ſi fideiuſſor.ff. 32
man.ubi uelut pro regula ponitur, diſſolutam negligentiam
quæ uerſuto animo ſubuoluitur,eſſe prope dolum. Sic & in
l.j. §.is uero.ff.de actio. magna negligentia in doli crimen
cadere dicitur.Deinde hæc lata culpa dolo adeò eſt cognata,
eiq́; hactenus cohæret,ut ſæpenumero I.C.eam culpam do-
lũ nominet, ut in d.l.quod Nerua.& fa.l.magna. ff.de uerb.
ſig.cum ſimilibus. Quod tamẽ non intelligas,ut lata culpa ue
rè ſit dolus:hoc enim eſſe nõ poteſt,cum dolus iuſtã & mani
feſtã impoſturã inferat,at lata culpa ſub uelamẽto negligẽtię
fraudẽ ſubuoluat,ut iã diximus: ſed ſub exceſſu rhetorico,la
ta culpa dolus nominatur, ſicut ſi Ciceronẽ laudaturus,nõ ſo
lum eloquentem,ſed ipſam eloquentiam nomines:quo ſche-
mate etiã ſacra ſcriptura plena eſt, ut magnus Eraſmus teſta-
tur.Cęterũ ex ea hyperbole inuictè colligitur,Iurecõſultũ la
tã culpã uerſutię,dolo inſeparabiliter cõnectere uoluiſſe.Ad
dimus quòd I.C.ſub doli uocabulo,plus ſemel exempla latæ

culpæ

culpæ denarrat, ut eſt expreſſum in l. ſi procuratorem. §. dolo. ff. mand. & fa. l. doli. eo. tit. l. prætor ait. ij. per diſcurſ. ff. ui bon. rap. In eiſdem enim legibus ueri doli mentio fit, ubi latã culpam dolo proximam interuenire, dubitari non poterit. Iã
33 uero in multis locis Iuris noſtri, dolus ſub taxatiua præcidi-tur: qua tamen taxatiua non obſtante, lata culpa dolo proxima, ſub dolum includitur. text. eſt in d. l. quæ ſitum. §. eum quoq;. ff. de precar. ubi dicitur, eum qui precario rogat, ſolũ præſtare dolum, culpam tamen dolo proximam meritò contineri: quæ uerba ponderanda eſſe puto. Paria uideas in l. j. §. non autem. ff. ſi quis teſt. lib. eſſ. iuſſ. Porrò in l. j. §. hæc actio. ff. ſi men. fal. mod. dix. liquidò cauetur eam actionem duntaxat dolum malum recipere, latam tamen culpam dolo æquiparari, eumq; repręſentari. Sic in depoſito in l. iij. §. ſed ſi. uerſ. & quia. ff. naut. caup. ſtab. dicitur duntaxat dolũ præſtari. Item in l. j. §. ſi quis ſeruum. ff. depoſ. ſolum dolum uenire, & in §. ſi. dolum duntaxat præſtari. Paria inuenies in d. l. j. §. is uero. ff. de act. & tamẽ poſt tot cumulatas taxatiuas, in dicto contractu depoſiti lata culpa uerſutiæ dolo cohæret. d. l. quod Nerua. ubi eſt tex. qui uel ſolus inuictè pro nobis pugnare poterit, nempe latam culpam cum dolo ubique concurrere. Quod & ex communibus doctrinis firmari pote
34 rit. Vulgò enim traditur, dictionẽ taxatiuam affirmatiuè poſitam, affirmare id quod ponit, excludendo omnia alia præter expreſſa, niſi aliqui ſint caſus omnino ſimiles & connexi: hi enim ſupplerẽtur, de quo per Bar. & moder. in l. j. ff. ſi quis ius dicen. non obtem. gl. in l. ob æs. C. de pręd. min. Cum ergo lata culpa dolo proxima ad orationes taxatiuas innectitur, rectè uel ex communibus doctrinis euinco, eam culpam dolo prorſus ſimilem & connexam, ab eo non ſeparari. Quæ cum ita ſint, conſequens eſt ut gl. & Doct. in d. l. in actionibus. Bar. & Doct. in d. l. quod Nerua. & in locis aliis improuidè errauerint, dum in caſibus nonnullis latam culpã à dolo ſeparant, quorum errores etiam ad ſpeciem confutare non erit incommodum. Et primo error eſt inexcuſatus, cum Ac-
35 curſ. & Doct. putant iuramentũ in litem propter latam culpã nõ deferri: nã ueritas manifeſta eſt in contrariũ, id quod in depoſito facile patẽre poteſt. In eo enim cõtractu, ob dolum in litem iurari apud omnes cõuenit: ſed lata culpa dolo proxima uſq; adeò dolo cõnectitur, ut etiã dolus nominetur, ut ſu-

prà

prà oſtendimus. Vnde non eſt recipiendũ,in uno eodéq; contractu ob dolum iurari, ob culpã uero cõfinem & cognatã nõ iurari: & cum Iureconſultorũ Celſi & Neruæ reſponſa in d. l. quod Nerua. utraq; illa, dolũ & latã culpã pari iure cenſuerint, quis æqua mente ferre poſsit Accurſ. & Doct. ſine iure, ſine ratione diſſeparare ea in ius diuerſum, quæ Iureconſulti ſub unã deciſionẽ cõnexuerunt? Iam uero cum iure cõſtet in litem iurari, ſi de fide rupta agatur, l. ei apud. in prin. ff. depoſ. gl. & Doct. in d. l. in actionibus. qui hoc apertè firmant: negari certè nõ poterit, fidẽ non ſolum dolo, ſed & lata culpa rumpi. Vel dicat mihi quiſpiã quid referat, an rem depoſitã iuſto dolo interuerterim, an ſimulata aliqua negligentia cõniuentibus oculis eam auferri patiar, aut ad limina poſitã perdidero, cum tamẽ in meis rebus ſim diligẽs? Nunquid utroq; caſu fidẽ rupiſſe intelligor? d. l. quod Nerua. Deniq; quid intereſt ſi procurator ſuſcepto mãdato manifeſtè nolit emere, aut affectata quadã negligentia in gratiã fortaſſe tertii cõtrahere differat? d. l. ſi procuratorem. §. dolo. ff. mand. Omnino, ſi ulli æquitati locus ſit, non poteſt à dolo ſeparari, id quod dolo cognatum eſt. Quod porrò gl. & Doct. locis ſuprà allegatis docuere, infamiã ex lata culpa non irrogari, pari errore notatur. Nam actio depoſiti per ſententiam infamat. l. j. §. qui pro ſocio. ff. de his qui not. infa. At in depoſito condemnatur reus, nõ ſolum ob dolum, ſed etiã ob latam culpã dolo proximã. d. l. quod Nerua. quæ l. uelut Achilles cõmunes opinationes hoc loco proſternit. Nõ enim dici poteſt, quòd in una & eadẽ actione depoſiti, ſentẽtia quo ad dolũ plus operetur, quàm quo ad culpã cognatã dolo, maximè quòd d. l. quod Nerua. nihil diuerſi iuris inter utraq; miſceri patiatur: niſi fortè ex Bartoliſtis aliqs putet d. l. quod Nerua. de latiore culpa, nõ de lata loqui. Sed hoc nihil eſſe ſuprà à principio euicimus, cũ latior culpa à lata, ſpecie nõ differat, etiã Accurſio idipſum in d. l. quod Nerua. ſentiẽte, cuius expoſitio noſtrę aſſertioni quàm maximè ſubſcribit. Deniq; in tutore expreſsũ eſt, qui nõ ſolũ ob dolũ, ſed etiã ob latã culpam dolo proximã per ſententiã ſuſpectus factus, in iuris infamiã incidit. d. l. impuberibus. §. j. ff. de ſuſpect. tut. Inſtit. eod. tit. §. ſuſpectus. Nec obſtat quòd Accurſ. ibid. putat iuris ignorantiã intelligi, quia hoc nullo iure probatur, & eadem facilitate deſtruitur qua aſſeritur. Addimus apertũ text. in l. hæc enim.

36

ff. de

37 ff.de ſuſpect.tut.ubi deciditur tutorẽ ob ignauiam uel negligentiam, ſi id dolo feciſſet, & etiam ob dolum remoueri. fa. l.tutor. §.tutor.l.quia ſatiſdatio.ff.eod.tit.cum ſimil. Porrò certum eſt quòd furti, bonorũ raptorum, & item ob iniurias damnatus, infamis efficitur.l.nõ poteſt.ff.de fur.l.infamem. ff.de pub.iud. Sed prædicta tria crimina non ſolum ex dolo, ſed etiã ex lata culpa contrahuntur. In furto caſus eſt in l.ſi is qui rem.l.ſi is qui rẽ pignori. §.Iulianus.l.falſus. §.qui alienum.in ratione ſui.ff.de furt. In ui bon.rapt.patet ex l. ij. §. dolo. ff.eo.tit. dum de calliditate loquitur, quæ ſub culpam latam contegitur.per bonũ tex. in d.l.igitur. §.poteſt. uerſ. ſed nec calliditate.ff.de lib.cauſ.& fa.l.ſed et ſi hæreditas. §. interdũ.ff.ad exhib.l.ob hoc.ff.de his qui not.infa. l.j. ff. ſi quis omiſſ.cauſ.teſt.cum ſimil. Nec obſtat d.l.ij. §.hac actione.ff.ui bon.rap.per quẽ tex.Bar.& Doct.corũ errorẽ alibi defendunt. Nam ibi erat lata culpa ignauiæ, nõ ea quæ dolo eſt proxima: ſuã enim rem imprudens rapuerat. At nos ultro fatemur latã culpam ignauiæ nunquam dolo comparari: & utinã gl.& Doct.ad elegantẽ noſtrã diſtinctionẽ, qua lata culpa ignauiæ, ab ea quæ eſt uerſutiæ diſſeparatur, reſpexiſſent, crediderim propemodũ omnia eſſe plana, nec nobis fuiſſe laborandũ. Concludimus igitur, infamiam etiã ex lata culpa dolo proximã irrogari, quod in iniuriis per multa iura patet.l.item apud Labeonẽ. §.tenetur. §.hæc autem. l.ſi liber.ff.de iniur.cũ ſimil. Ea uero diſtinctio qua Bar.in l.quod Nerua. diſtinguit inter infamiam quæ ipſo facto incurritur, uel quæ per ſententiã, nullius momẽti eſt, nec ullo iure probatur, imò per iura ſupradicta ſubuertitur. Ratio uero qua Bar.mouetur, tantũ abeſt ut ei ſuffragetur, ut etiam eum oppugnet. Infamia enim quæ per ſententiam patet, magis eſt deteſtabilis, quàm quæ facto contrahitur: cum facta aliquando excuſari poſſunt, at res iudicata pro ueritate habetur. Proinde ſi infamia quæ propter factum accidit, latã culpam includit, quanto fortius ea quæ per ſententiã cõparatur? Iã & alius
38 error Bar.nobis occurrit cõfutandus. Nam in d.l.j. §.nõ autẽ.ff.ſi quis teſt.lib.iuſſ.idem Bar.inter cætera quæ ex ſuo capite cõminiſcitur, putat latam culpã dolo proximã, in caſibus in quibus lex dolum expreſſe requirit, dolo non cõparari. At hoc manifeſtè falſum eſſe d. l.j. apertè euincit, ubi quamuis dolus expreſſe, imò & præciſe requiratur, latã tamẽ culpã illic

lic includi certũ eſt. Verũ cum is text. Bar. flagellaſſet, ſcilicet quòd ex profeſſo ſuã diſtinctionẽ euerteret, bon⁹ ille uir miſeris euaſionibus uelut ex re nata, & ex præſenti occaſione arreptis, ſe tueri pergit. Nã dicit, in ipſo prætoris edicto mẽtionem doli nõ fieri, & nõ aduertit quod paulò antè fatebatur, edicti uerba nõ extare: quo ſubterfugio ipſe ſe uitioſa confirmatione cõtra præcepta Rhetorica colliſit. Quomodo enim ſcire poterat doli mentionẽ in edicto nõ fieri, cũ uerba edicti non extare fateretur? Pari uitio olim lapſos fuiſſe Dominici ſepulchri cuſtodes uulgò traditur, cum adſererent corpus Domini à diſcipulis eſſe ſublatũ, & tamẽ ſeſe interea dormiiſſe. Quod uero Bartol. putat oportere nos dicere, quòd d. l. j. ex I.C. extenſione potius, quàm ex uerbis edicti procedat, pari laborat uitio. Nec enim diuinare potuit circa edicti uerba quę ignorauit. Deniq; quis nos cõpellit ad dicẽdũ ea quæ nec domi nec foris ſubſiſtũt? Porrò quis credet quòd I.C. edictũ illud corruptè recitauerit? Sed demus hoc figmentum Bartolo: quid ad rem pertinet, I.C. extẽtè uel intentè egerit, dũmodo pro nobis definierit latã culpã dolo proximã, eò loci uenire, ubi dolus expreſſe requiritur? Iã uero quomodo alios text. euadet Bar. nempe d. l. quod Nerua. l. quæ ſitũ. §. cũ quoq;. ff. de precar. l. j. §. hæc actio. ff. ſi menſ. fal. mod. dix. cum ſimil. quę ſuprà in tertia cõcluſ. in uerſ. iã uero. latius allegauimus? in quibus omnibus dolus expreſſe & per taxatiuã requiritur, & tamen lata culpa dolo cognata includitur. Et ſic quæ ratio Bar. patrocinari maximè putabatur, eũ ſubuertit maximè, ut ad Plautini Soſię ſales alludã. Quę aliquãto latius attigimus quàm inſtituerim, in gratiã Bartoliſtarũ, qui ab eo homine pẽdent tanquam à numine, eoq; ſine doctos eſſe Iuriſtas arbitrantur, ſi omnem lapidem mouerint, imò per fas & nefas iura figant & refigant, quo eius erroneas doctrinas tueantur, ſecuri interim an textus aperti uel corrumpantur, uel eis controueniatur, dum Bartolum defendiſſe glorientur: qua ex re ſæpe à modico errore maximus & prauatiſsimus error enaſcitur, cum iuſtitiæ periclitantis clade grauiſsima. Proinde uideant cui periculo ſeſe alligauerint, quàmuę in naſſam inciderint, qui ſtatutis cauiſſe dicuntur, ne à Bartoli opinionibus in caſu ambiguo diſcedatur, cum in rebus controuerſis ſæpenumero Bartolus à ueritatis ſcopo declinet, & certè ipſa ratio doceat, non ex opinatis commentatorum uoci- 39

bus

bus, ſed ex legalibus ſcitis iuſtitiã iuraq; partium aſſerere & tueri. Antequam ad finem procedamus, probandum eſt in
40 procurſu, latam culpam dolo proximã etiam in interdictis & edictis dolo comparari. Nam in interdicto incendii, &c. hoc apertè probatur, per tex. in d. l. ſi fortuitò. in fi. ff. de incen. ruin. nauf. qui tex. gl. & Doct. ita torſit, ut inexplicatũ relinquerent. Præterea quid ſi dominus eius loci ubi raptũ eſt, affectatæ negligentiæ culpę accuſetur? Quid ſi ſeruaturus, naufragia colligat, & quaſi aliud agens, militibus rapiendi commoditatẽ nõ auferat? Hæc & ſimilia cum latæ culpæ ſint quæ dolum referat, tamẽ in edicto continentur. l. nequid. in prin. ibi, ne quis extraneus. & §. à domino. cum §. ſeq. eo. tit. Item ſepul. uiol. actione tenetur magiſtratus, qui in ciuitate ſepulchrum fieri patitur. l. prætor. §. diuus. ff. de ſepul. uio. & fuit tamen magiſtratus in lata culpa, non in dolo. Sic ſi hæres in ſepulchrum hæreditarium contra teſtatoris uoluntatẽ inferat, dum ex affectata ignorantia id ſibi licere putat. d. l. prætor. §. ſi quis in hæreditarium. Deniq; in interdicto, ne uis fiat ei qui in poſſ. hoc conſtat. Sicut enim qui ex improuidentia miſſum in poſſeſsionẽ impedierat, quòd poſſeſsionem ad ſe ſpectare credebat, à pœna excuſatur, dolo enim caruit. l. j. §. ſi quis. ff. eod. tit. ita è regione ſi ex malo propoſito diſſolutã ignorantiã ſimulaſſet, non excuſabitur, dolo enim non caret, argumento à cõtrario ſenſu. d. §. ſi quis. ubi ſi gl. ad diſtinctionẽ latæ culpæ, quæ ignauiam habet uel uerſutiã, aduertere potuiſſet, ſupinam ignorantiã ſibi à diſſoluta negligentia diſtinxiſſet. Pari errore labitur gl. in l. de ætate. §. ſed & ſi quis. de interrog. act. ubi culpam latã, quæ dolo proxima eſt, fatuam nominat, quæ tamen cum ſit ignauiæ, nunquam eſt dolo proxima. Diſtingui igitur utraq; poterant ſicut nos diſtinximus. Item in edicto, quod quiſq; iur. eiusq; prima parte, nempe ſi magiſtratus iniuſtè pronũtiarit, dolus requiritur. l. ij. ff. eod. tit. Sed certè ſi magiſtratus in latam culpam dolo proximam incideret, ut ſi ex affectata improuidentia, imperitum aſſeſſorem eligeret, nõ excuſaretur: quod & Alber. in d. l. ij. tenuiſſe dicitur, licet Raph. Fulg. communi errore ſeductus contrà ſenſerit. Sed quid dicemus? Certum
41 eſt quòd is qui redemptum ab hoſtibus ſine precio remiſerit, ſi poſtea dolo retineat, in interdictum incidit de lib. homine exhibendo. l. iij. §. ſi quis cum. ad fin. ff. eod. tit.

Nunq

Nunquid idem ſentias, ſi is ex affecta negligentia hominem retineret, nō bono propoſito, ſed quod ſub ſimulatam quandam ignorantiam contegeretur? Certè ratio hoc docet uiri boni æquitatem amantis: & in ſumma, ſicuti pœnæ interdictorum ſeu edictorum tūc euitantur, ſi dolus abſit, d. l. in furti. §. rectè. ff. de fur. l. quo naufragium. §. quod ait. ff. de incend. ruin. nauf. d. l. ij. §. hac actione. ff. ui bon. rap. l. prætor. §. prima uerba. ff. de ſepulch. uiol. d. l. ſi quis id quod. §. doli. ff. de iuriſ. om. iudi. cum ſimilibus. ita è diuerſo pœnæ non euitantur, ſi non abſit dolus: at in culpa lata uerſutiæ dolus non abeſt, licet ſub uelamine negligentiæ contractus, ut ſuprà declarauimus. Occurrit nobis nodus indifficilis, & non admodum expeditus, an in pœnis corporalibus & capitalibus lata culpa uerſutiæ dolo comparetur. Et poſſet uideri quòd non, per tex. qui ad hoc uidetur expreſſus, in d. l. in lege. in prin. ff. ad l. Cornel. de ſicar. ubi dicitur, In hac lege, lata culpa pro dolo non accipitur. Quòd ſi hoc prouiſum eſt in lege Cornelia de ſicar. nulla ratio ſubeſſe poterit, quin & in aliis publicis iudiciis hoc accipiatur. Accedat communis, imò concors omnium Docto. doctrina, qui negant in pœnis corporalibus, maximè ſi ſint capitales, latam culpā dolo includi. E diuerſo expreſsi ſunt tex. qui euidenter cōtra dictam ſententiam pugnant, à quibus diſcedere piaculum eſſet. Nam in l. capitalium. §. ſolent. ff. de pœn. iuuenes non ex dolo manifeſto, ſed ex quadam petulantia turbulentis acclamationibus uſi fuere, quæ fuit lata culpa dolo proxima, & tamen corporali pœna, nempe fuſtibus cæduntur. Item in l. eiuſdem. §. item is. ff. ad l. Corne. de ſicar. plectitur quidam legis Cornel. pœna, nō ob aliam cauſam, quàm quòd familia ſua ipſo ſciente, & non prohibente alteri uim in poſſeſsione fecerat, quæ fuit lata culpa, ſed dolo proxima. Item inuenio quòd pœna capitalis, nempe ultimi ſupplicij, irrogatur his qui dolo carebant, & fuerant tamen in lata culpa, quæ dolum referebat, ut eſt exemplum in d. l. eiuſdem. §. qui hominem. ubi caſtrabat iuuenem libidinis uel commercij cauſa, & punitur l. Cornel. At in eo facinore dolus, ut dixi, abfuit: nam commercium in cauſa fuit ut caſtrati efficerētur precioſiores. l. ſi ſeruus ſeruū. §. & ſi puerum. ff. ad l. Aquil. Libido uero perpulit, ut pueri imberbes & molles delectarent: quod ipſum quia ex libidine proceſsit, dolo caruit, lata culpa nō caruit. Accurſius in d. §.

42 43 44 45

qui hominem.dum humaniora ſtudia ignoraſſet, expoſuit, hominem libidinis refrenandæ cauſa fuiſſe caſtratum, quòd luxurioſus eſſet: quod eſt planè ridiculum. Ideo enim caſtrabatur, ut mollia, &c. quod Iuuenalis multum impudicè proſequitur. Quod autem caſtranti mares in ſolo Romano, pœna ultimi ſupplicij irrogaretur, expreſſum eſt in l. lege. §. conſtitutum. §. planè. ff. de ſicar. l. j. &. ij. C. de eunuch. Præterea
46 iure manifeſto patet, quòd nonnulla militaria delicta capite puniuntur, quæ non niſi culpa cōtrahi ueriſimile eſt: ut, ſi artem ludicram miles uſurparet, ſi miles deportatus, in militiā rurſus deligi ſe pateretur, ſi in bello quis aciē deſereret, ſi contumax duci eſſet, ſi captus cum effugere poſſet, non rediit, & quæ ſimilia habentur in l. quæ delicta. ff. de pœn. l. qui cum uno. §. j. & ſeq. l. omne delictum. §. j. cum ſeq. l. non omnes.
47 §. captus. ff. de re milit. Quid, quòd & carcerū cuſtodes, qui cuſtodiam negligunt, uel capite puniuntur, uel in eā pœnam qua rei tenerentur, incidunt? l. milites. ff. de cuſtod. reor. l. ad commentarienſes. C. eo. titu. Item Bal. in l. ſi quis filio. §. his
48 qui. ff. de iniuſt. teſt. putat iudicem qui pendente appellatione ſententiam criminalem exequitur, decapitari oportere. per tex. in l. lege Iulia. §. hodie. ad l. Iul. repetund. & poterit tamen iudex ſub affectata ignorantia, & ſui magiſtratus tegumento, doli crimen contegere. Quid, quòd iure canonico in homicidio pœna irregularitatis ex lata etiam culpa dolo proxima incurritur? Nam & Herodes ſub uelamine iuramenti à dolo ſe excuſabat, cum diuum Ioannem Baptiſtam capite plecti iuberet: ſed nō excuſatur. c. cum iuramento. cum cap. ſeq. de homici. fa. c. hi qui. in ſi. l. diſt. c. Ioannes. c. ſicut dignum. §. hi quoque. de homicid. Quibus tot iuribus contra dictam communem Doctorum ſententiam, & contra d. l. in lege, pugnantibus poterat fortaſſe hic nodus uideri impeditus. Sed nos totam eam rem diſtinctione ſuprà poſita temperamus. Aut enim de lata culpa ignauiæ loquimur, puta ſi ex ſupino errore, ex craſſa improuidentia, ex præcipiti quadam delinqueretur temeritate. hic puto, etiā ſi facinus graue foret, eam culpam pro dolo non haberi, ut ita nō ſolum in ciuilibus, ſed & in criminalibus ab ea culpa dolus abſit. eo fine intelligo d. l. in lege. ff. ad l. Corne. de ſicar. Qui intellectus ex ſubiectis ibidem exemplis euidenter apparet: nempe ſi quis ex alto ſe præcipitauerit, & ſuper alium ueniens ipſum occiderit. Vel ſi

putator

putator dum ex inaduertentia non proclamat, ramo deiecto prætereuntem occiderit. In huiuſmodi enim caſibus lata culpa ignauiæ contrahebatur, ſed dolus abfuit, meritò ad eius legis coërtionem ea culpa nõ pertinet. Quòd autem per exempla ſubiecta, doctrinæ precedẽtis qualitas declaretur, uulgo notum eſt. Per manus enim traditur, exemplis declarari regu 49 lam. l. ſcire oportet. §. hæc de his. in uerb. adoptantur. ff. de excuſat. tut. l. nam quod liquide. in fin. ff. de penu. leg. l. damni. §. Sabini. ff. de dã. infect. l. j. §. Labeo. ff. de aqua. quoti. & æſtiua. Exemplum enim declarat reſpõſum & aperit. l. prætor. §. quoties. §. nihil. de colla. bon. l. j. de præſcrip. uerb. l. item nihil. ad fin. ad l. Aquil. Addo Dn. Crotum in repetit. c. Rainutius. qui pro hoc allegat c. qui ad agendum. de procur. lib. vj. Cle. c. non poteſt. eo. tit. Deniq; eſſet abſurda Iuriſcõſulti ineptitudo, ſi de lata culpa dolo proxima locutus, exempla de ignauiæ culpa ſubieciſſet, atque ita uelut aquæ naturam per exempla ignis declaraſſet. Aut loquimur de lata culpa quæ dolum referat, & tunc ſi crimen eius eſſet naturæ, in quo & lata culpa, & dolus contrahi poſſent, intrepide dico, in pœnis corporalibus, imò & in capitalibus, latam culpam quę ſit dolo proxima, dolo comparari, exigentibus hanc doctrinam tot iuribus ſuprà allegatis. Deniq; finge ex ſupradictis exemplis in d. l. in lege. poſitis, ſi is qui arborem putabat, ramum affectata quadam negligentia deieciſſet, & malo conſilio nõ proclamaſſet, quis eum à reatu homicidij excuſaret? Vel nónne nouimus lenocinij crimine apud Iuuenalem notari eum, qui uelut dormitans ad uxorem ſuam adulteros admiſerat? Ad calicem doctus uigilanti ſtertere naſo. Nos certè compertum habemus, in ludo balliſtario quendam municipem Friburgen. telum oblique uelut per imperitiam torſiſſe. & confodiſſe fœminam prætereuntem, de cuius facinore culpáne an dolo fecerit, dubitabatur uehementer. Et habito prudentũ conſilio, eò res deuenit, ut inquireretur an huic balliſtario unquàm inimicitiæ priuatim cum muliere, aut eius marito fuiſſent: quo non comperto, reus abſolutus fuit, non abſoluẽdus ſi quicquam inimicitiarũ præceſsiſſet. Vides quàm non effuſe, ſed multis ultro & citro expenſis & circũſpectis, in negotiis huiuſmodi, quæ tam latè patent, definiẽdum eſt?

Concludimus ergo in hoc prolixo tractatu, culpam latam dolo proximam, à dolo ſeparari non poſſe: & è regione, cul-

pam ignauiæ, cum dolo non eſſe cōiunctam. Quæ uera eſſe, imò receptiſsima, prudētis & boni uiri ratio, quin etiam ipſa naturæ æquitas docet: quarum altera anima eſt, & domina legum, altera legem uelut condimento temperat. Quæ enim eſſet iniquitas puniri dolum, culpam nō puniri doli ſociam? Et in ueritate, ſi ratio legibus ſcriptis hactenus dominaretur, ut tex. Iuris non ex opinionum procellis, ſed uelut ex germano, id eſt, uiuo & proprio ſenſu, uel ex ratione bene compoſita expenderemus: uel quæ uno aut altero iure ſcita ſunt, ad alia quoq;, in quibus par appareret ratio, ex fide & integritate, non ex commodo, non ex alienis uocibus ſuppleremus, id quod bona occaſione fieri poſſe Pedius teſtatur, iam non eſſet in pulcherrimo Iure noſtro aliqua obſcuritas, non ulla diſfidentia, nihil turbidum, nihil opinioſum, nihil perplexum, nihil quod faſtidiret: ceſſarent inutiles controuerſiæ, peſtiferarum diſceptationum ſylua ſucciderefur, & infelicium commentariorum plauſtra uel tollerentur, uel ad claras breuesq; Iuris ueritates reducerentur, res & Cæſare noſtro ter maximo digniſsima, & quæ omnem omnium regnorum uictoriam ſuperaret.

Memorabilia in Cap. II. obſeruanda.

1 *Obſequia non eſſe operas.*
2 *Obſequiorum & operum differentia.*
3 *Obſequiorum ſpecies.*
4 *Operam diurnum eſſe officium, & hoc qualiter.*
5 *Operæ duplices, officiales & artificiales.*
6 *Officium duplex.*
7 *Officiales operæ quæ ſint.*
8 *Menſæ inſtruendæ labor officialibus operis connumeratur.*
9 *Domus cuſtodia officialibus operis connumeratur.*
10 *Fabriles operæ unde dicantur.*
11 *Fabrilium & artificialium operarum nulla differentia.*
12 *Fabriles operæ quæ ſint.*
13 *Fabrilium nomine quod hominum genus cenſeatur.*
15. 14 *Officiales & artificiales operæ ad quid principaliter reſpiciant.*
16 *Lecticariorum operæ.*
17 *Operæ mediæ ſeu communes quæ & officij ſint & artificij.*
18 *Bubulcorum, opilionum, meſſorum labores &c. operis ſeruilibus, non autem libertorum adiudicantur.*
19 *Operæ ſeruiles.*

Operæ

10 Operæ ſeruorum & animalium quodammodo æquiparantur.
11 Obſequiorum effectus & obligatio.
12 Obligatio ad antidora quale uinculum habeat, opinio Zaſij contra communes.
13 Accurſiani taxantur.
14 Obſequia an ad hæredes tranſeant.
15 Obſequia hæredib⁹ extraneis patris uel patroni nō ueniūt præſtāda.
16 Filio patroni debetur reuerentia.
17 Operarum effectus.
18 Operarum cauſa liberti cum patronis habitare non tenentur.
19 Muneris & doni differentia.
30 Libertis quibuſdam nullæ operæ imponi poſſunt.
31 Operæ ſi in genere imponantur, quales libertus ſoluere teneatur.
32 Libertus nō tenetur ſoluere ullas operas, ſi ſint in genere impoſitæ, & ad ſpeciem non indictæ ſeu exactæ.
33 Operæ in genere indictæ.
34 Operas inter patronos diuidi.
35 Patronis diſcordibus circa indicendas operas, libertus non tenetur præſtare ullas.
36 Operarum impoſitio.
37 Libertus negotiari poteſt, & patrono operas præſtare.
38 Libertus patronum per prouincias uagantem ſequi non tenetur.
39 Operæ quibus debeantur.
40 Operis per Iurecōſul. ſimpliciter nominatis, potius officiales quàm artificiales ueniunt intelligendæ: & quam ob rem id fiat, noua ratione per Zaſium aperitur.
41 Operarum appellatione quæ ueniant.
42 Accurſij error circa operas.
43 Officialium operarum ab artificialibus prima differentia.
44 Voluptatis non eſt æſtimatio.
45 Operæ officiales promiſſæ quando cedant.
46 Artificiales ſeu fabriles à die promiſſionis cedunt.
47 Operæ mediæ aut communes, promiſſæ nō obligant niſi exigantur.
48 Officiales quare creditoribus delegari non poſſint.
49 Operæ mediæ quo caſu delegari poſſint.
50 Fabriles quando delegari poſſint.
51 Artificiales patronus ſibi & adiecto ſtipulatur, officiales uero minime.
52 Officiales operæ qualiter præſtentur.
53 Artificiales licet facti ſint, in præſtatione pecuniæ conſiſtunt.

c 3 Officiales

54 *Officiales operæ præſtatione pecuniæ redimi non ſolent.*

55 *Cur officiales ſumptu patroni, artificiales uictu liberti præſtetur.*

56 *Libertus in fabrilibus quando alendus.*

57 *Sic lex per legem diſtingui & temperari debet, ne diſsideant.*

58 *Non debet inciuiliter onerari libertus in operis exhibendis.*

59 *Dura ſeparatio coniugum & familiæ.*

60 *Alia eſt operarum quæ à libertis præſtantur, atq; earum quæ uulgò locantur, ratio.*

61. 61 *Operæ libertorum ſine mercede, & ad gratitudinem præſtantur.*

63 *Verus intellectus ad l. penult. de oper. liber.*

64 *Clientes libertis comparantur.*

65 *Operæ gratuitæ à quibus præſtentur.*

66 *Operarum præſtitarum trifaria diſtinctio.*

67 *Operã mere gratuitã præſtantibus, ſumptus ſemper ſuppeditãdus.*

68 *Quid interſit inter conducere operam, & conducere opus.*

69 *Officiales operas qui locat operarius, ſumptu conductoris laborabit.*

70 *Serui ſine mercede, famuli uero non ſine mercede ſeruiunt.*

71 *Conuentiones dant legem contractui.*

72 *Attendenda in cõductitijs laboribus conſuetudo, quod ad uictum pertinet.*

73 *In ambiguis benigniora præferuntur.*

74 *Officiales operæ ad hæredem extraneum non tranſeunt, ad filios tranſeunt etiam exhæredatos.*

75 *Fabriles operæ præteritæ, non futuræ, ad hæredẽ extraneũ trãſeũt.*

76 *Germania ueros ſeruos nunquam habuit.*

77 *Quid apud Germanos liceat proprijs hominibus.*

78 *Seruilis nota in proprijs hominibus Germaniæ.*

79 *Ad quæ teneantur homines proprij.*

80 *Manumiſsionis beneficium pecunia redimunt homines proprij.*

81 *Ne Romanus quidem princeps homines proprios inuitis dominis manumittit.*

82 *Non debent homines proprij in tantum operis præſtandis grauari, ut ſe & ſuos alendi tempus non ſuppetat.*

83 *Ad uiles operas non tenentur homines proprij.*

84 *Homines proprij ſine uenia dominos ſuos in ius uocare nõ poſſunt, neq; aliquam actionem famoſam in eos inſtituere.*

85 *Debet naturæ impulſu patroni perſona ſemper honeſta & ſancta uideri, etiam poſt manumiſsionem.*

86 *Iura libertorum hominibus propriis manumiſſis præiudicare non poſſunt.*

Vaſalli

87 *Vaſalli perpetuo iure liberi ſunt & ingenui.*
88 *Obligatio uaſalli ad dominum longè alia,atq; liberti ad patronũ.*
89 *Libertus quo ad ciuilem originem,noua factura per manumiſſionem eſſe dicitur.*
90 *Ad operas quæ libertis olim imponebantur,non tenetur uaſallus.*
91 *Onera ad quæ uaſallus tenetur,ſunt duplicia.*
92 *Vaſallus nõ poteſt teſtificari cõtra dominũ,niſi cauſa ſit feudalis.*
93 *Non poteſt uocari in ius dominus à uaſallo ſine uenia.*
94 *Operarum uaſalli earum aliæ ſunt militares,aliæ officiales,ſeu officialibus confines.*
95 *Non eſt certa ulla ratio,qua ab oneribus uaſallorum ad operas libertorum aut econtra argumenta deducantur.*

De operis, deq́; obſequijs libertorum,ac earundem ſpeciebus,inſolita quædam. CAP. III.

IN operarum tractatu nonnulla ſunt, quæ & in gloſſ. & Doctor.deſiderantur: quapropter & meas quoq; uigilias ea in re addere placuit. Primo omniũ, obſequia non eſſe operas,à Bartol.& Doctor.bene obſeruatum eſt, id quod & 1
tituli diſtincti, & ſeparata ab operis obſequiorum conditio arguit.l.libertus qui operarum.ff.de oper.liber.l.libertos.C. de obſeq.Quapropter Accurſ.nulla ratione excuſari poteſt, qui dict.§.libertus. in princip.de obſequialib: operis intellexit.Sed & Bartol.cum obſequia ab operis recte diſtinxiſſet, obſequiales tamen operas non recte nominauit, ut quibus utriſq; inter ſeſe nihil prorſus conueniat. Obſequia enim in 2
honoris exhibitione,in reuerenti uerecundia cõſiſtunt.Operæ uero,ipſum operarii laboris tractum ſignificant.argumen. l.operæ.in princip.ff.de operis libert.& l.j.in fin.eodem tit. Quæ autem ſunt obſequiorum ſpecies, uulgò tractatum eſt. Ad liberti enim obſequia pertinet,ut aſſurgat patrono, uene 3
retur,ſanctam & honeſtam eius habeat perſonam, ſine uenia in ius non uocet,uocatum nulla impetat famoſa actione, uel quæ patroni ſuggillet opinionem,& in ſumma,omnia ad ſynceram redigat pietatem.l.j.in prin.l.ij.l.parens.cum ll.ſeq.l. liberto.ff.de obſeq.iuncta d.l.uenia.C.de in ius uoc.Tãdem & patronum inopem alat.l.j.C.de oper.lib.l.aliměta. §.j.ff. de liber.agn.cum ſimilib.quæ omnia & parentibus & liberis multò maximè ſunt præſtanda: in qua re, quæ ab aliis ſatis tradita eſt,nolui eſſe prolixior. Dicit tamen text.capit.j.in

quibus cauſ.amit.feud.huiuſmodi exhibitiones, quæ dominis quadam morali oblatione debentur, ſub præceptis non poſſe includi. De operis uero dicturi multa nouabimus, nonnulla ab aliis Doctor.non tradita aperiemus, eritq; is tra
4 ctatus & iucundus lectu, & ſcitu utilis. Operam diurnum eſſe officium, Paulus docuit l.j.ff. de op.lib. Poteſt autem bifariam illa diuturnitas intelligi: uel quia per diem laborandum eſt, ut l.ij.in fi.ff.de an.leg.uel quia certo diei tempore abſoluatur, ut adeſſe domino, domino ob neceſsitatē aliquam inſeruire: & tunc diurnū ideo dicitur, quia die explicatur. Vnde apud Iuuenalem, importuna uxor,- Longi relegit tranſuerſa diurni. tametſi etiam nocturna ſunt officia, ut pôſt dicetur.
5 Sed Iureconſ.ad frequentiam reſpexit.l.nam ad ea.ff. de leg. Sunt autem duplices operæ, officiales, & artificiales, ſeu fabriles, id quod etiam à Doct.receptum eſt, licet alia ſerie tracte-
6 tur. Circa officiales notandum puto, officium dupliciter accipi: aliquando generaliter pro actu, qui pro ſua cuiuſq; conditione deberi intelligitur, ut Victorinus uoluit, & tunc rectè, operæ ſiue ſint officiales ſiue artificiales, officium diurnum dicuntur. Aliquando & ſtrictius pro quodam miniſterio (ut ita dixerim) perſonali, quo inſeruire aliis uolumus, ut apud Suetonium, Senatores conſpirati, Cæſarem officii cauſa circunſteti ſſe, ſcribūtur: & Iuuen.- Officiū cras Primo ſole mihi peragendū in ualle Quirini. & ſa.l.ſicut patronus.ff.de op. lib. Et hinc recte officiales operæ deducūtur. Per dictā diſtinctionē poſſet ſaluari Accurſ.in d. §.libertus. in uerb.officia-
7 les, licet ad eā nō reſpexerit. Ergo officiales ſunt, quę & ex habilitate miniſtrantis, & ex domini cōmodo conſiſtūt, perſonæq; miniſtranti conuenientes, in domini perſonam referuntur, atq; adeò ad inſeruitionem (ut ita loquar) perſonalē pertinent. ut l.operæ in rerum.ff.de oper. liber. Eius generis ſunt, adeſſe domino, comitari dominum.l.quod niſi.in fi.l.hæ demum.in fin.ff.eod.tit. Item & calculare, aliaq; domini negocia exercere, eius perſonam reſpiciētia. Nec placet diſtinctio Bartol.in dicto §.libertus. dum putat referre, an negocium totius diei, an uero modici temporis committatur. Siue enim negocium pro domini neceſsitate diu duret, ſiue ſtatim finiatur, dum eius perſonam reſpiciat, inter officiales operas nu-
8 merabitur. dicta l.hæ demum. quæ generaliter loquitur. Porrò ſi quibus menſæ apparādæ, inſtruendæ ue negotiū committitur,

mittitur,officialibus operis occupari dicuntur: quorum nu-
mero obſonatores,ſtructores,propinatores,pincernas,cocos
computabimus.argum.l.legatis.§.j.ff.de leg.iij. Item cum 9
domus iniungitur cuſtodia,officinæ ſeu tabernæ ſolicitudo,
& quæ ſimiles eſſent operæ uel miniſteria, quæ ex perſonali
actu operantis ad domini perſonam reſpiciunt, etſi non tota
die durauerint.dicta l.operæ in rerum.& fa.l.duorum. in fin.
eodem titul.Fabriles operæ à faciendo ſunt dictæ, alluſione 10
potius quàm etymo, quas & artificiales Iureconſ.nominat in
l.fin.ff.de op.ſer.Et quamuis fabrilium uocabulo, largius ali
quanto & extentius ad manuales operas abutamur, commu-
nicata tamen utrobiq; ſignificatione,mixtim de utriſq; Iure-
conſulti loquũtur, ut ita nihil ab artificialibus fabriles re ipſa 11
differant.fa.dicta l.operæ in rerum.in fi.dicta l.hæ demum.
in fi.de op.lib.& dicta l.legatis.§.ſi ex officio.ff.de leg.iij.
Sunt autem fabriles hæ,quæ ex artificio conſiſtunt,in quibus 12
labor plus ad rem ipſam & ad opus faciendum, quàm ad per-
ſonale miniſterium,aut perſonam domini reſpicit.Horum nu 13
mero ſunt cerdones,ſutores, fullones, ſarcinatores,fabri, pi-
ctores,ſtatuarii,phrygiones, lanifices, infectores,ſcribæ, li-
brarii,& omnino quicquid ſit artis uel laboris quod rem labo
ratam reſpiciat.Quod autem Bart.in dicto §.libertus. fabri-
les eas putat eſſe,quæ in rem & patrimonium domini fierent,
non improbo,dum de patrimonio largiter loquatur.Nã ima-
gines & aliæ res pictæ uel ſculptæ, patrimonia dominorum
non adiuuãt:exiſtimatione enim pollent,non cenſu. Vt ergo
in ſumma colligam:Officiales operę rem domini, eiusq; per- 14
ſonam,uictum,curationem,ocium,quietem,uoluptatem,di-
rectò reſpiciunt,& ſeparata domini ratione, eiúsue commo-
do perſonali, potius moleſtiæ ſunt quàm operæ. dicta l.ut
iuris.§.dabitur.eodem titul.iuncta l.ſi libertus artem.in fin.
de oper.liber.Artificiales uero,quæ abſolute in ſeſe nullo ha- 15
bito reſpectu ad perſonam domini fiunt,& à quocunq;, cui-
cunq;,quolibet etiã tempore,fieri poſſunt.Quæ licet ad do-
mini imperium laborentur, labor tamen non ad domini per-
ſonam, & commodum perſonale, ſed ad opus reſpicit, eate-
nus ut æque hoſti ſicut domino præſtari poſſent. Lecticarii 16
utriſq; communicant.Nam ſi fabricatores lecticæ intelligas,
artificiales ſunt.dicta l.legatis.§.j.de leg.iij. Sin uero lecti-
carum portitores, officialibus accenſentur.l.ſi ex toto.§.ij.

ff.de leg.j. Quem intellectum utrobique ratio ineuitata exi-
git. Cum enim lecticarii ad numerum legantur, portitores in-
telligi uerisimile eſt, cum non niſi à multis lecticæ domino-
17 rum portentur. Inuenio autem operarum ſpeciem, quæ & ſit
artificialis, & circa officium uerſetur: ut ſunt medici, cantores,
citharœdi, mirmillones, athletæ, muſici, gladiatores, mimi,
pantomimi, ſaltatores: eas enim operas eſſe artificii notorium
eſt, ſed & cum officio cõmunicare (quatenus uoluptati ſunt)
iura docent, ut dicta l. ut iuris. §. dabitur. cum dicitur eos eſſe
uoluptatis artifices. Has operas, quamuis inter artificiales Iu-
reconſ. ponat. l. eius artificii. l. medicus. cum l. ſeque. l. hæ de-
mum. uerſic. nec arenarius. ff. de oper. liber. tamen & aliquan-
do officialium iure cenſentur, ut pòſt docebitur. Proinde nõ
errabit, qui eas medias, ſeu communes nominauerit. Plura
enim ſunt negocia quàm uocabula. l. natura. ff. de præſcript.
18 uerb. De bubulcis porrò, opilionibus, agricultoribus, meſ-
ſoribus, dubitari poſſet. Bartol. in dicta l. quod Nerua. fabri-
lib. adſcribit. Nos huiuſmodi operas à libertorum genere reii-
cimus, ut quæ ſeruis competant, non libertis. l. in lege cenſo-
ria. ad fin. ff. de uerbor. ſignific. Quapropter minimi referet
ſuper eis hoc loco diſceptare. Si tamen de eis loqui res exige-
ret, potius officialibus connumerarim. Operarii enim iſti in
domini & rem & commodum ita reflectuntur, ut ſeparata do
mini ratione, definat obligationis & cauſa & propoſitum. Is
enim laborator domino ſe ita adſtringit, ut nolit prorſus al-
19 teri: quod in fabrilibus non recipi, ſuprà diximus. Sunt & ope
ræ ſeruiles, quarum numero omnes ſine delectu operæ ſunt,
ſiue ſint artificii, ſiue officii, id eſt miniſterii, precioſæ, me-
diæ, uiles, & cuiuſcunq; generis, etiam quæ oneroſæ, turpes,
& (ut ita dixerim) beſtiales ſint: ut uerrere domum, aream, pla
teas, purgare cloacas, in piſtrino operari, molas protrudere
uerſatiles, haurire aquas, ruri macerari, terram fodere, imò ad
terram adſcribi, ligna cõuehere, eſſe ueſpillonem, pollincto-
rem, beſtiarium, agaſonem, ut interim turpiores taceam, quas
dicere nolim. argumen. l. final. in fin. ff. de oper. ſer. Huiuſmo
di operis, bubulcorum, agricultorumq; labores, iam ſuprà re-
cte accenſuimus. Et licet operæ ſeruorum etiam officii ſint
& artificii, ea tamen diſtinctio in eis non obſeruatur. Quic-
quid enim ſeruus laborat, uel circa perſonam domini, uel in
aliis operis, adeò abeſt ab officio, ut etiam neceſsitatis ſit &
oneris

oneris ſeruilis,eaq; ratione operæ ſerui in fructu ſunt, & fru-
ctus in operis.l.in hominis.cum l.ſequen.ff.de oper.ſer. Hoc 10
eſt quod diximus,operas ſeruorum & animalium quodam-
modo æquiparari.argum.l.huic.ad fin.uerſic.etſi habitatio,
ff.uſufruct.quem.caue.fa.l.ij.§.j.ff.ad l.Aquil. Vno tamen
caſu officiales in ſeruis ab artificialibus diſtinguuntur, quo-
ties ad æſtimationem operarum res redigitur.dicta l.final.ff.
de oper.ſer. Viſa obſequiorum & operarum declaratione, 11
recte nunc circa earum impoſitionem, effectum, obligatio-
nem,aliqua examinabimus,pleraq; tranſeuntes, quæ ex uul-
gatis Doctor.dictis cognoſcuntur.Et primo, ad obſequia li-
bertus citra indictionē naturali nexu ita tenetur, ut cogi poſ-
ſit.dicta l.uenia.C.de in ius uocan.iuncta l.j.§.cum patro-
nus.ff.de offi.præf.urb. Quapropter ſicuti ex errore præſta-
ri non poſſunt,ita nec ullo iure repetuntur,quod huiuſmodi
naturalis obligatio ad præſtandi neceſsitatem ſit redacta.d.
§.cum patronus.In aliis tamen ſpeciebus naturalis obliga-
tionis,errore iuris ſoluta non repetūtur:cæterum ſi errore fa-
cti ſoluta ſint,repetere ius eſt.in l.cū quis.C.de iur.& fa.ign.
Quo loco Bar.& cōmuniter Doctores eam obligationis na-
turalis ſpeciem excipiunt,quæ ad antidora obligat:putantes
ſi etiam eo loco iuris errore ſolueretur,non impediri repeti-
tionem ſoluti,id quod glo.tenuit in l.ex hoc iure.ſ. de iuſti.
& iur.niſi fortè id ipſum ſolueretur quod receptum erat.l. ſi
teſtamento.§.j.ad fi.§.ff.de fideiuſ.Et ita ſe habet commu-
nis opinio,quæ tamen non eſt uera. Nam ſi inter obligatio- 12
nes naturales hoc commune eſt,quòd non niſi naturali ratio-
ne nituntur,quomodo inæqualem habebunt efficaciam?Aut
cur hoc naturæ uinculum, quod ad gratificationem benefa-
cti obligat, minus operaretur,quàm in quacunq; alia ſimili
ſpecie,cū in omnibus ſola ratio naturalis citra uinculū ciuile
præuerſetur? Porrò qui gratificatur alteri errore iuris, cre-
dens ſeſe ad hoc teneri,iam animo naturaliter conſentit,ut re-
muneretur amicum.In naturæ ergo uinculo,& in naturali cō-
ſenſu non errat,licet in iure errauerit,ut ita meritò locum ha-
beat d.l.cum quis. cum ſimilibus. Et ne per latebras fatige-
mur,textibus expreſsis res muniēda eſt.Nam in l. ſed & ſi le-
ge.§.conſuluit. de petitione hæreditat. clarè deciſum eſt,
eum qui donauit, ſi antidora accepit,iam eſſe factum lo-
cupletiorem. Cui neceſſariò conſequens eſt, remuneratio-

nis

nis non eſſe repetitionem: aliàs quomodo alter diceretur factus locupletior, qui in re accepta repetitionis onere grauaretur? Addimus & alium textum in leg. idemque. §. final. di geſtis mand. ubi ſi creditor fideiuſſorem remunerandi gratia liberat, fideiuſſor actionem mandati contra debitorē habet, cum tamen nihil ſoluiſſet: ſed quia ea liberatione quæ in remunerationem ei cōtigit, obligatio ad antidora extincta eſt, ideo actionem habet, non habiturus ſi creditor liberationem poſſet condicere: quia ea quæ poſſunt condici & repeti, liberationem impediunt. d. l. ſi teſtamento. §. j. ad fin. ff. de fideiuſſ. fa. l. qui concubinam. §. ſi hæres. de leg. ij. Quòd ſi obligatio ad antidora in ea ſpecie, quam ſuprà diximus, per d. l. idemq;. actionem contra tertiū producere potuit, quāto fortius exceptionem remunerato producet contra repetentem? arg. l. j. §. is autem. ff. de ſuperfi. Et tandē ſi remuneratio donationis acceptæ quodāmodo genus permutationis eſſe intelligitur, d. §. conſuluit. neceſſe eſt quòd & cum natura permutationis participet. At hoc fieri non poſſet, ſi quæ remunerata ſunt, liceret repetere: hoc enim ab omni permutationis genere, rebus iam permutatis, quàm maximè abhorret. arg. l. permutationē. cum l. ſeq. C. de re. permut. His argumentis cōtra gl. & omnes Doct. qui diuerſum tradidere, fortiter nitimur, ab eis non diſceſſuri, niſi noſtra fundamēta ex ueritate, non per cauillationes diſſoluantur. Cæterū contra ueritatem textuum quomodo diſſolues? Equidem uehementer doleo, Doctores, qui alioqui in multis & ingenio ualuere & doctri-
23 na, hac una re tam obuerſo fuiſſe animo, ut quicquid Accurſio in buccam uenerat, ſæpenumero pro ueritate, ſine altiori diſquiſitione, ſequerentur, & ita orbem replerent erroribus, adeoq; ueritatis amatoribus tantū negotii ueritatis reducendæ tribuerent, eosq; graui fatigatione iuris perpurgandi onerarent. Sed iam cætera diſpiciamus. Ad obſequia tenentur, & liberi erga parentes, & liberti ad patronos, ſine impoſitione: utrobiq; enim naturale uinculū (ut diximus) obligat. Ad
24 hæredes autē, an & qualiter ea obſequia tranſeant, à Bart. nō perfectè traditur. Puto tamen quòd hæredes extranei, quos uel libertus uel liberi relinquāt, ad huiuſmodi obſequia honorifica aliter nō teneantur, quàm quòd in ius uocare parentē, patronúmue defuncti nō poſſunt, nec ullam cōtra eum famoſam mouere actionē, quæ ex facto uel patris uel patroni

deſc

deſcenderit, atq; adeò tali nomine nec accuſare. l.apud Cel-
ſum. §.aduerſus.ubi eſt intortus tex.ſed per hypallagen reſo
luendus. ff. de doli excep. iuncta ratione d. l.uenia. C.de in
ius uoc. Cæterum hæredibus extraneis patris uel patroni, ni- 25
hil obſequii nec à liberis, libertóue, aut eius hæredibus debe
tur, arg. ſumpto à dictis iuribus, & fa. l.liberti. C.de op. lib.
Niſi patronus filium relinquat, ei enim reuerentia debetur. l. 26
qui manumittuntur. C. eodem tit. Nunc ad operarũ effe- 27
ctus, in quo duo tractabimus. Primo, quid operis commune
ſit: deinde quid cuiq; ſpeciei proprium. Et quidem effectus
utriſq; communes in eo ſunt, quòd non debentur niſi impo-
ſitæ iuramento, uel ſtipulatione, & id quidem in limine ma-
numiſsionis, niſi aliud conuenerit. l. ut iuris. §. j. ff. de op.
lib. iuncta l. fi. §. adeò. ibi gl. ff. de lib. cau. Et ſi ſine impoſi-
tione præſtarentur, libertum ad futuras operas non obliga-
rent. l. operis. ff. de op. lib. Ob operas autem liberti cum pa- 28
tronis habitare non coguntur, quod in ſeruis nõ eſt receptũ.
d. l. qui manumittuntur. in fi. de op. lib. In prædictis nouiſſe
conueniet, quòd non ſolum operæ, ſed & donum, munus, im
ponũtur. d. l. ut iuris. §. iurare. ij. ff. de op. lib. l. Iulianus. ff.
de bo. lib. cum ſimil. Eſt autem donũ, quod ſine cauſa datur.
Munus cauſam habet: ut ſi in militiam patroni, ſi propter fi- 29
liæ nuptias munus daretur. l. inter donum. ff. de uer. ſig. Inter
hæc aduertendum eſt, quòd ſeruis ex fideicommiſſo manu- 30
miſsis, & ex conſtitutione diui Marci in libertatem ereptis,
& his quibus à lege libertas competit, nullæ prorſus imponi
operæ poſſunt. d. l. ut iuris. §. reſcriptum. l. ſed ſi hac. ff. eod.
tit. Item operæ in genere impoſitæ, ut cum decem uel uiginti 31
operas diurnas ſtipulamur, libertus eas ſoluet, in quibus ſe-
ſe exercuit. Quod ſi in utriſq;, nempe officialibus & fabrili-
bus conſueuerit, præſtabit quas dominus uolet. arg. l. operę.
ff. de op. lib. Si in neutris, laborem exiget dominus à liberto,
quem præſtare poterit. arg. d. l. ut iuris. §. iurare. l. eius artifi-
cii. ff. eo. tit. & fa. in arg. l. fi. §. j. de op. ſer. Iam uero & ſi im- 32.33
poſitæ ſint in genere, ut decem dari operas, libertus non te-
nebitur ad ullas, niſi ſint ad ſpeciem indictæ ſeu exactæ. l.
cum patronus. ff. de op. lib. & poſtquam indictæ fuerint, dies
earum cedere incipiet. d. l. ſi quis hac. §. iudicium. de op. lib.
Quapropter ſi præſtitæ non fuerint, & tantum tranſierit tem
pus quo perfici poterant, operarum præteritarum æſtimatio
petet

petetur.l.ſi quando.d.l.ſi quis.§.iudicium.l.operas.de op. lib.niſi ualetudinis cauſa foret impeditus.l.interdū.eod.tit. Sed etſi liberto dignitas acceſſerit,liberabitur: idē ſi ætas cō-
34 fectior.d.l.interdum.in fi.cum l.ſeq.Et ſi plures ſint patroni,& operę plures,numero diuidentur:ſcilicet quòd operarū pars aliter uel diuidi uel peti non poteſt. Vnde qui partem operæ petunt,nō niſi æſtimationem petiiſſe intelliguntur.l.libertus qui poſt.l.ſi quando.ubi ſub parte,operæ æſtimationē accipe.l.quoties.de op.lib.fa.l.in ſtipulationibus.§.operarū.l.ſtipulationes non diuiduntur.in prin.& ibi utrobique
35 diximus,infrà de uerb.oblig.Item ſi ſint plures patroni, qui in operis indicendis non cōcordēt, libertus neutri ad operas tenebitur, donec concordarint.l.hæ operæ.§.ſi patroni plures.cum §.ſeq. An autē dies cedat ab indictione, ut poſtquā patroni concordarint, retro ad æſtimationē teneantur? Non puto,quia durum eſſet,& cętera.d.l.hæ operæ.§.ſi,quod & Accurſ.tenuiſſe uidetur in d.§.ſi patroni plures.in uerb.accipiēdis.qui allegat l.ij.in fi.ff.quibus modis uſus fruct.amit. ubi hoc probatur: quamuis Iureconſ.in d.§.ſi patroni.contrarium ſignificare uideatur,ſed ſe non firmat. Cæterum hoc quod decidimus, conſuetudine in uaſallis obtinet. Nec obſtat l.ſi quis hac.§.iudiciū.de op.lib.quia de operis indictis intelligitur, dum nihil intercedit quod earum præſtationem
36 moretur,ut ſuprà declarauimus:quod nota. Porrò in imponēdis operis ratio habetur ætatis,ualetudinis,dignitatis:& porrò an libertū deceant, an honeſtæ ſint, an non turpes, uiles, abiectæ,ſeruiles,mediaſtinæ,& quæ potius libertatem onerent,quàm ſuſtineant.l.eius.in fin.l.pen.ff.de op.lib.prouiſo etiā ut temporis ſpatia liberto relinquantur,quibus & ſeſe ſuamq; familiam enutrire,& quæ ad curā corporis neceſſaria
37 ſunt, prouidere poſsit. Proinde & libertus propriā negociationem gerere poteſt, dum operæ patroni non impediantur: & ſi langueret libertus, operæ non deberentur. d.l.cum patronus.in fi.l.nec audiendus.l.libertus qui poſt.d.l.interdū.
38 l.libertus negociatorius.de op.lib. Quibus conſequens eſt, quòd libertus, quāuis eo loci ubi patronus moratur, uel ſi ex iuſta cauſa proficiſceretur,operas præſtare debeat:uagantem tamen per prouincias ſequi nō tenetur.l.quod niſi.ad fi.cum l.ſeq.d.l.hæ demum.in fi.eod.tit.fa.l.fi.ff.de iur.om.iud. Hoc eſt quod ſuperius diximus,ruſtres,meſſarias,& ſimiles

operas

operas libertis non imponi. Præterea ſi patronus operas impoſitas, item donum, munus, uel exigat ab inuito, uel operas liberto uendat, uel mercede locauerit, bonorum poſſeſsionẽ contra teſtamentum liberti non petet. l. ij. C. de bon. poſſ. contra tab. lib. l. libertus qui operarum. de op. lib. d. l. Iulianus. ff. de bo. lib. d. l. ij. C. de bo. poſſ. contra tab. lib. Quod latius proſequitur gl. in l. ſi quam. C. de op. lib. Sola autẽ impoſitio operarum non noceret, niſi exigat, ut ibidem & alibi per gl. fa. l. ſi quis à liberis. §. pen. ff. de lib. agnoſcen. text. eſt in l. qui onerandæ. de op. lib. Quod autem de locatione operarum diximus, infrà ſuo ordine temperabimus. Tandem operæ non ſolum patrono, ſed & liberis patroni debentur, dũ tamen uel hæredes ſunt, uel non mala mente exhæredati. Succedent autem æqualiter in operis, etiam ſi ſint inæqualiter inſtituti. d. l. ut iuris. §. pen. l. ſi patronus. §. ij. ff. de bo. lib. Heredibus autem liberorum, ſi extranei ſint, libertus nõ adſtringitur. l. ſciendum. de uerb. ſig. Nam nec patroni hæres, ſi ſit extraneus, operas petet, niſi fortè aliquæ eſſent præteritæ. l. cum patronus. §. j. l. à duobus. in fin. de op. lib. quæ tamen omnia latiori egerent explanatione. 39

Hactenus quæ operis in genere conueniant, paucis attigimus: nunc uero ad ſpeciẽ operarum tranſeuntes, in quibus officiales ab artificialibus differant, inueſtigabimus. Et ante omnia diligenter aduertẽdum eſt, ſæpenumero fieri, quòd ſi de operis Iureconſ. ſimpliciter loquatur, in dubio officiales potius intelligat, quàm artificiales, id quod tex. iuris multis in locis urgent, ut in leg. quoties. in fin. uerſ. ſed hæ operæ. d. l. hæ operæ. in prin. ubi hoc manifeſtè liquet, cum de artificialibus ſeparate differatur. item in lege cum patronus. in princi. leg. operæ enim. leg. quoties certæ. uerſ. ſed operæ. ad fi. l. interdum. d. l. ut iuris. §. dabitur. ff. de operis. liber. cum ſimilibus. Cuius eſt ratio præſens, licet à nemine tacta. Nam libertis longe frequentius officiales indicebantur quàm artificiales, cum illæ ad perſonale domini commodum reſpiciant, & in officio conſiſtant, quod maxime libertos decet. dicta leg. cum patronus. poſt principium, uerſiculo, cum enim operarũ. 40

Quapropter appellatione operarum, in dubio officiales quadam antonomaſia ueniunt: recte ſicut ſub nomine poëtæ Vergilium, ſub prophetæ uocabulo Dauida, Grammatici intelligunt. 41

Ad quod ſi Accurſius in d. §. libertus. aduertiſſet, in 42

tam

tam improuidos errores circa operas incertas ſeſe & alios fatigando, non incidiſſet: quas enim ipſe incertas putauit, nos officiales ex doctrina prædicta, tam notabiliter quàm nouè nominauimus. Cæterum ſi uel ratio, uel materia ſubiecta legis, de operis effuſiori genere loqueretur, non inficiamur utrarumq; operarum ſpeciem ex pari includi: ut in l. operæ in rerum. ff. de op. lib. in prin. ubi de operis in genere, pòſt de ſpeciebus operarum diſſerit. fa. l. ut iuris. §. iurare. cum duobus §§. ſeq. l. qui libertinos. in prin. l. hæc demum. in prin. d. l. libertus qui operarum. l. operis obligatus. eod. tit. Et per prædictam doctrinam, iura de operis libertorum loquentia lumen accipiunt, & loci quidam ambigui expeditius aperiuntur. Et poteſt ex hac doctr. fundari dictum Bar. in d. §. libertus. iij. differ. dũ dicit, ſeruitia uel operas ſimpliciter pro-
43 miſſas, iudicari officiales. Differunt autem officiales ab artificialibus. Primò, quia officiales non promiſſas ſi ædiderit libertus errore iuris, non repetit, nc æſtimationem quidẽ: ſin uero errore facti, æſtimatio repetitur. d. §. libertus. in prin. iuxta communem & ueram lectionem. Fabriles non promiſſæ quocunq; errore ſoluantur, repeti poſſunt, ut æſtimatio condicatur. d. §. libertus. hæ enim cum in artificio ſunt, natura non obligant. Quorum numero etiam operas communes accenſemus, eas præcipue, quarũ eſt aliqua æſtimatio, ut me-
44 dici: uoluptariæ enim, ut ſunt ſaltatores, &c. ideo nõ æſtimantur, quia uoluptatis non eſt æſtimatio. leg. final. digeſtis de operis ſeruorum. argument. leg. in uoluptariis. ff. de impen.
45 in rebus dotal. Secundo differunt, quia officiales etſi promiſſæ ſint, non tamen cedunt, niſi & indicantur, & à patrono exigantur. d. l. quoties certæ. §. ſed operæ. de op. lib. de quibus loquitur tex. in d. l. ſi quis hac. §. iudicium. in fi. & d. l. libertus qui poſt. eod. tit. d. l. cum patronus. poſt prin. cum ſimil. Artificiales ſeu fabriles à die promiſsionis cedunt. d. l. quoties. uerb. cedunt tamen. & in fi. d. l. Et poteſt ratio eſſe. Nam officiales in genere promittuntur: genus autem præſtari non poteſt, niſi in ſpecie exigatur. l. cum incertus. ff. de l. j. ad quæ fa. quæ ſuprà latè de genere quarto modo eiusq; ob-
46 ligatione tractauimus. Artificiales uero promitti in genere non poſſunt, ſed ſpecies promittenda eſt: ut cum iubetur libertus pingere, ſculpere, lanam facere, ut ita res quæ laborari debet deſignetur: tunc enim non expectabit libertus donec

exigant

exigantur, ſtatim enim promiſsio obligat. Aduertendum ta 47
men eſt circa operas medias aut communes, quarum numero ſint medici, mimi, &c. quia eædem operæ naturã officialium in hoc ſequuntur, ut promiſſæ non obligent, niſi exigantur. l. ſi libertus artem. in fi. ubi eſt ad hoc tex. no. de op. lib. Ter 48
tio differunt, quia officiales delegari creditoribus non poſſunt: cuius eſt uiua ratio. Cum enim delegantur alteri, mox ceſſant eſſe officiales, ſcilicet quòd earum miniſterium ex domini commodo perſonali circũſcribitur: in officio enim conſiſtit. Vnde eo ipſo quòd delegantur, qualitas officialiũ extinguitur: ceſſant enim eſſe in officio. argu. l. Titio cum morietur. ff. de uſufructu. quam rationem notabis, quia noua & ſubtilis. Si tamẽ eſſent delegatæ & ſoluerẽtur, æſtimatio nõ repeteretur. d. §. libertus. in fin. per rationem ibi poſitam. eo tamen caſu non eſſent officiales, ſed innominatæ. Quarum conditionem hæ operæ ſequuntur, quas communes diximus: ut ſaltatorum, medicorum, &c. ſcilicet quòd ad officium hoc caſu reſpiciunt. Si tamen patronus operarum huiuſmodi 49
non egeret, iubere poſſet ut liberti in huiuſmodi operis gratuitam operam amicis impendant: extra quem caſum etiã iſtę communes operæ aliis non æduntur quàm patronis. d. l. ſi libertus artem. eod. titu. Fabriles autem ſeu artificiales, patro- 50
nus & delegare creditori, d. §. libertus. & iubere poteſt ut cuicunq; alij ædantur, dum ſine mercede. d. l. operæ in rerum. in fin. Locari enim mercede non liceret, niſi patronus & eſſet inops, & aliter uti operis non poſſet niſi locarentur. l. patronus. ff. eo. tit. An autem patronus ſibi aut Titio ſtipulari, & adeò aliam adiicere perſonam ſtipulatione poſsit, dubitationis eſt: ſunt enim iura uelut ex diametro contraria. Et Accurſ. in d. §. libertus. dum ſe circa certas & incertas operas errabundè inuoluit, nihil explicat. Nos ita diſtinguimus. Nam fabri- 51
les aut artificiales, patronus ſibi & adiecto iuſte ſtipulatur. d. l. hæ operæ. ij. reſpon. ibi, quare ſicut. de ope. lib. Quod & ſeruus patroni poſſet, dum ſtipulationem non in perſonam ſuam conferret. l. ſeruus. j. reſponſ. eo. titu. Cæterum officiales patronus ſibi & alteri, etiam ſi filius eſſet, ſtipulari nõ poſſet, ſcilicet quòd aliæ ſunt hæ operæ in patroni perſona, aliæ in adiecti, ut ſuprà latius declarauimus. & ita procedit d. l. ſi ſeruus. §. libertus. cum ij. ll. ſeq. qui text. de operis officialibus neceſſariò ex ui uerborũ intelligẽdi ſunt. Ad quod facit

elegans noſtra doctrina, quam ſuprà diximus, nempe operarum ſimplici appellatione ſæpenumero officiales contineri. Eſt porrò & alia differẽtia admodum quàm difficilis propter obſcuros tex. tantumnon ad implacabilem diſcordiam compoſitos: quorum tamen diſsidentiam nec Accurſius nec ulli
51 Doctores ſuſtulerant. Nos quantum poſſumus placabimus. Et certe officiales uictu, ſumptu, uectura, alimentis patroni præſtantur. l. operæ enim. de ope. lib. ubi cum Iureconſultus uecturæ meminit (quæ in officio conſiſtit) dubitari nõ oportet, de officialibus eum ſenſiſſe. Et eo caſu l. imponi. eod. tit. neceſſariò intelligitur: quod etiam ex duabus ll. ſeq. euidenter conſtare poterit, ubi cum de operis libertorum, & item de operis quæ aliquo euentu intercidere poſſunt fit mentio, recte officiales intelliguntur, ſcilicet quòd hi caſus ad artificiales parum accommodarentur. Nihil ergo dubij relinquitur, quin quoties in operis patronus ſumptu & alimentis oneratur, officiales eo loci ueniant. Inter hæc aduertendum eſt ad homines proprios noſtri temporis, de quibus infrà ſuo ordine. E'regione uero fabriles ſeu artificiales operas libertus proprio uictu, ueſtitu, alimentis præſtabit. Quo caſu intelligendus eſt tex. in l. ſuo uictu. cum duabus ll. ſeq. in quibus & maxime in l. quod niſi. Iureconſ. ex regula communi ſe fundat, qua dicitur, promiſſorem ſuo impendio dare debere id quod
53 promiſit: ſed operæ fabriles licet facti ſint, habent tamẽ hoc commune cum obligatione dandi, quòd in præſtatione pecuniæ conſiſtunt. l. fabriles. de op. lib. Recte ergo iura ſuprà allegata propter regulam ibi poſitam, fabriles complectũtur:
54 nam ad officiales ſeſe dicta regula accommodare nõ poſſet, ut quæ miniſterij perſonalis ſunt, à quibus libertus ſeſe præſtationẽ pecuniæ liberare non poſſet. Vnde tales operæ nihil commune cum d. regula, & cum obligatione dandi habent. Quæ reſolutio & eſt ſubtilis, & ex ipſa medulla deciſionum legaliũ ſumpta: quam eò perquiſitius inueſtigauimus, ne me quiſquam licentius diuinare putet, cum pugnas legum paulo minus implacabiles cõciliamus. Quare autem officiales ſum-
55 ptu patroni, artificiales uictu liberti præſtentur, poteſt ratione non difficili ſuaderi: nempe illic libertus domino officialibus miniſteriis inſeruiturus, neceſſariò cohabitat, quãdiu durant operæ. arg. l. cæterum. §. ſed & cũ his. ff. de uſu & habi. Hic uero in fabrilibus ſeorſim habitando libertus exhibere

quas

quas promiſit operas conſueuit. Quod autem de fabrilibus 56
diximus, limitatur eo caſu, quo is libertus non haberet unde ſe aleret: nam tunc à patrono alendus eſt, aut tantum ei temporis indulgendum, quo quæſtum facere, & ſe enutrire poſſit. d. l. ſuo. in fi. cum l. fi. Quo temperamento l. pen. eo. titu. intelligenda eſt, quæ etſi ponat regulam generalem in libertis & omnibus aliis qui ædunt operas, ut alere eos patronus debeat, moderanda tamẽ eſt, ut intelligatur eo caſu, quo ipſi 57
ſe alere non poſſent. Sic enim lex per legem diſtingui & temperari debet, ne diſsideant. l. non eſt nouum. cum duabus ll. ſeq. de ll. Prædictis conſequẽs eſſe puto, quòd ſi liberti uxoribus, & familia eſſent onerati, nõ ſufficere ſi patronus libertos aleret, niſi etiam uxoribus & familiæ, ſi in alimentis deficerent neceſſariis, prouideret, aut tantum temporis libertis relinqueretur, quo ipſi ſe & ſuos alere poſſent. Quod & commune in utroq; operarum genere eſſe ratio docet, & ita intelligo & extendo d. l. aut certe. d. l. pen. in fi. fa. d. l. cum patronus. §. fi. & eſt argu. in l. ſi libertus ita iurauerit. eod. titu. ubi non debet inciuiliter onerari libertus in operis exhibendis, 58
& in l. j. ff. de iure patro. in d. l. libertus negotiatorius. de op. lib. Benefacit quod dicimus, duram eſſe ſeparationem coniu 59
gum & familiæ. l. quæſitum. §. uxores. ff. de fund. inſtru. & fa. d. l. cæterum. §. mulieri. qui text. ad hoc eſt not. ff. de uſu & habi. Bart. in d. §. libertus. hanc materiam ad operas uel locatas uel conductas applicat, motus ex d. l. pen. in fi. quæ non ſolum ad libertos, ſed ad quemlibet alium operas ædentem extenditur. Sed non putamus hanc noſtram operarum mate- 60
riam ad operas uulgò locatas extendi commodè poſſe, cum operæ libertorum ſine mercede, & ad gratitudinem præ- 61. 62
ſtentur. At operæ quæ mercedibus uel locantur uel cõducuntur, nihil habent gratuitum, ſed ex ſola lege contractus conſiſtunt. Quòd autem d. l. penul. non ſolum de liberto, ſed de quolibet alio operas ædente loquitur, non effuſe, ſed de quo 63
libet alio gratuito operatore intelligenda eſt, ut ſequẽtia ex natura præcedentium reſtringantur: quorum numero clientes ſunt, alumni, hoſpites & amici, item collactanei, educatores, &c. Hoc eſt quod Syrus Terentianus Cteſiphonem docet, ut patri dicat ſe clientibus, amicis, hoſpitibus operã præ ſtitiſſe, & fa. Inſtitut. quibus ex cauſ. manu. §. eadem. Porrò 64
clientes libertis connumerari, ueteres mores ex hiſtoriis do-

f 3 cent,

cent,& eſt text. in l.ij.& iij.ff.de his qui deiec. uel effu.l.ij.
65 in fin.cum l.ſeq.ff. de uſu & habitat. Gratuitas autem operas ab hoſpitibus,ab amicis,aliiſq; ſimilibus præſtari,non ſolum ex Homero diſcimus,ſed quotidiana etiam docemur experientia. Vnde de cõductitiis operis nihil ad præſentia. Verum quia conductitiarum operarum mentio fit, diſtingue totam hanc tractationẽm in tria membra. Aut enim de operis
66 libertorum loquimur,& ſerua ea quæ ſuprà diximus : aut de clientum,hoſpitum,amicorum,qui gratuitam operam præſtant de beneficiis uel acceptis uel ſperatis,& pari diſtinctione rem abſolui putamus,id quod ex d.l.pen. eleganter colligitur.
67 Niſi fortaſſe ex mera liberalitate operas aliquis exhibeat,id quod in noſtra Germania propter arctiſsima amicitiæ uincula uſu uenit,& tunc ſemper ſumptus præſtandus eſt laboranti:quod Bar.in d. §.libertus.in iiij. differentia bene docuit,per l.in rebus. §.poſſunt.ff. commod. Quin etiam ſi quæ inſtrumenta operaria frangerẽtur,eius damnum eſſe credimus cui ſeruitur:ſufficit enim ſi cui uel in paucis &c.l. tutori.C.de nego.geſt.quod fa. pro limitatione uulgarium doctrinarum de inſtrumentis operariis loquentium. Aut operæ ſunt conductæ mercede; quo caſu aduertendum eſt,quòd aliter conducimus uel locamus operas, aliter opera.
68 Nam ſi de operis loquimur,is qui laborat,qui operatur, locaſſe operas dicitur. Cæterum cui opera præſtatur, dicitur eas cõduxiſſe. E'regione,quo ad opus quod parandum eſt, figura loquendi conuertitur. Nam is qui operatur,dicitur conduxiſſe opus:at dominus cui opus pertinet, dicitur id ipſum locaſſe. Quod Accurſius obſcurè & breuiter aſſequi uidetur in l.ij.C. loca. Et eſt apud Latinos homines ea figura loquendi conſueta & facilis.Bart.tamen cum eum loquendi ductum in d.l.ij. non intelligeret,gloſſam rectè docentem improbauit,& tex. ibidem corrupit.
69 Vnde in hoc tertio mẽbro, aut operas officiales locat operarius, & is laborabit ſumptu cõductoris, id eſt, eius domini cui laboratur, cui inſeruitur. Et hoc uidemus in famulis ſeruitoribus,quorum miniſteria officialia conducimus,argu.ſumpto à ſeruorum operis,in quorum locum famuli apud nos ſucceſſerunt, niſi quòd hi cum mercede,illi ſine
70 mercede ſeruiere. Aut uero alias fabriles conducimus,& iſtas operarius locator ſuo ſumptu præſtabit, ſiue ex mercede diurna, ſiue ex mercede quæ totum opus reſpiceret,conducitur.l.

ſi uero

ſi uero non remunerandi. §.fina.ff.man. quem caſum etiam Barto.hic bene docuit. Attendenda tamen in huiuſmodi laboribus conſuetudo eſt,id quod & Bart.placuit,per iura per eum allegata.Et porrò uariæ cõuentiones attendendæ ſunt, quibus fit ut aliquando ſumptus præſtetur, aliquando non 71
præſtetur: quæ conuentiones dant legem contractui.l.j.§. 72
ſi conueniatur.ff.depo. Hæc aliquanto latius attigimus, partim ut difficilis ll.obſcuritas aperiretur, partim ut aliquando per Bart.bene dicta per acceſſum adnecteremus. De operis communibus ſeu mediis,ut ſunt medici,mimi &c.utrius ſumptus,an patroni,an liberti explicentur? Benignius eſt eas hoc loco ad officialium naturam reducere,ut ſumptu patroni præſtentur,quando ad domini uel utilitatem perſonalem uel uoluptatem exhibentur.Et in ambiguis benigniora præferuntur.l.ſi fuerit.§.planè.ad fi.ff.de rebus dub. Tandem differunt inter ſeſe operæ,quia officiales ad hæredem extraneum 73
non tranſeunt:ad filios tranſeunt,ètiam exhæredatos,ſi non mala mente ſint exhæredati.l.fabriles.in fi.l.ſi operarum.de 74
op.lib.l.ſi patronus.§.ſi quis non mala mente.ff.de bo.lib.
Et tranſeunt ad filios,ſiue in ſtipulatione nominati ſint, ſiue 75
non ſint nominati.l.ſi quis operas.d.l.cum patronus.§.cum libertus.de op.lib.Cæterum fabriles etiam ad hæredem extraneum tranſeunt,præteritæ tamen, non futuræ.d.l. fabriles.d.l.duobus.in fi.eodem titu. Poſſent & aliæ differentiæ ex diſcurſu tit.de op.lib.colligi:ſed ſufficiant quæ diximus, ne dicar pomum Atalantæ ſequi. Hæc differentia operis & operæ diligenter eſt aduertenda: nam ignorantia eius ſæpe imponit Doctoribus,imò & glo.quamuis in d.l.ij.C.locati. eam ſatis bene attigerit, tamen in l.ij.§.ſi conſeruatis. ad l. Rhodiam de iact.cecidiſſe uidetur.ubi locari opus corrupte intelligit pro conductione operarum. Hactenus uidimus quæ ſint obſequia,quæ operæ, quot ſpecies, quid eis uiciſſim commune ſit,in quibus differant:nunc tota ea res ad homines,qui noſtro tempore uel ſeruis uel libertis accedũt, accommodanda ueniet. Quorum duo ſunt genera. Nonnulli homines proprij dicuntur, alios uaſallos nominamus.Primi generis homines in multiplici ſunt differentia, id quod alio loco extenſius proſecutus ſum. Quantum tamen ad præſentia ſatis eſt, homines proprij in paucis quibuſdam cum ſeruis participant, & plus ad libertos reſpiciunt. Si 76

quidem Germania, pro Cornelii Taciti ſententia, ueros ſeruos nunquàm habuit, id quod ipſa docet rei euidentia. Nam licet aliqui ſeruili apud nos nota laborent, propria tamen bona poſsident, propriis degunt domibus, de fami-
77 lia domini non cenſentur: iudicandi munere, dum idonei ſunt, funguntur: hæredes ab inteſtato habere poſſunt, & fortè ex teſtamento (quod tamen nunquam uidi) quando teſtamentorum uſus apud mediæ plebis Germanos inſolens eſt: teſtimonium ferre, in iudicio ſtare, negociari in rem propriam poſſunt, nihil à domino peculii habent, niſi quod aliquando dominorum curias in emphyteoſes agnoſcunt: pro dominis non ſtipulantur: contrahere cum dominis poſſunt,
78 ex quorum contractu ciuilis oritur obligatio. Cæterum ſeruiles notas in eo ſuſtinent, quòd non niſi cum conſeruis matrimonia contrahere impune poſſunt: quæ tamen praua conſuetudine, & fortè propter iuris imperitiam uſurpantur. Nam notiſsimo iure cautum eſt, patronum, qui libertos iureiurando adigit, ne contrahant matrimonia niſi cum collibertis uel cum conſenſu ſuo, priuari iure patronatus, ut latius habetur in l. inteſtato. §. ſi quis libertam. de ſuis & legit. hæred. l. ij. §. ſed ſi. de in ius uocan. quæ eſſent inculcanda monaſteriis & nobilibus. Nam in contrahendis matrimoniis, homines proprii plus participant cum libertis, quàm cum ſeruis. Si extra ſepta, extra curiam, extra ſeruorum contubernia contraxerint, mulctæ ſubduntur. Liberi matrem ſequuntur, operas dominis præſtant, ut mox ſuo ordine latius dicetur. A domino fugere, ciuitatum municipiis adſcribi uetantur (quod tamen male ſeruant) ſacerdotum accenſeri ordini non licet, niſi
79 manumiſsis. Annua quædam uarii generis, pars pullos uel gallinas, pars nummos, pars operas, in ſeruitutis argumentum perſoluunt. Domini eis uita defunctis in portione certa ſuccedunt, obſeruatione non eadem: nonnulli enim dominorum, dimidiam bonorum, alii tertiam, pleriq; quartam partem accipiunt: quæ obſeruatio ad libertorum iura accedit, quamuis dura ſatis ſit: quibuſdam loco ſucceſsionis, iumenta, ueſtis cedunt. Vendi aliis & permutari poſſunt, dum bona fide ea fiat alienatio, alioqui ſuperior imploratus interueniret. Cædi, uerberari, adfligi, torqueri homines noſtros non eſt receptum. Ad quas autē operas teneantur, uidendum eſt. Et certe ſicut ad donum urgeri non poſſunt, ita ad munera

ſuo

ſuo caſu adſtricti ſunt: nempe ſi dominus filiam matrimonio collocauerit, ſi militia, uel alia dignitate decoretur, ſi in bellum profecturus ſubſidium petat, & ſi qui ſint caſus ſimiles, qui tamen dominum probabili neceſsitate urgeant: alioqui rapina, concuſsio, non muneris poſtulatio diceretur. Compertum tamen eſt nonnullos in Germania noſtra, ſeu Sueuia, dominos eſſe uel inopes, uel cenſu prodigos, eccleſiaſticos & ſeculares, qui homines eorum proprios, ſi quos diuites habeant, ſub officii umbra emungũt. Nam ab eis pecuniam mutuantur, debitum nunquàm reddituri: id quod experientia didicimus. Mitto hic alia onera, quibus non iuſtè grauantur, ut omnino miſera ſit, non ſeruorum, ſed & propriorum hominum conditio. A' domini conſentientis iugo ſeſe pecunia 80
redimere poſſunt, precio aliquando non exiguo, ſi diuites ſint qui manumittuntur: maiori tamen precio mulieres, propter prouectum prolis, quàm uiri. Qua ſecuta manumiſsione, domino in nihilũ manumiſsi, ne ad operas quidem minimas ſunt obligati. ſiquidem quòd in manumiſsionis actu, operæ nec imponi, nec induci ſoleant: quo caſu in eis locum haberet quod traditur in l. operis non impoſitis. ff. de oper. libert. & omnino l. fin. C. de bon. liber. ex quibus fortaſſe iuribus dicti mores prodiiſſe uideri poſſent. Eſt autem hominũ pro- 81
priorum nexus uſqueadeò dominis inuiolatus & ſolidus, ut ne à principe quidem Romano manumitti homo proprius ſoleat inuito domino: quod & l. fin. ff. de nat. reſ. eleganter eſt prouiſum. Quapropter diuus Maxæmilianus, princeps nuſquam ſatis laudatus, perſuaderi in quodam homine proprio non potuit, ut ei niſi conſentiente domino, manumiſsionis beneficium largiretur. Ad operas homines proprii ſine ulla uel ſtipulatione uel indictione tenentur, eas duntaxat quæ moribus in eorum curia, curtibus, ſeu confiniis ſunt introductæ. Solent autem id genus operæ præſtari, ut ligna ex ſyluis ad dominorum utilitatem, item frumenta, uina, & ſi quæ alia ſint quæ dominis proueniunt, in ædes dominicas conuehant: metere, ſerere, arare, huiuſmodíque præſtare operas, pro ſua quiſque cõditione tenentur, & idipſum ſumptu proprio: niſi dominus in aliquo eis gratificetur, quo caſu ornari nouè poſſent. l. ſuo uictu. l. pen. de oper. lib. Non tamen de- 82
bent aſsiduis grauari operis, ne non ſuppetat eis tempus ſeſe & ſuos alendi. argumen. dict. l. cum patronus. l. nec audien-

dus. de oper. libert. quod utinam ætas noſtra diligenter perpenderet. Cæterum magna pars propriorum hominum, pacta habent curialia mirificè uariantia, quibus omne eorum ius, quod domino, quod ipſis debetur, deſcriptum eſt, quæ uulgus Dinckrodel nominat: quæ pacta quatenus in fauorem dominorum ſunt, arctè ſeruantur: utinam & ea parte, qua homi-
83 num iura & fauores deſcripti ſunt, ſeruarentur. Tandè hoc cum libertis commune habent homines proprii, quòd ad uiles, & item ad turpes operas, & quæ eos ſeruili macula nimis onerarent, nõ tenentur: quapropter in eis locum habet quod deciditur in dicta l. hæ demum. dicta l. eius. in fin. cum l. ſeq. de oper. lib. Ad alias autem uel officiales, uel artificiales operas, præterquam ad eas quas ſuprà diximus, homines noſtros cogi poſſe non credo: quia operæ eis nec ante nec poſt manumiſsionem imponuntur, nec ab eis ullæ aliæ exigũtur, quàm quæ antiquitus ſunt introductæ: niſi fortè uel de nouo uel inſolenter à dominis grauamina extorqueantur, quod fieri non debere ab Imperatore prohibetur. ut l. cum ſatis. uerſic. caueant. C. de agri. & cenſ. lib. xj. At apud quoſdã dominos, quos nutu ſignificamus, omnia miſcentur, inopeſq; homines contra ius & phas, & cõtrà quàm uicini, quorum ſana & proba mens eſt, obſeruent, inſolitis operis onerantur, imò atteruntur. Ad obſequia homines proprios necdum manumiſſos teneri, nulla eſt dubitatio, in his maximè quæ ad reuerẽtiam,
84 ad uenerationem domini pertinent. Quapropter in ius uocare dominos ſine uenia nõ poſſunt, nec ullã contra eos actionem famoſam inſtituere phas eſt, & ſi quæ ſint ſimilia in obſequiis conſiſtentia: quando ſemper eis ſancta & honeſta uideri & dici perſona domini debet. d. l. liberto. ff. de obſeq. lib. Ad alimenta autem an teneantur, ſi ius inſpicimus, res eſt expedita, cum & liberti ad hæc teneantur. l. j. in fin. C. de oper. liber. l. libertus qui in fin. ff. eod. tit. Sin uero ad mores reſpiciamus, dubitari poteſt, ſcilicet quòd hoc ius alimentorum conſuetudine non ſit receptum, fortaſſe quia caſus non acciderat: & ſi accidit, hoc ius fuit ignoratũ. Quapropter hoc in medio relinquimus, ne quiſpiam dicat, grauamina hominibus propriis, quæ alioqui in aliquibus dominis nimis dura ſunt, me autore increuiſſe. Et hęc de eo hominũ genere quos proprios nominamus. Quid autem ſi homines proprii manumittantur, an ſint obſequiis obſtricti? Et magis eſt ut ad re

uerentiam, & ad ea quæ uenerationis ſunt, teneantur. Debet 85 enim naturæ quodam impulſu, patroni ſemper perſona honeſta eis & ſancta uideri. dicta l. liberto. An autem manumiſsi noſtro tempore ſine uenia dominos in ius uocare, aut actiones famoſas inſtituere poſsint? Et prætendi poſſet eos non prohiberi, cum manumiſsi moribus noſtris, domino ad nihil ultrà teneantur: nec eſt facile auditum, ut alia à manumiſsis ſint obſeruata. Nos putamus manumiſſos etiam noſtri temporis ad hoc eſſe obligatos, ut nec actiones famoſas contra dominos inſtituant, nec in ius uocent ſine uenia: ſiquidem ea obſequia ex iure & ratione naturali radicantur. dicta l. uenia. C. de in ius uocan. At naturalia tolli non poſſunt. Inſtit. de iur. nat. gen. & ciui. §. ſed naturalia. Et licet is obſequiorum nexus moribus non ſit obſeruatus, per hoc tamen nō deſiit, ut qui naturali rationi nitatur. Proinde dominis & patronis ea inculcanda ſunt, ſi fortè iura huiuſmodi uſu increſcant: quod & alibi I. C. tentat, in l. quæ ſitum. §. ſed ſi fundus. ff. de fund. inſtructo. Nam ea obſeruatione honor, pietas, modeſtia, integritas, gratitudo cōfouentur. Ad alimenta autem patronis præſtanda manumiſſos noſtri temporis obligatos non puto, cum nec in hominibus propriis ea iura ſint expedita, ut ſuprà docuimus. Accedat, quòd cum pro moribus noſtris raro ſine nummis fiat manumiſsio, ius patroni etiam de iure ſcripto minueretur. l. etiam. §. ſi quis nummos. ff. de bon. liber. Porrò quia manumiſsi, exceptis obſequiis reuerentialibus, propemodum in nihilo cum libertis hodie communicent, ad 86 conditionem autem hominum ingenuorum quàm maxime accedant, unde iura libertorum eis præiudicare non poſſunt. Et hæc de omnibus propriis ante & poſt manumiſsionem. Quapropter iura ſuper operis libertorum in noſtra Germania modici ſunt momenti, ignorari tamen non debent, tum propter elegantiam textuum, tum etiam propter rationes morales, quæ ex eis colliguntur. Iam de altero hominum genere, de uaſallis tractandum foret: ſed quia eorum iura ſatis in uſibus feudorum per Doctor. tractata ſunt, plura repetere & laboris eſſet ſuperuacui, & res noſtra propria mole ſatis alioqui onerata, alienarum uocum ſarcina non eſt prægrauanda, eo accedente, quòd ſpeciali tractatu feudorum uſus & mores, quadam uelut paraphraſi conſcripſimus. Hoc tamen non eſt dubium, uaſallos perpetuo iure liberos & ingenuos eſſe: &

87 licet aliquando ad libertorum iura accedant, obligatio tamen
88 uaſalli ad dominum longe alia origine emergit, quàm liberti ad patronũ. Hic enim beneficio manumiſsionis ad obſequia, & item ad operas officiales naturaliter, ad artificiales ex impoſitione tenetur, ut ſuprà diximus: Ille uero non niſi propter feudum quod à domino accepit, ei eatenus adſtringitur, quatenus ius feudi exigit. Libertus ingenuitatem adſerere nõ poteſt, niſi per principem natalibus reſtituatur. l. ſed ſi hoc. §. patronum. ff. de in ius uocan. Vaſallus rectè ingenuus eſt. Libertus ſi ſit ingratus, in ſeruitutem recidit, per iura uulgata. Vaſallus ingratus, non niſi feudum amittit: libertatem quam à natalibus ſuis, non à domino habet, retinet. Quapropter nõ eſt tutum à libertis ad uaſallos, & è diuerſo argumenta ducere: tametſi eodem aliquando iure cenſeantur, non tamen pari ratione: cũ uaſallus non alia ratione gratus eſſe debeat, quàm quòd feudum accepit: quod tamẽ illæſa libertate refutare po-
89 teſt. Libertus ſuam conditionem, quo ad ciuilem originem, à domino ita accepit, ut uelut noua factura eſſe dicatur: quam conditionem nec refutare poterit, niſi recidat in ſeruitutem.
90 Ad eas ergo operas quæ libertis olim imponebantur, uaſal-
91 lus non tenetur. Sunt autem onera quædam quæ propter feudum uaſallus ferre cogitur, quæ duplici præcipue genere conſiſtunt. Nam ad obſequia tenetur, ut domino uaſallus adſit conſilio, non ei incommodet, reuerentiam, honorem, commodum, quantum poſsit exhibeat, & quæ alia ſunt in uulga-
92 tis feudorum conſuetudinibus contenta. An autem teſtificari uaſallus contra dominũ poſsit? Dic non poſſe, niſi cauſa eſſet feudalis: nam pares curiæ teſtificari in feudis poſſe plus quàm cognitum eſt. cap. j. quid ſit inueſt. cap. j. de conſuet. rect. feu. Putarant quidam, etiam in cauſis ciuilibus, ſi modicæ eſſent, eos admitti: quod negat Iacob. de Belui. d. cap. j. §. ſimiliter. de conſuet. rect. feud. quod & mihi uidetur: niſi fortè dominus conſentiret. Vide Salic. in l. libertorum. C. de teſtib. Puta
93 mus quoque dominum à uaſallo in ius uocari ſine uenia non poſſe, etiam ſi à Germanis moribus hoc abhorreat: uſibus tamen feudorũ caueri uidetur, in tit. de mil. uaſal. qui cõtu. eſt. ubi uaſalli dominũ ad ea quæ debita ſunt, ſalua tamẽ reuerentia, cogere poſſunt. At reuerẽtiæ eſt ueniã antè præfari, quàm dominus in ius uocetur, habetq; hoc rationẽ naturalem. d. l. uenia. C. de in ius uoc. Id quod tenui, nẽpe quòd uaſallus dominum

minum ſine uenia in ius nõ uocet:docuit etiam Spec.in tit.de feud.§.ij.uerſ.xvij.qui pro hoc multa in arg.allegat. Dicit tamen Aluar.poſt gl.in d.tit.de mili. uaſall.qui contu.poſſe dominũ ſine uenia in ius uocari:in materia enim feudali non utamur his ſuperfluitatibus.Mihi certè nõ uidentur ſuperflui tates,quæ ad reuerentiã domini pertinent.Deniq; Iaſ.in l.generaliter.de in ius uoc.poſtquam allegauit in utranque partem,intrepide tenet quod ego teneo. Quibus multò maximè conſequens eſt,ne famoſas quidem actiones cõtra dominum poſſe conſtitui.Sed nec interdicta,quia opinionẽ ſuggillant, etiam ſi nõ infament,iuſtè intentabunt,ut docet Iureconſul. in l.ij.§.de obſeq.libert.& pro noſtra aſſertione eſt gl.in l. j.§.interdictũ.ij.ff.de ui & ui arm.& docuit Innoc.c.cęterũ. iud. licet nonnulli contrarium teneant:ſed iſta mihi uidẽtur tutiora:Cum temperamento ergo ſeruati honoris,actione in factum experientur.argu.l. ſi ſuperſtite.C.de dol.Nos certe uaſallos & uidimus & audiuimus magni nominis nobiles, quibus cum aduerſus dominum ſimultates eſſent,ne periclitarentur in reuerentiæ præſtatione,feudis ſuis obnunciarũt, eaq; domino refutarunt. Alterum genus uaſallicorũ onerum 94
ſunt plerunq; militares,aliquando officiales operæ: quarum quædam conceſſo feudo,ex uniuerſali iuramento conſequũtur,ut,adeſſe domino in neceſsitate,ad bella proficiſcentem ſequi,pro domino corpus, uitam obiicere,contra omnes pro domino pugnare,alere inopem,ſi feuda ſint opulẽta, & quæ ſimilia per iura feudorum cognoſcuntur.Aliæ autem ſunt certæ operæ, quæ cõceſſo feudo nominatim indicuntur, ut, comitari dominam, cuſtodire arces, claues ad portas oppidorũ adſeruare,colluſtrare, tueri ſepta territoriorũ,& quę alia eius ſint generis,operis officialibus cõfinia,arg.l.id ueſtimẽtũ.in fi.ff.de pec.Sed quia iſthæc & alia uaſallorũ onera,diſsimiliter atq; operæ libertorũ emerſerunt, cum omnia ad feudum reſpiciãt, & relicto feudo extinguãtur,nõ eſt certa ulla ratio qua ab his ad illas,& è diuerſo,argumenta ducantur,ut diximus. Cætera ſuper uaſallorum iure, noſtri in feuda cõmentarii docebunt.Supereſt ut d.§.libertus. gloſsis uerioribus inſtruamus,quãdo Accurſ.uel modica uel nulla attigit, quæ ad illius textus elucidationem conferrent:& quæ attigit, erroribus eatenus fœdauit, ut & à communibus doctrinis, nedum à nobis ſint improbata. 95

Has in hũc §. gloſſas, cũ cæteris,unà ſeorſim cõiectas ui debis.

Mem

Memorabilia in Cap. IIII. obſeruanda.

1 *Stipulatio pœnalis ſubiecta præcedentem non nouat, contra communem Doctorum aſſertionem.*
2 *Minus principale non nouat maius.*
3 *Pœna conuentioni adijcitur, ut eius timore promiſſa ſeruentur.*
4 *Pœna in obligationibus facti quare operetur quaſi nouationem.*
5 *Intellectus uerus ſecundũ Zaſ. ad § fin. in l. obligationũ. ff. de act.*
6 *Purgatio moræ quando admittatur uſq; ad litis conteſtationem.*
7 *Mora poſt lapſum termini non purgatur, niſi tempus prorogetur.*

Stipulatione pœnali præcedentem obligationem non nouari. CAP. IIII.

FATIGANTVR Doct. in l. ita ſtipulatus. in fin. ff. de uerb. oblig. in re quæ nõ tantã uel dubitationẽ, uel cõtrouerſiã exigat, An ſtipulatio pœnalis ſubiecta principali conuentioni eam nouet. In qua re Bart. poſt plures recitatas opiniones, tandem in hoc concludit, quòd obligatio ex cauſa lucratiua per ſtipulationẽ ſequentem nouetur ipſo iure: & ita intelligit l. j. §. item ſi ita. ſuprà ad l. falc. l. ſi penum. ſuprà quan. dies leg. ced. l. obligationũ. §. fin. ſuprà tit. j. & d. l. ita ſtipulatus. in fi. Sin uero præcedat obligatio oneroſa, ſequens ſtipulatio pœnalis nõ nouet. per l. ſi quis à ſocio. ſuprà pro ſoc. cum ſimil. infrà allegãdis. Mouetur ratione quadam cõmentitia, quę potius diſcurſu imaginario collecta eſt, quàm quòd ex ueritate textuũ uel urgeat, uel ſtringat. Dicit porrò, quòd legum contrarietas eum adigat, ut dicta iura ſic decernat. Super qua re Doct. poſt eum uenientes, mirificè cõflictantur: dicitq; Alex. dubium eſſe terribile: ut dum quiſq; pro ingenio ſua ſenſa conuehit, ex parum ſana opinatione
1 ducitur res in partes inſaniores. Tu periculo meo tenebis, quòd ſtipulatio pœnalis ſubiecta, regulariter non nouat præcedentem: id quod non ſolum plurimis iuribus cõſtare poterit, ſed etiam ratio uiua docet. Nam pœnalis ſtipulatio quodammodo acceſſoria eſt ad principalem, uel ſaltem eſt minus principalis, ut tenet Bart. in l. pen. in ſua diſtinct. ff. de præt. ſtipul. & fac. text. in l. ſi homo mortuus. ff. de uerb. oblig. At
2 minus principale, non debet nouare id quod maius & nobilius eſt. arg. eorum quæ docentur in l. qui uſum fructũ. eod.
3 tit. Porrò pœna adiicitur conuentioni principali, ut timore pœnæ promiſſor ſeruet promiſſa. arg. l. j. ij. reſponſ. C. de arbit.

bit.l.liber homo. §.fi.ff.de uerb.oblig. Non ergo debet contra partium intentionem pœna operari nouationẽ, quod infrà per plurima iura fundabitur. Nec obſtat l.j. §.item ſi ita. ff.ad l.falc.& d. l.ſi penum. iſta enim iura ualde impertinenter(ſalua patrũ uenia)huc allegantur,utpote quòd in eis nouatio locum penitus non habeat. Siquidem nouatio, eſt prioris debiti in aliam obligationem uel ciuilem uel naturalem transfuſio.l.j.ff.de nouat. Sed in dictis iuribus nullum præceſsit debitum quod nouari poſsit. Cum enim penus legatur, & niſi detur, pœna ſubiicitur, hic penus eſt in præſtatione, nõ in obligatione,ut eſt tex.in l.j.ff.de penu leg. Igitur ſubiecta pœna non nouat id quod non eſt nouabile, cum penus non debeatur.fa.d.l.ſi penum.ff.quan.dies leg.ced.ubi hæres penum quidem ſoluere poteſt:ſi uero non ſoluerit, pœnã peti poſſe, utpote quæ ſola debeatur. Quapropter dicit ibi Iureconſ. pœnæ adiectione, penoris legatum ademptum uideri. Ergo in huiuſmodi legibus pœna potius operatur tranſfuſionem, uel ademptionem, quàm nouationem, cum nulla præcedat obligatio quæ nouari poſsit,ut diximus. Non obſtat l.obligationum. §.fin.ff.de act.quæ lex Bartolo & Doctoribus oculos præſtrinxit: quia ibi ideo pœna operatur 4
quaſi nouationẽ,quia præceſſerat obligatio facti, puta nauẽ fieri,ad quod factum promiſſor præciſe urgeri non poterat.l. ſtipulationes nõ diuidũtur.ff.de uerb. oblig. recte pœna adiecta quaſi nouationẽ (etiã ex præſumpta partiũintentione) operabitur: uoluit enim ſtipulator ſibi proſpicere de pœna, qui ſciebat promiſſorẽ ſuper obligatione principali cogi nõ poſſe, ſed liberari præſtãdo intereſſe.pro quo in arg.fa.l.fin. ff.de præt.ſtipul. Nec tamẽ eſt uera nouatio,cũ promiſſor ſuper pœna cõuẽtus,uſq; ad litis cõteſtationẽ factũ offerre poſſit.l.ſi inſulam. ff.de uerb. oblig. Operatur ergo dicta pœna non ueram nouationem, quæ facti obligationem tollat, ſed umbram quandam nouationis eatenus,quatenus pòſt lit.conteſt.factũ non plus offerri poteſt. Et iſte eſt uerus intellectus 5
ad d. §.fi.in quo ſignatè, ſubtiliter & eleganter uſus eſt Iureconſ.uerb: quaſi nouationis. quod uerbum non temere alibi in iure inuenias. Non ergo erat Bartolo neceſſe, ut propter aſſertam legum contrarietatẽ diuinaret de cauſa lucratiua: cum dicta lex, ſi ingenio utamur,facile & diſſolui,& cum cæteris iuribus placari poſsit. Porrò d. §.fi.ad cauſam lucratiuã coërceri

ceri non poteſt, cum ſtipulatio nauis fabricandæ ibidem præ ceſſerit, quæ potius ex cauſa oneroſa, puta ex contractu locati, quàm ex lucratiua procedere præſumitur, cũ in dubio contractus reducuntur ad id quod eſt frequentius. l. quod ſi uelit. §. quòd ſi aſsidua. ff. de ędil. edict. l. ſemper in ſtip. de reg. iur. cum uulg. Patet ex prædictis error eorum, qui putant quòd d. §. fi. in cõtractu ſtricti iuris loquatur: quod certe nõ eſt ueriſimile, cum frequentiſsimum ſit naues uel domos fabricandas cõducere, ut ff. toto tit. locat. nec ulla obſtet ratio, cur potius in contractu ſtricti iuris, quàm bonæ fidei intelligatur. Nec enim ad rem pertinet, quòd ibi per ſtipulationem nauis fabricanda promittitur: cognitum enim eſt ſtipulationes etiam ad cõtractus bonæ fidei applicari, & eorum naturã imitari. gl. in l. ſtipulatus. in uerb. ueriſimile. ff. de uſur. cum uulg. Tandem non obſtat d. l. ita ſtipulatus. in fi. quia ibi expreſſe actum erat, ut homine promiſſo nõ ſoluto, ſola pœna peteretur: igitur partium cõuentioni ſtandum eſt. l. j. §. ſi cõueniatur. ff. depoſ. Nec tamen ibi eſt uera nouatio, etiam ex dicta expreſſa conuentione. Licet enim homo peti non poſſit, tamen ſolui poteſt. Hoc eſt quod dicit text. in fi. ut homo ſoluatur uel pœna petatur. quæ tamen uerba cum tempetamẽto accipienda ſunt, ut homo obligatus ante lit. conteſt. non
6 pòſt, ſolui poſsit, per regulã qua dicitur, Quando aliud petitur quàm in principali obligatione promiſſum eſt, ſiue ſit obligatio dandi, ſiue faciendi, moræ purgationẽ admitti uſq; ad litis conteſt. quod Bar. in d. l. ita ſtipulatus. in finalibus uerbis bene docuit, & eſt pro hoc notabilis gloſ. in d. l. j. in uerb. cõteſtetur. ff. de pen. leg. dum allegat d. l. ſi inſulam. quæ lex licet de obligatione facti loquatur, tamen ibidem ad obligationẽ dandi extenditur. Eſt ergo cõcluſio indubitata, quòd ſtipulatio pœnalis ſubiecta non nouat præcedentem, reiecta diſtinctione Bar. in d. l. ita ſtipulatus. in xj. oppoſ. ubi plura cõminiſcitur ex ingenii imaginatione, quæ ex textibus quos allegat non fundantur. Hæc concluſio, quia oppugnat communẽ Doct. doctrinã, ualidiſsimè mihi eſt fulcienda. Et primo probatur per uulg. l. apud Celſum. §. Labeo. ff. de dol. except. ubi eſt contractus ſtricti iuris, & poterat eſſe cauſa lucratiua, & tamen nõ nouat. Nec ullus eſt Doctor, quem quidem ego uiderim, qui huic §. Labeo. bene reſpondeat: licet quidam ex neotericis putent pœnam ibi loco remediorum,

quibus

quibus rem iudicatam exequimur, appoſitam eſſe. Sed nihil eſt, cum textus hoc non dicat, & ipſimet relinquunt cogitandum, dicentes eſſe difficile contrarium: quod tamen non erat neceſſe, ſi cũ dicta noſtra concluſione & cum ueritate mãſiſſent. Idem probatur per l. ſi quis rem. ff. de arb. & licet Bar. reſpondeat, quòd in diuerſis actionibus agatur: certè hæc reſponſio eum uel oppugnat, tantum abeſt ut uſpiam ei ſuffragetur: quia ſi diuerſis actionibus agi poteſt, cum pœna conuentioni principali adiicitur, ergo non nouauit: ſi enim nouaſſet, non poterat diuerſis actum fuiſſe actionibus. Secundo probatur dicta concluſio per l. cum ſtipulatus. ff. de uerb. oblig. ubi ad obligationem facti fuit adiecta pœna: & tamen ſi promiſſor non fuiſſet in mora faciendi, pœna peti non poterat: imò & poſt moram poterat dies faciendo operi præſtituta prorogari: & ſi promiſſor interea fecerit, à pœna liberabitur, ſaltem ope exceptionis, ut per gl. primam, & omnes Doctor. Ergo non erat ibi nouatio: licet fatear, ſi dies non fuiſſet prorogata, poſt lapſum termini mora purgari non potuiſſet. per l. traiectitiæ. ff. de act. Tertio probatur per d. l. liber homo. §. fin. ubi eſt textus apertus contra communem. 7
Nam promiſeram Titio decem ſub pœna, quo caſu poſſum à te ſtipulari, ut decem ſoluas mihi, uel Titio: agoq; contra te actione incerti, ut Titio ſoluas, ne pœna contra me committatur: ergo non erat ibi nouata principalis obligatio. fa. optime text. apertus in l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis ergo. uerſ. & ſi creditori. ff. eod. ubi poſsũ à te ſtipulari quod creditori meo ſoluas, quia intereſt mea ne pœna committatur: igitur creditori adhuc eram obligatus, licet pœna eſſet adiecta. Quarto probatur apertè per d. l. ita ſtipulatus. §. Sabinus. cum promitto Stichum, & ſi non ſoluam, decem dari: non antè pœna cõmittitur, quàm promiſſor interpellatus, ſit in mora ſoluendi: quo caſu apertiſsimum eſt pœnam non nouaſſe, ſi promiſſor ſuper principali obligatione interpellari poteſt. Quinto probatur per l. ſtipulationum. §. ſi ſortem. ff. eod. ubi defunctus erat qui ſortẽ ſub pœna promiſit: nihilo minus hæredes ad euitandam pœnam, debitum principale ſoluere poſſunt: & niſi totum ſoluant, etiam uno deficiente, pœna committitur. Dicit tamen ibi gloſſ. ea quæ de ſorte ſoluta ſunt, in pœnam exigendam computari, per dictum §. Labeo. Ecce quàm apertè, quàm omnino manifeſtè patet, quòd ibi pœna non

nõ nouabat. Sexto probatur per c. ſuam. de pœnis. ubi pœna non nouauit præcedentem obligationem, cum ſtipulator co gatur accipere partem debiti, & à pœna recedere. Septimo poteſt idipſum probari per d. l. ſi pacto. C. de pact. & per d. l. nuda. C. de contrah. ſtipul. ubi pœna nudam conuentionem præcedentem non nouat: quę tamen, utpote fragilis & nuda, facilius nouari poterat quàm ueſtita. Et ut finem faciam, euidentiſsimè mea probatur cõcluſio per iura quæ uulgò allegã tur. l. ſi quis à ſocio. cum l. ſeq. l. duo ſocietatem. in fi. ff. pro ſoc. l. prædia. ff. de act. empt. Et quamuis uariis modis hi qui diuerſa ſentiũt, dicta iura effugere conẽtur, reſponderi tamẽ ad omnia poteſt illud Euangelii, Et nõ erat conueniens teſtimoniũ. Sunt enim nõnulli qui faciunt differentiam inter cõtractus bonæ fidei, & ſtricti iuris: quod nihil eſt: quia nõ poteſt iuſta dari ratio diuerſitatis, & multa iura ſuperius contra rium docent. Alii, ut Bald. diſtinguunt an pœnalem ſtipulationem præceſſerit contractus ſtipulationis, an alius: ut illic nouetur, hic nõ nouetur. per d. l. duo ſocietatem. quę lex hoc non probat. Ibi enim non conſideratur, an ſtipulatio contractus ſocietatis pœnalem præceſſerit, ſed an ſtipulatio ad eũdem contractũ ſocietatis ſubiecta, nouet contractum bonæ fidei: quod facile palàm fit eundem textũ ſubtiliter conſideranti. Deniq; quia nouatio ex partiũ conuentione oritur, nõ refert cõtractus ſint homogenii an heterogenii, id eſt, unius uel diuerſæ naturæ. Stat igitur concluſio, quæ tam eſt uera, quàm ſolet eſſe ipſa ueritas. Quæ tamen limitatur in ſtipula tionibus facti, quib⁹ pœna ſubiecta eſt: tũc enim pœna quaſi nouat, eatenus, quatenus poſt lit. conteſt. moræ purgatio impeditur. Demũ in aliis obligationibus quibus pœna accedit, ſi actum eſt ut ſola pœna petatur: tunc enim res debita pe ti quidem non poteſt, ſed tamen ſolui uſq; ad litis conteſtationem: quæ utraq; ſuprà latius declarauimus.

Memorabilia in Cap. V. obſeruanda.

1 *Pactum de non petendo naturalem obligationem tollit ipſo iure.*
2 *Elidere, quid propriè ſignificet, & in quo circa hoc Doct. errent.*
3 *Pacti poſterioris replicatio nihil aliud facit quàm quòd exceptionem tollit & enecat.*
4 *Intell. uerus per Zaſ. ad § . pactus ne peteret in l. ſi unus. ff. de pact.*
5 *Pacti de non petendo, & pacti de rurſus petendo, declaratio.*
6 *Latinæ linguæ ignorãtia quàm officiat in iure noſtro, cõtra Alex.*

Qual

Qualiter pactum de non petendo elidat. CAP. V.

PACTVM de non petendo ſi ſit perpetuum, ipſo iure
naturalem ſuſtollit obligationem.l. Stichum. §. natu- 1
ralis.ff. de ſol.ciuili obligatione firma remanente. Cæ
terum ſi reus iudicialiter cõuentus, exceptionem pacti oppo
ſuerit & probauerit, iam eliſa, id eſt, extincta & perempta eſt
ciuilis obligatio. & ita intelligendus eſt tex. in l. ſi unus. §. pa
ctus ne peteret. ff. de pact. Elidere enim, perimere, enecare ſi- 2
gnificat, ut apud Verg. Geminosq́; premens eliſerit angues.
Suet. in Cæſare: Sæpe præ turba eliſi & exanimati ſunt. Sic
& in iure Canon. elidi probationes, id eſt, tolli dicuntur. c.
quoniam contra. §. ſi uero. extra, ut lit. non conteſta. Errant
itaq; quicunque putant ciuilem obligationem exceptione pa
cti conuenti elidi, id eſt, infirmari uel debilitari: hoc enim &
nullo iure dicitur, & inſuper cõtra notiſsimam eius uerbi ſi-
gnificationem pugnat, ut iam diximus. Deniq; cum ea exce-
ptio peremptoria ſit. l. exceptiones. §. j. ff. de excepti. Inſtitu.
eodem tit. §. perpetuę. ubi dicitur, rem de qua agitur, ea exce
ptione perimi: conſequẽs neceſſario eſt ut ciuilis perimatur:
nam obligatio naturalis iam antè ipſo iure ſublata erat. Sed
pro Doctor. ſententia moueri quiſpiam ea ſpecie poſſet. Fin
ge enim quòd poſt pactum non petendi debiti, interueniat
pactum petendi: & cum creditor ex pacto poſteriori petat, ei
obiiciatur exceptio pacti prioris, nempe de non petendo: ſi
nunc eliſa & extincta eſſet ciuilis, nullo iure creditor ageret:
ex ciuili non, quippe quæ extincta eſſe prætenditur: ſed nec
ex naturali obligatione, quæ paulò antè ipſo iure ſublata
fuit. Hic nodus Doctor. fortaſſe torſit, ut intelligerent ciui-
lem elidi, id eſt, infirmari, quæ tamen in uim pacti poſterio-
ris replicatione firmaretur. & ita Paul. de Caſt. in d. §. pactus.
poſt prin. ſenſiſſe uidetur. Sed hoc nihil prorſus eſſe, niſi er-
rorem improuidum, clariſsimè conſtare poterit. Nam licet eo
caſu, quo unum duntaxat pactum, nempe de nõ petendo in-
teruenerat, exceptio eius pacti oppoſita creditori, & legiti-
mè probata elidat, id eſt, extinguat ciuilem: tamen ſi poſt hu
iuſmodi pactum non petendi, conueniſſet ſuper alio pacto
petendi, iam per replicationẽ poſterioris pacti allegatam in
iudicio & legitimè probatam, uires prioris exceptionis pacti
de nõ petendo, ita adimũtur, tolluntur & elidũtur, ut per eam

extingui ciuilis nõ plus poſsit, imò ſuo robore firma maneat, ſicuti erat à principio. Replicatio igitur poſterioris pacti, ni-
3 hil facit aliud, quàm quòd exceptionem prioris pacti tollit & enecat, ne contra ciuilẽ ſæuiat, id quod apertè tex. in d. §. pactus. edocet, cũ dicit: Et ideo replicatione exceptio elidetur, id eſt, perimetur. Quæ uerba cũ ſint clara, quæ intẽperiæ circunferre Caſtren. Paulũ & alios poterant, ut cõtra tam apertũ tex. dicerent, replicatione poſterioris pacti ciuilem quaſi debilitata eſſet inſtaurari, & tanquam languentẽ refici & adiu-
4 uari? In ſumma igitur, exceptio pacti de non petendo oppoſita & probata, nõ aliter cõtra ciuilẽ enecandã operatur, quàm ſi poſterius pactum de petendo nõ interuenerit: tũc enim elidit ciuilem, perimit & extinguit. Cæterũ ſi poſt pactũ de nõ petendo, interueniſſet poſterius pactũ de petendo, tunc creditor ſi agat ad debitũ, & contra eum de priori pacto excipiatur, ipſe uero de poſteriori pacto replicet, iam per eã replicationem ſublata eſt omnis uis exceptionis præcedẽtis, manebitq; firma ciuilis, quæ nec pacto priori attacta fuit, nec exceptione eius pacti ſubuerſa. Is eſt planus, facilis, & uerîſsimus intellectus ad d. §. pactus ne peteret. quo ad ea pactorũ genera de quibus illic fit mentio. In quo tamẽ aduertẽdum, nos non loqui de effectu pacti, in ſe, ſed exceptione & replicatio-
5 ne pacti. Ipſum enim pactũ, ſiue ſit ſolum de nõ petẽdo, ſiue acceſſerit ei ex interuallo, pactum rurſus petendi, neutrũ operatur eliſionem, id eſt, ſublationẽ aut extinctionem, licet nõ negem per pactũ petendi, ipſo habitu attenuari prius pactũ. At exceptio pacti de nõ petẽdo, de qua hic loquimur, & quæ actu proponitur & probatur, ſi nõ acceſſerit diuerſum pactũ petendi, recte elidit, id eſt, tollit ciuilem: at accedente pacto petendi, ſi id replicatione obiectũ fuerit, ea replicatio omnẽ uim prioris exceptionis tollit: quod certe Iureconſul. in d. §. pactus. ad fi. ſatis expreſsiſſe uidetur. Exemplum ſumi poteſt ab armato, qui nemine reſiſtente ſæuire poteſt: at exarmatus ab aduerſario, uel oppreſſus, nihil poteſt. In ſumma, indubitatum relinquitur, quòd exceptio pacti prioris, & replicatio poſterioris, in ſeſe ſuaq; uirtute ipſo iure nihil operantur, niſi fuerint obiectæ de facto & legitimè probatæ: quia non ſufficit allegare niſi probetur. Quapropter Iureconſult. in dicto. §. pactus. ſignatè dicit, in pactis præuerſari factum. Quod autem Bartolus in diſcurſu ſuæ repetitionis

tionis dicti §. pactus. putat requiri ſententiam, ut huiuſmodi exceptiones perimant, non eſt ullo iure relatum, & eſt cōtra tex. in §. perpetuæ. ubi clare dicitur, exceptione rem perimi de qua agitur: ſententiæ uero nulla fit mentio. Admittimus tamen ſententiam requiri, ſed quæ non perimat, uerum declaret eſſe peremptum. Deniq; ſequeretur non modica abſurditas. Iam enim ſētētiæ nominarentur peremptoriæ, nec ulla exceptio iuſtè peremptoria dici poſſet, contra d. l. exceptiones. §. j. & contra l. peremptorias. C. ſen. reſcin. non poſ. Sed ignorantia uerbi, Elidere, Bart. decepit, & Doct. eum ſequentes. Quo nomine uidere eſt, quàm omnino plures, & 6
quidem periculoſos errores in iure ciuili nutriat purioris linguæ Latinę ignoratio, & uelut denſiſsimis barbariei tenebris candor iuris ciuilis obducatur. Et putat tamen Alex. quodam loco, malum & imperitū legiſtam eum præſumi, qui non utatur Latino Iuriſtis aſſueto, id eſt (ſi interpreteris) qui illota barbarie non ſit egregiè contaminatus. Alia quæ in d. §. pactus. tractantur, quomodo uidelicet ſtipulatio ſtipulationem ipſo iure tollat: quomodo item ex pacto non petendi, licet obligatio debiti naturalis tollatur, alia tamen naturalis oriatur, qua cogatur paciſcens non petere: & quædam alia, quia à Bart. & Doctor. ſatis bene tractata ſunt, cæterum uſq; ad faſtidium prolixe, hic tranſeunda putauimus: hoc ſedulò commonentes, quicquid in huiuſmodi repetitionum ſylua ſuper uerb. elidere, male intellecto à Doctor. edocetur, errorem eſſe non diſsimulandum.

Memorabilia in Cap. VI. obſeruanda.

1 *Vniuerſalis loquutionis diſtinctio per Bart.*

2 *Vniuerſalis loquutionis ſine ulla diſtinctione enunciatio ſecundum Zaſium.*

3 *Vniuerſalis loquutio non debet uniuerſaliter intelligi, idq; quomodo.*

4 *Vniuerſalem loquutionem etiam in ſacra literatura non uniuerſaliter effundi.*

5 *Nouus ſenſus dicti illius per Paulum, Omnes homines ſaluos fieri, ſecundum Zaſium.*

6 *Vniuerſalis oratio intelligitur uniuerſaliter, cum docetur natura uniuerſalis ſermonis.*

7 *Vniuerſalis ſermo ſi ab intrinſeca qualitate ſumitur, accipitur uniuerſaliter.*

8 *Vniuerſalis oratio ſi ex alia uniuerſaliori adiunctione intẽdatur, uniuerſaliter accipitur.*

9 *Vniuerſalis oratio uniuerſaliter intellecta, quos non contineat.*

10 *Vniuerſalis ſermo ſi enunciatur, in his quæ ſunt uniformia uniuerſaliter intelligitur.*

11 *Vniuerſalis propoſitio omnia complectitur, ſi de ea uel ſub modo, uel ſub conditione ſermo fiat.*

12 *Conditiones ad unguem ſunt implendæ.*

13 *Vniuerſales ſermones qualiter ſint ponderandi.*

Vniuerſalis ſermo, ſeu enunciatio, an uniuerſaliter intelligatur, contra Doctorum dicta, noua explanatio. CAP. VI.

BARTOLVS in l.j.§.nũciatio.de op.no.nũc.cũ tex.
decidiſſet, omnibus diebus nunciari poſſe de ueritate
uniuerſalis propoſitionis, quædam ex Iac.de Aret.&
Old.docuit, quæ nec uera ſunt ubiq;, nec uim uniuerſalitatis
explicant. Diſtinguit enim: an uniuerſalis locutio ſub pręſen
1 ti uel præterito, an uero ſub futuro enuncietur: & tunc, an de
extenſione actuum conceſſorum, an uero concedendorũ ſer
mo fieret: multa inuolutè, nihil perfectè, pleraq; cũ uitio tra-
2 ctans. Ego ſine diſtinctione uel temporis, uel actuum, ſuper
uniuerſali locutione hanc generalem regulã cum temperamẽ
tis ſequentibus ueriſsimã puto. uidelicet, Quòd non ſolũ in
3 moralibus & poſitiuis, ſed etiam in quocũq; ſermone, uniuer
ſalis enunciatio, non uniuerſaliter & illimitatè, effuſoq; ex-
curſu intelligi, ſed determinari, temperari & coërceri debeat
iuxta naturam, conditionẽ, qualitatem, aptitudinẽ, perſona-
rum, rerum, negotiorũ, temporis, loci, aliarumq; circunſtan-
tiarũ, quæ uniuerſali ſermoni ſeſe accõmodarint. quæ doctri
4 na non ſolũ in iure noſtro, ſed etiã in ſacris literis eſt frequen
tiſsima. Sic Io.IIII. Samaritana mulier ciuibus ſuis nũciarat
ſaluatorem ei omnia dixiſſe quę feciſſet: qui tamen nihil niſi
de maritis ei dixerat. Eccleſ.XVIII. Homo ſapiens omnia me
tuit. Hiere.VI. Omnes auaritię ſtudent. Luc.VI. Omni petẽti
te tribue. Sic Gen.ca.IX. Omne quod mouetur & uiuit, erit uo
bis in cibum. & infinitis alijs locis. Hoc eſt quod Accurſ.in l.
omnes.C.ſine cen.uel rel.cõpluria exempla deducit, quibus
uniuerſalitas temperatur. fa.gl.opt.in l. ſed ſi cõpromiſſum.
in fi.ff.de arbi.gl.in l.qui autem.in fi.ff.de cõſt.pec.in l.emã-
cipari

cipari.ff.de adopt.tex.in l.generali. §.uxori.ff.de uſufr.leg. ubi ex mente Bar.licet omne frumentum teſtator legaſſet,id tamen quod uenditioni deſtinatū erat,nō comprehenditur. Item in l.placet.ij.C.de pedan.iud.libera facultas eſt ex omni cauſa prouocandi,cum tamen alibi excipiantur cauſæ,quę ce leritatem deſiderent.l.fi.ff.de appe.reci.fa.gl.in l.creditori.ff. de bon.aut.iud.poſſ. & eſt pro hoc text.elegans in c.j.§.fi.de iur.lib.vj.Sic & in uniuerſali oratione perſona loquētis excipitur.gl.c.petitio.de iureiur.Paul.1.ad Cor.cap.pen.ubi dicitur patrē excipi,cum filio omnia ſubiecerit.Mitto innumeras alias autoritates,cū omnis ſcriptura pro ueritate huius regulę exuberet.Quæ regula etiā ſenſu & ratione humana percipitur,cū nihil in uniuerſum inter homines geri uel dici poſsit, quod non adiecta aliqua qualitate moderetur.Hinc eſt quod dicimus uniuerſalem propoſitionē aliquando pro generibus ſingulorū diſtribuere: ut cum ſcribitur,omne animal in arca Noē fuiſſe.In cū ſenſum(nouiter fortaſſe)intelligimus illud 5
Apoſtoli:Deus uult omnes homines ſaluos fieri: hoc eſt,omniū nationū homines,ſiue Græcos,Iudæos,Barbaros,ſiue aliam quācunq; nationem. Qui mihi uidetur planus intellectus,ne in Deo,in quo eſt ſumma ſimplicitas, duas uoluntates,antecedentē & cōſequentē,cogamur diſtinguere. Fallit antē hæc regula,primo,ubi ad rationē differendi logicam de 6
ſignificatione terminorum uniuerſalis propoſitionis tractatur:tunc enim uniuerſalis ſermo in naturali ſuo excurſu relinquitur,ut cū declaratur quā uim de natura ſermonis hæc oratio habeat, Omnis homo ſedet:quod tamē ad exemplū poni tur,ut ueritatē logicam terminorū,non moralē indicet.argu. l.obligationū.in fi.ff.de act. Secūdo fallit,ſi oratio uniuer- 7
ſalis ab intrinſeca qualitate ſumatur,uel ab his quæ naturalia uel quaſi naturalia ſunt:ut cū dicimus,omnē hominē eſſe riſibilem.Sic Dauid,omnem hominē mendacē dicit: & Philoſophus,omnem hominē ad ſcientiam naturaliter inclinari.Sub hanc limitationem,ſi eam bene accommodaueris,complures uniuerſales ſermones in ſacris literis & aliàs, ſine cōficta iſta Barto.diſtinctione huius uel alterius temporis, ad illimitatam ueritatē effundes.Sed ea in re eſt diſcretione opus. Ter 8
tio fallit, ſi oratio uniuerſalis ex alia uniuerſaliori adiunctione intendatur: ut ſi ſtatutum iubeat cum capite puniri, quicunque hominem occiderit, qualitercunque, uel

quibuſcunq; modis id fiat: nam hæc uniuerſalitas ſinũ quàm maximè explicat, ſi Salic. credimus in l. ij. C. de noxal. Quapropter ſi in caſu dict. l. generali. §. uxore. ff. de uſufr. leg. teſtator omne frumentum ſuum, quodcunq; in domo ſua quocunq; loco legaſſet, iam omne frumentum ſine exceptione, etiam ſi quid uenale eſſet, includeretur: quod ex Bart. colligitur in d. §. uxori. in fi. Sic rectores uniuerſitatum in mandatis publícis, puniri omnes eos iubent qui exceſſerint, cuiuſcunq; ſint uel ſtatus, uel conditionis, uel eminentiæ. fa. gl. ſing. in l.
9 promittendo. in princip. ff. de iur. dot. Hanc tamen fallẽtiam temperabitis notabiliter in his, quos uel defectus ætatis, uel ſimilis qualitas ex naturæ impedimẽto excuſat: hi enim in huiuſmodi ſermonibus excipiuntur, ut eſt gloſſ. notabilis in d. l. promittẽdo. Deinde & ſecundo temperabitis, ſi ſub epitaſi, id eſt, uehementia quadam, & uelut ſub exceſſu hyperbolico huiuſmodi uerba uniuerſaliter intenſiua uſurpentur: ut de Samaritana Ioan. IIII. quæ ciuibus ſuis dicebat, Dominum ei omnia quæcũq; feciſſet, dixiſſe: ea enim uerba per exceſſum accipiuntur, ſicut Ioan. ult. Nec ipſum arbitror mundum capere eos qui ſcribendi ſunt libros: nam & ibi, teſte Eraſmo, exceſſus eſt. quod & alibi idẽ doctiſsimus uir in epiſtola Pauli ad Coloſſ. cap. I. adnotauit, dum ſcribitur, Euangeliũ prædicatum eſſe in uniuerſa terra: per exceſſum enim ſignificari dicit undiquaq; eſſe diuulgatum. Sic Danielis III. rex Nabuchodonoſor omnibus populis, gentibus & linguis, quæ ſint in uniuerſa terra, ſcripſiſſe dicitur. Paria legis Matth. XVIII. Si duo ex uobis conſenſerint ſuper terram, de omni re quamcunq; petierint, fiet illis. Huiuſmodi ergo figuratas locutio-
10 nes in ſacris literis attendendas commoneo. Quarto fallit, ſi uniuerſalis ſermo enuncietur in his quæ ſunt uniformia, & ad ſimile ius cooptata: ut cum dicitur, ſoluta omni pecunia pignus liberari: nam uel uno nummo non ſoluto, pignus remanet. argumen. l. ſi rem. §. omnem. ff. de pignor. action. Et in ſacris literis omnia in numero, pondere & menſura dominus feciſſe dicitur. fa. l. Iulianus. ff. de legatis iij. l. ſi cui ſerui. ff. de legatis j. Hæc limitatio acutè eſt excutienda, ne de-
11 cipiat. Quinto fallit, ſi de uniuerſali propoſitione, uel ſub modo, uel ſub conditione ſermo fiat: tunc enim uniuerſalis propoſitio ſimpliciter & uniuerſaliter omnia complectitur, quæ ad uerificandam conditionem, modúmue exiguntur: ut in ſacris

In ſacris literis, Donec omnis Iſraël ſaluus fiat. Sic procedit l.ſi is qui. § utrum.ff.de rebus dub. Cuius ratio hæc eſt, quia conditiones & modi intra certos fines limitantur: ut ſic ſermo uniuerſalis facile ad omnia in finibus contenta effundatur. Et hoc eſt quod dicitur, conditiones ad unguem eſſe implendas. l. Meuius. l. qui hæred.ff.de conditio.& demonſtr. 12
Circa prædicta omnia diligenter conſiderandæ ſunt uniuerſales elocutiones, quo fine, in qua materia, quo propoſito, ſuper quibus perſonis, rebus, negociis, proferantur, ut ſic appareat, qualiter eius uis uel poteſtas, plus uel minus extendatur: cuius rei plena ſunt exemplis omnia propè iura. Et proinde actus conceſſos à cõcedendis, tempus à tẽpore diſtingui non oportebit, ut Iacob. de Aretin. Oldr. Bartol. & Doctor. improuidè docuerunt, ſed ad ea quę ſuprà dicta ſunt reſpiciẽdũ. Accedat id quod uerius docuit Oldr. conſilio cxlviij. dum dicit nullum uerbum eſſe adeò uniuerſale, quod ex conſideratione debitarum circunſtantiarum, non debeat ciuiliter intelligi, & limitationẽ recipere, per iura ibidem alleg. Ex prædictis patet, quàm omnino uel captioſe, uel improuidenter Doctores in ſuis conſiliis, ab uniuerſali oratione argumenta ſæpenumero ſine ullo delectu formare ſoleant. 13

Memorabilia in Cap. VII. obſeruanda.

1 *Fratrum filios patruo in ſtirpes, non in capita ſuccedere, communem eſſe opinionem, & qualiter illa roboretur.*

2 *Fratrum filios in capita, & non in ſtirpes ſuccedere, contra communem Doctor. ſententiam, textibus & rationibus conuincit Zaſius.*

3 *Dictio, Tunc, extremitatem temporis ad punctum ſignificat.*

4 *Iure communi tutus, priuilegio non eget.*

5 *Pares gradu ad lucra ſucceſſoria ſine iuſta cauſa impariter uocari non debent.*

6 *Collateralis linea faciliorem habet ſucceſſionem in deſcendentes quàm in aſcendentes.*

7 *Fallacia diuiſionis.*

8 *Fallacia ſecundum quid ad ſimpliciter.*

9 *Fallacia figuræ dictionis.*

10 *Gloſſarum autoritas.*

11 *Conſiliorum Doctorum autoritas.*

12 *Baldus numen legiſtarum.*

Filij duorum fratrum æquali gradu diſtantes, patruo ſuccedunt in capita, non in ſtirpes, contra communes opiniones. CAP. VII.

SI tribus fratribus extantibus, unus moriatur relicto filio: alter relictis duobus, aut tribus, fato concedat: & tandem tertius ſine liberis moriatur: tenuit Accurſ. Inſtitut. de legit. agna. ſuc. §. hoc etiam. in fin. fratrum filios patruo defuncto in capita ſuccedere. Quod & Azo docuit in ſumma, cod. tit. Eandem opinionem dicitur ſecutus eſſe Rofred. in ſumma ſua. Iacob. Ard. in ſumma feudorum. Iacob. Butr.
1 Salic. in auth. ceſſante. C. de legit. hæred. E' diuerſo Accurſ. uariando in l. lege xij. tabul. in fin. C. eodem tit. putat quòd ſtirpes, non in capita ſuccedant. Quod Bartol. ſecutus eſt, qui in l. poſt conſanguineos. §. agnati. ff. de ſuis & leg. dicit Accurſium ita cõſuluiſſe, cumq; uerè conſuluiſſe putat. Pro qua etiam idem Bart. conſuluit, conſil. clxxiij. quod incip. Super hæreditate dominæ Nolæ. Quam opin. Dyn. Iacob. de Aret. item Bald. in aliquibus locis, Ang. Paul. Raph. & communiter alii tenuerunt, quos allegat Alexand. eosq; ſequitur conſilio lv. in iiij. parte, & ibidem Andr. Barb. conſil. ſequen. multa inuoluit. Potiora eorum fundamenta ſunt. Primo, ſi de-
θεῖος. functus relinquat fratrem patris ſui, qui eſt ei thius aſcendendo à latere, & uiciſsim fratrum filios deſcendẽdo, illi fratrum filii præferuntur, & tamen dicti thii cum fratrum filiis utrobiq; ſunt in tertio gradu: unde non præferrentur, niſi filii fratrum loco parentum ſuccederent. in authen. de hæred. ab inteſt. §. illud palàm. Deinde aliud ſumunt fundamẽtum ex dicto tit. de hæred. ab inteſt. §. ſi uero neque fratres. ubi ſucceſsio in capita poſt fratres & fratrum filios eſt recepta. Ergo quandiu extant fratres uel fratrum filii, in ſtirpes ſuccedi, non in capita: quem text. putant eſſe manifeſtum. Tertio loco, Bartol. in dicta l. poſt conſanguineos. §. agnati. aliàs §. hæreditas. ratione mouetur. Nam ſi filii fratrum in capita ſuccederent, eueniret caſus abſurdus, quòd uno tempore in ſtirpes & in capita ſuccederetur. Finge defunctum reliquiſſe fratrem uiuum, & ex altero fratre filium, ex tertio duos: hic frater uiuus tertiam partem recipit, quod eſt expeditum: aliis fratrum filiis duæ reliquæ partes remanent. Si nunc illi fratrum filii, iuxta opinionem Azonis in capita ſuccederent, ex

eo quòd

eo quòd ſunt in gradu pari,quilibet acciperet tertiam partem ex duabus illis partibus:quod falſum & abſurdum eſſet.d.tit. de hæredibus ab inteſt. §.reliquum.& per alia iura: ergo fratrum filii etiam ſi ſint in gradu pari,loco parentum ſuccedent.

Andr.Barb.cum uideret nihil tutum eſſe in prædictis rationibus,totum ſuum fundamentum in dicto ſuo conſilio,in eo inſtruxit,ut gl.autoritatem extolleret:qua in re ſe ipſe pro ingenii uerſutia quàm maximè exercuit.Sunt & Baldi & aliorum ſuaſiunculæ, plus uerborum quàm ponderis habentes, proinde eas dimitto.Alex.in d. §.hæreditas.in addit.ſyluam teſtimoniorum ex Doct.adfert:ut quod ratione non potuit, teſtibus lata uia errantibus comprobaret. Nos diuerſam, 2
nempe Azonis opinionem,dicimus eſſe ueriſsimam:imò nephas putamus ab ea recedere,ut quæ textibus & ratione, imò naturali æquitate manifeſte fundetur. Text.eſt pro ea apertus,in d.tit.de hæred.ab inteſt. §.ſed & ipſis. ubi talia uerba ſcribuntur:Sed & ipſis fratrum filiis tunc hoc beneficium conferimus,quando cum propriis uocantur thiis (id eſt, cum ſuis patruis) maſculis & fœminis. Quibus uerbis manifeſtè uoluit,quòd fratrum filii nullo alio caſu in locum parentum defuncto ſuccederent,quàm ubi cum eorum propriis patruis uo carētur.Nam iſta dictio,Tunc,extremitatē temporis ad pun 3
ctum ſignificat,& præcīdit l.iiij.ad ſi.ff.de cond.& demōſt.

Sunt ergo Imperatoris uerba clariſsima,quę diuerſam opi. tam fortiter proſternūt,ut non ſolum nihil habeant quo contradicant, ſed ne quo cauillari poſsint. Quæ ueritas etiam ex alio text.ita euidēter fundatur,ut pudor ſit rem apertiſsimam controuertere.Nam in dicto tit.de hæred.ab inteſt. §.ſi autem cum fratribus.uerſic.quandoquidem.hæc uerba ponuntur: Quandoquidem fratris & ſororis filiis tale priuilegium dedimus,ut in priorum parentum ſuccedentes locum,ſoli (in tertio conſtituti gradu) cum his qui in ſecundo gradu ſunt, ad hæreditatem uocentur.Senſus illic eſt euidens, quòd fratrum filii in tertio gradu conſtituti, ſoli cum his qui in ſecundo gradu ſunt,in locum parentum ſuccedentes, ad hæreditatem uocentur. Quo text.quid poteſt eſſe euidentius? nempe quòd fratris filii non aliàs in locum parentū ſuccedant, quàm cum uocantur cum his qui ſecundo ſunt gradu conſtituti.Accedat pro ratione, quòd tum Imperatoris hoc ſolum propoſitum fuit, filios fratrum priuilegio adiuuare, eo caſu quo

iure communi à ſucceſsione excluderentur. dicto §.huiuſmodi autem priuilegium. & per alia iura ſuprà dicta. At cum in caſu noſtro iure proprio uocentur, non erat opus princi-
4 pis beneficio, per ea quæ uulgò traduntur, Eum qui iure communi tutus ſit, non egere priuilegio. l. in cauſæ. ij. ff. de minoribus. l. quædam. ff. de eden. l. j. C. de theſaur. lib. x. auth. ut exact. inſtan. dot. §. j. cum ſimilibus. Quæ ergo improuidentia in Imperat. fuiſſet, eos ueſtire, qui non erant nudi? uulneribus mederi, cum ſani eſſent? baculo & tibicine eos ſuſtentare, qui ambulare propriis uiribus poterant? Tandem, ſi fratrum filii in ſtirpes ſuccederent, cur non & nepotes fratrum, qui ipſi ſunt in gradu pari, in ſtirpes ſuccedunt, & item pronepotes in infinitum? At hoc, iure prohibetur. authentic. poſt fratres. C. de legitimis hæred. Neceſſariò conſequens eſt, ut etiam in fratrum filiis inter ſeſe pari gradu diſtantibus ſtirpis ſucceſsio arceatur: cum non poſsit iuſta dari differentiæ ratio, cur alio iure fratrum filii inter ſe, alio iure nepotes fratrum ſuccedant, maximè quòd utrobique reſpectiue eſt graduum paritas, &c. Patet ergo ex textibus apertis, & ra-
5 tionibus euidentibus, quòd fratrum filii inter ſe non aliter quàm in capita ſuccedant. Et hoc ſuadet æquitas naturalis, ne qui ſunt conditione & gradu pares, ad lucra ſucceſſoria impariter nulla iuſta ratione uocentur. fa. in argumen. l. maiorem. uerſicul. quod ſi æquales. ff. de pactis. & quæ eleganter tractat Imperator in authentic. de æqua. dotal. & alibi, dum iubet æqualitatis haberi rationem. Et utinam cum Sulpitio Iureconſulto, tam ad æquitatem omnia redigeremus, quàm ſolemus dura & inſipida tueri, dum fortè ſpe quæſtus illicimur. Reſtat ut Doctorum argumentis reſpondeamus.

Non obſtat ergo quòd primo prætenditur, fratrum filios præferri thiis defuncti, id eſt, fratri patris ipſius: quia hoc non eſt ob eam cauſam, quòd fratrum filii in locum parentum illic ſuccedant (hoc enim nullibi in dicto §. illud palàm. ne uerbo quidem ſignificatur, nedum dicitur, imò ex
6 proprio opinatorum capite adfingitur) ſed ea ratione receptum eſt, quòd in linea collaterali facilius ſucceditur in gradus inferiores, quàm ſuperiores, ut bene notauit Accurſius Inſtitut. de ſucceſs. cog. in fin. cum allegat l. ſcripto. in fin. ff. unde liberis. & dicit Bald. in authen. defuncto. C. ad Tertullianum. magis deberi hæreditatem deſcendentibus quàm aſcen

aſcendentibus: & pleniori iure, allegando authentic.in ſucceſsione. C.de ſuis & legitimis lib. Addimus quòd Imper. cum fratrum filios eo caſu præferri decideret,uoluit nimirum quòd hoc iure communi eſſet manifeſtum, & uelut indubitatum. Quapropter dixit, illud palàm eſſe: ſignificans eum caſum nulla egere prouiſione priuilegii, qui de ſe patêret. Quem intellectum etiam alioqui facile colligas, ſi feriem dicto §.illud.ad antecedentia accuratè comparaueris. Quòd ſi per impoſsibile dederimus,fratrum filios in dicto §.illud. loco parentum ſuccedere,hoc tamen aduerſarios maximè oppugnaret:colligeretur enim ex eo,fratrum filios in locum parentum ibidem non aliter ſuccedere, quàm ubi ad excluſionem alterius gradus res tenderet. Sed in quæſtione noſtra fratrum filij cum ſint gradu pari,alij alios non excludunt:unde in parentum locum non ſuccedunt. Secundo non obſtat frigidum fundamentum quod Accurſiana factio mouet ex d. §. ſi uero neq; fratres, &c.ubi colligunt ſucceſsionem in capita poſt fratres & fratrum filios competere,ſiue coniunctim cum patruis fratrum filii, ſiue inter ſe ſuccedant, &c. Verum is tex. non fideliter ab Accurſianis allegatur, quem ſi allegaſſent ut iacet,ipſi ſe ſubuertiſſent. ſic enim ſonant uerba: Si uero neque fratres,neq; fratrum filios,ſicut diximus,defunctus reliquerit,&c. Quibus uerbis,fratres & fratrum filios Imperator non ſimpliciter,ſed ſicut de eis ſuprà dixerat,repetiit. At cui dentiſsimum eſt quòd in ſupradictis textibus dūtaxat de fratribus & fratrum filiis defuncti coniunctim locutus eſt: nec poteſt ullus in orbe mihi in eiſdem textibus locum oſtendere, in quo de ſucceſsione filiorum fratrum inter ſe ullo uerbo prius mentionem fecerit.Cum ergo deciditur,poſt fratres & fratrum filios,ſicut ſuprà dictum eſt,in capita ſuccedi,conſequens eſt, fratres & fratrum filios coniunctim intelligendos eſſe: de illis enim antè dixerat. Aliam uero ſucceſsionem filiorum fratrum inter ſe, de qua ſuperius nihil dixerat, relinquit regulæ communi, qua dicitur, ſuccedi oportere in capita.Et is eſt uerus intellectus d. §.ſi uero.quem nemo peritus iuſtè negabit, qui modo textum fideliter perpendat, & relationem ſeu repetitionem conſideret, quam Imperator per uerb.ſicut diximus, ad præcedentia facit. Quapropter tantum abeſt ut dictus §. ſi uero. pro aduerſariis ullatenus faciat, ut etiam eos, eorumq; doctrinam potenter ſubterat

&

& proſternat, ut uix pro nobis adduci poſsit text. melior. Si enim poſt fratres & fratrum filios, ſicuti de eis Imperator ſuprà dixerat, ſucceſsio in capita datur, & cōſtat quòd Imperator de ſucceſsione filiorū fratrū inter ſe nihil ſuprà dixerit, neceſſariò infertur, quòd & ipſi in capita ſuccedant. Hic mihi Irnerius iſte, quiſquis is eſt, ad partes uocandus eſt, qui Authēticorū textus ſicubi cōmodū putabat, iuribus Codicis inſeruiſſe dicitur, quemadmodū & Philipp. Corn. cōſil. iiij. primæ part. uidetur eum taxare. Is enim ſæpenumero parum fideliter Imperatoris deciſiones tranſcripſit, id quod Alexa. in l. ſi finita. §. Iulianus. col. x x. ff. de dam. infect. alio quodam loco perpendiſſe uidetur. Sic & in propoſito in d. auth. poſt fratres. C. de legit. hæred. Imperatoris conſtitutionem mutilanter & non ex fide recitat, ſimpliciter narrando, poſt fratres & fratrum filios quoſcunq; gradu proximiores præferri, &c. cum tamen Imperator hoc ita ſimpliciter non decidiſſet: ſed de fratribus & fratrum filiis, ſicut de eis ſuprà dixerat, mentionē fecit. Quæ una Imperatoriæ conſtitutionis mutilatio, multos Doctores decepit, & decipiet, qui ad Authenticas tranſcriptas aduertunt, nō ad uerba Authenticorū. Tandem non obſtat ſophiſtica ratio Bar. per quam fallaci argutia ab abſurdo arguit, uolens quòd cum patruus cum fratrum filiis, defuncto in ſtirpem ſuccedit, fratrum filios (etiam ſi inter ſe ſint pari gradu) non aliter quàm in ſtirpes ſuccedere: alioqui una ſucceſsione in ſtirpes & in capita ſuccederetur: per quod (argumento fortaſſe à conſequētibus) inferre uult, quòd ſi fratrum filii inter ſe, cum patruus extat, loco parentū in ſtirpes ſuccedunt, conſequens eſſe, quòd ubiq; inter ſe, etiam ſi non adſit patruus, ita ſuccedēt, cum utroq; caſu, quo ad fratrum filios, ſit graduum paritas, & neutrobi diuerſa ratio. Et hanc mentē Bar. putamus fuiſſe. Sed hoc nihil eſt. Hęc enim ratio ex fallacibus paralogiſmis inducitur. Quamuis enim uerum ſit in ſenſu compoſito, quòd fratrum filii in ſtirpes defuncto ſuccedant, ſi cum patruo concurrant: in ſenſu tamen diuiſo non eſt uerum, quòd cum inter ſe ſuccedunt ſine patruo, in ſtirpes ſuccedere debeant: & committitur falla-
7 cia diuiſionis. Nam imperator fratrum filiis cum patruo coniunctis, ſtirpalem ſucceſsionem ex priuilegio dedit, ne excluderentur: ipſis uerò ſine patruo ſuccedentibus, non dedit hoc priuilegium, cum iure proprio eſſent muniti. Item & fallacia

lacia ſecundum quid ad ſimpliciter cõmittitur, ſi ita arguas: 8
Quia fratrum filii patruo extante inter ſe in ſtirpes ſuccedũt,
ergo ſimpliciter in ſtirpes ſuccedunt: antecedens enim deter-
minatione diminuente diſtringitur. Porrò nec improbabi- 9
le eſt, ſi dicas committi etiam fallaciam figura dictionis, cũ
qualitas ſuccedendi in antecedẽte & conſequente uariet. Stir
palis enim ſucceſsio filiorum fratrum cum patruo ex qualita-
te priuilegii nititur, quæ in ſolis fratrum filiis non eſt rece-
pta. Vide quicunq; amas ueritatem, quàm callidè, quàm uer-
ſutè Bar. pilum ſub lanam ſubſuere, & ex uero falſum inferre
contendit, qui tamen à multis pater ueritatis nominatur. De-
niq; quod Bart. in exemplo ſuo abſurdum putat, cum patruus
ſuam tertiam partem ſumpſit, & deinde aliæ duæ partes inter
fratrum filios in capita diuiderentur, &c. nihil habet momen
ti: imò Bart. & fallitur & fallit, quia in caſu ſuprà poſito quo
patruus cum fratrum filiis concurrit, tota hæreditas defuncti
in tres partes diuiditur: unam patruus accipit, aliã filius unius
fratris, tertiam filii alterius fratris. Et non eſt uerum, imò nul
lo iure relatum eſt, quòd fratrum filii prædictas duas partes
inter ſe diuidant. Qui enim ſemel cum patruo in locum pa-
rentum ſucceſſerant, & portiones hæreditarias acceperant,
quid præterea inter ſe diuidere poterant? Proinde filii fratrũ
non ideo cum patruo in ſtirpes ſuccedunt, ut uitetur abſurdi-
tas, ſed ne à patruo (qui defuncto eſt gradu propior) exclu-
dantur: quod impedimentum in eis ceſſat, ſi patruo nõ extan
te inter ſe ſucceſſerint. Nec obſtat l. qui cum plures. ff. de
uulg. & pupill. quam pro ſe Bart. allegauit, imò nihil facit ad
propoſitum. Ibi enim ex teſtamento, & ſic ex uoluntate te-
ſtatoris prouiſum eſt, ut adiectus uirilem, alii ſubſtituti hære
ditarias inter ſe partes haberent: hîc uero ex cõſtitutione Im
peratoris ſucceditur. Ibi adiectus alios cohæredes nullo iure
excludere poterat: hîc autem patruus cohæredes excluſiſſet,
niſi priuilegio Cæſaris in locum parentum ſuccederent. Ibi
cohæredes iure proprio ſucceſſerant: hic fratrum filii iure a-
lieno, nempe parentum ſuccedunt. Et ſic tanta eſt ubiq; diſsi-
militudo, quanta trianguli ad orbem circuli. Et per prædicta
fallax ratio Bar. in ſe ipſam reuoluitur, qui captioſe à ſucceſ-
ſione priuilegiata, ad non priuilegiatam arguendi ſeriem col
legit. Nec obſtat quòd Andr. Barb. multis inutilibus uerbis 10
gloſſæ autoritatem attollere pergit: tum quia Accurſii gloſ-

ſemata

ſemata nihil plus ponderis habent, quàm alterius docti uiri doctrinæ: quibus utriſq; ſine textu aut euidenti ratione nihil creditur, imò error eſt, & quidem periculoſus, Accurſio tantum tribui, quantum conſpirata Doctorum factione ei tribuitur: qui etſi fuerit uir doctus, & omni ueneratione dignus, tamen & errare potuit, & iuris condendi autoritatem non habuit. Tum ſi etiam magna alioqui eſſet Accurſii autoritas, quia tamen is in caſu quæſtionis noſtræ uariauit: primo enim pro Azone ſenſit, deinde contrarium conſuluit: nō eſt ei tanquam teſti urianti danda fides. Deniq; & ipſemet Accurſ. taxat eos qui in defectum legum probationes gll. inducunt: nec enim credendum gloſſæ eſt, niſi lege moueatur, uel optima ratione. c. ego ſolis. diſtinct. ix. & dicit Bal. in L. reſpub. C. ex quibus cau. maio. gloſſam quæ nihil allegat, ex capite loqui. Quod ſi alterutrum ex ſuis dictis eligi oporteret, malim ſtare cum ea aſſertione, quam in gl. ſua primitus
11 docuit, quàm cum eo, quod poſtea conſuluit. In conſiliis enim ad quæſtum, ad lucra ſæpe illiciuntur Doctores, ut ſolitus fuerat dicere præceptor meus D. Ioannes Knappius, uir, dum uixit, in Germania noſtra primarius. Cuius certè dicti, is Andreas Barb. fidem facere uidetur in dicto ſuo conſilio, in quo poſt multam ſuam cauillationem ſuper gloſſ. Accurſii extollendis, ſeſe iactitat ex eodem conſilio triginta ducatos emunxiſſe. Mitto in præſentia quid Laurentius Calcan. de
12 dicto Barb. ſentiat, qui eum doctum quidem fuiſſe dicit, ſed cum ueritatis obliuione. Tandem adduco numen Legiſtarum Baldum, qui etſi in feudis & alibi cum communi errore tenuerit, tamen in auth. ceſſante. C. de leg. hær. & conſcientiæ fortaſſe remorſu, Azonis opinionem approbare uidetur. Sic enim ſcribit: Ego timens recedere à gll. in conſulendo, iam conſului ſecundum gll. modo uidetur mihi quod opinio Azonis & ſequacium ſit magis conſona literæ & naturæ. Quid nunc dicitis aduerſarii opinatores? Bald. tantus uir, opinionem Azonis & meam, dicit magis conſonam literæ & naturæ: quo alio fortiori teſtimonio niti poſſumus, quàm quod ex aduerſario ſumitur? Quod autem in diuerſum ideo conſuluit, ne à gloſsis recederet, uulgatum uidetur ſecutus errorem eorum, qui plus timent ne à gll. recedatur, quàm ne lædatur ueritas. Quod quàm ſit inimicum iuſtitiæ, quàm omnino horrendum, res ipſa docet. Ab uno enim

enim homine qui ſæpenumero labitur, nempe Accurſio, pendêre, conſtitutionibus interim, æquitate, litera, natura, poſthabitis, non poteſt non eſſe grauiſsimum. Inclyta ciuitas Friburgum, dum ſuperioribus annis ſtatuta eorum reformaret, & noua conderet, pro opinione Azonis, quæ indubitatæ ueritati nititur, concordi aſſenſu ſtatuit.

Memorabilia in Cap. VIII. obſeruanda.

1 *Nunciatio ob ſeruitutum iura non transfert poſſeſsionem.*
2 *Nunciatio facta antequam opus ſeruituti noceat, poſſeſsionem nõ lædit.*
3 *Nunciando, ſiue non nunciando, poſt læſam ſeruitutem poſſeſsio amittitur, non ſeruitutis, ſed libertatis.*
4 *Seruitutis appellatione quandoq; & liberatio uenit.*
5 *Immiſsio in meum fit dupliciter.*
6 *Nunciatio uerbalis ubi nunc locum habeat.*

Nunciationis effectus circa transferendam in ſeruitutibus poſſeſsionem. CAP. VIII.

LEX prima. §. in operis. & porrò l. de pupillo. §. meminiſſe. ff. de op. no. nunc. neſcio an experfecto uel declaratæ ſint, uel intelligantur. Nam quod in d. §. in operis. deciditur, uerbali nunciatione poſſeſsionem in ædificantem transferri, non procedit ſi ob ſeruitutum iura adſerenda nunciauerimus: ea enim nunciatione in uicinum quaſi poſſeſſio ſeruitutis non transfertur, hac dilemmatica ratione. Aut enim à principio nunciamus antequam opus ſeruituti noceat, & poſſeſsionem retinemus, per tex. apertum in l. & ſi forte. §. ſciendum. ff. ſi ſeru. uend. ibi, Nam cum nihil innouatum eſt, &c. qui text. notabiliter hoc decidit, licet à nemine quem uiderim perpendatur. Aut uicinus ædificando ſeruituti iam nocuit, & tunc ſtatim poſſeſsionem amiſimus, ſiue nunciemus ſiue non nunciemus. d. §. ſciendum. in fi. ibi, Sed ſi patiente, &c. Quo caſu in aduerſarium translata eſt quaſi poſſeſsio, non quidem ſeruitutis, ſed libertatis. Cum enim res ſua nemini ſeruiat, leg. uti frui. ff. ſi uſufructus petat. non potuit in eum ſeruitutis transferri poſſeſsio, ut adeò non niſi libertatis poſſeſſor conſtituatur: quo neceſſariò intellectu accipiendus eſt textus in dicto §. ſciendum. & l. ſicuti. §. ſed ſi quæratur, eodem titulo. Nec abſurdum quis putet, ſi appel

(margin: 1 at "ris.deciditur", 2 at "ſio ſeruitutis", 3 at "quem uiderim", 4 at "§.ſed ſi")

appellationem ſeruitutis , liberationem etiam intellexeri-
mus:hoc enim & Azo fecit in l. ſi unus. §. pactus.& ibi gloſ.
mag.ff.de pact.Quæ cum ita ſint,conſequens eſt,quòd d. §.
in operis. in ſeruitutum quaſi poſſeſsione non poſsit proce-
dere . Cæterum ſi immittendo in meum uicinus ædificaret,
cum in libertatis eſſem quaſi poſſeſsione , eoq; caſu uerbo
nunciarem,hîc poſſeſsionem libertatis perdo, & in aduerſa-
rium ſeruitutis immittẽdi poſſeſsionem transfero: quo loco
d. §.in operis.& §.meminiſſe.indubitatò procedunt. Cir-
5 ca quod tamen aduertẽdum puto,dupliciter immitti in meũ:
aut enim directo immittitur, aut ex obliquo.Prior immiſsio
fit uel connexim,ut cum trabes,tigna in parietem, in murum
meum immittuntur : aut adpenſim ſeu proiectitiè, dum pro-
tecta,ſuggrundia,in ædes uicini immittimus,nempe adpen-
dendo , ſeu proiiciendo exporrectim , ita ut non requieſcant
prominentia.arg.l.malum. §.inter.ff.de uerb. ſig.& utroq;
caſu procedunt quæ iam antè diximus. In altera uerò ſpecie,
cum ex obliquo immittitur, utpote ſi ex ædificio meo for-
nax iuxta parietem tuum poſita,fumum emittat,uel fiſtulę a-
quam aut balnea humorem:hic enim fumus,aqua, humor,in
uicini domum ex obliquo ſubrepit,& uelut ex deflexu effun
ditur : eo loci nihil eorum procedit , quæ ſuprà docuimus.
Nam uerbaliter nunciando , nec perdimus poſſeſsionem,
nec aduerſarium poſſeſſorem facimus , ſcilicet quòd nec ipſi
ullum ius poſſeſsionis fumi non immittendi habuerimus.
De qua immiſsione Iureconſ. diſſeruit in d l. ſicuti. §. Ari-
ſto . & in l.quidam Hyberus.l. fiſtulam. ff. de ſeruit. urb. Et
in ea ſpecie tum nunciari non poſsit nec per prætorem,ut cui
non ſit integrum ædificantem in ſolo uel ſuo , uel à ſe poſſeſ
ſo turbare,arg.d. §.Ariſto.in fin.in ratione ſui:nec iactu la-
pilli,utpote quòd ea nunciatio locum habeat,cum in noſtro
uel in necem noſtri iuris ædificatur.d. § meminiſſe.in prin.
6 d. § ſciendum . Nec enim uis ulla reſiſtentiæ (quam iactus
lapilli deſignat) nobis in noſtro ædificantibus inferri opor-
tet: quapropter ſola uerbali nunciatione tunc nunciamus.Et
hoc eſt quod Iureconſ. in d. § . meminiſſe . deciderat contra
ædificantem in ſuo , ſi nobis citra ius ſeruitutis noceretur,
uerbalem nunciationem eſſe neceſſariã. Qui eſt facilis,pro
prius & expeditus intellectus, quo is tex.in propria loquen-
di figura relinquitur. Nec opus eſt ea contumelia & iniuria,

quam

quam Accurſius illic repugnanti literæ facit. Quæ non negligenter notanda putamus, ut quæ ex Doct. nemo ne cogitarit quidem, nedum non attigerit, licet Iaſ. quædam non fundata comminiſcatur.

Memorabilia in cap. IX. obſeruanda.

1 *Nūciatio quare ob ſeruitutē ruſticā prohibeatur, ratio Lud. Ro.*
2 *Nunciationis ob ſeruitutem ruſticam prohibitio quare ſit introducta, ratio per Zaſium.*
3 *Nūciationis remediū in ædificiis urbanis quare celeriter intētādū.*
4 *Seruitus qualiſcunq; à prædio dominanti nominatur.*
5 *Seruitutum natura perditur propter prædia dominantia.*
6 *Seruitus itineris debita domui uel ueſtibulo, eſt urbana.*
7 *Aduentitia non faciunt mutari iura, ratione originis.*

Quæ ſit ratio, quòd ob ſeruitutem ruſticam non nunciatur. CAP. IX.

SVPER ratione differentiæ, cur ob ſeruitutem ruſticam non nuncietur, in l. qui uiam. ff. de ope. noui nunc. & tamen in ſeruitute urbana nunciari poteſt. l. de pupillo. §. impoſititiam. eod tit. Doct. laborant. Mihi poſt acrem inueſtigationem Doctor. ratio Ludouici Rom. quam Iaſ. in l. j. in fi. eod. tit. recitat, non diſplicet. Putat enim ideo ob ſer- 1 uitutem ruſticam nō nunciari domino ædificanti, quòd licet is ædificando uiæ uſum occupet, alio tamen loco æquè idoneo eam ſeruitutem poſſe reponi. glo. in l. ſi cui. ff. de ſeruit. & argu. l. ij §. pen. ff. de relig. quæ commoditas in ſeruitutibus urbanis locum non habeat. Quod credo tolerari poſſe. Nam qui contra ſeruitutes urbanas ædificat, is uicini ædes damno præſenti & incommutabili afficit: quæ iactura nō ita uiæ imminet, poſtquam reparari alio loco poteſt. Addimus tamē aliam rationem. Nam damnum ſeruitutis urbanæ læſæ, 2 eſt continuum: damnū uiæ occupatæ non ita: interualla enim ius eundi habet. Quapropter in ſuperiori caſu extra ordinem ſubueniri oportet: in poſteriore ſufficit ordinaria actione ius ſeruitutis adſeruiſſe. Poteſt & alio fine explicari ratio. Nam niſi in urbanis ædificiis nunciaretur, ut celeri remedio ædifi- 3 cantes cohiberentur, iam quies ciuitatum turbaretur, ad arma ſæpe ueniretur, urbs ruinis deformaretur, dum illicite ædificans demoliri opus cogeretur: quapropter ſuccurrendum celeri remedio fuerat. argu. l. j. §. quies. ff. de offi. præf. urb. c. ubi

periculum.de elect.in v i. Quæ pericula quia in ſeruitutibus ruſticis ceſſant,illic ordinario iure,non extraordinario remedio conſulitur. An autem alio iure ſeruitus, alio prædium cenſeatur? Hugolinus in d.l.j.in fi.inter alias rationes ſentire uiſus eſt,quòd alio iure ſeruitus,alio prædium cenſeretur.
4 Quæ tamen ſentẽtia communiter non eſt recepta : cum enim quælibet ſeruitus à prędio dominãti nominetur,gl.l.j.§.itẽ. ff. de ſeruit. urb.præd.quod & communis ſenſus approbat: rectè ſeruitus ruſtica dicetur, quæ prædio ruſtico debeatur, etiam ſi ex origine inter urbanas cenſeretur : & ita è diuerſo. Quapropter ſi ex puteis ædium urbanarum aquæ hauriendæ ius ſit uicinis,ſi porrò ſeruitus itineris per atria ſeu ueſtibula domus cõſtituta ſit(id quod in inclyta urbe Cõſtantia,unde mihi origo eſt,uſuuenit)iam ex ſeruitute,quæ origine ruſti-
5 ca eſt, propter prædium urbana enaſcitur. Porrò ſi prædio meo ruſtico,uicinus ſit uel ſaltus uel nemus tuum,an non ex eo nemore,prædio meo deberi ſeruitus umbræ poſsit, ut ita uel ſaltum uel nemus tibi recidere non liceat, ne plus luminis prædio meo facias, ſi lumen preſsius illuc deuolueretur? Ea cum ſit urbana ex origine l.ſi arborem. §.interdum.ff. de ſeruit.urb.præd.tamen propter prædium ruſticum, ruſtica cenſebitur. Paria dixerimus ſi prædio meo ruſtico ea debeatur ſeruitus,ne altius murum,ſepem,maceriẽ tollas,& ſi quæ ſint
6 ſimiles.Quæ cum ita ſint,conſequens eſt,ut ſi domui meæ à ueſtibulo uel domo tua ſeruitus itineris debeatur, eam cenſeri urbanam:quod & cautelarius iſte Cepolla, poſt longam & faſtidioſam diſtinctionem in tract.ſeruit.tenuit.Ex quo limitari d.l. qui uiam. nouè poterit, ut in ea ſeruitute itineris
7 quæ ex caſu aduentitio urbana facta ſit, non procedat. Nec obſtat quod dicitur,per ea quæ aduẽtitia ſunt, occaſione originis iura non mutari.gl.in l.uẽdicatio.ff.de rei uend. Quia hoc non habet locum,ſi aduentitiam qualitatem propria defendat ratio.At nos paulò ſuprà rationes euidẽtes docuimus, cur in urbana ſeruitute nuncietur.

Memorabilia in cap.X. obſeruanda.

1 *Altius tollendi facultas contingit ex naturali æquitate,uno modo.*
2 *Altius tollendi facultas ultra menſuram ſtatuto prohibitam, contingit uicini conceſsione,alio modo.*
3 *Seruitutis qualiter dici poſsit libertas,ultra* Doct.*per* Zaſium.

Altius

4 *Altius tollendi facultas etiã pactionibus competit, idq́ quo modo.*
5 *Altius tollendi facultatem actione confeſſoria cõpetere, cõtra Iaſ.*

Altius tollendi facultatem eſſe duplicem. CAP. X.

DVPLICITER contingit altius tollere. Primo naturali libertate, qua ipſa origine quælibet domus libera præſumitur. l. altius. C. de ſeruit. In hac libertate qui turbatur, negatoriam habet, per quam contendit ius non eſſe aduerſario ſeſe moleſtandi. Alio modo altius tollendi ſeruitus eſt, ut cum ſtatuto municipali omnes ædes ciuitatis ſeruitute premuntur, ne ultra certam menſuram inuito aduerſario tollantur altius: ut dicitur eſſe Florẽtię: quæ ſtatuta etiã in ciuitatibus Sueuiæ obſeruari conſtat. Hoc caſu naturalis libertas ædium uſque adeò ceſſat, ut etiam huiuſmodi municipales ædes quaſi ab origine in ſeruitutem quodammodo ordinariam redigantur. Hic ſi uicinus uicino indulget ut altius tollat, rectè intelligitur ſuas ædes & ſeruitute grauaſſe, & uicino dediſſe libertatem altius tollendi, non naturalẽ, ſed impoſititiam: ut ita ea conuentio dici poſsit & propter ſeruitutẽ libertas, & propter libertatem ſeruitus. Per quæ etiam alibi trica Azonis intelligitur, dũ in l. ſi unus. §. pactus. ff. de pact. in glo. mag. ſeruitutem libertatẽ nominari poſſe putat, quod in Doct. tuis non inuenies. Poteſt & pactionibus fieri, ut altius tollere iure ſeruitutis competat. Nam ſi ædes meæ uicino ſeruitutem debent ne altius tollantur: at is ex cauſa aliqua facultatem altius tollendi iure ſeruitutis quam ſuis imponit ædibus, mihi concedit uel ſtipulationibus uel pactionibus: iam altius mihi tollere licet, non iure libertatis, ſed iure ſeruitutis dominãtis: per quas cõuentiones etſi liberatę ſint ædes meæ ab onere altius non tollendi, ea tamen liberatio à natura non competit, ſed in uim ſeruitutis qua eſt uicini domus grauata. Nec ad rem pertinet ſi prætendat quis, ſimulatq; ſeruitus altius tollendi remiſſa fuit, ædes iam in naturalẽ libertatem rediiſſe. arg. d. l. ſi unus. §. quod & in ſpecie. de pact. & proinde ſuperuacuum eſſe quòd uicini ædes ſeruitute ulla altius ædificandi premantur: quia imò uicini intereſt, ut ego potius iure ſeruitutis altius tollam, quàm iure libertatis: ea enim libertas amitti facile non poſſet: at ſeruitus multis modis amittitur, & ſufficit ſi cui uel in paucis, &c. l. tutori. C. de neg. geſt. quæ ſunt notanda, quia Accurſ. in §. æquè. Inſtitu.

de act.& in l.j.ff.de ſer.urb.pręd.quæ dam impertinentia cir ca huiuſmodi ſeruitutum ſpecies miſcuit. Quæ autem actio pro ea facultate altius tollendi competit? Ioan. Fab.in d. §. æquè.putat pro huiuſmodi ſeruitute uendicanda competere confeſſoriam, ſi uicinus uicinum altius ædificare non patiatur: quod & Aret.ibi placet.Iaſ.ibidem negatoriam competere putat,iactitans illuſtre ingenium Io.Fab.eo loci defeciſſe.
5 Mihi uero adſertio Io.Fab.ueriſsima uidetur. Certum enim eſt altius tollendi ius, ſecundo modo acceptum, ut ſuprà declarauimus,eſſe ſeruitutem.d.l.j.d.§.æquè.pro qua adſerenda, quid aliud quàm confeſſoria dabitur? Cęterum ſi hoc ius primo modo acciperetur,nempe pro naturali libertate altius ædificandi,hoc caſu nemo contradicit negatoriam competere:at de ea libertate nos non loquimur,ſed(ut dixi) de ſeruitute,ut ita nominis ęquiuocatio Iaſ.deceperit. Nec obſtat quòd per eam ſeruitutē ędes uicini liberę redduntur:quia ea libertas eſt impoſititia,nō naturalis,&ex correlatione potius dicetur ſeruitus dominās:uel ſi per antitheta loqui liceat,ſerua libertas, aut libera ſeruitus: quod ipſum ſuprà attigimus.

Memorabilia in Cap.XI.obſeruanda.

1 *Seruitutes illas innominatas in Germania frequenter uſurpatas, non pactiones,ſed ſeruitutes eſſe,contra communem.*
2 *Seruitutes innominatæ an ſint reales an perſonales, noua diſtinctio per Zaſium.*
3 *Seruitutum realium quæ à re rei debentur,duplex intellectus.*
4 *Argumentum ab uno ad pluralitatem tenet.*

Seruitutum innominatarum quæ noſtræ Germaniæ conſuetudine uſurpantur, natura & conditio. CAP. XI.

SVNT iura ſeruitutum innominata,quę apud Germanos ſunt frequentiſsima:ut cum ruſticis ius ſecandi ligna ex ſylua uicina cōpetit:item &nobiles uenandi,aucupandi iura in ſyluis aliorum uſurpant.Sic & ciuitates, uillæ,monaſteria,aliæq; cōmunitates,ius paſcendi in aliis prædiis,ius piſcandi,& cætera id genus cōplura iura habere dignoſcūtur, præter id quòd alicui fundo in ſpecie hæ ſeruitutes debeantur.In ciuitatibus porrò,ſicubi in magnis domibus ſunt putei,ius

tei, ius aquæ hauriendæ non ad ullam fundi utilitatem, ſed uicinis ad eorum commodum competit: & quæ ſimilia adduci poſſent: an huiuſmodi iura ſeruitutes ſint? Gloſſæ tenent eſſe pacta ſeu iura perſonalia, in l. ut pomū. ff. de ſeruit. in l. Mela. in fi. ff. de ali. leg. l. pecoris. ff. de ſeru. ruſt. præd. Et ita ſe habet cōmunis opinio. Quæ ſi uera eſt, iam pro eis non daretur cōfeſſoria uel negatoria, quæ in pactis perſonalibus locum non habent. Porrò contra quēcunq; poſſeſſoré non darentur, quia pacta ad tertiū non extendūtur. l. ſi unus. §. ante omnia. ff. de pact. l. quo tutela. §. fi. ff. de reg. iur. cum ſimil. Nos indubitatè tenemus, eas eſſe ſeruitutes, ea maximè ratione, quòd cōtra quēcunq; poſſeſſorem cōpetunt, id quod quotidiana conſuetudine experimur: imò aliquādo tales ſeruitutes amplius centum annis durauere, & durant in Germania noſtra. Et quòd huiuſmodi iura ſeruitutes ſint, tenuit Bal. in l. fi. C. de condi. indeb. licet uariet in rub. C. de uſufru. Idem tenet Ioan. Fab. in §. æque. Inſtit. de act. Et ne utar teſtibus ambiguis, tex. adduco expreſſum in l. Mela. ad fin. de alim. leg. ibi, In eadem cauſa erunt ſeruitutes geſtandi, uel in tuo uuas premendi, &c. Accedat quòd conſuetudo in nuncupatione ſeruitutum dominatur. l. ſi publicanus. §. fi. ff. de publi. Vnde quia prædicta iura conſuetudine Germaniæ ſeruitutes nominantur, præualebit ea conſuetudo, & non erunt pacta perſonalia. An autem reales ſint uel perſonales, dubitationis eſt. Et certè Bal. Ioā. Fab. in locis ſuprà alleg. putant perſonales eſſe, ſi in utilitatem alterius prædii non competerent: quæ ſententia iuribus ſuprà alleg. manifeſtè fundatur, cæterū moribus Germaniæ notiſsimis ſubuerti uidetur, cum huiuſmodi ſeruitutes ſint ex utraq; parte perpetuò reales, & cum perſona nunquàm finiantur. Nos eam rem diſtinctione noua & notabili temperamus. Quod enim per manus traditur, ſeruitutes eſſe reales quæ à re rei debentur, duplicem intellectum recipit. Poteſt enim ſeruitus realis, rei ſingulari, id eſt, prædio, in ſpecie deberi, quo caſu omnia ferè iura de huiuſmodi ſeruitutibus loquentia intelligi conueniet. Poteſt & ſecundo ſeruitus realis intelligi, quæ rei uniuerſali, id eſt, alicui loco & perſonis eo loci degentibus debetur: ut cum communitati alicuius ciuitatis, uillæ, monaſterii, habitatoribus caſtri, ius paſcendi, uenandi, piſcandi, &c. debitum eſt: ea ſeruitus etiam realis dici iure

optimo poteſt, quia à re rei, id eſt, à prædio ſeruiente, loco uicino, & occaſione loci perſonis illic habitantibus debetur. pro quo fa. in argu. gloſſ. not. in l. ij. in uerb. cloacam. ff. de ſeruit. ruſt. Et licet commoditas perſonæ quæratur, prædii tamen dicitur: unde potius ius prædii, quàm perſonæ conſideratur. Ita in alio caſu dicit gloſſ. l. j. in uerb. computanda. de ſeruit. ruſt. præd. fa. in argumen. gloſſ. in l. ueluti. in fin. in uerb. ſi habeam. cod. tit. Et ita nonnè ornari poterit l. pecoris. de ſeruit. ruſt. ubi cum dicitur, pecoris paſtum ſeruitutem realem eſſe, ſi prædii utilitas ſit in pecore, nihil uetat quin nomine prædii, non ſolum unum, ſed & plura uno loco ſimul collecta intelligas. Et in l. ergo. cod. tit. cum dicitur, cretæ eximendæ, &c. ius poſſe conſtitui in alieno, ſi fundum uicinum quis habeat: non eſt abſurdum ſub fundo, etiam locum uniuerſalem intelligi, perſonis & prædiis collectum. & ita gloſſ.
4 in l. ſi fur. §. incertam. de uſucap. Ab uno enim ad pluralitatẽ argumenta duci non eſt inſuetum. l. miles. §. decem. ff. de re iudic. l. ſi finita. §. cum autem. ff. de dam. infect. & fa. l. locus. l. quæſtio. l. fundi. ff. de uerborum ſignific. Prædictæ igitur ſeruitutes Germanorum, quamuis primo modo acceptæ non ſint reales, poſteriori tamẽ intellectu, optimo iure reales dici poterunt, & ita conſuetudine Germaniç manifeſta ſeruantur, quæ, ut dixi, in huiuſmodi iuribus dominatur. dicta l. ſi publicanus. Et dato quòd ſuprà alleg. iura de prædiis ſeu fundis in ſpecie loquerẽtur, attamen ex identitate rationis, & ex præſumpta intentione I. C. ſi de hoc cogitaſſet, ſine dubio ad locum pluribus fundis ſeu prædiis in unam communem conuerſationem deputatum extendiſſet. arg. eorum quæ habentur Inſtitut. de legit. patron. tutel. ubi eſt text. ad hoc notab. Accedat quòd locus ſub toto collectiuo concluſus, appellationem rei non abhorret. arg. dictæ l. rei appellatione. de uerb. ſignific. ut adeò in ſupradicto ſeruitutum genere, rem rei ſeruire iuſtè concludatur.

Memorabilia in Cap. XII. aduertenda.

1 *Subſtantialia contractus quæ.*
2 *Naturalia contractuum quæ.*
3 *Subſtantialia contractuum pacto non tolluntur.*
4 *Naturalia contractuum pacto tolli poſſunt.*
5 *Naturalia contractuum duplicia ſunt.*
6 *Pecuniæ numeratæ nouum ſingulare per Zaſium.*

Subſtan

Subſtantialia & naturalia contractuum quæ ſint, & quando naturalia pacto tollantur. CAP. XII.

SVBSTANTIALIA cõtractus ſunt, quæ dant eſſe cõtractui ex ſeipſis & abſolutè, & ſunt uelut forma eſſentialis, ex qua in eſſe cõtractus producitur, productus conſeruatur: qua forma deſtructa, iam contractus uita defunctus eſt. l. Iulianus. §. ſi quis rem. ff. ad exhiben. & fa. quæ tradit Bald. l. j. uerſic. nunc tractemus. C. de fide inſtr. & iure haſt. fiſc. lib. x. Sic in emptione precium eſt de ſubſtantia. Inſtitut. de contrahen. empt. §. precium. In ſocietate communio. l. j. in fin. cum l. ſeq. ff. pro ſoc. & alibi per diſcurſum. Sic in precario, reuocandæ rei facultas. l. cum precario. ff. de precar. Sic & interrogatio & reſponſio actu continuo facta, formam ſubſtantialem dat ſtipulationi, quæ eam in eſſe producit. l. j. §. qui præſens. de uerbor. oblig. iuncta l. continuus. eod. titul. 1
Naturalia ſunt, quæ ad contractum naturali quadam habitudine accedunt, & ex contractu uelut concomitanter dependent, ex eoq́; ſubſiſtunt, non uero contractus ex ipſis: ut in contractu emptionis, euictionis obligatio: iſta enim ad contractum perfectum ex quadam dependentia enaſcitur. In contractu ſocietatis, lucri & damni participatio. Quæ uero pacta ſubſtantialia ſint, quæ naturalia, pulchrè declarat Ioã. Cald. conſil. xj. poſt princip. in tit. de feud. In ſtipulatione naturale eſt, quòd ſtipulatio ſtipulationem tollat. l. ſi unus. §. pactus. ff. de pact. & ſi quæ ſimilia in contractibus inueniantur. Putabat tamen Bald. in d. l. ij. uerſ. nunc tractemus. ſimultaneũ, ſeu continuum tempus, in ſtipulatione non eſſe ſubſtantiale, ſed naturale: quod non eſt tutum: ſola enim interrogatio & reſponſio, ad ſtipulationis eſſe per ſe nõ ſufficerent, niſi ſint temporis continuitate coniunctæ. d. §. qui præſens. Vnde uerius eſt quod diximus, formam ſubſtantialem ſtipulationis eſſe interrogationem & reſponſionem ſimultaneo tempore factam. 2
Circa prædicta aduertendum eſt, quòd ſubſtantialia pacto non tolluntur, quin à contractu uel in totum uel in partem re integra diſcedatur: id quod latè tractatur in l. iuris gen. §. adeò. l. ab emptione. ff. de pact. 3 Naturalia autẽ pacto tolli poſſunt, manente nihilominus contractu, ut in l. pacta conuenta. cum gloſſ. ff. de contrahen. empt. l. j. §. ſi conueniatur. ff. de poſſeſ. cum ſimilibus. Cui tamen doctrinæ ua- 4

lide obſtat l.cum manu ſata. §.fin.ff.de contrah.empt.ubi naturalia contractus pacto tolli non poſſunt. Sic in l.ſi non fuerit.in fin.ff.pro ſoc.l.Lucius.cum dicitur notiſsimos fines excedi.ff.de poſſ.& ita de ſimilibus. Hanc difficultatem nemo uſque huc,quem certè ego uiderim, diſcuſsit. Credimus au-
5 tem eam rem ſubtili diſtinctione diſſolui poſſe. Duplicia enim ſunt contractuum naturalia: quædam per naturam cohærent,& ex uiſceribus contractuum ſumpta,quaſi intrinſeca qualitate inſunt: quæ fortè rectè dixerimus uirtutem eſſe à propria contractus ſpecie productam:logici propriam paſſionem rerũ nominant,uelut ab eſſentialibus principiis enatam. Alia ſunt naturalia, quæ contractibus ex conſuetudine adſunt:& non alia ratione naturalia dicuntur, niſi quòd frequentiori & aſsidua conſuetudine, quæ in nomen naturæ tranſiit,ad contractus acceſſerunt:de quibus eſt gloſ.in dicta l.pacta conuenta.in princip. Priora naturalia pacto non tolluntur,imò pacta contra naturam contractus adiecta,cæteris paribus,cadunt. Sic in contractu emptionis, pacto fieri non poteſt, ut dominium actu uel habitu non tranſeat: eſt enim intrinſecum naturale.dicta l.cum manu ſata. §.fin. Porrò & in contractu ſocietatis,conueniri non poterit, ut alter ſocius lucrum,alter damnum haberet.dicta l.ſi nõ fuerit.eſſet enim leonina ſocietas contra inſeparatam naturam ſocietatis. Sic & in contractu depoſiti,conueniri non poſſet, quòd dominium rei depoſitæ in depoſitarium tranſiret. dicta l.Lucius. ubi apertè dicitur,per huiuſmodi pacta notiſsimos fines contractus excedi. Nec ad rem pertinet, quòd huiuſmodi pactũ ibi in pecunia numerata factum, non uitiatur quo minus ex depoſito agatur ad pecuniam, dicta l.Lucius. cum l.ſequen. quia hoc eſt ſpeciale in pecunia numerata, eo caſu quo non obſignata deponeretur. Cum enim ſeruando pecunia ſeruari non poſsit,& in eodem genere functionem recipiat, facilè tolerari hoc pactum potuit, ſcilicet quòd in pecunia non obſignata depoſita, tacito etiam pacto tranſit dominium.l. in naue Saupheli.ij.reſponſ.ff.locat.ut adeò huiuſmodi ob-
6 ſeruatio ad ſingularia pecuniæ numeratæ, nouè & eleganter adſcribi poſsit:nihilominus tamen quia ea conuentio notiſsimos depoſiti,ut diximus,fines excedit,in aliis ſpeciebus ſeu corporibus depoſitis non reciperetur. l.licet. §.j. ff. de poſſeſ.ut ita meritò inter uera naturalia hic caſus connumeretur.

retur. Quod ergo ſuprà diximus, naturalia pacto tolli poſſe, intelligendæ ſunt extrinſecæ habitudines, quæ à conſuetudine quodammodo in naturam contractus tranſierunt: ut, quòd non debeatur euictio in contractu emptionis: itẽ quòd leuis culpa, aut periculum in depoſito ſuſcipiatur. dicta l.j. §. ſi conueniatur. §. ſæpe euenit. ff. de poſſeſ. & ſi qua ſunt ſimilia, quæ in contractibus ex dicta noſtra diſtinctione, qua inſeparata naturalia à ſeparatis diſtinximus, inueniri poſſunt. Eget tamen ea res ingenio, & quidem inſtructo, ne ſubſtantialia cum naturalibus inſeparatis, quod ſuperioribus annis quidam ex Doctoribus fecit, miſceantur.

Memorabilia in Cap. XIII. obſeruanda.

1 *Vero nihil eſt magis contrarium quàm falſum.*
2 *Reſtitutio in integrum uitia accidentalia reparat.*
3 *Sententia & tranſactio parificantur.*
4 *Falſus tutor, nõ eſt tutor: falſumq; teſtamentũ, nõ eſt teſtamentum.*

Sententias tranſactionésue ex falſis inſtrumentis datas, ſine in integ. reſtit. retractari. CAP. XIII.

QVICQVID gloſ. Bart. & alii ſentiant, uerum puto, quòd ſententia ex falſis inſtrumentis lata, ſine ulla obtẽta reſtitutione tollatur. l. qui agnitis. ff. de excep. & eſt expreſſum, niſi cauillemur, in l. j. ij. & iij. C. ſi ex fal. inſtrumen. Adde quòd falſitas inſtrumẽtorum inficit ſententiam uitio intrinſeco & formali: quia cum res iudicata pro ueritate habeatur, iam falſitate manifeſte apparente, ueritatis ceſſat præſumptio & ſubſtantia: quia nihil eſt uero magis 1
contrarium quàm falſum. authen. de inſtr. caute. in princip. 2
coll. vj. Sed in integrum reſtitutio uitia accidentalia reparat. l. j. ff. de in integr. reſtit. & hoc uidétur tenere gl. in l. ſi fideiuſſor. §. in omnibus. in fi. ff. mand. Quibus conſequens eſſe puto, quòd cum ſententia & tranſactio parificentur, l. non mi 3
norem. C. de tranſact. recte etiam ex falſis inſtrumentis, trãſactionis tolli efficaciam nulla intercedẽte reſtitutione. & ita intelligo l. ſi ex falſis. C. de tranſact. Sicut enim falſus tutor 4
non eſt tutor, & falſum teſtamentum non eſt teſtamentum, l. Paulus. ff. de uerb. ſignific. ita falſa tranſactio, non eſt tranſactio. pro quo eſt text. apertus in l. j. ad fin. ff. ad Tertull. Et quamuis in contrarium ſint communes doctrinæ, hæc tamen eſt uerior, & ex textibus iuris fundatior, rationi & æquitati

conformior. Nec obſtat l. diuus. ff. de re iudic. quia ibi teſtimonia falſa præſumebantur ex pecuniæ corruptione, ſed non apparebat expreſſe falſitas, id quod text. ibi in fin. ſatis docet. Alia autẽ iura per Doct. alleg. uidelicet. l. nam & poſtea. §. ſi minor. ff. de iureiur. l. exceptiones. in fin. ff. de except. & ſimilia, nihil contra aſſertionem meam pugnant: nam in eis non apparebat falſitas quæ diſpoſitionem inficit.

Memorabilia in Cap. XIIII. obſeruanda.

1 *Hæredes nõ reſpiciũt ea quæ in corpore hæreditatis nõ includũtur.*
2 *Incrementum dupli in l. Aquilia, caſu quodã in hæreditatẽ uenire.*
3 *Damnum l. Aquiliæ ad duplũ dari, etiã ſi certi cõdictione agatur.*
4 *Dupli incrementum qualiter lateat in l. Aquilia.*
5 *Certi condictio qualiter cum alijs actionibus concurrat, & altera per alteram conſumatur, & damnum ex l. Aquil. condicĩ non debere.*
6 *Delictum non debet ſentire lucrum.*

Cur actio hæreditaria ſerui corrupti, in duplum, & l. Aquiliæ in ſimplum, in petitione hæreditatis ueniat, ratio noua. CAP. XIIII.

IVRECONSVLTVS aliubi, nempe in l. hęc actio. in fi. cum l. ſeq. in princip. ff. de ſer. corrup. decîdit, actionem ſerui hæreditarii corrupti, in petitionem hæreditatis in duplum uenire: è regione in l. item ueniunt. §. cum prædiximus. ff. de petit. hæred. deciditur, actiones hæreditarias cum natura incrementi non uenire: ſiquidem actio l. Aquiliæ in petitionem hæred. ad ſimplum ueniat, non ad duplum, quod ex inficiatione increſcat. Accurſ. pro ratione differentiæ naturam actionis diſtinxerat, in primordialem, quæ à principio inſit: & accidentalem, quæ ex poſt facto: uolens duplum in actione ſerui corrupti ex primordiali natura, ſed in l. Aquilia ex accidentali, nempe ex inficiatione emergere: & proinde illic in petitionem hæreditatis uenire, hic non uenire. Ego tametſi eam diſtinctionem non oppugnem, ſubtilius tamen diſquirenti, alia & melior ratio occurrit. Siquidem duplum in actione ſerui corrupti, cum ex damno & in pœnam corruptionis ab initio competat, hæreditarium eſt, & in hæreditate inuenitur, quapropter ad hæredem protenditur, dicta l. hæc actio. in princip. Sed in l. Aquilia duplum non immediate ſeu ab initio ex damno dato uenit, ſed in pœnam aduer-

ſarii

ſarii negantis emergit.l.contra negantem.C.de l.Aquil. Vnde non poteſt dici hæreditarium: reus enim à defuncto nondum conuentus, negare nihil potuit. Quòd ſi is ab hærede cõueniatur & neget, ideo nõ eſt locus pœnæ dupli, quia defunctus deceſſerat antequã ei ius eius pœnæ quęreretur: quapropter ſicuti in hæreditate dupli pœna non inuenitur, ita ab hærede non petetur. Quod poteſt latius liquere, ſi ad practicam res ponatur. Sic enim hæres agit: Quia tu damnum defuncto feciſti, & ea actio ad me tanquam hæredem deuoluta eſt, peto damnum, &c. Quod ſi reus inficietur ſeſe intuliſſe damnum, & conuictus fuerit, ad duplum tamen non condemnabitur: non enim eſt res hæreditaria, cũ inficiatio iſta poſt mortem defuncti facta ſit, & poſt eius mortem de nouo emerſerit. Simplum igitur in hæreditate inuenitur: pœna autẽ dupli, quæ ex poſthuma inficiatione creſcit, non eſt in hæreditate inuenta, & ſic ad hæredem non pertinet. Quæ enim in corpore hæreditatis non includuntur, hæredem non reſpiciunt.l.ſi tibi.§.ſi pactus.ibi glo. Paul. & Doct.ff.de pact. Et hæc fuit Iureconſulti ſententia in d.§.cum prædiximus. per nos non inſubtiliter, cæterũ nouè excuſſa. Ex prædictis pari nouitate inferimus, quòd ſi defunctus aduerſarium ſuper damno conueniſſet, & reus fuiſſet inficiatus, cõuictusq; de mẽdacio: certè ſi defunctus pendẽte iudicio deceſsiſſet, iam cœptam litem cum ſua natura etiam in pœna dupli hæredẽ poſſe proſequi, quippe quòd incrementum dupli iam in hæreditate inueniretur: & uulgò notum eſt, inſtantiam in hæredem cum omnibus qualitatibus transfundi. Bald. in l.j.C.de ſent. quæ eſt noua limitatio ad dictum §.cum prædiximus. quam & ex eodem textu ſubtiliter colligi poſſe putamus, in eo quod de actione leg. Aquiliæ loquitur: quo caſu ſatis innuitur actionem necdum incœptam, alioqui non de actione, ſed de iudicio mentionem feciſſe: ſicut ſtatim pòſt de noxali iudicio uerba fecit, ne me quiſpiam diuinare putet. Accurſius ex ſua diſtinctione, qua naturam actionis primordialem & accidentalem diſtinxit, ut ſuprà deduximus, improuidè deceptus eſt in l.certi.in ij.gloſ.in fine. & poſtea in uerb. ex lege Aquilia. ff. ſi certum petatur. dum putabat, ſi ex certi condictione ageretur ad damnum legis Aquiliæ, primordialem naturam inſpici, non accidentalem: & ſic ad ſimplum agi, nõ ad duplum. arg. d.§.cum prædiximus.

Quæ

Quæ opinio, quamuis ab omnibus Doctoribus in multis locis teneatur, & per Bart. in d. l. certi. & per Bal. alio loco multum commendetur, tamen non eſt uera, ex rationibus ſubnexis.
3 Primo, quia eſt contra text. in d. l. certi. ubi ſimpliciter & ſine diſtinctione deciditur, certi condictionem competere ex lege Aquilia: nec reſtrinxit Iureconſ. eam condictionem ad ſimplum, non omiſſurus ſi alterari uim condictionis certi uoluiſſet: ſicuti eam alterationem non tacuit in d. §. cum prædiximus. iſta ergo gloſſæ & Doct. reſtrictio non eſt recipienda, quam ſine lege faciunt, cum Iureconſ. generaliter deciderit. l. j. §. generaliter. ff. de leg. præſtan. cum uulg. maximè cum hic nulla extet coërcendi ratio, ut ſtatim docebitur. Deinde doctrina gl. & Doct. nullo iure fundatur, & ſic (quod ſæpe dico) eadem facilitate reuellitur qua adſeritur. Nam d. §. cum prædiximus. cui Accurſ. potiſsimum nititur, nihil pro eo facit: ibidem enim duplum ex lege Aquilia ideo in petitionem hæreditatis non uenit, quia non erat res hæreditaria, ut ſuprà proximo cap. ſatis euicimus: at hic nullum eſt impedimentum, quin certi condictio omnia ea complectatur, quæ inſunt in lege Aquilia. Quæ una ratio ſufficeret germani iuris ueritatem amanti. Quòd autem Angel. in d. §. cũ prædiximus. gloſſæ opinionem ideo defendit, quòd natura accidentalis non ſit in actu, ſed in potentia; unde ſurrogari non poſsit, &c. nec obſtat. Quamuis enim non ſit in actu exiſtentiæ, eſt tamẽ in actu eſſentiæ, id eſt, in habitudine legis
4 Aquiliæ. Incrementum enim dupli, in natura legis Aquiliæ quadam habituali eſſentia latet: facta uero inficiatione, in actum erumpit. d. l. contra negantem. C. de leg. Aquil. l. inde Neratius. §. hæc actio. ff. eod. tit. recte ſicut ius in ipſa iuſtitia habituali eſſentia latuit, erupit autem in actum dum per legiſlatorem ex iuſtitia productum eſt, ut alibi latius diſſeruimus. Cum ergo ex lege Aquilia certum damnum condixero, aduerſarius uero damnum neget, & de mendacio conuincatur, iam dupli incrementum, quod in actione l. Aquiliæ habitualiter inerat, in actum erupit. Quæ ergo eſſet intoleranda abſurditas, quòd is qui ex natura l. Aquiliꝗ condicit, duplum non conſequeretur? Tandem ſi gl. & Doct. opinio uera eſſet, aliud intolerabile abſurdum eueniret. Nam
5 quamuis certi condictio cum aliis actionibus concurrat, altera tamen per alteram conſumitur, eatenus ut ſi quid nõ ſum

ex

ex una conſecutus, ex altera deinde conſequi non poſſum. l. duob. §. exceptio. ff. de iureiur. Si nunc condixiſſem damnũ ex lege Aquilia, & aduerſarius negaſſet, iam duplum quod mihi iure & ex natura legis debetur, nunquam conſequerer. Ex condictoria enim actione ſecundum communes opiniones non, quia in eam non ueniret: ex lege Aquilia non, quia iam conſumpta eſſet: & ſic fraudarer iure debito: & conſequenter certi condictio, quæ à Iureconſultis in prouiſionem agere uolentium inuenta eſt, non ſolum non eſſet prouiſio, ſed & peſtis & pernicies litigantium, ſcilicet quòd per eam iura nobis debita non conſequeremur. Quæ ſi non ſunt abſurda, nihil uideo quod præterea abſurdũ dici poterit. Quæ cum ita ſint, uidere licet quàm ſupino errore Bartol. circũfeꝛatur, dum putat, ſi ex contractu emptionis uel uenditionis certum condicatur, non uenire fructus ex mora, ſicut in bonæ fidei contractibus, &c. Hoc enim tam non eſt uerũ, quàm eſt iniquum. Quæ enim eſſet æquitas, quòd uenditor fundi ideo fructus ſuos faciat, quòd moram nectit in tradendo, ſi forte condictione certi cum eo ageretur? An non contra euidentiſsimum ius eſt, lucrum ex eo conſequi in quo delinquitur? l. ſiue hæreditaria. in fi. ff. de neg. geſt. at moroſus delinquit: unde iniquiſsimum eſſet, ſi condictoria actione conuentus, fructus ſuos faceret conſumpta iam actione ex empto. d. §. exceptio. Vide lector quiſquis ueritatem & æquitatem amas, quàm latè manus error porrigat, ſi ei in primo limine non obſiſtitur. 6

Furti & damni differentia. CAP. XV.

FVRTVM à pluribus commiſſum, unius facinoris loco eſt: non ita in damno plurium. Rationem moderni poſt Bart. in l. ſi familia. de iur. omn. iud. comminiſcuntur, quæ nihil habet momenti. Ego puto probabiliorem eam eſſe rationem. Nam furtum à pluribus commiſſum, in re ablata nihil magis nocet, quàm ſi ab uno committeretur. De damno uel iniuria non eſt ita. Nam damnum per plures rei meæ datum, dum pro ſe quiſq; manus admolitur, plus mihi detrimenti affert, quàm ſi unus me damnificaret. Paria de iniuria à pluribus illata dixerimus, & id ipſum ad ſenſum patet, & ſatis probatur per l. ſi plures. ff. de iniur.

Memorabilia in cap. XVI. aduertenda.

1 *Damni reſtitutio pro rata ſit, ſi ex ſtipulatione ad damnũ agitur.*
2 *Iuſſus poßidere ex ſecundo decreto nondum ſenſit damnum.*
3 *Mißio ex primo & ſecundo decreto reſpicit contumaciam.*
4 *Poßidere iußi ex ſecundo decreto concurſu faciunt partes.*
5 *Concurſus natura eſt partiri in partes æquales.*
6 *Cuſtodia quæ communem rem reſpicit, non poteſt in partem fieri.*
7 *Argumenta ab uno ad plures, & à ſingulis ad coniuncta, in iure noſtro ualent.*
8 *Mißi ex primo & ſecundo decreto, ſocij fiunt æqualiter.*
9 *Mißionem ex ſecundo decreto non eſſe loco cautionis.*

Iuſſos poßidere ex ſecundo decreto, æqualiter dominos futuros. CAP. XVI.

COMMVNIS eſt doctrina Accurſ. & Doct. in l. prætoris. §. j. l. ſi finita. §. ſi ante. & §. cum autem. ff. de damn. infect. quòd licet plures miſsi ex primo decreto æqualiter detineant, ſi tamen iuſsi ſint poſsidere ex ſecundo decreto, pro rata damni unumquenque poſsidere. Mouentur ex eo, quòd iniquum eſſet ſi æqualiter domini fierent, qui inæqualem cauſam damni haberent. Item ſi ex ſti-
1 pulatione ad damnum agatur, damni reſtitutionem pro rata fieri. l. ex damni. §. ij. ff. eo. tit. Sed miſsionem ex ſecundo decreto eſſe loco cautionis. l. prætor. §. in eum. eod. tit. igitur pro rata competere, quia ſubrogatũ, &c. iuribus uulg. Nec obſtare ſecundum eos, d. §. ſi ante. ubi dicitur, eos qui iuſsi ſunt poſsidere, æqualiter dominos fieri, &c. Intelligi enim æqualiter, id eſt, pro rata damni: uel, ſicuti Iacob. de Aret. & Bar. exponit, pro ſimul tempore. Et per hoc ſe Bar. concordaſſe ſcribit teſtes, quorum alii dicebant filium in maiori, filiam in minori parte inſtitutos, alii autem eſſe æqualiter inſtitutos: intellexit enim Bar. eſſe inſtitutos ſimul tempore, &c. Sed in contrarium eſt aperta ueritas, nempe eos qui iuſsi ſunt ex ſecundo decr. poſsidere, non pro rata damni, ſed æqualibus partibus dominos fieri: quod quidem rationibus
2 & iuribus conſtare poterit euidentiſsimis. Primo arg. ſumpto ab impoſsibili, quod eſt fortiſsimum. Nam qui ex ſecundo decr. poſsidere iubentur, nondum ullum damnum ſenſerunt: pro damno enim quod futurum timetur, poſsidere iubentur. l. ij. & l. prætor. §. hoc edictũ. ff. eod. tit. Quomodo ergo

ergo pro rata damni poſſiderent, quibus necdum ullum damnum contigit? Simili arg. utitur Iureconſ. in l. j. §. Iulianus uerſ. itaq; ff. de iti. actuq; priu. ibi, Nō quaſi precario uſum, ſed quaſi nec uſum. Et fa. quod uulgò dicitur, non entis nullas eſſe qualitates. l. eius. ff. ſi cert. pet. Proinde quomodo poſsibile eſſet portionis ratam in eo damno reſpicere, quod necdum in rerum natura fuit, & fortaſſe nunquam eueniet? quia de futuris contingentibus, &c. arg. l. ſed etſi reſtituatur. in fi. ff. de iud. cum uulg. Porrò dicta ratio proprio firmatur Accurſ. teſtimonio, qui eam rationem in diuiduo ſenſit in d. l. ſi finita. §. cum autem. in uerb. contigerit. ubi dicit, nihil prodeſſe immitti pro damno dato, cum nihil ſit datum: nihilq; prodeſſe ſi ea actio ad intereſſe detur, cum adhuc nihil interſit. Si ergo Accurſ. uult ex immiſsione nō conſiderari damnū quod adhuc nemo ſenſit, nec etiam intereſſe: conſequēs eſt, ut etiam rata damni non conſideretur, quæ ex intereſſe radicatur. Deinde & tertio: Miſsio ex primo & ſecundo decr. 3
principaliter contumaciam reſpicit, non damnum quod necdum datum eſt, id quod uel ex ipſis Accurſii uerbis in d. §. cū autem. colligitur, ut ſuprà declarauimus: & fa. l. hoc amplius. poſt prin. ff. eod. tit. cū deciditur, integra re unūquenq; cogi cauere, aut ædibus carere, quas nō defendit: ubi apertè Iureconſ. docet ædibus careri oportere, nō propter damnum, ſed quia non defendūtur: ſed cōtumacia aduerſarii omnes & miſſos & iuſſos poſsidere æqualiter reſpicit. arg. d. l. prætor. §. ſi plures. in fi. eod. tit. Cum ergo æqualis omnibus eſt facta cōtumacia, & in ipſa miſsione contumacia præcipue attenditur, conſequens eſt ut æqualiter ſint domini poſtquam iuſsi ſunt poſsidere: is enim qui non cauerat, rectè dicetur erga omnes æqualiter ædes ſuas non defendiſſe. Item & quarto: 4
Certum eſt quòd hi qui ex ſecundo decreto poſsidere iubentur, concurſu partes faciunt, ut d. §. cum autē. qui tex. loquitur in ſecundo decreto, quod Bar. apertè tenet in d. l. prætoris. §. ſi plures. in j. oppoſ. Sed natura cōcurſus eſt, ut partia- 5
tur in partes æquales. l. cum quæſtio. in fi. C. de legat. l. j. §. ſin autem diſiunctim. ubi eſt tex. C. de cad. toll. cum mul. ſimil. Et quod d. §. cum autem. in ſecūdo decr. loquatur, patet: quia miſsi ex primo decr. cōcurſu partes facere nō poſsūt: nullas enim omnino partes faciūt, cū detineāt tātūmodo, & cauſa cuſtodiæ immittātur. d. l. prætoris. §. ſi plures. tex. in l. iij.

§. fi.

6 §.fin.ff.de acquir. poſſ. At cuſtodia, quæ communẽ rem reſpicit, nõ poteſt in partẽ fieri.l.iij.in fi.ff.de uer.oblig.arg.l. j.§.ſi apud duos.ff.depoſ. Quapropter Accurſ.in d. §.cum autẽ.improuide errauit, cum eundẽ tex.in his intelligit, qui ex primo decreto immittuntur: hoc enim non eſt uerum, imò impoſsibile in iure eſſet, eo loci primũ decretũ intelligi, ubi hi qui mittuntur, cõcurſu partes faciant, ut ſuprà declarauimus Sed & Bart.loco ſuprà alleg.prædictũ text.in §.cũ autem.in ſecũdo decreto uerius quàm Accurſ.intellexerat. Nec obſtat ſi diceret quis: Cum ius noſtrũ miſſos in poſſeſsionẽ ſimpliciter nominat, eos intelligi qui ex primo decreto miſsi ſunt: ſecus ſi iubeantur poſsidere, &c. quia hoc non eſt perpetuũ. Nam & hi qui ſecundum decretum obtinuerunt, in poſſeſsionẽ ſimpliciter dicuntur miſsi.d.l.ſi finita. §. ſi qua ſint iura. in uer. qui in poſſeſsionem miſſus eſt. ubi intelligit gl. ex ſecundo decreto. Dicta ergo uerba, mitti in poſſ. pro materia ſubiecta ad utrunq; decretum referri poſſunt. Hoc quoq; non eſt prætereundũ, quòd miſsi ex primo decreto etiã ſi plures ſint, omnes ſimul in ſolidum cauſa cuſtodiæ detinent: ſed ſi iubeantur poſsidere ex ſecundo decreto, iam quia ſunt ueri poſſeſſores, non omnes in ſolidum poſsidebunt.l.iij.§.ex contrario.de acquir.poſſ. ſed concurſu partes faciũt, ut d.§. cum autem. Et ſic cauſa detentionis mutatur in cauſam poſſeſ-
7 ſionis, ut in fine latius tractabitur. Porrò & quinto, rectè ab uno ad plures in hac materia argumentum ſumitur.d.§.cum autem. ſicut & alibi à ſingulis ad coniuncta arguitur.l.miles. §.j.ff.de re iudic. Sed ſi unus in poſſeſsionem ex primo, & pòſt ex ſecundo decreto mitteretur, is in totas ædes, non pro rata damni mitteretur. d. §. cum autẽ.in fin. & eſt tex. in l.ſi proprietarius.ad fin.principii.in fin.ff.de dã. infect. ubi pro minimo damno miſſus, totas ædes poſsidere iubetur. Ergo & in pluribus miſsis idem erit, ut non rata damni, ſed æqualitas ex concurſu conſideranda ueniat. Item & ſexto: Nam in d.l.ex damni.§.fin.ff.de dam.infect.clarus eſt text. ubi ſi plures ſocii communis domus ideo mittantur in poſſeſsionem, quòd aduerſarius non cauerat, ęqualiter mittentur non ex dominicis partibus: & eſt is tex.de neceſsitate in ſecundo
8 decreto intelligendus. Sed certum eſt plures immiſſos ex primo, ſi poſtea ex ſecundo decreto mittantur, iam re ipſa ſocios fieri.d.l.ſi finita.§.ſed ſi quis eorum. & l. iiij. in fin.

cum

cum l.ſeq.ff.comm.diuid. Vnde dominicæ partes in eis non ex rata damni,ſed ex æqualitate attenduntur. Tandem text. eſt apertus in d. §.ſi ante.d. §.cum autem. ubi uerba ita ſunt clara,ut non ſit ferẽdus quiſquam qui ea corrumpere pergat. arg.l.quicquid adſtringendæ.ff.de uerbo.oblig. Cum enim plures miſsi æqualiter domini fiunt,certe fiunt ex æqualibus partibus,per arg.à coniugatis,& ſa.l.interdum.ff. de hæred. inſtitu.Et ſic non obſtat intolerabilis deprauatio, qua Accurſius,Iac.de Aret.Bart.& alii uiolare & corrumpere apertiſsimum tex.in d. §.ſi ante.pergunt.Ea enim deprauatio cum ſit contra ius & contra rationem,eliminanda eſt,& nullo modo recipienda.Nam qui æquale,exponit pro rata,perinde eſt ac ſi circulum pro triangulo exponeret.Nec obſtat quòd Accurſius iniquum putat,ſi æqualiter domini fierent,qui inæqualem cauſam damni prætenderent:quia nulla eſt hic iniquitas. Nec enim cauſa damni inſpicitur,quod nondum euenit, ſicuti is ipſe Accurſ.uariando in d. §.cum autem.tenuit: ſed propter contumaciam non cauentis(ut ſuprà tertia ratione docuimus)ſecundum decretum interponitur. Nec obſtat quòd Accurſius nimis improuidè putabat miſsionẽ ex ſecundo decreto ita pro rata damni fieri , ſicut ex ſtipulatione pro rata agitur:quia iſthæc ſimilitudo ex ſeparatis , ex impertinentibus,& diſparatis rebus ſumpta,nihil proficit. Nam ex ſtipulatione,ad damnum præteritũ quod iam contigit,quod euenit,agitur:miſsio ex ſecundo decre.tam nullum damnum reſpicit,quàm nec dum ullum datum eſt : & ſic iſta ſimilitudo non magis conſonat,quàm ſi præterita futuris compoſueris. Sed & ipſemet Accurſ.in d.l.ex damni. §.fin. per eundem textũ apparere dicit, quòd alio modo ſe habeat miſsio quàm ſtipulatio,ut ita contrarium teneat eius quod in d. §. cum autem.docuerat. Huic ergo uarianti & ſibiipſi pugnanti teſti 9 quis credet ? Nec uerum eſt quòd miſsio ex ſecundo decreto ſit loco cautionis,quod Accurſ.in §. cum autem.& Bar.alibi putabat:imò eſt error manifeſtus contra apertum text.nitens in d.l.ſi finita. §. poſtea. ubi poſt ſecundum decretum nihil efficeret aduerſarius, ſi cautionẽ offerret.Et tandẽ nõ obſtat l.prætor. §.in eum.ff.de dam.infect.per quam Bar.moueba tur:quia ibi de actione in factum mentio fit,quæ cõpetit contra eum,qui nec cauit,nec poſsideri paſſus eſt:quę actio non antè competit , quàm damnum ſenſerit uicinus.d.l. ſi finita.

i §.fin.

§.fina.cum l.ſeq. Quæ mirum eſt Bart. non præuidiſſe. Sed ſæpe fit, ut ex re nata, ex conſpirato fauore, ex uocibus aliorum, doctrinæ, ne dicam errores Doct. procedant, ut ita eò facilius decipiantur, quò minus ſæpenumero neceſſaria circun-
10 ſpiciunt. Ad pauca enim reſpicientes, facile decipi, Philoſophus 1. Elench. docuit. Quæ cum ita ſint, conſequens eſt Bar. eos teſtes, quorũ alii æqualiter inſtituti, alii inæqualiter depoſuerunt, contra ius ab aperta & ineuitata contrarietate defendiſſe, qui defendi ſalua ueritate nec poterant, nec debebant. Si enim talis cõcordia reciperetur, cum alter album, alter nigrum deponit, iam non poſſet ulla in teſtibus accidere contrarietas, quæ non excuſaretur, Iuriſq; ciuilis ſynceritas ad perniciem litigantium periculoſe corrumperetur.

Memorabilia in cap. XVII. obſeruanda.

1 *Intellectus ad § elegant er. in l. ſi finita. ff. de damno infect. contra Doct. per Zaſium.*
2 *An reus poſt ruinam cedendo domui uel ruderibus, liberetur.*
3 *Cauillationes & ſubterfugia reiicienda per prætorem, non ſuper illis deliberandum.*
4 *Deliberatio in rebus dubiis adhibetur.*
5 *Fortunæ lubrico nihil concredendum.*
6 *Argumentum de præſenti ad præteritum ualet.*
7 *Cautionis die præterito, ſi uicinus alium diem petierit recuſante reo, uel non recuſante, & interim domus ruat, quid iuris, per Zaſium ultra Doct.*
8 *Alternatiuis ad iudicem relatis, an eius ſit electio.*
9 *Alternatiua ab utraque parte ex caſibus ſuppoſitis uerificatur.*
10 *Diſiunctiua inter dictiones ſeruantes ordinem poſita, qualiter uerificetur.*
11 *Ficta non debent peti, ut ad uera reducantur.*
12 *Actio in factum an detur utiliter, ſi futura etiã damna timeantur.*

Si intra deliberationem prætoris ædes ruant, &c. CAP. XVII.

1 PETITA cautione damni infect. ſi aduerſarius domum ruinoſam eſſe neget, & deliberante magiſtratu domus cum iactura uicini ruerit: ei qui damnum paſſus eſt, cõtra reum, altero de duobus remediis prouidetur: Aut enim eius periculi eſt ruina, quòd ex ea latius damnum timeatur, id quod

quod frequenter uſuuenit, & cogetur reus non ſolum cauere de præterito, ſed & de futuro damno. Aut aliud damnum, præter id quod contigerat non timetur, & prætor pro præterito damno actionem in factum utiliter decernet. Nec eo caſu locus erit cautioni, ut quæ ad futuram ſecuritatem reſpiciat, cum pro damno dato præſens ſit actionis remedium. Miſsio autem in poſſeſsionem neutrobi locum habet, quæ damno needum facto ob contumaciam datur. l. dies. §. j. ff. de damno infect. At in caſu ſuperiori reus non erat contumax, & iam damnum contigerat. Et is eſt uerus & facilis intellectus in dicta l. ſi finita. §. eleganter. eodem titu. Quem tex. gloſſæ & Doctor. ſicuti non ſanè intellexerunt, ita uariis lecturis & impertinentibus commentis difficilem reddiderunt. An autem in caſu ſupradicto, reus effugere uel cautionem, uel actionem poſsit, cedendo domui, uel ſolo & ruderibus? Quod uidetur: quia in caſu damni infecti ſolenne eſt, quòd damno facto, dominus ædium quæ ruerunt, ſeſe liberet, ſi ædibus aut ſolo ceſſerit, adinſtar animalium quæ noxiam nocuerunt. l. prætor. §. hoc edictum. ſuprà eodem. Bart. putat reum non liberari, ſi quidem in dict. §. eleganter. reus per ſubterfugia, cauilloſas & moroſas exceptiones, cautionem ſit moratus: qua mora cum deliquerit, non liberari cedendo, ſcilicet quòd ex facto ſuo teneatur. l. is cum quo. ff. de aqu. plu. arcen. Ego reſponſionem Barto. qua dicit reum cedendo non liberari, ueram puto: rationem ſuam non puto ueram, quamuis communiter Doctor. eam ſequantur. Nam in tex. noſtro nullibi, ne à remotis quidem, ſignificatur, nedũ dicitur, reum ſubterfugia quæſiiſſe: imò contrarium ex tex. euidenter apparet, dum ſcribitur prætorem ſuper danda ſtipulatione deliberaſſe. Si enim deliberauit, non erat cauilloſa aut ſubterfugax rei defenſio: alioqui non deliberaſſet, ſed cauillationes & ſubterfugia rei reieciſſet. argumẽ. l. ſatis. C. de fal. maximè in cauſa damni infecti, quæ celeritatem deſiderat. l. j. ff. eodem. & conſtet quòd deliberatio in rebus dubiis adhibetur. l. ij. C. de ſent. ex breui. recitan. c. anteriorum. ij. q. vj. Quapropter reiiciendam putamus tam impertinentem diuinationem, quam & Alexand. non probat, licet eam ſequatur. Veritas ergo eſt, reum cuius ædes intra iudicis deliberationem ruerunt, à culpa nunquam excuſari, ſi cautionem recuſauit, etiam ſi defenſio ſua non fuiſſet cauilloſa, ſed proba-

bilis apparuiſſet: multa enim ſunt quæ ei imputantur: tum
5 quia ſe fortunæ lubrico commiſit.l.ij.§. quod diximus.ff.ſi quis caut.deinde,quia non proſpexit quod euenire poterat, cum ſtatus rei futurũ euentũ,nempe ruinam minaretur, quæ paulò pôſt euenerat.l.fi.§.prætor ait.ff.de his qui deiect.cũ uulga.Et tandem ex ruina domus apparuit, ſuas defenſiones etiam quæ à principio colorem habuiſſent, fuiſſe iniuſtas:
6 ex præſenti enim ad præterita præſumimus. gloſſ.l. ex perſona.C.de proba.cum uulga.& uulgò dicimus, nullam eſſe meliorem probationem,quàm quæ ex euidentia facti reluceat. Proinde ſiue iuſtam, ſiue iniuſtam cauſam defenſionis reus prætexerat,ex caſu ruinæ in culpa fuiſſe deprehenditur:ut meritò reus,ſi nihil futuri damni immineat, actione in factum teneatur tanquam cautione interpoſita:alioqui cautionem interponat,ſi damna futura timerentur,& non li-
7 beretur uel ſolo ceſſurus uel domui. Et paria dicimus,ſi die cautionis finita, aliam uicinus diem peteret, quam reus recuſaret, & propterea loci natura inquireretur:ut in l. dies.in princi.ff.eodem titu.Si enim interea domus rueret, reus ſecundum diſtinctionem dict.§.eleganter.teneretur: quæ eſt extenſio ab aliis non tacta. Cæterum ſi reus petita cautione non contradixiſſet,ſed ad iudicis decretum ſe retuliſſet: uel ſi fortè iudex reo tacente,deliberationem ultro ipſe ex officio accepiſſet,& interea domus ruendo damnum daret, non inficior eo caſu reum non ultrà onerari oportere, quàm ut uel rudera tollat,uel ædes pro derelicto habeat.dict.l. prætor.in fin.quod & Imol.hic docuit,quamuis Ange.iudicem teneri putet.argumen.l.properandum.§.ſin uero utraq;.C. de iud.cum ſimilibus. Quod tamen non aliter uerum puto, quàm ſi iudici imputari culpa uel negligentia poterit. argumen.l.j.§.magiſtratibus.ff.de mag.conuen.Nec diſpari iure utemur,ſi iudex intra certam diem caueri iuſsiſſet, & domus interea rueret,ut ſic nouè ornetur dict.l.dies.§.j.ff. eodem.

Doctor.noſtri cum dict.§. eleganter. ex ueritate non intelligerent,multa erroneè,aliqua impertinenter miſcuerunt. Nam primo putant electionem prætoris eſſe, iubeat cauere, aut actionem decernat:nec actorem aliter quàm ſub ea alter-
8 natiua agere poſſe, cum in huiuſmodi alternatiuis ad iudicem relatis eius ſit electio.per Bartolũ & Doctores in l.quicunque.C.de ſerui.fug.cum ſimilibus. Quod tamen non eſt uerum.

uerum. Alternatiua enim quæ in hoc text. ponitur, non eſt electionis: ex caſu enim utrobique ſuppoſito, quamlibet partem ſeparatè uerificat, non ex alternatione. Nam eo ſuppoſito, quòd ex ruina ædium non ſolum præſens ſit damnum, ſed & futurum timeatur: eo caſu iudex præciſe, non ex electione cautionem decernet: quia non eſſet utiliter actionem daturus ad damna futura. Sin uero nihil damni futuri immineat, tunc actionem in factum (tanquàm cautione interpoſita) etiam præciſe decernet, quippe quam eo fine utiliter ſit daturus. Nec nouum eſt, quòd alternatiua ab utraq; 9
parte ex caſibus ſuppoſitis uerificetur, ſicut in dicta l. dies. §. prætor. in fin. ubi & Barto. alternatiuam non electionis, ſed ordinis eſſe dicit. & fa. doctrina uulga. qua per manus traditur, Quando disiunctiua inter dictiones ponitur ſeruantes ordinem, tunc non alternatiue, ſed ex natura ordinis uerificari. Doctores in l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de liberis & poſthumis. per l. cum pater. §. à te peto. ff. de leg. ij. Ex prædictis & alius error Doctor. euincitur, quem tamen ex ſententia Ange. pro notabili doctrina iactitant, Quod ex obligatione præſenti ficta, implorari officium iudicis poſsit, ut ficta illa ad ueram reducatur, uolentes hoc ſingulariter eſſe 11
notandum. Quod tamen nec uerum eſt, nec ex textu noſtro ullo uel uerbo colligitur: ſed nec rationem habet, & contra apertiſsimas iuris doctrinas pugnat. Nemo enim dixerit quòd in l. j. in principio. C. de rei uxo. action. ſtipulatio dotis reddendæ ficta, ad ueram reduci poſsit, ut ex ea certius agatur, cum illic re ipſa ſtipulatio interpoſita intelligatur. Denique uulgata eſt iuris deciſio, fictionem in caſu ficto tantum operari, quantum ueritas in caſu uero: quod certè in dicta l. prima, & alioquin in iure poſtliminii eſt notiſsimum. Ad quid enim ius fingeret aliquid eſſe factum, ſi fictio non ſufficeret? Sed neglectior aduertentia ad text. huic errori fomentum præbuit, quæ & alium ſuggeſsit errorem. Putarunt enim Doctores in dicto §. eleganter. actionem in factum (uelut extra ordinem ſubſidiariam) dubiam eſſe, & propterea intendi poſſe, ut ex ficta cautione agi liceat, &c. Sed nec hoc uerum eſt: nam Iureconſul. ſuper actione in factum, an ad præterita damna daretur, non dubitabat: hoc autem dubitari poterat, an utiliter daret, ſi fortè futura 12
etiam damna timerentur: eo enim caſu actio in factum non

i 3 fuiſſet

fuiſſet utilis.per l.non poteſt.ff.de iudic.cum uulg. Hæc declaratio facilis & expedita.in dicto §.multa euoluit, perpurat,aperit,reiicit,quæ uel obſcura fuere, uel impertinenter & non ueré diſceptata.

Memorabilia in Cap.XVIII. obſeruanda.

1 *Re & uerbis coniunguntur Titius & Sempronius, ſi ita illis fundus legetur.*
2 *Coniuncti re & uerbis,partes concurſu non faciunt,per Zaſium contra communem.*
3 *Coniunctio re & uerbis facta,mixta eſt.*
4 *Coniunctio realis & uerbalis cui ex ſimplicibus magis applicetur.*
5 *Coniunctio uel realis uel uerbalis,qualiter coniungat.*
6 *Deciſio generalis & indeterminata ab exemplis ſubſequentibus determinatur.*
7 *Collectiua quomodo re & uerbis iungantur.*
8 *Plures uniti per copulam,uim habent collectiuæ orationis.*
9 *Copulatiuis iuncta ſcinduntur in partes.*
10 *Coniunctionis quæ fit re & uerbis,& quæ uerbis tantum,differentia,ac illius differentiæ effectus.*
11 *Onera iniuncta coniunctis,quando deuoluantur in alium cum iure accreſcendi.*

Si teſtator leget Titio & Sempronio fundum, an hi re & uerbis coniuncti dicantur. CAP. XVIII.

SI teſtator Titio & Sempronio fundum legaſſet, quidam ex ueteribus cōiunctionem uerbalem tantū,legatariosq; re ipſa diſiunctos eſſe putarūt:nam partes ab initio fieri, rectè ac ſi eis diceretur legatum ęquis partibus.ita Cyn.in l.j. §.ubi autem.C.de caduc.toll.& quidam alii per l.planè. §.ſi
1 coniunctim.l.legata.in fi.de leg.j.cum ſimil.Sed ueritas habet,quòd dicantur re & uerbis cōiuncti,quod apertè conuincit tex.in l.triplici.de uerb.ſig.Illic enim Iureconſ.eos quos rei & nominis cōplexus cōiungit, re & uerbo cōiunctos eſſe manifeſtè docet:ut cum teſtator Titium & Meuiū in dimidia hæreditatis inſtituat,cum alterā dimidiam aliis dediſſet hæredibus.Nam ſicut ibidem Titius & Meuius uerborum complexu propter copulā,connexitate propter portionem hæreditariam,& ſic re & uerbis iūcti ſunt : ita & in exemplo ſuprà poſito,ubi Titio & Meuio res legatur,in eiſdē legatariis,nominis

minis & uerbi complexus, uerbalisq; & realis cōiunctio conſpicitur. Addi poſſent alia fundamenta, niſi ſufficeret dicta l. triplici. quæ dictam erroneam opinionem potenter proſternit, quam l. & nouis gloſſis inferius ornauimus. Denique cōtra Petr. & Cyn. communis eſt doctrina. Accurſ. in l. j. §. fin. de uſufr. accreſ. Bartol. in l. re coniuncti. iij. q. princip. de leg. iij. & aliis locis Doctor. quamuis Alexand. in dicta l. re coniuncti. putet opinionem Petri & Cyni eſſe de iure ſuſtentabilem: ſed errat, nec habet ullam iuſtam rationem qua moueatur. Quod enim quædā nugatur ex l. ſi mihi & Titio. de uerb. oblig. ea non eſſe uera, ſequens docebit inueſtigatio. Data ergo ueritate eorum quæ ſuprà ſcripſimus, conſequenter inueſtigabimus, an coniuncti re & uerbis (ut cum fundus Titio & Meuio legatur) an illi legatarii mox ab initio partes accipiant: an uero cuilibet in ſolidum ſit res legata, ut ita concurſu partes faciant, ne alter alterum impediat. Gloſſ. in dicta l. j. §. fin. de uſufruct. accreſ. in dicta l. triplici. in fin. tenet in huiuſmodi coniunctione, quæ re & uerbis fit, rem cuilibet in ſolidum datam intelligi, & ſic inter legatarios partes concurſu fieri. Quod ſecutus eſt Bart. in d. l. re coniuncti. iij. quæſt. princip. ubi alleg. dict. l. in triplici. & gloſſ. in uerb. coniuncti. Inſtit. de leg. §. ſi eadem res. Idem in dicta l. re cōiuncti. in materia iuris accreſcendi: quam opinionem communiter Doct. ſequuntur. Ego autem eandem opin. non puto ueram, nec ullo pacto poſſe ſubſiſtere. Moueor ratione & autoritate. Ratione ſic: Certum eſt eam coniunctionem quæ re & uerbis fit, eſſe mixtam: quo caſu, aut ea coniunctio proprii iuris eſt, aut naturam ſimpliciū ſequetur. Proprii iuris non eſt; cum hoc nullo iure ſit relatum: relinquitur ergo ut ſequatur naturam ſimplicium: atq; ita neceſſe eſt ut eam partem ſimplicium aſſumat, cum qua magis communicat, & cuius applicatio ſit rationi magis conſona. l. cum quæritur. ff. de ſtatu hom. l. iij. §. & generaliter. ubi eſt text. not. ff. de eo quod cer. loc. Diſpiciendum igitur in præſentia eſt, cui ex ſimplicibus coniunctio realis & uerbalis magis applicetur: quod facile cognoſces, ſi naturam ſimplicium conſideres. Nam coniunctio uerbalis ita coniungit, ut etiam à re non prorſus ſeparet. dicta l. re coniuncti. ij. reſponſ. quod etiam ex iure accreſcendi patet. Sed coniunctio realis, in re ita coniungit, ut oratione & uerbis omnino ſeparet: in huiuſmodi enim coniunctione ne-

ceſſe eſt orationes eſſe ſeparatas. dicta l. re coniuncti. in prin. id quod etiam expreſſa euidentia cognoſcitur. Cum autem coniunctio re & uerbis, quam mixtam nominauimus, ſit complexus nominis & rei, dicta l. triplici. apparet quòd plus communicat cum uerbali coniunctione, quæ rem à ſe non prorſus ſeparat, quàm cum reali, quæ uerborum nexum prorſus abhorret & ſeparat. Ea ergo coniunctio quæ eſt mixta re & uerbis, ſequetur naturam coniunctorum uerbis, non coniunctorum re: imò impoſsibile per naturam poſitiuam eſt, quòd uerbalis & realis colligatio ullo pacto purè reali accedat: quã do illa complexum habet nominis & uerbi, hæc uero à complexu uerborum eſt alieniſsima. Et hæc eſt ratio ex radice, natura & medulla cõiunctionum ſumpta. Quòd ſi quis obiiciat, coniunctionem uerbalem eatenus à nexu rei ſeparari, quatenus realis à nexu uerborum. arg. d. l. re cõiuncti. in prin. ubi ſicut coniuncti re non etiam uerbis, ita è diuerſo coniuncti uerbis non etiam re à Iureconſ. nominantur, &c. Sed hoc nihil eſt: ponderanda enim ſunt Iureconſ. uerba. Nam in primo reſponſ. re coniunctos nominat, cum duobus ſeparatim (nempe quo ad uerba) eadem res legatur: at in ij. reſponſ. de coniunctione uerbali loquens, nõ repetit uerb. ſeparatim. Ea enim coniunctio licet ab initio partes faciat, tamen non ſeparat coniunctos in re legata, quod certè ex iure accreſcendi eſt manifeſtiſsimum. Et ad hanc reſponſionem quammaximè facit doctrina Bartol. in d. l. re coniuncti. in ij. part. princip. ubi de effectu coniunctionum differens, in ij. quæſt. duplicẽ ponit coniunctionem uerbalem. Eſſe enim aliquam in qua ſit omnino rei diſiunctio, ut cum Titio & Meuio ſingulis ſingulos ſeruos legaret, & in ea non eſſe ius accreſcendi. Aliam uero in qua non ſit omnino rei diſiunctio, ut cum duobus fundus legatur æquis partibus pro indiuiſo, & in ea locũ fieri iuri accreſcendi. Vides frater, quàm apertè Bar. doceat, eam coniunctionem uerbalem, de qua iura frequenter loquuntur, non eſſe omnino à re ſeparatam. Sed quid me fatigo, cum Bartol. in dicta l. re coniuncti. poſt princ. in iiij. oppoſ. clariſsimè teſtetur, coniunctionem quæ re & uerbis ſit, plus habere affinitatis cum cõiunctione uerbali, quàm cum reali? Iſta enim ſunt uerba Bartol. in tota illa conſtitutione. C. de cad. tollen. Accipiuntur pro coniunctis, illi qui ſunt coniuncti re & uerbis, uel uerbis tantum: illi qui non ſunt coniuncti uerbis, uocantur

tur diſiuncti,ut not.gl.l.j. §.ne autem.C.eod. Ecce quàm clarè, quàm omnino manifeſtè Bart.coniunctionem quæ re & uerbis mixta eſt,ad coniunctionem uerbalem ita adnectat,ut uno nomine coniunctorum utræq; ueniant: à reali autem ita diſſeparet,ut ſolent cõiuncta à diſiunctis ſeparari. Quæ ergo maleſana intemperies, qui lethargus obuertere Bart.tantum uirum potuit, ut is ipſe in dicta l.re coniuncti.in materia iuris accreſcendi.iij.quæſt.coniunctos re & uerbis eodem iure cenſeret, quo coniuncti re ueniunt? Hæc abſurda, ne dicam diſsidentiam manifeſtam,quis excuſabit,ut coniunctos re & uerbis, quos paulò ſuprà ad uerbalem connexuit ſub unum nomen coniunctorum, hic ad realem necteret, affinitate uocabuli non adludente,ſcilicet quòd re coniuncti pro diſiunctis,ut ſuprà dixi,habeantur? Sed agè urgeamus latius. Conſtat enim quòd Bart.in dicta l.re coniuncti.ij.q.princip.legatum ſub collectiua factum,cõiunctioni uerbali adſcripſit: ut cum filiis Titii uel libertis fundus legatur:alibi uero in d.l.re coniuncti.in iij.quæſt.princip.idem legatum ſub collectiua factum,ei coniunctioni ſubiecit, quæ re & uerbis mixta eſt, utpote quam nominis & rei complexus iungat.d.l.triplici. Aut ergo Bart.has duas coniunctiones, uerbalem & mixtam, eiuſdem affinitatis eſſe cenſet,quod uerum eſt, & meam doctrin.corroborat:aut is inexcuſabiliter ſibiipſi cõtradixit, ut ſic Bart.aut fidem non faciat,tanquam ſibiipſi diſsidens: aut ſi non diſsidet,meæ adſertioni ſubſcribat. Hanc meam rationem eo prolixius,firmiusq; ſtabiliui,quòd uidebam futurum eſſe,ut eatenus plurimorum eſſet ſubitura iudicium, quatenus contra communem doctr. niteretur. Veritati tamen tam fortiter euictæ,arbitror nõ contradicent quibus ſanior mens eſt:cauillatores non moror,&c. Dictam meam aſſertioné autoritas quoq; confirmat. Nam in l.planè. §.ſi coniunctim.de leg.j.deciditur,ſi coniunctim res legetur,partes ab initio fieri: ubi cum de coniunctione reali loqui non poſsit, ut quæ partes ab initio nõ faciat.l.coniunctim.de leg.iij.ſed nec de uerbali, ſcilicet quòd æquæ partes hic non ſint expreſſæ (id quod ad eã cõiunctioné pertinet.d.l.re cõiuncti.ij.reſpõſ.) conſequens eſt ut de cõiunctione mixta, nempe reali & uerbali loquatur. Et quòd d. §.de neceſsitate ita intelligatur, facit exemplũ quod ibidem ſubiicitur, uidelicet ſi Titio & ſeruo legetur: huiuſmodi enim exemplo coniunctos re & uerbis

intelligi,in ſuperiori capite ex communi doctrina cōtra Pet. & Cyn. euincimus. Quæ cum ſit uerisſima, & fundetur ex d. l. triplici. de neceſsitate noſter text. de cōiunctione mixta intelligetur. Abſurdum enim & alienum à profeſsione Iureconſulti eſſet, ſi exemplum quod ex deciſione reſponſi fluit, cum deciſione non concordaret: ad quod pertinet id quod in iure
6 noſtro per manus traditur, Deciſionem generalem & indeterminatam, ab exemplis determinari ſubſequentibus. l. fin. §. j. de ui. trit. & ol. leg. Bald. in l. petēs. poſt princ. C. de pact. cum ſim. Iam uero hi quibus ſub collectiua legatur, re & uerbis cōiuncti ſunt: quod Bart. in d. l. re cōiuncti. in poſteriori quæſt. uerius docuit, quàm in priori, cuius dicta ſuprà latè recitauimus. Et eſt uerisſimum eos eſſe re & uerbis coniunctos, cum nominis & rei complexus eos uniat. d. l. triplici. & alioqui na
7 tura collectiuorum eſt in partes ſcindere: ut cum dicimus, omnes trabem ſuſtulere: uel cum dicimus, liberti fundum emerunt. Nemo enim ita eſt à mēte alienus, qui intelligat trabem à quolibet in ſolidum ſuſtolli, aut quemlibet ex libertis fundum inſolidum emiſſe. l. Lucius. §. Lucius. de leg. ij. l. cum pater. §. uolo. & §. libertis. ff. eod. tit. l. ita uulneratus. in fin.
8 ff. ad l. Aquil. cum ſimil. Sed conſtat quòd plures per copulam uniti habēt uim collectiuæ orationis. arg. l. ſi chorus. in prin. ff. de leg. iij. l. ſi hæredi plures. de cond. inſtit. Addo quòd ex iuribus uulg. cognoſcitur in partes ea ſcindi, quæ per copula-
9 tiuam nectuntur. l. j. C. ſi plures una ſen. l. reos, §. cum in tabulis. ff. de duobus reis. Ex quibus ſatis colligitur, cōiunctos re & uerbis partes ab initio facere, non ex concurſu. dicto §. ſi coniunctim. Nec obſtat quod Paul. Raph. & quidam alii, dicto §. ſi coniunctim. intelligunt de coniunctis uerbaliter: quia hoc nullo iure, & falſo dicitur, id quod ex ſuprà alleg. patuit. Quod autem ad text. clarum ſupplent clauſulam, *æquis partibus*, hoc nec iure fundatur, nec habet ullam rationem, & eſt impertinens corruptela, qua & uerba text. nugacia redderentur. Nam ſi ęquas partes ſupplere neceſſę foret, iam ſuperuacaneum eſſet quòd I. C. tāta opera dictum legatum in partes ſcindi decidiſſet. Concludimus ergo, coniunctos re & uerbis partes ab initio facere, non ex concurſu. ad quod optimè facit dicta l. triplici. ſicut idipſum in gll. noſtris quæ ſubſeruntur, clarè apparebit. Ex prædictis patet error Bartol. in dicta l. planè. §. ſi duobus. ff. de leg. j. ubi inter alia nulla

iuſta

iuſta ratione docet,in dicto §.teſtatorem eandem rem hæredi & legatario coniunctim re, uel re & uerbis reliquiſſe, ita quòd inter eos ſit locus iuri non decreſcendi:ſecus ſi coniuncti uerbaliter eſſent, &c. qui intellectus text.in dicto §.apertiſsimè deſtruit. Tantum enim abeſt, ut ibi ullo uel modiciſſimo uerbo coniunctio realis ſignificetur, quæ concurſu partes faciat,ut etiam clariſsima uerba textus contrariũ doceant, quod etiam tantum non cæco liquere poſsit. Et ſuprà ex eodémmet Bart. docuimus,coniunctionem quæ re fit, & cõiunctioné quæ re & uerbis explicatur,nihil prorſus habere commune. Iura autem quæ Bart. in dicto §.ſi duobus.allegat,ne uerbo quidem pro eo faciunt. Cæterum intellectum dicti §. ſi duobus.cum ſuis reſponſis,in lectura mea inuenies. Quòd ſi obiicias,nihil ergo intereſſe inter cõiunctos uerbis,& coniunctos re & uerbis, poſſem uno uerbo diluere, argumento relationis. Nam ſi Bar. non erat inconueniens,coniunctos re & uerbis non diſtinguere à coniunctis re:nec mihi foret inconueniens,ſi pro doctrina mea,hi ab illis non differant: ut ita eodem telo,quo impetor,retorqueam. Sed dico tamé inter utraq; intereſſe,quo ad naturam diſpoſitionis. Nam ſi teſtator duos uerbis coniungat,iam expreſſa apparet uoluntas æquas partes dare uolentis.d.l. re coniuncti.ij.reſponſ. Sin uero coniungit re & uerbis,iam partes ab initio fiunt,non ex diſpoſitione expreſſa,ſed ex poteſtate iuris præſumentis teſtatorem hoc uoluiſſe. Quæ diſtinctio(ne eam tibi adfinxiſſe uidear)per tex.not.probatur in l.ſi duobus.ad fi. de leg.j. ubi hæc uerba ponuntur: Si teſtator Titio & poſthumo uiriles partes dari uoluiſſet,uel etiam id expreſsiſſet, &c. Vbi Accurſ. ualde not.in priori caſu cõiunctionem re & uerbis,quæ tacitè det uiriles:in poſteriori coniunctionem uerbalé intelligit,ubi partes exprimuntur. Quæ ſolæ gloſſæ poſt tex.omnem ambiguitaté tollunt, & fortiſsimis armis pro mea ſtãt opinione,ut profectò uix ſatis mirari poſsim, quomodo Doctor. ad tam nobiles gloſſ. non aduerterint: quæ clariſsimè uolũt,quòd coniunctio re & uerbis,tacitè det uiriles partes, ut ſic nõ ſit locus concurſui. Et erit effectus dictæ differétiæ nõ reiiciendus. Nam in coniunctione uerbali, partes ob expreſſam teſtatoris uoluntatem hactenus dantur, ut probatio in contrarium non admittatur. l. non aliter. ff. de leg. iij. Sed coniunctio re & uerbis, cum præſumptam teſtatoris

Remittit ad ſuam lecturã.

10

uolunta

uoluntatem prodat, probationem in contrarium admitteret.
11 per iura uulg. Eſt & alius effectus: quia ſi coniuncti re & uerbis, concurſu partes facerēt, iam deficiente portione alterius, onus ei iniunctum nōn deuolueretur ad ſocium. l. ſi ſeparatim. l. hæc ſcriptura. in fi. ff. de cond. & demonſt. Si uero ab initio partes faciunt, ſicuti in ueritate faciunt, tunc onus deficiētis ad collegam deuoluitur. d. l. j. §. ſin autem. C. de cad. toll. qui text. meam doctrinam clariſsimè firmat, licet Bar. in d. l. re coniuncti. in iiij. q. princip. anxiè confligetur, ut ſuū errorem ab eo tex. defendat. Vides nunc lector, quanti ſit periculi errores ſemel receptos, in alios uelut per manus diffundere: ſic enim in eis confutandis & laborandum eſt exquiſitius, & temporis interim facienda iactura, in quo bonæ horæ melioribus doctrinis deſtinatæ diſperdātur: ſi tacuero, quòd expedita iuris ciuilis ueritas, huiuſmodi erroribus uelut denſiſsimis nebulis ita obducitur, ut iam pluribus in locis uix agnoſcatur. Sed nos quantum cum diuina ope, etiam in hac ſenecta poſſumus, tenebras errorum diſcutiemus. Cæterum quia d. l. triplici. de uerb. ſignif. ſæpe à nobis nominata, & tamen gloſsis Accurſianis male explicata eſt, nouas nos gloſſas addidimus, facturi hoc cōpluribus legibus in quibus Accurſii lucerna defeciſſe dignoſcitur.

Memorabilia in Cap. XIX. obſeruanda.

1 *Partem facere qualiter contingat, clarè demonſtratur.*

2 *Partem non facere, quomodo eueniat.*

3 *Coniuncti re, ſi cōcurrant, & pars unius collegæ deficiat, ea ad illū deuoluitur, idq; iure nō decreſcendi, & ipſum onus non tranſit.*

4 *Coniuncti re & uerbis quando faciant partes.*

5 *Coniunctionis realis & uerbalis certi caſus diſcreti, quibus collegæ faciunt uel non faciunt partes, ſingulariter per Zaſium diſcuſſi.*

6 *Intellectus ad l. ſi quis Titio. ff. de uſufr. accreſ. per Zaſium, & noua per eundem illius l. ratio.*

Qui coniuncti, iure Digeſt. uel faciant partes, uel nō faciāt, ll. ambiguæ explicātur. CAP. XIX.

1 IN coniunctis ſi unus ex collegis ad partem ſuam non admittitur, & tamen ea pars ad alterum collegam non deuoluitur: is qui à parte ſua excluſus eſt, dicitur alteri coniuncto partem facere, quia impedit eum ne totum legatum

accip

accipiat,ſed parte ſua contentus eſſe cogatur, nec ei quicquã proficiat quòd excluſus partem alteram accipere non potuit. Is igitur excluſus partem ſocio facit,id eſt, efficit ut partiarius remaneat,nec totum accipiat: rectè,ſicuti ſi duobus pultem ſeu ferculum aliud appoſueris, alter partem ferculi non comedit, & tamen impedit ſocium ne totam pultem exedat: iam is qui non ueſcitur,partem ſocio facit, quia impedimento eſt ne is toto ueſcatur ferculo, ut faciunt canes oſsibus inhiantes:etſi enim non omnia erodant,arcent tamen ab eis canes alios. E' diuerſo collega tunc alteri coniuncto partem nõ 2
facit, quando eo à parte ſua excluſo, collega totum legatum ex utriſq; partibus recipit. Et dicitur ideo ei partem non facere,quia eum non impedit quin totum accipiat,& ita nõ efficit ut collega relinquatur partiarius, quod ipſum exẽplo ferculorum cognoſci poterit. Et hoc eſt quod uulgò ex regula affirmatiua dicitur,Qui ad partem non admittitur, partẽ cõiuncto facit, id eſt, id efficit ut coniunctus nõ plus parte ſua recipiat. Sic ex regula negatiua,Qui ad partem non admittitur,partem alteri non facit,id eſt,non impedit eum quin totũ accipiat,& ſic non facit eum partiarium. fa. gl. in l.utrum. in prin.ff.de rebus dub. cum ſimil. Quando autem coniuncti partem collegæ faciant, quando non faciant, iura ſunt mirificè uariantia.Gl.in l.huiuſmodi.§.ſi Titio,ff.de leg.j.in utrũq; caſum iura adducit,ſed nihil diſſoluit: ſed in l.ſi Titio. de leg.ij. modica quædam attigit.Bar.in d. §.ſi Titio. quãuis certos caſus diſtinguat,nihil tamen expeditum docet.Vnde pro fundata reſolutione huius ſpinoſæ materiæ duo capita diſtinguimus. Primo de coniunctis re loquemur, deinde de coniunctis re & uerbis: nam de his qui uerbis iuncti ſunt, Iureconſulti non uariant. In primo cap.iſtam doctr. poni- 3
mus: In re coniunctis,ſemper pars deficiens ad collegam deuoluitur:ut eo loci regula negatiua perpetuò locum habeat: & fit ea deuolutio iure non decreſcendi potius quàm accreſcendi,per tex.apertum in d.l.j. §.ſin uero non omnes. cum §. ſeq. C.de cad. toll. ideoq; onus ſocio deficienti iniunctũ ad alium collegam non deuoluitur.d.l.j. §.ſin autem ad deficientis.fa.d.l.cõiũctim.de leg.iij.Et quamuis ius in huiuſmodi coniunctione reali, accreſcendi uerbo utatur, attamen ſub ſchemate antitheſis intelligi conueniet ius non decreſcendi: ut illud accreſcere intelligatur quod comperiatur nõ

dec

decreuiſſe, ſicut dicitur deſinere quod nunquam cœpit. l. omnes. §.j. ff. uſufr. quemad. cauc. Per hanc doctrinã dicimus in d.l. planè. §. ſi couiunctim. uerſ. ſed ſi in pupillari. cum teſtator fundũ Titio legauit, quem fundũ poſt in pupillaribus tabulis etiã Gaio leget, totũ fundũ deberi Titio, quandiu pupillus intra tutelam degat: qui ſi intra ea tempora moriatur, iam Gaium pupillarẽ legatarium cum Titio, concurrere, eiq; partẽ auferre fundi legati. Sin tutelares annos impubes exceſſerit, fundũ ſolidum remanere Titio, nõ iure accreſcendi, ſed iure nõ decreſcendi: quod & cõmuni intellectu receptũ eſt, licet Bar. d. §. ſi cõiunctim. diuerſum male tenuerit. In ſecũ-
4 do cap. quãdo cõiuncti re & uerbis partes faciant aut nõ faciant, penè ſubſtitimus. Iura enim circa cõiunctorũ materiã à Tribunianis adeò cõciſè, diuerſè, trũcatè, prǽfractè, mutilãter ſunt cõpoſita, ut quò uertas, quid cui cõcilies, quid places, quo fœdere, qua cõcordia pacẽ diſsidẽtibus iuribus adferas, uix inueneris: adeoq; ad Budæi uiri docti adſertionem penè defecerim, qui ciuilium legum antinomias aliubi conqueritur. Porrò compilatores iſti in C. de cad. toll. ius antiquũ denarrant, quod in Pandectis non ita cõperimus: audendum tamen eſt ſi ulla ingenii ui, ullóue labore, perуinci obſcuritas
5 poſsit. Qua in re aduertendum eſt, legata quæ coniunctis dantur, in multiplici eſſe differentia.

I Aut enim Titio & mihi res mea legatur.

II Aut Titio, & ei qui tẽpore teſtamẽti nõ eſt in rerũ natura.

III Aut eſt captus ab hoſtibus.

IIII Aut Titio & Meuio qui uiuo teſtatore uel moriatur, uel fit incapax.

V Aut teſtator ſeruo ſuo & Titio legat, uel hǽredis ſeruo.

VI Aut hæredi inſtituto & Titio.

VII Aut duorum dominorum ſeruis, uel duobus ſeruis unius domini. quæ omnia ſequentibus caſibus quàm poſſum breuiſsimè explicabo. In primo caſu, ubi Titio & mihi res mea legatur, partem accipit ſocius, ex regula affirmatiua: partem enim aliam ego uetuſtiori iure, nempe dominii, mihi retineo. l. huiuſmodi. §. ſi Titio. ff. de leg. j. quod & Bart. ibidẽ rectè docuit. In ſecundo caſu, cum Titio & ei legatur, qui tempore teſtamenti non eſt in rerum natura, legatum pro nõ ſcripto eſt in perſona deficientis: unde totum accipiet ſocius ex regula negatiua. l j. §. in primo. C. de cad. toll. In tertio caſu,

aſu, cum Titio & capto ab hoſtibus legatũ eſt, licet is ſit ci-
iliter mortuus, tamen naturaliter uiuit, & poteſt pẽdente te
tamento poſtliminio reuerti, unde ſocius partẽ capiet, ex re-
gula affirmatiua: quãuis ſi is apud hoſtes decederet, pars ſua
ro non ſcripta haberetur, ſpes tamen poſtliminii ſociũ facit
artiarium. l. ſi eo tempore. in fin. ff. quæ pro nõ ſcrip. l. ſi ſer
uo. §. fin. de leg. j. In quarto caſu, cum Titio & Meuio, qui
n uita teſtatoris uel moritur, uel fit incapax, ſocio pars debe-
bitur, ex regula affirmatiue. Non enim caducum eſt hoc lega
tum, quod à principio cõſtitit, licet in cauſam caduci recidat.
l. ſi duobus. in prin. ex cõmuni intellectu Ioan. ff. de leg. j. &
fa. l. ſi Titio. de leg. ij. Quod fallit, ſi Titio & poſthumo
qui eſt in utero, legetur: nam non nato poſthumo, totum ſo-
cius capiet. d. l. ſi duobus. in fi. & uixit tamẽ in utero poſthu-
mus tẽpore teſtamẽti. l. qui in utero. ff. de ſtat. hom. Sed hoc
ea ratione placuiſſe Iurecõſultis opinor, quòd teſtator hunc
euentũ præuidiſſe præſumitur, cũ ſæpe matres abortiãt. arg.
l. utrũ. ff. de rebus dub. In quinto caſu, cũ teſtator ſeruo ſuo
& Titio legat, partem ſumet Titius, ex regula affirmatiua. d.
l. plane. §. ſi coniunctim. in fi. §. ff. de leg. j. Quãuis enim le-
gatum ab initio non conſtiterat, ſeruus tamẽ uixit naturali-
ter: quamobrem teſtator qui eum ſeruum ſuũ & incapacẽ eſſe
ſciebat, uoluiſſe præſumitur, ut ſaltẽ in aliquo ei hæres grati
ficetur: quæ æquitas ab Imperatoribus poſtea iuris neceſsita-
te conſtricta eſt. l. fi. C. de neceſſ. ſer. inſtit. Idẽ putamus ſi Ti
tio & ſeruo hæredis teſtator leget, ex eadẽ & præſumptione
& æquitate, ut ita §. an ſeruo. Inſtit. de leg. nouè ornetur. In
ſexto caſu, cum teſtator hæredi inſtituto & Titio legat, totũ
feret Titi⁹, ex regula negatiua. d. l. planè. §. ſi duobus. cũ cõ
cord. per gl. hoc enim legatũ ab initio prorſus non conſiſtit.
Siquidẽ cum legatarius ab adita hæreditate dominiũ acqui-
rit. l. à Titio. ff. de furt. hæres adeundo hæreditatem non po
teſt ſimul & uno momento dominus fieri hæreditatis & le-
gati. l. iij. §. ex pluribus. de acquir. poſſ. Is enim concurſus
utraque iura collideret, quapropter hæreditatis aditio præ-
ponderabit legati portioni, quæ heredem concernit, ut adeò
ea portio mox ab initio deficiat. Fallit, ſi hæredi ſuo & Ti-
tio teſtator uſumfructum leget: tunc enim Titius non ad-
mittetur ad totum uſumfructum, ſed partẽ habebit. l. ſi quis
Titio. de uſufr. accreſ. Qui eſt uerus intellect⁹, licet gl. ibi, & 6

Doct.

Doct. in aliis locis eandem legem miſerè uiolent, dum ſeſe explicare ex eo nodo nō poſſunt. Sed rationem habet ea lex, & quidem expeditā, licet à nemine tactam. Vſusfructus enim legati, quaſi dominium, non acquiritur mox ab adita, ſed tūc demum, cum per hæredem conſtituitur. l. iij. in prin. ff. de uſufr. l. ij. ff. quan. dies leg. ced. Bar. l. j. in prin. de ſeru. leg. cū concord. Quapropter hæres adeundo hæreditatem, iam factus dominus rerum hæreditariarū, partem uſuſfructus iure uetuſtiori tanquam ſuam, titulo ſucceſsionis retinebit. Quo nomine cum legati portio, quæ hæredem reſpicit, ab initio mox ab adita, ſua hæredis eſſe comperiatur, meritò is partem ſocio faciet, per regulam traditam in dicta l. huiuſmodi. §. ſi Titio. quæ ratio (etiam ſi noua ſit) uera eſt & neceſſaria, licet Doct. in explicanda dicta l. ſi quis Titio. miſerè conflictentur. In ſeptimo caſu, ubi duorum dominorum ſeruo, uel duobus ſeruis unius domini legatum fuerit, res tractatu non eſt maximopere utilis, unde obmitti poterat: credo tamen ſi ſeruo legetur qui duos habeat dominos, uno repudiante, alterum dominum totum accipere: recte, ſicuti ſi duobus ſeruis unius domini legatum ſit. Qui eſt uerus intellectus l. ſi duobus. ff. de leg. ij. licet Accurſ. in fi. ibidem aliter intelligat, & non bene. Quod tamen non procedit, ſi teſtator communi ſeruo legaſſet, & ita ius communionis expreſsiſſet: quia tunc dominus partem ſumet, etiam ſi alter repudiet. l. & Proculo. eod. tit. Rationem eſſe putamus, quia cum ſeruo ſimpliciter legatur, teſtator eius perſonam in ſolidum conſiderat: quo caſu non poteſt alter dominus repudiando, alteri partem facere: uoluit enim teſtator totum legatum ſeruo tribui; rectè, ſicuti in caſu quo duobus ſeruis unius domini legatur. Dominus enim ex unius ſerui parte repudians, ex alterius totū quærit. Cæterum ſi teſtator communi ſeruo legauerit, & hoc expreſſerit, hoc caſu teſtator ad dominica iura, non ad ſerui perſonam reſpexiſſe intelligitur, ut meritò altero ex dominis repudiante, alter nō niſi partem ex iure communionis recipiat. Quæ eſt ipſa ueritas nouè contra Accurſ. & Doct. ſubtiliter excuſſa. Quòd autem Accurſ. in d. l. ſi duobus. in fi. tex. ibi de duobus ſeruis diuerſorum dominorum loqui putat, error eſt: uerba enim clara ſunt cum dicitur, Meo & alterius ſeruo: non dicit, ſeruis, pluraliter, ut ratione dicendi exigente, con iunctio, &, copulatim intelligatur, non copulatiuè. Et poſſet

ſet fortaſſe ea res applicari ad caſum, ubi plures nobiles, partes inæquales in caſtro aut arce aliqua haberēt: quibus ſi donaretur aut legaretur, uel alia fieret prouiſio ſimpliciter, uiriles partes obuenirēt. l. legata. in fi. de le. j. Sin uero eis legaretur aut donaretur tanquā ſociis communibus, iam dominicas intelligi partes probabile putamus. Scio compluria in hac materia adhuc dici poſſe, ſed cum conſilium ſit intellectus cudere ſingulares, commentaria repetitionum conſuere noluimus.

Memorabilia in Cap. XX. aduertenda.

1 *Ordinaria quæ ſint, & quid ordinariorum nomine ueniat, contra Bar.*

2 *Extraordinaria quæ dicantur.*

3 *Extraordinariorum tria genera.*

4 *Extraordinaria facti.*

5 *Extraordinaria ex priuilegio principis naſcentia.*

6 *Extraordinaria iure recepta, iuris communis dicuntur, tametſi non ſint iuris ordinarii.*

7 *Extraordinariorum iuris communis quadruplex effectus.*

8 *Reſtitutionem in integrum non eſſe contra ius commune, aduerſus communem Doctorum opinionem.*

9 *Reſtitutio in integrum competit ex æquitate, & eſt iuſtiſſima.*

10 *Extraordinaria ſæpenumero pleniori remedio adiuuant ius ordinarium.*

11 *Extraordinaria remedia aliquando ſupplent, ſi quid in iure ordinario deficiat.*

12 *Extraordinaria aliquando dicuntur cum uetuſtæ ſolēnitates per ea ſint reſectæ.*

13 *Ordinariorum & extraordinariorum duplex concurſus.*

14 *Ordinariorum duo remedia electiue concurrunt.*

15 *Extraordinariorum duo remedia electiue concurrunt.*

16 *Clericus ſuper eccleſiæ iure extra ordinem agere poteſt.*

17 *Actio doli ceſſat, ubi aliis actionibus locus eſt.*

18 *Extraordinarium quod plenius prouidet, concurrit cum ordinario electiue.*

19 *Nunciationis edictum cum communi diuidundo an concurrat, & quare.*

20 *Dominus in re ſua proprio facto ſe tueri poteſt.*

21 *Priuilegiatus iure communi uti poteſt ſine priuilegii iactura.*

22 *Extraordinaria cum ordinariis concurrunt, ſi contra diuerſas perſonas agatur.*

23 *Pupillus ex contractu læſus, non tam contra tutorem quàm partem principalem experiri poteſt.*

24 *Neceßitati ultro ſe ſubiicienti cõtra ordinem non ſubuenitur, ſed alia actione.*

25 *Extraordinarium non concurrit cum ordinario, ſi utraq; ſint æque utilia.*

Ordinariorum & extraordinariorum natura, concurſus, & effectus, diſtinctius & nouè expliciti. CAP. XX.

BAR. in l. iij. §. j. de ope. no. nunc. ſumpta impertinenti occaſione, materiam cõcurſus inter ordinaria & extraordinaria, prolixius quàm ordinatius tractauit, aliqua parum ex ueritate, omnia obſcurè & inuolutè. Nos ingeniis mediocribus conſulere uolentes, totum hunc tractatum ad ordinem, clarioresq; doctrinas (id quod ubiq; facere conſueuimus) reduximus. Sed ne per ignota principia procedamus, & terminorum ignorantia nobis imponat, pręmittimus
1 cognitionem eorum quæ ordinaria, quæ'ue extraordinaria nominantur. Ordinaria enim ſunt, quæ lege, plebiſcito, ſenatuſconſultis, prætorũ edictis, principum generalibus conſtitutionibus, & omnino quicquid iure ſcripto eatenus iuſſum eſt, ut ſit certa, generalis, uniformis lex, actus humanos generaliter ſine ſpeciali perſonarũ reſpectu ordinans, & quodam ordinato procurſu dirigẽs. fa. l. nullo modo. ff. ad l. Corne. de falſ. Horum numero ſunt, contractus, obligationes, actiones ordinariæ, appellationes, ſucceſsiones, teſtamenta, ſeruitutes ordinariæ, interdicta (quæ uel contra Bar. ordinariis connumeramus, per tex. apertum in l. j. §. neceſſariò. ff. ſi mul. uen. no. in poſſeſ.) uſucapiones, pręſcriptiones, pignora, & ſi qua ſunt ſimilia, quę non ineleganter per Cicer. lib. 1.
2 de Oratore deducuntur. Extraordinaria, ad certa perſonarum, rerum, negotiorúmue genera, extra ordinem reſpiciunt: quibus pro conditione, euentu, neceſsitate, commoditatéue
3 aliqua, præſenti aliquo remedio ſubuenitur. Quorũ tria ge-
4 nera inuenio. Quædam enim ſunt facti, ut cum proprio ſeſe
1 facto ab iniuria lex adſerere permittit. l. quemadmodum. ff.
ad l. Aquil. cum uulg. in quo genere non parum multa in d. l.
5 j. §. nunciatio. docuimus. Quædam ex priuilegio principis naſcuntur, quę plerunq; ſunt contra ius commune, de quibus Inſtitu-

Inſtitu.de iur.nat.gen.& ciui. §.planè ex his.l.j. §.fin.ff. de conſtit.prin.cum ſimi. Et tertium genus eorum eſt, quæ licet 6
extra ordinem, tamen iure recepta ſunt, ut nõ ſine ratione iuris communis nominari poſsint, licet nõ ſint iuris ordinarii: ueluti cum remedio aliquo his ſubuenitur, quibus iure ordinario uel non eſt conſultum, uel non ita facile, ita commode conſultum. Et iſthæc extraordinaria tertii generis, quadru- 7
plicis ſunt effectus. Primo enim damnoſas reſcindunt obligationes, iura amiſſa reſtaurant: quorum numero ſunt ea, quæ contractus dolo metúue initos irritant, & ſi quando minor ætas in integrũ reſtituitur: uel etiam aliorum iura quæ in periculum inciderunt, ex iuſta aliqua cauſa reponuntur: qui effe 8
ctus iure cõmuni receptus eſt, quamuis gl.in l.j. §.per hanc. ff. de rei uendic. Ioan. And. in c.non ſolum.de appell.lib. vj. Abb.in c.ex parte.de pręſcrip.& Doct.communiter, maximè moderni, in d.l.iij. §.j.de ope.noui nuncia.putent, quòd in integrum reſtitutionis remedium contra ius commune competat: quod certè (ſalua uenia) non eſt uerum. Cum enim ius 9
commune ſit ars æqui & boni, & in integrum reſtitutionis remedia ex æquitate dentur. l.diuus.ff.de in integ.reſtit.l.j.ff. de min.imò ſint iuſtiſsima. l.j.ff.ex quib. cau.ma. quæ eſſet intolerabilis abſurditas, dicere ea eſſe contra ius commune, quæ ſunt naturaliter æqua, quæ ſunt iuſtiſsima, quæ à prætoribus ſunt inuenta, quæ iuri ſcripto ſunt incorporata? Prædicta ergo remedia iuris communis ſunt, licet non ordinarii: ad quod Doct. non reſpexerunt, non aduertentes quid inter ius commune & ordinarium intereſſet. Secundus effectus eſt: 10
Nam extraordinaria, ius ordinarium ſæpenumero pleniori remedio adiuuãt, expeditioribus mediis ſuffragantur: quorum numero eſt edictum noui operis nunciationis, item rei uendicatio, quæ patri propter filios iure Quiritum, uel cauſa adiecta datur. d. §.per hanc. Item cum in nautas, cauponas, ſtabularios iudicium plenius extra ordinem cõpetit. l.iij. §. ex hoc edicto.ff. naut.caup.ſtab. Et huiuſmodi remediis non ſemper actori, ſed aliquando reo conſulitur, ut l.j. §.dixerit. ff.de publican. Hac ſpecie & actiones in factum adnumerari non eſt impertinens, ſi quæ ſint quæ extra ordinem cum aliis actionibus concurrant. Tertius effectus: Extraordinaria re- 11
media aliquando ſupplent, ſi fortè iura ordinaria deficiãt: ut cum pater emancipare filium cogitur. l.ſi cui legatum.ff. de

condi.& demonſt.Et olim in fideicõmiſsis.l. pecuniæ.ij. §. actionis.ff.de uerb.ſig. Sic & ſeparatio bonorum creditoribus datur,& quoties in defectum actionis actio in factũ conceditur.gl.Inſti.de interdict.iu fi.in l. ſancimus.j.in fi.C.de ſacroſan.eccle.l.ſi ſuperſtite.in fi.C.de dol.l.ſi longius.§.j. ff.de iud.l.cum filius.ff.ſi cert.pet.& quæ ſimilia per diſcurſum iuris colligas. Horũ numero ſi quis accenſeat tit. de uar. & extraordi.cog.fortè non errauerit,eo certe nomine,quòd perſonis illic nominatis,pręſidis cognitione ſalaria certa conſtituuntur:niſi quis huiuſmodi remedia ſecundo effectui ad-
12 numeret. Quartus effectus:Nam iura aliquando extraordinaria non alio caſu dicuntur,quàm quòd uetuſtæ ſolennitates per ea reſectæ ſunt:eo nomine actiones in factum ex interdictis,extra ordinem dari intelliguntur,quòd reiectis ſolennitatibus,uſu produntur,ut in d.titu.Inſtit.de interdict. in fi.Et parum abeſt quin omnia iudicia,etiam quæ ordinarii iuris ſunt,in quibus uetuſtæ ſolennitates amputantur,hoc caſu extraordinaria nominaueris, quòd formulis ſublatis, ex æquo & bono ſine uerborum pertinaci obſeruatione competant.d.§.fi.& fa.l.j.C.de for.ſubl.& eſt tex.no. cum gl.in l. ordo.ff.de pub.iud.In huiuſmodi uetuſtos ſolennium ritus, eleganter cauillatur Cicero in oratione pro Cecinna contra Ebutium,& alibi. Præmiſsis igitur ordinariis & extraordinariis,eorumq; generibus & effectibus, ſupereſt ut eorũ con
13 curſum pari diligentia exequamur. Quo loco uelim te cõmoneri de concurſu nos loqui bifariam, electiue & cumulatiue. In illo enim concurritur ſub alternatione, at uero in hoc ſub copula.Tota igitur hæc res concluſionibus & temperamen-
14 tis commodiſsime aperietur. Prima concluſio:Duo remedia ordinaria electiue concurrunt, non cumulatiuè. Nam oblatis pluribus actionibus,unam ex eis eligi neceſſe erit.l.quod in hæredem. §.eligere.ff.de trib.l.j.C.de furt.Fallit in actionibus,quæ ſe compatiuntur,quia cumulari poſſunt, ut in poſſeſſorio & petitor.de qua cumulatione Bal.latius in l.ædita.
Lectura Zaſii. C.de ędendo.Doct.in l.naturaliter. §.nihil commune.& ibi aliquando plura dixi.ff.de acquir.poſſ. In criminalibus aduertendũ eſt ad l.ſenatus.& ibi gl.Bar.Doct.ff.de accuſ. Secunda concluſio:Duo remedia extraordinaria ſimul concurrũt, fortè electiue.Nam in l.Aquil.concurrit actio in factum cum
15 utili actione l. Aquiliæ ad duplum.d.l. quemadmodum. §. magiſtratus.

magiſtratus.ibi gl.ff.ad l.Aquil.iuncta l.de pecoribus.C.eo. Et ex hac doctrina fundatur dictum glo.in c. ſignificauit.de teſt.additis quæ per Pauor.ibi pen.col.traduntur.Siquidem clericus contra fundatores,qui eccleſiam liberam fundarunt, 16
extra ordinem agere poteſt,ut ei faciant inſtrumentum fundationis:aut ſi malit,teſtes qui pręſentes fuere,ad perpetuam rei memoriam examinari faciet. Amplia cõcluſionẽ,ſi duo remedia ad diuerſa intententur:tunc enim concurrunt multo maxime.ut l.qui bona.§.ſi quis opus.ff.de dam.infe. Hæc concluſio fallit primo, ſi alterum ex remediis ſit famoſum, quia tunc cũ alio non concurrit,nec electiue nec cumulatiue. Hoc eſt quod per manus traditur,doli actionem ceſſare,ubi 17
aliis actionibus locus ſit.l.j.§.ait prætor.cũ §.ſeq.ff.de dol.

Secundo fallit, ſi alterum ex remediis ad impietatem prodendam tendat,ut eſt querela inofficioſi,quæ non competit ſicubi aliis remediis filio conſuli poſsit.l.ſi filius.C.de inoff. teſta.Inſtit.eod.tit.§.tam autem.licet Bal.in d.l.ſi filius. putet ideo uetari concurſum, quòd querela ſit minus ſubſidiarium.Sed nihil eſt,& ll.alleg.ſe in eam rationẽ non fundant.

Tertia concluſio:Extraordinarium ſi plenius,breuius,ex- 18
peditius prouideat,& ſit magis utile, concurrit cum ordinario electiue,non cumulatiue.dicta l.iij.§. ex hoc edicto.ff. naut.cau.ſtab.glo.in l.fin.C. ſi aduer.rem iud. Et ea eſt uera ratio,& nulla alia,quòd edictum nunciationis cõcurrit cum confeſſoria.l.inter.ff.de ſeruit.l. & ſi fortè.§. ſciendum.ff. ſi ſeruit.uend.Quamuis Doctor.in dicta l.iij.§.j.ff.de ope. no. nunc.timore eiuſdem §.j.miſerè confligentur, iura huc & illuc torquendo,& mera confingendo ſomnia,cum d.§.j. huic concluſioni prorſus non obſtet. Ibidem enim edictum nunciationis ideo non concurrit cum cõmuni diuidundo iu- 19
dicio,quia ex natura cõmunionis ſocius ſocio nunciare non poteſt,ut ſuprà in quodam alio cap. huius operis clariſsimè eſt probatum. Et ſic multa inutilia ceſſant,quæ Barto.in l.j. §.hoc autem edictum. de ope.noui nuncia. ex Oldr.& aliis recitauit.Ad hanc concluſionem adde quæ dixi in extraordinariis tertii generis in ſecundo effectu,& Abb.d.c. ex literis. de reſcrip.cũ ſimi. Hæc cõcluſio extenditur.Primo ad remedia extraordinaria primi generis,utpote ad ea quæ ſunt meri facti,quia cum ordinariis concurrunt electiue. Poteſt enim 20
dominus in re ſua ſe proprio facto tueri.d.l.quemadmodum.

 in prin.

in princip.ij.reſponſ.ad l.Aquil.Bartol.etiam tangit,ſed alio fine,in dicta l.iij.§.j.de oper.no.nunc. Secundo extende
21 ad remedia extraordinaria ſecundi generis electiue, eo caſu quo priuilegiatus iure communi uti poteſt ſine priuilegii iactura,arg.l.uoluntarie.C.de excuſ.tut.l.ij.C.de his qui ſponte mu.ſube.lib.x.fa.c.accedentibus. in fin.de priuil. Fallit ſupradicta concluſio primo,ſi extraordinarium ſit famoſum, quia cum ordinario non concurrit.d.l.j.§.ait prætor.ff.de dol.& ſuprà attigimus.Nec ignoro quòd gloſſ.in l.ſi legatarius.ff.eod.tit.Bart.& Doct.d.l.iij.§.j.putant actionem doli cum remedio ordinario generali competere,nempe cũ condictione indebiti, de quo tamen diximus in l.ij.& iij.ff.de cond.indeb. Fallit ſecundo,ſi natura & ſtatus rei cõcurſum extraordinarii non patiatur,ſicuti eſt iudicium comm.diuid. quod cum edicto nunciationis non concurrit,ut proxime ſuprà attigimus. Fallit tertio,in ſeruitutibus ruſticis, in quibus ordinario duntaxat remedio,ſi eis ædificando noceatur, experiundum eſt,ceſſante extraordinario,nempe edicto nunciationis,etiam ſi eſſet utilius: ceſſat enim eo loci prætoriæ ſubuentionis æquitas.d.l.qui uiam.de oper.no.nunc.& dixi ſuprà in quodam capite huius operis, ubi latius declaraui.

Fallit quarto,in primo effectu eorum quæ ſunt extraordinaria tertij generis,in his præſertim caſibus ubi iuris ordinarii remedia amiſſa forent.arg.l.minor xxv.annis omiſſam. ff.de minor.Nam quæ amiſſa ſunt, cum aliis quomodo concurrent? Fallit quinto, in tertio & quarto effectu tertii generis.Nam extraordinaria quæ iuris defectum ſupplent,quæ porrò ſolennia formularum reſecant, concurſum ordinariorum quæ ab aula receſſerunt,recipere non poſſunt, ut proxime ſuprà diximus: niſi fortaſſe quiſpiam in his quæ extraordinariam cognitionem habent, ut ſunt ſalaria aduocatorum, medicorum,&c.ex conuentione uel ex conſuetudine concurſum ordinariæ actionis admitteret. Fallit ſexto,in caſu publicanorum.Nam ſola extraordinaria actio ex eo edicto contra eos ad duplum cõpetit,etiamſi actionibus ordinariis,furti manifeſti,& ui bonorum rapt.ad quadruplum rei eſſe uideantur.Sed concurſus ordinariorum huiuſmodi remediorũ ideo prohibetur, ut cum id genus hominibus mitius agatur.d.l.j. §.dixerit.ff.de publica.quæ lex etſi ſit ex uulgatis doctrinis, eſt tamen in hac materia noua limitatio,quam nec Bartol.nec Doct.

Doct.eo tenore ſunt adſecuti,licet eundem text.ſæpe,ſed im
pertinenter reuoluerint. Quarta concluſio:Extraordinaria 12
concurrunt cum ordinariis,ſi cõtra diuerſas agatur perſonas,
& cõcurrunt electiue non cumulatiue, niſi fortè in ſubſidiũ:
Nam pupillus qui ex contractu læſus eſt, & contra partẽ prin 13
cipalem,& contra tutorem experiri poterit.l.etiam.l.fin.C.ſi
tut.uel curat.inter. Bart.l.ſi minoris.ff.de admin.tut.gl.c.j.
uerſic.reſtituimus.de in integrum reſtit.Abb.dicto c.ex par-
te.Cæterum ſi utraque remedia ad diuerſos fines reſpicerent,
iam impune concurrerent, etiam cumulatiue. dicta l.qui bo-
na.§.ſi quis opus.de dam.infect. Fallit primo hæc conclu-
ſio,ſi propter rem modici præiudicii peteretur ſubueniri ex-
tra ordinem: utpote quòd periiſſet inſtantia pupillo ſeu mi-
nori:quia tunc uia tantum ordinaria pro expenſis tutores uel
curatores conuenirentur.l.properandum.in fin.C.de iudic.
quod uoluit Bart.dicta l.iij.§.j. Vide tamen quid dicat Pa-
nor.in c.ex literis.de in integ.reſtit. Secundo fallit,ſi in ne 14
ceſſitatem ſeſe aliquis ultro conieciſſet: tunc enim extra ordi
nem ei non ſubueniretur.arg.l.cum mãdato.ff.de min.& bo
nus text.in l.damni.§.emptor.ibi,& quod alia actione.ff.de
damn.infect. Tertio fall.in extraordinario famoſo, ut iam
ſæpe dixi, quòd cum ordinario non concurrit, etiam ſi cõtra
diuerſas perſonas agatur.d.l.j.§.ait prætor.cum §.ſeq.ff.de
dol. Vltima concluſio:Extraordinarium non concurrit cũ 15
ordinario,ſi utraq; ſint æque utilia,uel fortaſſe uia ordinaria
facilior: eſſet enim ſuperfluum extra ordinẽ ei ſubueniri,qui
ita commode iure ordinario uteretur.l.in cauſæ.ij.ff.de mi-
nor.l.quædam.ff.de ædend.l.j.C.de theſaur.cum concord.
per gl.faciant quæ ſuprà dixi quodam capite de filiis fratrum,
eorumq; ſucceſsione. Fallit primo in caſu quartæ conclu-
ſionis,nempe ſi cõtra diuerſas perſonas,uel ad diuerſos fines
ageretur, per iura ibidem alleg.& fa.d.§.ſi quis opus. Se-
cundo fallit,ſi alterum ſit generale:in quo te remitto ad Bart.
& Doct.d.l.j.§.ij.& quæ ibi dixi.de oper.no.nunc. Ter-
tio fallit in priuilegiis quæ extra ordinem alicui dantur, qui-
bus uti poſſum, etiam ſi uia iuris ordinarii æque ſit commo-
da,quod ad ſenſum patet. Quarto fallit,quoties ambiguum
eſt an extraordinario, ánne ordinario locus ſit,tũc ſub alter-
natione intentãtur,& in actis cauſæ res declarabitur. per not.
text.in cap.conſtitutus.de in integrum reſtit.fa.in arg.l.j.§.

quia autem.ff.quor.leg.Non ignoro multa adhuc in tractatu huiuſmodi concurſuum dici poſſe,ſed ſuffecerat edocuiſſe ea quæ præcipua putauimus.Nec enim omnia conquirere,& ex breuibus doctrinis grande repetitionis (ita enim nominant) uolumen contexere,conſilium fuit.

Memorabilia in Cap. XXI. aduertenda.

1 *Procurator conſtitutus ad mutuandum uel ſolutionem recipiendum,confiteri poteſt ſe recepiſſe.*
2 *Scriptura datur ut de contractu conſtet.*
3 *Tutor dando debitoribus apochas,eos liberat.*
4 *Procurator ad mutuandum cõſtitutus tametſi cõfiteatur ſe recepiſſe,domino tamen ſalua eſt exceptio non numeratæ pecuniæ.*
5 *Fraus non præſumitur,niſi doceatur.*

Procurator ad mutuandum conſtitutus, poteſt de recepta pecunia confiteri. CAP. XXI.

COMMVNIS eſt ſententia Bart.& Doct.quòd procurator conſtitutus ut mutuam pecuniam accipiat,de recepta confiteri non poſsit,per quædam fragilia fundamenta,in l.ij. §.creditum.ff.ſi cert.pet.& alibi. Sed in cõtra-
1 rium eſt aperta ueritas,quod imò procurator ad mutuandum conſtitutus,poſsit confiteri ſe mutuum recepiſſe:nam ſequela mãdati eſt,cum procurator fidem facit de eo quod receperit:
2 ſcriptura enim datur ut de contractu conſtet.l.cõtrahitur.ff. de pig.l.Publia.ff.depoſ.l.pecuniæ. C.de ſol.fa.l.ad rem.l. ad legatum.ff.de procur.l.ij.ff.de iur.om.iudic. & fa.in arg. quæ per Bart.in l.filiæ.ff.de ſolut.cum multis ſimil. Deniq; quæ eſſet abſurditas,quòd is qui ad contrahendum conſtitutus ſit,fidem de ſuo contractu facere nõ poſſet?Iam & magna aperiretur uia malitiis,ſi domini conſtituentes ludificari creditores poſſent,quaſi confeſsio procuratorũ eos nõ obligaret,qui tantummodo habuiſſent mandatum contrahendi:ut propterea mirum nõ ſit, ſi propter eam cauillationem Iacob. de Aretin.ueneno periiſſe referatur. Tandem tex.eſt apertus cõtra Bart.& communem in l.Lucius. §.tutelæ.ff.de adminiſt.tut.ubi tutor apochas debitoribus de ſolutione facta
3 dederat,deciditur debitores liberari,ſi eo tempore quo tutelam tutor gerebat,ſoluiſſent.qui text.fortiter ſtat contra cõmunem,licet Bart.& Doct.eum contra omnem peritiam corrumpere pergant.Eſt ergo uera adſertio noſtra, quòd procurator

rator ad mutuandum, uel ſolutionem recipiendum, confiteri poſsit ſe recepiſſe, in neceſſariam ſequelam mandati, neceſsitate ſaltem morali: quam opinionẽ aliis locis in lecturis meis latius fundaui. Iſta tamen confeſsio procuratoris, domino nõ plus nocebit, quàm ſi ipſemet confeſſus eſſet. Vnde ſicut dominus exceptionem pecuniæ non numeratæ haberet, ſi ipſe fuiſſet confeſſus, l. ſi ex cautione. l. in contractibus. C. de pec. non num. ita & eam habebit ſi procurator cõfeſſus fuerit. arg. l. ita. §. quod ſi quis. ff. de adminiſt. tut. Quo temperamento omne fundamentũ Doct. (quo fraudem timent) ſubuertitur. Et hæc noſtra doctr. conſuetudine probatur noſtræ Germaniæ, in qua fides & integritas præ aliis nationibus eſt in precio. Et nõ obſtat l. j. §. ſed ſi mutuam. ff. ſi quid in frau. patr. quia ibi libertus nulla mandati neceſsitate, ſed ſua ſponte, in fraudem patroni confeſſus eſt ſe pecuniã mutuam recepiſſe, quam nõ receperat: de qua fraude ibidem cõſtabat, aliàs de ea mentio nõ fieret: quia fraus niſi doceatur, non præſumitur. l. dolum. C. de dolo. Quibus cõſequens eſt, ſi euidentibus con iecturis de fraude procuratoris doceri poſſet, ut quia corã notario de confeſsione tantum conſtaret, cum tamen pari facilitate etiam de numeratione conſtare potuiſſet: his uel ſimilibus caſibus communem opinionem procedere poſſe, non eſt improbabile, licèt domino etiã eo caſu, exceptione nõ numeratæ pecuniæ ſit conſultum, ut ſuprà retulimus.

Lectura Zaſij. 4 5

Qui iure iniquo impetrato non utitur. CAP. XXII.

RECTE prouiſum eſt à Iureconſulto, qui iniquum ius impetraſſet, in pœnam edicti commiſiſſe, etiam ſi eo non utatur. l. iij. in prin. ff. quod quiſq; iur. Quod tamen cũ mica ſalis recipiendum eſt, nempe ſi non utatur, ſit tamen incertum an uti uelit: uel ſi ideo non utatur, quia non potuit, licet fuerit conatus: his caſibus text. procedit. Cæterum ſi non uteretur quia pœnituit, & iuri iniquo re integra ultro renunciauit, hic non puto eum in edicti pœnã incidere. arg. l. quamuis. ff. de in ius uoc. & faciũt doctrinæ de conatu, quòd pœnitere liceat, ſi ante factum ſponte à propoſito deſiſtatur. arg. l. j. in fin. in ratione ſui. ff. eod. tit. quod quiſque, &c.

SINGVLARIVM RESPONS. IAM *olim ab autore editorum, libri primi finis.*

GENEROSO ET MAGNIFICO VIRO DN. IOANNI

Paungartner à Paungarten, domino in Erbbach *&* Hohenſchuangen *&c.* Rom. *Cæſareæ & Regiæ Maieſt. Conſiliario præcipuo, Domino & patrono ſuo obſeruandiß.* Ioan. *Vdalrichus Zaſius* L L. *candidatus* Fribur*genſis*

S.

RECTE *dictum à poëta illud eſt,* οὐκ ἂν γένοιτο χρηστὸς ἐκ κακοῦ πατρός. Vt *&* hoc *quoq; ab alio,* οὔτε γὰρ ἐκ σκύλλης ῥόδα φύεται. E*t ut in reliqua natura uniuerſa ſimilitudo quædam rerum & analogia ad ſua initia conſpicitur, ſic in hominum generatione parentum uirtus, celſitudinē indolis quandam animus liberorum inſerere ſolet.* Latentes*, inquam, uelut igniculos in liberorum animis relinquit parentum uirtus, mirabili ſcilicet naturæ artificio tectos ſopitosq́;, quibus deinde per bonam inſtitutionem excitatis, ignis primo quidam exiguus: poſtmodum etiam, per* Iouem*, ingens flamma emicat, quæ patriam & gentem uniuerſam ſuā fouere poßit & ſeruare.* Quid *enim aliud iſtud quoq; ſibi uult, de* Dru*ſo loquentis poëtæ?*

Fortes creantur fortibus, & bonis.
Eſt in iuuencis, eſt in equis, patrum
Virtus, nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.

Item quod mox præceſſerat: – *Diu*
Lateq́; uictrices cateruæ
Conſilijs iuuenis reuictæ,
Senſere quid mens ritè, quid indoles
Nutrita fauſtis ſub penetralibus
Poſſet, quid Auguſti paternus
In pueros animus Nerones. *Quæ itaq; inſignem uirum efficiunt, duo ſunt in primis: à natura ſcilicet bene formatus animus, qualē uirtute præditi parentes liberis inſerere ſolent: & rectè item facta inſtitutio educatioq́;.* E' *quibus ſi utrunq; homini contigerit, tum beatitudo certè ingens naſcitur: ſin alterum tantum, decedere nonnihil inde ſolet.* Et *in diſciplinis quidē cæteris inſtitutioni rectè factæ debetur plurimum: quia abſq; hac, quodcunq; dederit natura ingenium, parū per*

ſe poßit

ſe poßit ſolũ: quòd rerum, quæ per naturã ſunt abſtruſæ & recõditæ, inuentio inquiſitioq́;, non unius tantum hominis, nec ætatis unius eſſe queat, ſed à prioribus ſigillatim inuenta & ſubinde aucta, pleraque accipere oporteat, id quod non rectius quàm bona inſtitutione poteſt effici. Nam quæ per illas traduntur diſcunturq́; res, cõſtitutæ dudum per naturã ſunt, & quia ſunt perpetuæ, facile ſe intuendas cognoſcendasq́; præbent. At in ciuiliũ rerum tractatione diuerſa ratio eſt, quando illæ conſtantiã eandem non habent, ſed uerſantur continuò, mutationemq́; ſubeunt, tum pro hominũ ferè arbitrio: cadunt enim ſub conſultationem noſtram: tum pro ſua quoq; uolubilitate uarietateq́;. Quapropter qui in hiſce feliciter uerſari cupiat, uirum, ingenio ſanè natura præſenti ac dextro eſſe oportet, ut rebus omnibus, prout ſeſe obtulerint uerterintq́;, conſilio ſtatim adeſſe queat: & omnino ut πολύτροπος aliquis ſit, eſt neceſſe, qualem Homerus ſub Vlyſſe deſcribit hominem politicum. In hoc itaque uirtutis genere aſſequẽdo, ſola inſtitutio non magnum habet momẽtum, niſi per naturam homini animus probè conſtitutus, & indoles contigerit bona. Eodem modo in actionibus quoq; cæteris uerſanti, quæcunq; ad hanc philoſophiæ partem referuntur, uelut quæ manu geruntur, aut in quibus alioqui forti & heroico animo eſt opus, inſigne quoddam momentum habet natura, & genitorũ antiqua uirtus, neq; ob id ſolum quòd ad tales nos functiones inuitet ipſa, quemadmodum de Aſcanio ait Andromache:

Ecquid in antiquam uirtutem, animosq́; uiriles,

Et pater Aeneas, & auunculus excitat Hector? ſed & quod non paulò feliciores & ſecundas res efficere ſoleat, occulta quædam illa & per naturam multum abdita, quæ à maioribus uenit, in agendo dexteritas & uirtus. Et planè in diſciplina politica locum habet hæc minimè poſtremum, & exempla ſuppeditat frequenter, ut in cæteris quoq; huiuſce generis artibus, quæcunq; ſcilicet non tam in præceptis quàm in functione horum exercitationeq́; ſunt ſitæ, qualis eſt ciuilis negociatio tota. Quid enim Cæſarem euexit aliud? Nã Pompeius arte certè ac præceptis, & ne cauſa quidem ipſa, illo fuit inferior: ſeparauit tamen Cæſaris dexteritas. Quid Alexandro tot rerum magnarũ, tempore non nimium longo feliciſsime geſtarum, autor extitit aliud, quàm Philippus pater? non cura ſcilicet ſola aut diligentia in puerũ rectè formandum, ſed & indoles & uiri genius uel maxime. Nam per naturã prius aptiſsimè cõpoſitus fuit animus, quam ab arte exerceretur abſolueretur q́;. Siquidẽ è ſegni natura homine ullam bonam frugem nihilo magis rectè ſperabis, quàm ſi agro non multum feraci ſementem committas. Porrò ſi in huiuſce generis exemplis paulò ſit ob-

ſcurior

ſcurior hæc diſputatio, quantũ natura arte præſtet, quòd huius quoq; ipſius cultura in his acceſſerit: in illis tamẽ omnino eſt euidentior, quibus nulla diſciplina primum contigit, uelut in Cyro fuit factum, & in duobus urbis Romæ autoribus: quorũ exemplis impetus ille ad res præclarè gerendas, admirabili naturæ artificio per genitores inſitus, illuſtris eſt maxime. Quæ enim hic potuit accedere cultura inſtitutioq; ad rerum futurarum actiones, inter homines nil tale ſperantes uerſantibus, aut ut ſperare potuerint, rerum tamen omnium imperitos? ut neceſſe ſit in naturam hæc & primã mentis formationem referri, per quam ad res magnas facti tales, & cæteris mortalibus à natura ipſa præfecti fuiſſe apparent. Videturq; ſingulare quoddam conſilium hic expediuiſſe natura, ne, ut cæteris in rebus ſua cõmoda produxit, hac in parte defuiſſe nobis cenſeretur. Quòd enim abſq; ciuili ſocietate uitam prorſus iniucundam fore, atq; ad hanc ipſam è cæteris animalibus hominem ſolum factum fuiſſe apparebat, quodq; ad fouendam eam ſeruandamq;, tranquillitate ſit opus, quæ ne ipſa quidem ſine ordine rerum certo legitimeq; conſtituto eſſe poterat: ad confirmanda igitur ſtabiliendaq; hæc uniuerſa, leges inſtituit, ac mentibus hominum inſculpſit, quibus à turbulentia hac tuti degerent, & amabilem tranquillitatem fouerent: ſed obſcuras & latentes, ut non cuiuſuis eſſet illas explicare, exponereq;: neq; enim id erat neceſſe, cum in paucos quoſdam referenda potius uideretur hæc interpretatio, quicunq; cæteris mortalibus præſtarent. Vniuerſis tamen initia hæc & ueluti fomenta legum inſeri oportebat, ut ab alijs explicatas propoſitasq; ſcilicet agnoſcerẽt, utputa cognatas ſibi ac ueluti domi ſuæ natas quiſq;. Nam aliter uix quiſpiam illis erat obtemperaturus. Et ad hunc modum hæc conſilia ſe habuiſſe, confirmat ea pars iuris quæ naturalis dicitur, & alia itidem gentium ius appellata: quæ cum apud omnes ſint eadem, naturæ potius quàm artis eſſe cenſentur. Sic enim Ariſtoteles quoq; uocem ait naturâ eſſe, quia apud omnes eadem ſit: ſermonem arte, quia is inter nationes uariet. Fortaßis autem non in naturam, ſed in deos rerum hæc conſtitutio uerius referetur: quos cũ cætera totius uniuerſi mirabili ordine conſtantiaq; firmaſſent ac ſtabiliſſent, ijs quoq;, quæ ſub cõſultationem noſtram eſſent uentura, & proinde uaga incertaq; futura, ſuum quoq; ordinẽ præbuiſſe par eſt, atq; iſtud per leges factitatum fuiſſe. Cæterum ut illæ ſuos quoq; haberent præſides ac tutores, quemadmodum uniuerſum totum deos habet ipſos, mouentes agitantesq;, excitum fuiſſe tale quoddam hominũ genus quod legibus præfectum, ordinem rerum ciuilium tueretur ac ſeruaret, quare Heſiodus quartum ait eſſe, ſpecie quidẽ ac forma cæ-

terorum

terorum mortalium, auguſtius tamen magiſq; diuinum, tantum ſupra cæteros, quantum ipſum infra deos, quorum hic uicem geret, habeatur. Hos *heroas appellat. Ait autem:*

Αὖθις ἔτ' ἄλλο τέταρτον ἐπὶ χθονὶ πυλυβοτείρῃ
Ζεὺς κρονίδης ποίησε δικαιότερον καὶ ἄρειον
ἀνδρῶν ἡρώων θεῖον γένος.

Sed & iuri ac legibus ſeruandis præfectos eſſe quoſdam ſic ait:

Τρὶς γὰρ μύριοι εἰσὶν ἐπὶ χθονὶ πυλυβοτείρῃ
ἀθάνατοι ζηνὸς φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων,
οἵ ῥα φυλάσσουσίν τε δίκας καὶ σχέτλια ἔργα
ἠέρα ἑσσάμενοι, πάντῃ φοιτῶντες ἐπ' αἶαν.

Qui locus quòd nõnihil ab hac narratione differt, id è poëſi adiectum habet, quæ rebus ueris affingere ſolet aliquid, ut arte magis honeſtentur, id eſt, plauſibiliora uulgò, & magis admiranda fiant quæ proponuntur. Ducitur enim uehementer τερατώδεσι *uulgus hominum, qualia ſunt quæ non uidentur, ac ſenſum fugiunt: & proinde maiorem admirationem habent audita, dum quæ coràm uidemus frequenter obuerſantia, minus mouẽt. Huic igitur hominũ mori poëta accõmodauit hunc locũ, dum ait,* ἠέρα ἑσσάμενοι, πάντῃ φοιτῶντες ἐπ' αἶαν: *cæterum re ipſa ſignificat, principum & magiſtratuum ordinẽ à dijs peculiariter inſtitutũ eſſe, eamq; functionem quibuſdam ſolum hominibus demandatam, qui etiam natura inſtructiores ac ſupra cæteros homines ſint. Stabiliuit autẽ ſucceſſionem hanc, perpetuamq; fecit, modo, quo in rebus cæteris, eodẽ. Nã ut illæ per cauſas ſuas, per initia ſemel conſtitutas, ſunt durabiles: ſic hunc ordinẽ, uirtute hac per genitores ſuos in poſteritatẽ ſubinde deriuata, incolumem mortalibus ſeruari, ac perpetuum eſſe iuſſit. Hanc ſequentis ætatis homines nobilitatem uocare cœperunt, ordinem quendam inter mortales ſtatuentes, eorum qui inſigni uirtute præditi cæteros antecellerent: & quæ auita eſſet, id eſt, à maioribus per longam ſucceſsionem tradita, tanquam ſtabiliorẽ firmioremq; priore, quæ nuper cœpiſſet, inferiore loco ſtatuerunt, tanquam minus bene ſtabilitam firmatamq;: quòd uirtus ſcilicet habitus ſit quiſpiam, & priuſquã radices egerit penitus, aboleri queat: quæ autẽ multis ſeculis durarit, uelut quæ è parentibus in poſteros defluxit, altius fixa ſit, ac felicius in actiones prodire ſoleat. Sic qui natura bonus ager eſt, artis quoq; culturã feliciter admittit: qui malus, ſolius artis ope emendatus nunquam frugem edit bonam. Hæc ego apud tuam magnificentiam propono, nõ omnino ineptè, nec, ut dici ſolet,* ἀπροσδιονύσως, *nam re ipſa iubente impellenteq;: ſed paulo tamen fortè familiarius. Et occaſionem mihi hanc, nõ diu quæſitam,*

ſitam, nec ſemel oblatam tantum, ſed in dies redeuntem, fecit tuæ ma
gnificentiæ apud me frequens memoria: qua cum ſæpe repeterem innu
meras illas uirtutes, quibus non ſolum multas alias æquare, ſed & lõ-
ge ſuperare mihi uidebatur ueſtra familia, in admirationem ueni ma-
gnam quandam, qua prudentia, quóue conſilio tam recto, tanta uiro
uni rerũ omnium felicitas cõtigiſſet, & tam pulchrè ſtabilita firma-
taq́; eſſet, præſertim cum haud immemor eſſem, nõ tamẽ nimium ueri
nunc, prouerbij. Sed minus iſtud mirũ eſſe cœpit, poſtquã aduerti ani-
mum, quòd non nouã hanc, nec nuper natã, ſed à genitore hæredita-
riò acceptam rerum omnium beatitudinem, uirtute tamen tua pru-
dentiaq́; in eam amplitudinẽ produxiſſes. Siquidem Ioannem Paun-
gartner, genitorem, uirum affirmant prudentiſſimũ nobiliſſimumq́;
ob ſingularem rerum & conſiliorũ cognitionem, à diuo Maxæmilia-
no inter conſiliarios acceſſitũ fuiſſe. Huius *itaq; felicitas, ac rerũ agen*
darũ dexteritas, uelut per manus tibi tradita, ſua ipſius quoq; indu-
ſtria multò adhuc magis inclaruit. Cuius *rei teſtes ſunt, non ſolũ im-*
menſa rerum omniũ ubertas ac beatitudo, honeſtiſſimis artibus con-
ſilijsq; in eam molem aucta, ut uel Crœſi *diuitijs æquari poſſe uidea-*
tur: ſed & liberorum indoles optima, morum ciuilitate & rerũ omniũ
prudentia genitorem utrũq; aptiſſimè referens: ut quemadmodum in
parente genitoris ſui induſtria ac uirtus, ita in nepotibus & paterna
& auita indoles ac genus, ſeſe oſtentent. E` *quibus bini,* Ioãnes & An
tonius, œconomicen adminiſtrãtes, magna felicitate dexteritateq́; res
omnes gerũt. Et *cum in cæteris unanimi conſilio agant omnia, in hoc*
ſolo certamen inter ſe ſuſcepiſſe uidetur, dum ſtudere uidetur uterq;,
ut clementia in ſubditos, beneuolentia in amicos, & aduerſus ſuperio
res ſe, reuerentia obſeruantiaq́;, alterum ſuperet. Tertius *ex his frater,*
Ioannes Georgius, *poſt optime inſtitutam iuuentutem, totius* Italiæ
& Galliæ peregrinatione, ſub Rupilio *præceptore ſuſcepta peractaq́;,*
ut ſupra literas, mores quoq; hominũ & urbium cognoſceret multa-
rũ, in hiſce rebus omnibus eouſq; progreſſus eſt, ut domũ reuerſus uni-
uerſis eſſet miraculo. Quam *exiſtimationẽ hominum de illò, ſuo quoq;*
calculo deinde firmauit auxitq́; Regia *maieſtas, dum illum in proce-*
rum ſuorum ordinem accerſit, conditione & loco minime inter cæte-
ros poſtremo: cuius loci dignitatem, affirmant certè eum ita tueri, ut
neſcias num illi locus, an ipſe loco ſuo plus ornamenti conciliet. Quar
tus è filijs Dauid, *primum* Gallijs Italiaq́; *ſtudiorum gratia luſtra-*
tus, deinde non adeò pridem è Louanio *rediens,* Galliã *repetijt, nõ infe*
riore indolis dexteritate felicitateq́;: ut rectè profectò maius adhuc
incrementum huiuſce beatitudinis expectetur, donec illa tandem fa-
milia

milia ueſtra beatiſsima,myriadas illas uirorum qui à Ioue ſummo cuſtodes & inſpectores operum mortalium conſtituti ſunt,explcat:quorum tandem hominum conſilio & ope, priſca illa rerum trãquillitas integritasq́;,per uos nunc inſtauranda, poſteris quoq; hominibus tradantur ſeruenturq́;. Cæterum hæc uniuerſa, æquat clementia ſingularis tua & liberalitas,quam in omnes ſtudioſos libenter exercere ſoles.Nō enim de me nunc dicā,neq; enim una epiſtola id poſſem, ſed & libro & hiſtoria uix tota, enumeraturus ſcilicet beneficia quibus me honeſtauit tua magnificentia, alumnum domus ueſtræ, in gymnaſiis Italiæ ueſtro ſumptu ueſtroq́; fauore liberaliſsimè habitū atq; educatū. Ecquis unquam ſtudioſorū hominum,à conſpectu ueſtro ſine magno munere diſceſsit? Et eouſq; progreſſa eſt hæc liberalitas, ut ignotos etiam homines ultro ſibi officijs ac donis adſciſcere ſtuderet. Nā ut parentē quoq; olim meū,& inprimis D. Eraſmum Rot.ſtudio ac beneuolētia ſingulari deuinxit ſibi, & donis inſuper auxit:ita hodie quoq; nouos ſibi amicos parare non deſinit, quoſcunq; eruditione & uitæ integritate commendari à cæteris cognouerit. Sic D.Bonifaciū Amerbachium, clariſsimum Iureconſultū, literis ſcriptis ad amicitiam cōtrahendam ultro prouocauit nuper. Egregius profectò animus,& uiro heroë digniſsimus,non ſolū ſtudere,bonus ut ſit,ſed & bonorū & celebriū uirorum amicitiam familiaritatemq́; ſectetur, & quærere cupiat,ut nouā in dies materiam ſuæ magnificētiæ ac liberalitati habere poſsit. Cæterū alij pro ſuo modo quiſq;, agnoſcere & uiciſsim demereri aliquid apud tuam magnificentiam conabūtur.Ego id quod pridem apud me conſtitueram,nunc primum facere poſſum, ut ſignū aliquod meū & uelut monumentū oſtenderem cæteris,diu à uobis præſtita in me,parentemq́; meum,liberalitatis & clementiæ,et quod ſcio patrē, ſi licuiſſet, facturū fuiſſe, librū hunc ad aram ueſtrā offero,munus mole quidem exiguū,ſed rerum tamen quæ illic docentur tractanturq́;, dignitate & amplitudine longe maximū. Eſt enim Reſpōſorum ſingulariū liber,nōdum æditus antea, in quo pleraq; uerius ſimul & manifeſtius exponūtur, quæ hactenus obſcura admodū, & proinde inter noſtros multū cōtrouerſa,de ueterum ſententijs fuerunt.Hunc magnificētia tua uultu alacri ſuſcipiens, animum addet mihi,ne reliquos parentis labores,qui supereſſe deprehēdentur,interire patiar, quicunq; publica ſtudia, quæ uos ueſtra ope & cōſilio promouere rectà pergitis, ſuo quoq; modo iuuare & augere poſſe uidebuntur.Magnificentiæ tuæ me ſupplex commendo,præfatus in primis ut hanc Deus opt.max.quàm diutiſsimè ſuperſtitem ac florentem cōſeruet. Friburgi Briſgoiæ, Calend. Ianuar. anno ab orbe redempto M. D. XLI.

VDALRICHI ZASII IVRECONSVLTI SINGVLARIVM RESPONSORVM

LIBER II.

Memorabilia in cap.I.obſeruanda.

1 *Maritalis exceptio ſuper competentia uiuendi in iudicio reiecta, poſt ſententiam opponi poteſt, contra gl. & Doct. in l. Neſennius. de re iud. ſingulariter per Zaſium.*

2 *Exceptione rei iudicatæ ſubmouēda, in iudicium non reuocantur.*

3 *Intellectus l. ex diuerſo. in §. fin. ſolut. matr.*

4 *Mariti priuilegium iudex non debet in iudicio ſupplere: quod ſi facit, tenetur.*

5 *Iuris executio iniuriam non habet.*

Pactū cōtra priuilegiū maritale, eſt cōtra bonos mores. eod. num.

6 *Marito, ſuo priuilegio in iudicio reiecto, doli exceptiōe ſubuenitur.*

7 *Maritum priuilegio ſuo nec tacite nec expreſſe renunciare poſſe.*

8 *Sententia quaſi contrahitur, eaq; propter uim pacti habet.*

9 *Donator cuius priuilegiū in iudicio reiectū, niſi appellet, non habet exceptionem doli contra ſententiam, ſingulariter per Zaſium.*

10 *Donator priuilegio ſuo renunciare poteſt.*

11 *Donatori pinguius marito ſubuenitur.*

12 *Exceptio inuētarij facti poſt ſentētiā nō cōpetit, ſingulariter p Zaſ.*

13 *Regulis communibus ſtandum.*

14 *Arg. à priuilegio mariti, donatoris, militis, ad inuentarij beneficium, uanum, ſingulariter per Zaſium.*

15 *Priuilegia mariti, militis, donatoris, patroni, ſocij, exceptionē peremptoriam non pariunt.*

16 *Inuentarij exceptio omnino peremptoria. & nu. xi. per tot.*

17 *Hæres à iudice in ſolidum condemnatur, non ex iudicio præſumpto defuncti, ſingulariter per Zaſium.*

18 *Teſtator non præſumitur quicquam contra ius diſponere uelle.*

19 *Hæres mero iure in ſolidum nulli creditorum obligatur, ſingulariter per Zaſium.*

20 *Inuentarii beneficium remedium legis, non priuilegium.*
21 *Exceptio inuentarii ſententiam impugnat.*
22 *Exceptiones peremptoriæ non allegatæ in iudicio, nunquam impugnant ſententiam.*
23 *Sententias dupliciter impugnari.*
24 *Exceptionis propria natura ut impugnet & excludat.*
25 *Reprehēſio Doct. corū, quorū ſtudiū nō aliud, quàm elēchos legum (eſſe.*
26 *Zaſii modus, ratio, ſtudium.*
27 *Opiniones communes plerunq; falſæ.*

De exceptione priuilegij mariti, ſuper competentia uiuendi, poſt ſententiam opponenda. CAP. I.

PER manus traditur, eam quæ marito competit exceptionem ſuper competentia uiuendi, etiam poſt ſententiā opponi poſſe. ita eſt tex. in l. ex diuerſo. §. fi. ff. ſol. matri. Hanc doctr. limitat gl. in l. Neſennius. in fi. ff. de re iud. ut non procedat, ſi in iudicio ea exceptio allegata, & per ſententiam reiecta ſit. allegat l. duobus. ff. de excep. rei iud. cum ſimil. concord. & hoc Doct. communiter ſequuntur. Ego, ſi liceat contra tot doctos uiros ſentire, credo hanc 1
gloſ. in exceptione maritalis beneficii procedere non poſſe.
Tum quia adſertio glo. nullo iure roboratur: leges enim per 2
eam adductæ loquuntur de excep. non priuilegiatis, quæ repelluntur ex communibus regulis, quibus dicitur, non licere in iudicium reuocare, quod exceptione rei iudicatæ ſubmo-
ueri poteſt: quæ communes regulæ noſtræ exceptioni priui- 3
legiatæ non obſtant, utpote quòd iudicata eis non noceat. tum etiam quòd expreſſus tex. in d. l. ex diuerſo. §. fin. diſponat contra prædictam gl. Nam ibi dicitur, ſi iudex ignorātia iuris lapſus, in ſolidum maritū condēnauerit, doli excepione tutum fore maritum. Qui tex. nullo alio caſu intelligi poteſt, quàm cum maritus ſuum beneficium in iudicio allegauit, & iudex hoc non ſequutus, eum in ſolidum cōdemnauit. quod ita probo. Si enim maritus tale beneficium nō allegaſſet, meritò & eum in ſolidum condemnaſſet iudex, quia iuxta libellum uxoris eiusq; petitionē pronunciaſſet, & ſic nulla fuiſſet
lapſus iuris ignorantia, imò ex peritia iuris proceſsiſſet: neq; 4
enim tenebatur iudex ſupplere pro marito, ut plene notatur

per Doct.in l.j.C.ut quę deſ.aduoc.fa.in arg.l.iiij.§.hoc au tem.ff.de dam.inſe. Et fortius dico, quòd ſi iudex marito nō allegāti ſubueniſſet eo beneficio, cōtra petitionē uxoris, eui denti ignorantia iuris laberetur, quia ſuppleuiſſet pro aduerſario: deniq; & ſententiā non cōformem libello tuliſſet, cōtra iura uulg. Præterea, quia d.§.fi.dicit maritum exceptione doli defendi, certè ſi ipſe tali caſu dictum ſuū priuilegiū non allegaſſet, impoſsibile eſſet quòd aliqua doli exceptione iuuaretur, cū nullus dolus interueniſſet: nā in iudice nō fuit dolus, qui fecit quod iuris erat: neq; enim debebat attendere priuilegiū nō allegatū, ut ſuprà probauimus: quin potius ſi attēdiſſet, in dolo fuiſſet, & parti de eo teneretur, arg. eorū quæ traduntur in l.j.§.ſed nonnullos.in fin.ff.de tut.& rat.diſtr. Nec etiā cōtra uxorē dolus prætendi poteſt, quæ ex ſentētia
5 ritè lata nititur, unde nihil doli facit. Nemini enim iniuriam facit, qui ſuo iure utitur, cū iuris executio iniuriā nō habeat. l.iniuriarum.in prin.ff.de iniur. Vnde cōcludo, quòd d.§.fi. neceſſariò intelligatur de marito qui poſt allegatum priuilegium, in ſolidū cōdēnatus eſt: tunc enim & iudex iuris ignorantia lapſus cenſetur, & uxor dolo facit iniuſtæ innitēs ſententiæ. Dicta igitur gl. tanquam manifeſto iuri contraria, uel omnibus doctis diſſentientibus, eliminanda eſt, niſi apertæ ueritati præualeāt opinionū nugamēta. Vnde maritus, ſi etiā
6 ſuum priuilegiū reiectū fuiſſet, & cōtra eum iudicatū, exceptione doli aduerſus talem ſentētiā oppoſita ſe tutabitur, per d.egregium & ſingularem tex.in l.ex diuerſo.§.fi. Et pro ea
7 aſſertione euidēs facit ratio. Certum enim eſt, quòd maritus nullo nec expreſſo, nec tacito cōtractu uel cōuentione, huic priuilegio renunciare poteſt.l.alia.§.j.ff.ſol.ma.& quod ibi Doct. Scimus autē quòd per ſententiā quaſi cōtrahitur. Vnde
8 ſi ſententia à qua non fuit appellatū, eum ligaret, cenſeretur quaſi contraxiſſe cū uxore de non utendo priuilegio: at talis cōuentio ſicut expreſſa nō ualeret, ita nec tacita: utetur ergo priuilegio etiā prius allegato, dum ex ſententia conuenitur.
Deniq; ſi pactum cōtra hoc priuilegiū maritale, eſt contra bonos mores, & nō ligat, quin nō obſtante pacto poſsit hoc priuilegiū allegari, iuxta tex.in d.l.alia.§.j.ſol. mat. ergo & ſentētia quę reiecit hāc exceptionē, eſt cōtra bonos mores, & nō impediet maritū allegare ſuā opē uolentē: quia ſententia, ut dixi, habet uim pacti. Bar.in l.cētesimis. in l.impoſsibilis. ff.de

ff.de uerb.obli.& ibi dixi. Præterea ſi cõueniret ex turpi pro miſsione, quia promiſi pecuniã ut aliquis occidatur, ego autẽ allegarẽ exceptionẽ turpitudinis, & quod hæc promiſsio me non ligaret, iudex uero hanc exceptionẽ reiiceret, & me con demnaret, quæro an hæc ſententia cõtra bonos mores, me ligget, uel an dabitur mihi executio etiã poſt ſententiã. Credo quòd hoc non ſis negaturus: Igitur, &c. Quid autẽ in dona tore, an & ipſe poſsit hac exceptione doli defendi, ſi cõtra pri uilegium ſuũ in iudicio allegatũ, pro ſolido pronũcietur? Et certè uideri poſſet quòd ſic, per tex. in d. l. Neſennius. §. fin. ubi uidetur hoc expreſſum. Sed uide ne contrariũ ſit uerum. 9
Cum enim donator ſuo priuilegio poſsit renũciare, per l. pe. C. de pa&#x1d;. & per gl. in d. l. alia. §. j. cõſequens eſt ut cũ in iudicio allegauit priuilegiũ quod per ſententiam reiicitur, niſi appellet, non poſsit habere exceptionẽ contra ſententiã cui acquieuit: ſic enim per quaſi contractũ cenſetur huic priuilegio renũciaſſe: & hoc puto uerũ, & in hoc caſu gl. in d. l. Neſennius. in fi. procedere poſſe affirmo. Nec obſtat tex. in d. l. Neſennius. in fi. quia nõ facit mentionẽ de ea condẽnatione, quæ contra allegatũ priuilegium facta ſit. Nec obſtat alia oppoſitio, ſcilicet quòd donatori pinguius ſubueniatur quàm marito, &c. per l. & exhæredatũ. cum l. ſeq. ff. de re iud. quia hoc uerũ eſt quo ad caſum deducendi æris alieni, nõ autem quo ad alia, cum maritus paciſci cõtra ſuum priuilegium non poſsit: & ſic nõ procedit hæc argumentatio, qua à fortiori arguitur, cum nõ militet utrobiq; eadẽ ratio maioris uel mi noris fauoris. 10 11
An autẽ exceptio inuentarii facti poſsit poſt ſententiã opponi, ita ut cum talis exceptio in iudicio allegata nõ fuit, & propterea hæres in ſolidũ condẽnatus, poſt ſentẽtiã poſsit obiici beneficiũ inuẽtarii? Doct. noſtri uſq; adeo diſceptant, & inter ſeſe diſsident, ut Nili fontes citius, quàm eius diſceptationis exitũ inuenias. Ego ſine dubio puto dicendũ, quòd talis exceptio poſt ſententiã non cõpetat, per generalem regulã l. peremptorias. C. ſen. reſc. non poſſ. quæ in uerbis, in mẽte & ratione uſqueadeo generalis eſt, ut omnes peremptorias cõplectatur, ſicut etiã minor ætas hanc generalitatẽ effugere nõ poſsit, niſi ſpeciali in integrũ reſtitutionis iure adiuuetur. 12
Præterea ſtandũ eſt regulis cõmunibus, niſi caſus excipiãtur aliquo iure, uel euidẽti ratione. l. j. §. nauẽ. ff. de exercitor. l. præſes. ff. de offi. præſ. l. j. §. j. ff. de bo. poſſ. 13

contra tab. At is caſus quo dicitur exceptionẽ inuentarii poſt ſententiã opponi poſſe, nec iure nec ratione aliqua euidenti fundatur: ergo, &c. Nã nullus eſt tex. iuris qui hũc caſum ex-
14 cipiat. Denique nulla ratio militat. Quod enim à priuilegio mariti, donatoris, militis, &c. ad beneficiũ inuentarii arguitur, uanũ eſt, cum nulla ſit alterius ad alterũ relatio, & ex ſeparatis nihil inferatur. per iura uulg. l. ſi maritus. C. de don. int. uir. & uxo. cũ ſimi. Tandẽ priuilegia ſeu beneficia mariti, mi-
15 litis, donatoris, patroni, ſocii, &c. nõ pariũt exceptionẽ penitus peremptoriã: obligatio enim per huiuſmodi beneficia nõ tollitur: nam à perſonis prædictis, ſi in poſterum ad uberiorẽ fortunã peruenirent, poſſet in ſolidum exigi. De marito eſt no. tex. in l. j. §. cum autẽ. C. de rei uxo. act. qui tex. ex parita-
16 te rationis etiã ad alias perſonas extẽditur. Sed exceptio inuentarii eſt omnino peremptoria: nam extinguit perpetuò omnẽ obligationẽ creditorũ, quæ ſit ſupra uel ultra patrimonii uires: unde de illis caſibus ita ſeparatis, non eſt alterius ad alterũ ſumenda argumentatio. Videamus ergo qualiter ad
17 rationes Doct. contraria ſentientiũ reſpõdeatur. Non enim obſtat quod prætenditur, quòd hæres in ſolidum cõdemnatus, ſit ex iudicio præſumpto defuncti cõdemnatus, qui inſtituendo eum hæredẽ, præſumitur uoluiſſe, quòd & debita in
18 ſolidum ſoluat, &c. Nam hoc non eſt uerum: cùm iure noſtro teſtator ſciat beneficiũ inuentarii, unde non præſumitur quicquam cõtra ius diſponere uelle. l. nemo. de leg. j. Præterea hæredes qui ab inteſtato decedũt, iure ſuo recipiũt hæreditatẽ, nõ ex iudicio defuncti, &c. Nec etiã uerũ eſt, quòd
19 in puncto iuris uel mero iure hæres omnibus creditoribus ſit obligatus in ſolidum. ſed per beneficiũ inuẽtarii ſubleuetur: quia imò conſtitutio principis, quæ per modum legis, nõ per modum priuilegii procedit, tantum operatur, quòd hæres facto inuẽtario, nullo iure ſit obligatus in plus, quàm uires hæreditariæ patiuntur. Patet igitur beneficiũ inuentarii eſſe re-
20 medium legis, & non priuilegium, ſicut multa ſunt remedia legis, non autem priuilegia: ut ſunt omnes cõdictiones ex lege, ſicut l. ſi quis argentum. &c. & aliæ ll. Sic epiſtola D. Hadriani. Sic beneficium excuſsionis, & ſimilia. Vnde error eſt, ſentire, quòd hæres ſit in ſolidũ obligatus ipſo iure, licet per
21 beneficium defendatur. Nec uerum eſt quod adſeritur, exceptione inuentarii non impugnari ſententiam, &c. quia hoc etiam

etiã locũ habet in omnibus exceptionibus nõ allegatis in iu-
dicio.nulla enim exceptio quantũcunq; perẽptoria,quæ in
iudicio allegata nõ fuit,ſentẽtiã impugnat,cum ſententia ex 14
actis & allegatis procedens,iuſta ſit,etiam ſi alteri parti exce
ptio peremptoria cõpetat.Nam iudex nõ tenebatur de illa ex
ceptione nõ allegata ſe intromittere,unde iuſtè iudicauit,&
ſententia non impugnabitur de iniuſtitia : & tamẽ tales per-
emptoriæ exceptiones poſt ſententiam excluduntur, per d.l.
peremptorias.ergo & illa excludetur,etiã ſi iuſtitiam ſenten-
tiæ nõ oppugnet.Vnde impugnare uel nõ impugnare ſenten
tiam,non poteſt facere rationẽ diuerſitatis inter hanc uel illã
exceptionem. Huic rationi Ioannes Bernhardus Rumelin,
auditor meus,adoleſcens doctus & acutiſsimi ingenii, oppo
ſuit.Nam dicebat ſentẽtiam dupliciter impugnari poſſe. Pri
mo intrinſece,hoc eſt , quòd obiiceretur dolus uel iniuſtitia
iudicis:& hoc modo omnes exceptiones quantumcunq; per- 15
emptoriæ,ſi non ſint in iudicio allegatæ,& poſtea allegen-
tur,non impugnant ſentẽtiam de iniuſtitia: & hæc impugna
tio nihil ad noſtrum propoſitum.Alio modo impugnari aſſe
rebat ſentẽtiam quo ad effectum,id eſt,quòd oppoſita exce-
ptione poſt ſententiam,eius ſentẽtiæ effectus caderet & in-
firmaretur,atq; hoc modo impugnationẽ ſumẽdo,exceptio-
nes peremptoriæ ſi poſt ſententiam admitterentur , perime-
rent & tollerent effectum ſententiæ: at hoc non fieri circa ex
ceptionem inuentarii.& ita etiam intelligebat d.l.perempto
rias. Nos quantumuis fateamur hanc conſiderationem eſſe
ſatis argutam,noſtræ tamen adhæremus aſſertioni,imò exi-
ſtimamus eam uſq; eò non urgere,ut & noſtræ opinioni ſuf-
fragetur.Si enim ſentiẽdũ eſt de ea impugnatione per quam
effectus ſententiæ confoditur,tunc dicimus etiam exceptio-
nem inuentarii ſententiæ effectum oppugnare,utpote quod
ſententia dictat ſolidum debere ſolui : at exceptio inuenta-
rii contrà nititur,uidelicet quòd non plus ſoluatur quàm ui-
res patrimonii ſufferant. Finge enim ſummam debitorũ ex-
tendi uſque ad mille , bona defuncti uix trecentos adferre,
nónne hic ſententia tollitur , eiúſque effectus quaſi totali-
ter eluditur?beneficium namq; inuentarii ipſo iure tollit ſo-
lidam obligationem,quam ſententia ipſo iure induxit. Gran
dis itaque error eſt,negare quòd exceptio inuentarii non ſit
peremptoria,quæ tamen ita euidenter ius creditorũ perimit.

Collige ergo: Aut recipies impugnationis primũ membrũ, quo ſententia intrinſecè de iniuſtitia oppugnatur, & hoc caſu nulla exceptio quæ in iudicio non fuit allegata, oppugnat ſententiã, niſi fortè per acta de huiuſmodi ſententia cõſtitiſſet, per ea quæ notantur à Doct. in l. j. C. ut quæ deſ. aduoc. Aut loquimur de ea impugnatione qua effectus ſententiæ impugnatur, & tunc omnis exceptio obſtat ſẽtẽtiæ, quæ eius exequutionẽ aut in toto, aut in parte iuxta naturã cauſarum
24 perimit: propria enim natura exceptionis eſt, ut impugnet & excludat. l. j. ff. de except. Vnde ubicunq; hoc argumẽtum de impugnationibus ſẽtẽtiarum in præſenti materia occurrat, per prædicta eneruari poteſt. Sunt aliæ nõnullæ leuiculæ ra-
25 tiones, quæ per præmiſſa ſatis eliſæ eſſe comperiẽtur. Nec te moueat lector, quòd me in Doctoribus allegandis non inuoluo, ut nunc hunc, nunc illum citem, quemadmodũ noui tii leguli folia inaniter occupantes facere aſſueuerunt, oſtentationem quàm utilitatem magis cõſiderantes: ſolẽt enim maiores ſuos carpere, ſi uel minimũ uerbũ ex aliis dixerint, eosq; non citauerint: quaſi pulchrũ ſit, ſi & intus & in tergo plena ſint omnia Bartolorũ, Bal. Imol. Raph. Paul. Iaſ. Alex. Salic. aliorumq; id genus Doctorũ. Nam ſi eos ad omne uerbum citari neceſſe ſit, quis erit aliquando finis? cum Doctores ſuper Doctores magno ingeniorũ prouentu creſcant. Miſera certè
26 ſuperſtitio, imò nugoſa uanitas. Mea ſic eſt cõſtituta ratio, ut quod mihi uideatur dicã, measq; aſſertiones textibus roborem, & ſi quando Doctorẽ taxauero, eius errores recẽſeam ciuiliter: ſi quid ex aliis ſcripſero, cum opus eſt, autorem nõ taceam: ſin uero aſſerã quæ alii ante me aſſeruerũt, nõ ad omne uerbũ eos aduexam: ad id enim adſtrictus eſſe neutiquam uolo, ut curẽ quid alii dixerint, ſed quid ex ueritate dici poſsit. Et profectò ſi noſtri legulei, qui ante nos fuere uiri docti, idẽ feciſſent, ſeq; non ita ad dicta Doct. adſtrinxiſſent, innumeræ opinionũ myriades, quæ cõmunes eſſe dicuntur, & tamen
27 falſæ ſunt, eſſent intermiſſæ. Proinde nihil apud me loci habet harũ ipſarum opinionũ, quæ cõmunes circunferũtur, autoritas, niſi iuris ſcripti ueritas eas ornet: tunc enim illas & ueneror, & adoro, atq; ipſis patribus qui fideliter ſcripſerũt gratificor. Sin uero in ambagibus pro cuiuſq; ingenio erratili fluctuent, & ſecundum quod caſus qui contingebat, lucroſus uel damnoſus fuit, figantur & refigantur, iſthæc nugamenta

nec

nec moror nec morabor unquam, cui præcipuum propoſitum eſt, ueritatem ubiq; ſequi uelle, quantum mei fert ingenii exiguitas.

Memorabilia in Cap. II. obſeruanda.

1 *Matrimonii contraria.*
2 *Actio dotis in caſu non prouiſo per ſtipulationem, mulieri cõpetit. Singulariter nonnulla in hac materia per Zaſium.*
3 *Hæres nemo in re certa.*
4 *Retinere dicimur quæ habemus.*
4 *Intell. l. cum inter. in §. cum inter. de pact. dot. per Zaſium.*
6 *Ratio unica locum uendicans, pro expreſſa cenſetur.*
7 *Intellectus l. Bebius. de pact. dot. & num. 8.*
8 *Antinomiæ legum. l. ſi dotem. ſolut. matr. ac l. inter. §. cum inter. diſcuſſio per Zaſium.*
9 *Actionem mortui non habent.*
10 *Actio dotis qualiter defunctæ mulieris eſſe dicatur.*
11 *Coniugum alterius morte, affectionis ſeu affinitatis ratio ceſſat.*
12 *Specialia duo in unam rem contra ius non concurrunt.*

Socero ad unum ex his caſibus, quibus matrimonij nexus diſſoluuntur, ſtipulante, ſiq; caſus ſtipulatione nõ prouiſus eueniat, an ſocero, ánne marito, uel potius ipſi mulieri dotis actio competat. CAP. II.

CVM de iure Digeſtorũ duo ſint caſus, quibus matrimonium diſſoluitur, diuortium ſcilicet & mors, euenit ut doctrina iuris prodita ſit, quòd pater qui pro filia dotem dedit, & à marito ſtipulatur ſibi dotem reddi in unum caſum, certè ſi alter caſus nõ prouiſus eueniat, actio dotis nõ ad patrem, nec ad maritũ, ſed ad ipſam pertineat mulierem. & ita ſecundum uerum intellectũ eſt text. in l. ſi cum doté. in prin. ff. ſol. matr. Sed contra hanc doctrinam fortiter pugnat l. inter. §. cum inter. ff. de pact. dot. ubi pater ſtipulatus erat ſibi dotem reddi, ſi filia in matrimonio ſine liberis decederet: at filia cum liberis deceſsit, dicitur ibi quòd dos per maritum retinebitur. Vnde cũ pater unũ caſum prouidit, in caſu obmiſſo dos nõ eſt mulieris, ſed mariti. Dyn. ſuper hoc cõtrario ſubſtitit: tandẽ uero, ut ex uerbis Bal. in d. l. ſi cum doté. colligitur, ſoluit dicens, quòd in d. §. cũ inter. non poſsit dici caſum aliũ obmiſſum eſſe, quippe quòd propter naturam cõtrariorum,

quorum alterũ ex altero infertur, tacitè prouiſus fuerat. Hac Dyni ſolutione reiecta, Bar. aliter dicit: ut ſicut in l. ſi cum dotem. in caſu obmiſſo actio eſt mulieris, ſic & in d §. cũ inter. Vnde licet dos ibidem ad maritum pertinere dicatur, hoc tamen nõ ſuo, ſed liberorum nomine recipit, ut liberi in illa dote ſint hæredes matris defunctæ, non obſtante quòd aliàs filiafamiliàs hæredem iure Digeſt. habere non potuerit: uult enim hoc eſſe ſpeciale in dote. Bal. & Ang. in d. l. ſi cum dotem. hanc adſertionem oppugnant, putantes fieri non poſſe
3 quòd aliquis hæres in re certa eſſe poſsit. per l. quoties. C. de hæred. inſtit. Et multa ſuper hoc puncto ultro & citro dicuntur, quæ latius per Alexand. in dicta l. ſi cum dotem. & alibi in multis locis per Doct. ſcribuntur. Ego quo ad ſolutionem contrarii, Bart. non ſequor, ex illo fundamento. Certum
4 enim eſt quòd uerbum, retinere, de eo uerificatur quod prius habemus. gloſſ. l. poſt emãcipationem. in fin. ff. de leg. iij. ſa.
5 l. j. ff. ubi poſsid. Cum igitur text. dicto §. cum inter. clarè dicat quòd in caſu extãtium liberorum dos retineri debeat, neceſſariò maritus debet intelligi, cũ nec uxor quæ mortua eſt, nec liberi extantes, dotem quam nunquam habuerunt retinere poſsint. Perinde itaq; hoc caſu reputabitur maritus ſignifi-
6 catus, ac ſi text. eum expreſſe nominaſſet: eſt enim uulg. iuris doctrina, quòd quando nulla ratio locum habet niſi unica, illa pro expreſſa habetur. l. ſi fundus. cũ l. ſeq. ff. de fund. inſtr.
7 & pro dicta aſſertione eſt text. in l. Bebius. poſt med. ff. de pact. dot. ubi quia ſocer in caſum deficientium liberorum pactus fuerat, filia autem cum liberis mortua erat, unde maritus ex hoc ſolo fundamento quòd liberi extabant, totam dotem petiit, quam & obtinuiſſet, ſi ei alia cauſa non obſtitiſſet: diuerterat enim ab uxore, ita quòd uxor in matrimonio non deceſſerat, ex quo facto ipſe fuit excluſus. Dicta igitur l. Bebius. tacitè improbat lucrum dotis in perſona mariti, ſi in caſu pacti ſuprà facti filia cum liberis in matrimonio decedat. Et ea eſt uera mens dictæ l. Bebius. licet Iacobus de Beluiſ. & Bart. ſatis erranter eam pro ſe allegauerint. Prædictis ita ueris exiſtentibus, adhuc non diluta eſt cõtrarietas dictarum ll. ſcilicet l. ſi cum doté. & §. cum inter. in quarũ altera cõpetit actio uxori, in altera marito. Doctoribus iam à multis annis perſuaſum eſt eos nodos facilè explicari non poſſe.
8 Vnde dicas breuiter, quòd ſi d. ll. in genere intellexerimus,

ambæ

ambæ concordant. Nam ſicut in l. ſi cum dotem. prouiſio patris in unum caſum expreſſum facta, abnegat à ſe actionem in alio caſu non expreſſo, ita etiam in dicto §. cum inter. pater ex prouiſione unius caſus alteri renunciaſſe cenſetur. Sin uero ad ſpeciem diſtinctius loquẽdo tranſierimus, dictæ ll. non habent caſus contrarios, ſed differentes & diuerſos. Nam in §. cum inter. pater prouidendo ſibi in caſu deficientium liberorum, non dicetur fruſtra & otioſe mentionem liberorũ habuiſſe: uoluit enim quòd in caſu contrario liberis ſuperſtitibus prouideretur: unde mirum non eſt, ſi pater mortua filia, liberisq; ſuperſtitibus, uoluerit dotem per maritum retineri: talis nanq; dos nomine liberorum retinebitur, & liberis reſeruabitur. d. l. Bebius. quæ ad hoc eſt clara. Et quòd talia pacta cõſueta ſint fieri, ut filia mortua relictis liberis, dos apud maritum remaneat, text. ſunt uelut expreſſi in l. ij. in princ. in l. ſi pater. in prin. in ratione ſui. in l. pater. in princ. & quod ibi notatur. in l. ſi inter. dicta l. inter. in princ. & §. j. ff. de pact. dot. Et quòd maritus dotem eo caſu non ſuo nomine, ſed liberorum retineat, text. eſt qui hoc apertè decidit in d. l. ſi inter. ibi, ob unum uel plures, &c. & in dicta l. inter. §. j. ibi, ex pacto filiæ nomine retinere potuit. At uero in l. ſi cũ dotem. longe diuerſum eſt, & caſus differens: quippe quòd pater ibidem liberorum uel extantium uel deficientium nullã rationem habuit, ut palàm eſt: unde in caſu obmiſſo ceſſat illa præſumptio, qua pater propter liberos extantes marito cenſetur conſulere uoluiſſe. Et illa tam breuis quàm aperta eſt deciſio, ſi altera lex per alteram determinetur, atq; adeò non contrarientur. Ex his conſequens eſt, quòd in l. ſi cum dotem. pater prouidendo unum caſum, ſiue diuortii, ſiue mortis, ſi alter caſus eueniat, hocq; uel in perſona mariti, uel uxoris, ſemper uxoris eſt actio. Et hoc uidetur ſentire, quamuis dubitanter, Alexand. in dicta l. ſi cum dotem. in vj. col. in uerſ. tertia fuit ſolutio. Sed dicat quiſpiam, ſi uxor præmoriatur in caſu quem pater non prouidit, quomodo erit uxoris actio, quæ mortua eſt? Nam qui non extat, actionem habere non poteſt. Huius timore uoluere quidam, quòd dicta l. ſi cum doté. com 9
plecteretur eum caſum, cum maritus præmoritur, ita quòd ſi uxor præmoreretur, tũc mariti eſſet actio. per dictum §. cum inter. Sed hoc nihil eſt, imò adhuc etiam uxore præmortua, 10
actio ipſius uxoris erit, id eſt, dos ad eam pertinebit: attamen

 pater

pater iure peculii hanc dotem tanquam patrimonium filii occupabit.l.ij.ff.de caſt.pecul.Et hæc ſunt ſubtilia & noua:nec diffiteor quin inueniantur qui huic nouæ aſſertioni contradicere poſſent:ſed quia dicta l.ſi cum dotem. generaliter loquitur,& non eſt aliqua ratio quæ urgeat ut reſtringatur,ego certè aliter dici poſſe non uideo. Finge enim quòd pater in caſum diuortii ſibi prouiderit,matrimonium uero morte uxoris,non mariti,ſoluatur,cuius erit actio? Patris? nõ,quia ipſe à ſe abnegauit hunc caſum. Mariti? nõ,quia ei pater nec ſtipulatione nec pacto proſpexit,nec proſpicere uelle præſumitur, niſi in caſu extantium liberorum,cum morte alterius ex con-
21 iugibus affectionis ſeu affinitatis ratio ceſſet.gloſſ.elegans in l.ſed hoc ita.in fin.prin.ff.de re iudic.ubi dicit, uxore mortua,& ſic affinitatis uinculo ſoluto, ſicut amoris uinculũ, ita & priuilegii decreſcit beneficium. Cum igitur actio nec patris ſit,nec mariti, neceſſe eſt quòd apud uxorem mortuã ius dotis reſideat,quod pater,ut diximus,iure peculii occupabit. fa.l.iure ſuccurſum.in princip.ff.de iur.dot. Et hoc caſu pater non ex communione actionis dotalis,quam communem cum filio habere poſſe prætenderet,ſicut Petr.opinabatur:nam tali cõmunioni renũciauit: ſed iure patriæ poteſtatis,tanquam ſucceſſor peculiaris filiæ,retinet. Et hæc eſt medulla mentis Iureconſultorum,non ſine labore emedullata:qui ergo negat iſta eſſe ſubtilia, fidem facit ſe carere ingenio. Deniq; hæc mea adſertio ſatis poteſt accõmodari opinioni Bart.niſi hoc ſolo dempto,quòd Bar.dixit maritum retinere dotẽ nomine liberorũ tanquam hæredum matris:hoc enim nõ eſt uerum,tum quia filiafamiliâs eo tempore, ſcilicet Digeſtorum, hæredem habere non potuit:tum etiam quia iſti liberi eſſent in re certa hæredes,ſecundum Bal.& Ang.hic, doctè improbantes Bart.Et ſic duo ſpecialia cõcurrerent, ſcilicet quòd fi-
22 liafamiliâs haberet hæredẽ,& in re certa haberet. Duo autem ſpecialia in unam rem, contra ius non poſſe concurrere plus quàm notum eſt.Seruabit ergo maritus dotem liberis,non ut hæredibus,ſed in uim pacti:pater enim caſum deficientium liberorum conſiderans, è diuerſo præſumetur liberis extantibus prouidere noluiſſe,quia prudens conſilium patris aduertitur.l.Lucius.in fin.ij.ff.de hæred.inſtit. Supradicta poſſunt decidere difficultates quas hic mouent Bart.Bald.Ang. Alexand.&c.de ſtatuto loquente in caſu exiſtentium uel deficientium

cientium liberorum: & multa inſignia ex prædictis colligi poſſunt, quæ curioſus lector conſectabitur.

Memorabilia in Cap. III. obſeruanda.

1 *Hæredum perſonæ qualitatem obligationis defuncti non mutant.*
2 *Dotis fructus rerum mobilium, nec maritus, nec eius hæredes intra dilationem anni legalis lucrantur, ſingulariter per Zaſium.*
3 *Dos rerum immobilium ſtatim ſoluto matrimonio unà cum fructibus reſtituenda.*
4 *Dotalem fundum cum fructibus debere reſtitui, & nihilominus diuidendũ ſecundum ratã, curq; non æque idem in ſerui pecoriſue fructibus, dari bona diuerſitatis ratio poterit.*
5 *Dos ſoluto matrimoniali nexu ſtatim ipſo iure ad uxorem reuertitur, dominamq; efficit, ſiue mobilis aut non fuerit.*
6 *Poſſeſſor alienæ rei ſciens, fructus ſuos non facit.*
7 *Maritus fructus dotis duplici uia acquirit.*
8 *Matrimonio ſoluto, & onera eius illico ſoluta eſſe.*
9 *Amicorum officium uel in paucis benigniter ſuſcipiendum.*
10 *Nec maritus neq; hæredes eius ſoluto matrimonio, intra tempus anniculæ dilationis alere tenentur uxorem. & nume. 11. 19. 21.*
Vxor non dicitur ſoluto matrimonio eodem nu.
11 *Fructus mobilium & immobilium æquiparantur.*
12 *Expenſæ eæ à marito deducuntur, quæ fructus dotis gratia conſeruandæ fiunt.*
13 *Dilationis anniculæ legalis effectus & cauſa.*
14 *Dilatio anni legalis marito extrinſecum lucrum non affert.*
15 *Compenſationem inter maritum & uxorem quodammodo poſſe admitti.*
16 *L. ſi conſtante. §. quoties. de ſol. mat. in quo caſu loquatur.*
17 *Tempora certa, legitima, ſtatuta.*
18 *Mobilia nobis ſine fructu utilia eſſe.*
20 *Maritus onera matrimonij æquitatis ſaltem gratia ſuſtinet.*
21 *Vidua ſoluto matrimonio iudicis officium propter alimenta implorare poteſt.*

An hæredes defuncti mariti, uxore ſuperſtite, fructus dotis rerũ mobiliũ tẽpore anniculæ dilationis lucrentur. CAP. III.

AN hæredes mariti mortui, ſi uxor ſuperſtes ſit, lucrentur fructus dotis rerũ mobiliũ tẽpore anniculæ dilationis, quã habẽt ex l. datã? Cõmunis opinio partem affir

affirmatiuã affirmat.fa.gl.in l.j. §.exactio.in uerb.reſtituen dis.C.de rei ux.act.Bart.& cõmuniter Doct.in l.diuortio.ff. ſol.mat.Mouentur, quia ſi maritus intra annũ legitimũ facit fructus ſuos, ſi ſolutum ſit matrimoniũ, ergo & hæredes ſui.
2 Tenet conſequentia, quia hæredes cenſentur eadem perſona cum defuncto, & obligationis conditio ex perſona hæredum non mutatur. l.ij. §.ex his. ff.de uerbor.oblig.Antecedens autem, ſcilicet quòd maritus lucretur fructus in hoc anno legitimo,probant per l.ſi conſtante. ff.ſol. matr. & l.ſi mulier. §.rerum. ff.rerum amot. Ego huiuſmodi adſertiones non poſſum nõ mirari, & maxime quid uel gl. uel Doct. præſtrinxerit,oculosq; ingenii uiris alioqui doctiſs.obuelauerit. Vtrunq; enim falſum eſt, quòd uel maritus, uel ipſius
3 hæredes,fructus rerum mobilium lucrentur intra dilationem anni legalis. Nam manifeſtè conſtat,quòd dos in rebus im-
3 mobilibus ſtatim poſt ſolutum matrimonium cum fructibus uxori reſtituenda eſt. d. l. j. d. §. exactio. C. de rei ux. act. hocq; à nemine negatur. Certè illud idẽ in rebus mobilibus
4 ſuo tempore reſtituendis, locum habebit. Non enim poteſt unquam dari bona ratio diuerſitatis, quare fundus cum fructibus debeat reſtitui,diuidendus tamen ſecundum ratam: & non pecus uel ſeruus cum fructibus:ambo enim fuerunt dos, in ambobus æquale ius fuit marito, in ambobus æquale ius
5 eſt uxoris poſt ſolutum matrimonium. Accedat, quòd mox ſoluto matrimonio dos data per uxorem, ad eam ipſo iure reuertitur, ita quòd eſt ſtatim facta domina dotis, ſiue talis res ſit in bonis mobilibus, ſiue immobilibus,ut eſt tex. in l. in rebus.C.de iur.dot. Bald.in l.dotis actione.C.ſolut. matrim. text.in l.fin.C.eod.tit. & non diſtinguitur, ſiue res ſit mobilis,ſiue immobilis. Ex quo infero, quòd cum ad uxorem ſoluto matr. dos pleno iure reuertatur, dato quòd maritus habeat annum cauſa humanitatis in rebus mobilibus, tamẽ fru-
6 ctus non faciet ſuos: poſſeſſor enim rei alienæ, ſciens rem alienam,fructus non facit ſuos.per iura uulg. Præterea ma-
7 ritus fructus in dote,ſuos facit duplici capite.Primo, quia cõ ſtante matrimonio ipſe eſt dominus dotis,ſaltem iuris interpretatione.Secũdo,quia ſuſtinet onera matrimonii. At ſoluto matrimonio utraq; ratio ceſſat. Prima enim de dominio dotis ceſſat,per d.l.in rebus. Secunda de oneribus matrimonii ceſſat, quia cum nullum plus ſit matrimonium,non etiam
poſſ

poſſunt dici onera matrimonii. Nullum igitur titulum ſuper
fructibus maritus prætendet: ſatis ſit quòd ipſi annus indul-
geatur, nõ etiam quòd fructus lucretur: quia ſufficit ſi cui uel
in paucis amici labore cõſulatur. l. tutori. C. de neg. geſt. Nec
obſtat quod forſan prætenderetur, ad maritum pertinere ut 10
alat eo anno uxorem: hoc enim nõ eſſe uerum, poſtea proba-
bo: & certum eſt quòd maritus non alit aliam quàm uxorẽ: at
hæc non eſt uxor poſtquam matrimonium extinctum eſt: igi
tur &c. Sed ne per diuerticula circumuagemur, aſſertio no- 11
ſtra textibus probanda eſt. Et primo eſt text. in d. l. diuortio.
§. non ſolum. ubi fructus fundi & rei mobilis æquiparantur:
cui textui mortalis anima ſine aperta uiolatione uel diuina-
tione, reſpondere nunquam poterit. Addo alium text. aper-
tum in l. j. §. exactio. in uerſ. fructibus. C. de rei ux. act. ubi
dicitur, fructus fundi dotalis ex tempore diſſoluti matrimo-
nii pręſtandos, & ſimili modo penſiones uecturarum, nauiũ,
&c. præſtandas. Non repetit, ex tempore matrimonii, ſed ſim
pliciter dicit præſtandas, ut apertè innuat tales res mobiles
cum fructibus, non quidem ex tempore matrimonii, ſed ſuo
tempore reſtituendas. Non enim ocioſè prædicta uerba repe
tuntur. arg. gl. not. in l. tranſigere. ad fin. C. de tranſact. Et li-
cet Iaſ. hic, ut uideatur aliquid de ſuo attuliſſe, quædam re-
ſpondeat, tamen nugæ ſunt, non dignæ quę confutentur: cor
rumpit enim uerba tex. uolens quòd tex. intelligatur, quòd
poſt lapſum anni ueniant penſiones ex mora &c. quod quidẽ
apertè falſum eſt: nam text. ſuprà à principio, in uerſ. ſin au-
tem. de mora dixerat, uidelicet quòd uſuræ ex mora deberen
tur. Subinde ponit ſeparatum uerſ. de fructibus reſtituendis,
in quo de cõpenſationibus fit mentio. Varias aduchũt Doct.
ſolutiones, quæ omnes fabulæ ſunt, & quas confutare piget,
ne folia inaniter multiplicem. Et præſertim quod Franc. de
A ret. putat fructus penſionũ deberi deductis alimentis, qui-
bus uxor alitur, &c. nullo pacto procedit: tum quia nullo iure
cauetur quòd uxor ſit alenda, ut poſtea dicam: tum quia ſi ma
ximè talia alimenta admitterentur, tamen non connumera-
rentur inter expenſas, quæ à fructibus deduci debent. non
enim omnes expenſæ deducuntur, ſed quæ gratia fructuum 12
ſunt. d. l. diuortio. §. impendi. l. ſi à patre. in fi. de petit. hæ-
red. Adduco alium & non minus expreſſum text. quòd fru-
ctus non ſint mariti in illo anno legali, in l. j. §. itaque. C. de
rei

rei ux. act. ubi uerba text. ſic ſonant: Fœtus autem iumento-
rum, omniaq; quæ fructuum nomine continentur, ad lucrum
mariti pertineāt pro tempore matrimonii, ſiue æſtimata ſint,
ſiue non. Sed & nouiſsimi anni, in quo matrimonium ſolui-
tur, fructus, pro rata temporis portione &c. Ecce in hoc tex.
apertè deciditur, quòd fructus etiam rerum mobilium, con-
ſtante matrimonio mariti ſunt, ſoluto autem pro rata diui-
duntur. hoc etiam tenuit gl. ſingularis in l. ſi marito. in fin. in
uerſ. ancillarum. ff. ſol. matr. quam gl. non aduerterunt Doct.
hic. Accedat ineuitabilis ratio. Nam conſtat quòd maritus, ſi
ei extraneus dotem pro puella dat, & ſtipulatur reddi ſibi, ha
bet dilationem legalem contra extraneum in re mobili, & ta-
men abſurdum eſſet dicere, quòd fructus lucraretur: quod ne
13 mo negabit. Et ſi quæras, quid ergo operatur hæc dilatio le-
galis annicula, ſi maritus non habet fructus? Dico, quòd hæc
dilatio cum propter humanitatem concedatur, eò proficit,
quòd maritus auro, argento, clinodiis, pecunia, iumentis, pe-
coribus, non ſtatim ſpoliatur: & ſic in talibus, in quibus non
eſt expedita traditio, maritus non præcipitatur: & ſua etiam
intereſt ne domus ſtatim à matrimonio omni ſupellectile for
ſan euacuetur: hæc enim ad nomen, ad famam mariti perti-
nent. Et illa fuit cauſa, ut crediderim, huius anni in rebus mo
bilibus indulgendi. Quòd ſi maritus hoc beneficio uti no-
lit, reſtituat ſtatim. Nec propterea poteſt dici oneratus hac
dilatione, cum fructus reſtituere cogitur, & ſic negocia uxo-
ris gerere: nam in ſuo arbitrio conſiſtit uti hac dilatione, aut
non uti. Si ſenſerit ſua intereſſe, utatur, dummodo fructus
ſuo tempore reſtituat: ſin minus, mox reſtituat. Quod autem
14 dicta annicula dilatio nihil extrinſeci lucri adferat, text. eſt
ſingularis quo ad hoc, licet aliàs uulgatus, in l. ſi cum militi.
in fin. ff. de compenſat. Proinde non approbo gl. in l. ſi mu-
lier. §. rerum. ff. rer. amot. quæ uult, quòd dicta dilatio annì-
cula faciat obligationem in diem. Et uix eſt quòd prohibeā
15 in noſtro caſu compenſationem, ita quòd ſi maritus peteret
res amotas ab uxore, facto diuortio, quin uxor opponat com
penſationem quo ad dotem. ad quod eſt text. in l. prima. C.
rerum amot. de quo tamen puncto impræſentiarum nihil
diſceptamus: quamuis pro eiuſmodi compenſatione admit-
tenda, optimè faciat text. in dicta l. ſi cum militi. in fi. Sed de
illo aliàs, quia pro nunc ille punctus apud me non eſt ſatis

exped

expeditus. Concludo igitur,quòd dicta dilatio annicula,
nihil confert marito in fructibus lucrandis,licet aliàs ei,ut di
xi,proſit. Nec obſtant iura in contrarium ducta, ſcilicet d. 16
l.ſi conſtante. §.quoties. quia text. ibi loquitur non de tem-
pore legitimo reſtituendæ dotis, ſed de tempore quod inter
contrahentes placuit. Propterea cum dicit text. ibidem, quo-
ties mulieri ſatiſdandum eſt de ſolutione dotis poſt certum
tempus,&c.non ocioſe dicit,poſt certum tempus,& nō poſt
legitimum tempus:ut intelligas,poſt certum tempus, ſcilicet
conuentum: ſic enim cum de temporibus conuentis memi-
nerunt,dicunt certa tempora:at tempus legale,legitimum uel 17
ſtatutum tempus nominatur. Vel aliter ad §.quoties.& ad d.
l.ſi mulier. §.rerum.unico uerbo reſponde,quòd iſti text.de
commodo dotis loquũtur, quod haberet maritus in eo quòd
rebus mobilibus uteretur, non de fructibus: poſſe enim res
mobiles nobis eſſe utilitati,manifeſtum eſt,etiamſi nulli ad- 18
ſint fructus: utpote ad oſtentationem, ad ornamentum do-
mus,pro commodis hoſpitum,& cæteris id genus,de quibus
ſunt plures text.uulg.ſa.l.ſed mihi.in fi.cum l.ſeq.l.ſi ut cer-
to. §.ſi de me.ff.commod.cum ſimilibus. Concluſio itaq;
noſtra,quòd maritus intra annum legalem fructus rerum mo
bilium non facit ſuos, ſitq; contentus commodo dilationis:
fructus autem reſtituat ei quæ domina eſt rei mobilis, cum
nullum poſsit in fructibus titulum prætendere, eſt uerisſima
in puncto iuris,& procedit. Nec obſtat, ſi per quædam iuriũ
figmenta prætenderetur maritum fingi eſſe in matrimonio,
quandiu non copulatur alteri.l.fi.C.de bon.mat. cum ſimil.
hoc enim nihil prodeſt,quia fictio eſt,quæ non operatur niſi
in caſibus expreſsis. His ueris exiſtentibus,facile euinco id
quod conſequens eſt,ſcilicet quod hæredes mariti nō lucren
tur fructus: ſuper quo non eſt laborandum: quia ſi maritus
non lucratur,longe minus ſui hæredes,per argumentum quo
dicitur,ſi id quod magis uidetur ineſſe,nō ineſt,nec id quod
minus. Authen.multò magis.C.de ſacr.ſanct.eccleſ. Cum
igitur prædicta uera ſint, & planè uera, infero aliud contra 19
communiter Doct. uidelicet, quòd intra tempus anniculæ
dilationis, nec maritus nec hæredes coguntur alere quon-
dam uxorem: id quod facile liquet. Cum enim maritus ex
æquitate ſolum teneatur ſuſtinere onera matrimonii, ex eo
quòd fructus percipiat.dict.leg.dotis. certè hæc & ratio & 20
æquitas

æquitas ceſſat, cum maritus non amplius lucratur fructus, & cum mulier non plus eſt uxor, & cum nullum plus conſtat ma
21 trimonium. & illa eſt ratio uiua & uera. Præterea cum nullū ius uel dicat, uel nutu ſignificet, ali debere quondam uxorem ſoluto matrimonio, profectò monſtra ſunt, quòd nos nouā inferimus progeniem, non ſolum nullo iure, ſed iuris ratio-
22 ne repugnante. Hoc tamē admiſerim, quòd ſi uidua nō habet unde ſe alat, poteſt implorare officiū iudicis, ut maritus qui poſt annum ad fructus tenetur, iam ei tantum fructuum præſtet, quantū ei ad alimēta neceſſe eſt: & hoc ex regula qua dicitur, quod tibi nō obeſt & alteri prodeſt, &c. l. ij. §. itē Varus. ff. de aq. plu. arc. & quia neceſſitas ſubeſt, quæ frangit legē: & quia alimenta denegare, eſt necare. per iura uulg. Et ſic pro modo fructuū, ſi ita neceſſe ſit, & partes conſentiant, uel officium iudicis exigat, aletur uxor, nō quòd maritus fructus faciat ſuos, ſed ut cōmodū fructuū, quod poſt annū daretur uxori, iā propter neceſſitatē, & cauſas ſupradictas præſtetur. Et ſi ita intelligatur cōmunis opinio, procedet, & erit in æquitate & in regula neceſſitatis fundata: ſed nullo modo recipitur, quòd maritus faciat fructus ſuos.

Memorabilia in Cap. IIII. obſeruanda.

1 *Priuilegium perſonale, perſonam non egreditur, cumq; ea extinguitur. Regula cum limitationibus.*

2 *Priuilegium datum rei, loco, cauſæ, collegio, actioni, contractui, ad omnes ſucceſſores protendi. Regula cum fallentijs.*

Quādo priuilegia egrediātur perſonā. CAP. IIII.

IN l. quia beneficiū. ff. ſol. mat. tractatur per Doct. materia priuilegiorum, quomodo ad ſucceſſores porrigantur: & traditur hæc res, præſertim per Alex. ita inuolutè, ut ea legēs, ex incerto multo reddatur incertior. Tu ſecutus aliquo
1 modo Bal. dic duas concluſiones. Prima: Priuilegium datum perſonæ, perſonam non egreditur, ſed cum ea extinguitur. d. l. quia beneficium. l. in omnibus l. priuilegia. de reg. iur. l. j. in fi. de cōſt. princip. l. j. §. permittitur. ff. de aq. quot. & æſt. cū ſimil. Hæc concluſio fall. primo, ſi cauſa priuilegii in liberis uerificetur, quia tunc perſonalia priuilegia ad liberos extenduntur. d. l. quia. cum l. ſeq. & l. aſsiduis. §. & ideo. uerſ. exceptis. C. qui pot. in pig. hab. Fall. ſecundo, ſi priuilegium perſonæ datum eſt propter cauſam, non propter perſonam

ſonam, quemadmodum in d.l.quia. ſubtiliter dicit Bal. quia tunc ad alios in quibus d.cauſa locum habere poteſt, extenditur. ſic procedit l.non ſolum.ff.de in integ.reſti.l. ſi minoris. de admin.tut.l.ad hæredes.C.ad Velleia. Hoc eſt quod Bar. in l.quia, dicebat de exceptione peremptoria. At uero ſi priuilegium perſonæ daretur propter perſonam, tunc non porrigeretur. ut l.ex pluribus.ff.de admi.tut.l. nõ ſolum. §.j. de rit. nup. Fall.tertio, ſi priuilegium cœpit competere priuilegiato in eius uita: nam is caſus in quo priuilegiũ eſt ſortitũ ſuum effectum, ad hæredem protenditur. ut ſi daretur Zaſio priuilegium, ne ſolueret collectas extraordinarias, & uenit caſus neceſsitatis, in quo collectæ extraordinariæ indicuntur, ego me priuilegio tueor: ecce iam priuilegiũ cœpit mihi competere: certè ſi moriar, etiam hæres meus in eiſdem impoſitis collectis eximetur. quod nota. Hoc eſt quod Dyn. dicit, ſi cœperit priuilegium competere. Bar. hic alleg. l. defuncta, de uſufr.
Fall.quarto, ſi perſonæ ſub nomine dignitatis concedatur priuilegiũ, tunc enim potius reale quàm perſonale dicetur. c. cum ueniſſent. de inſtit. arg. c. quoniam abbas. de off. deleg.
Fall.quinto in caſu notab. puta ſi natura conceſsionis talis eſt, quòd priuilegiũ nõ poſsit perfectè operari, niſi hæredes includerentur: ut cum princeps Titio concedit bona fiſcalia: nam cum in dubio cenſeatur iure dominii conceſsiſſe, arg. l. fi. de conſtit. princ. & ibi gl. neceſſe eſt quòd hæredes includantur, cum dominiũ uerum ad hæredẽ neceſsitate iuris deuoluatur. l. quędam. §. nihil. ff. de ędẽn. Et ſic defendi poteſt Bar. in l. pater. in fi. de ſeru. leg. ubi dicit, ſi princeps militi cõcedat iuriſdictionem in caſtro, eam cõceſsionem ad hæredes protendi, propterea quòd iuriſdictio territorio ineſt. Et hæc fallentia, de qua etiã Paul. hic mentionẽ fecit, licet alio fine, memoria eſt retinenda. Fall.ſexto, ſi domeſtici poſſunt eſſe participes priuilegii: quia tũc ad domeſticos, maxime ad uxorem & filios uiuẽte priuilegiato beneficium porrigitur, iuxta not. in l. ij. C. de epi. & cle. l. fin. ad fi. C. de iniur. & Alex. hic. Vnde Luc. de Penna in l. ij. C. de fabricenſ. lib. x i. dicit, quòd priuilegiũ doctoris familiã complectitur eo uiuente: argum. quòd ſi Papa dat priuilegiũ Titio quod non poſsit interdici, hoc porrigi ad familiam. Pariter crediderim de priuilegio concedendi carnes in ieiunio, niſi ratio priuilegii aliud uellet. mò Luc. de Penna in l. ſordidorum. C. de excuſ. munc. lib. x.

dicit, quòd priuilegium mihi cõpetens, me uiuente etiam ad ſucceſſorem ſingularem tranſeat. allegat l. ſi tibi. §. pactũ. ff. de pact. Fall. ſeptimo, ſi beneficium detur Titio & hæredibus, quia tũc in dubio omnes hæredes etiã extranei ueniũt. l. ſciendũ. ff. de uerb. ſig. Quam fallentiã limita non procedere in beneficiis feudi, quia eo caſu appellatione hæredis tantum maſculus uenit. c. j. de ſucc. feu. cũ ſim. Secũdo limita, ſi mens concedentis non præſumitur ſe uoluiſſe extendere ad hæredes extraneos: quod quidem facile colligitur ex eo, quòd iniquitas oriretur, ſi priuilegium ad hęredes porrigi deberet. ita intelligitur l. ex facto. §. ſi. ff. ad Trebell. Nõ enim debet priuilegium ita exaudiri, ut ſit iniquũ. l. ex facto. de uulg. Vnde eo caſu tantũ liberi cõprehenduntur. Tertio limita, niſi priuilegiũ ſit datum contra publicam utilitatẽ: ut cũ alicui & ſuis hæredibus conceditur immunitas & exemptio à muneribus, tunc enim non ueniũt niſi maſculi, etiam ſi dictum ſit, Titio & hæredibus, & ſuis poſteris. tex. eſt elegans in d. l. j. §. j. de iur. immu. At ſuper eo puncto, qualiter hæredes ueniãt, Bar. Alex. latius tractant in l. Gallus. §. nũc de lege. ff. de liber. &
2 poſthu. Secunda cõcluſio: Priuilegium datum rei, loco, cauſæ, collegio, actioni, contractui, ad omnes ſucceſſores protẽditur. d. l. in omnibus. d. l. priuilegia. d. l. j. §. & ideo. uerſ. permittitur. fa. l. forma. §. quanquàm. l. iij. §. in rebus. ff. de cenſibus. Fallit ſi priuilegii ratio in alio ſucceſſore non militet: unde priuilegium datum bonis eccleſiaſticis ut eximãtur à uectigalibus, non protenditur ad ſucceſſorem ſingularem. Bar. in l. licitatio. de publican. Et hactenus de priuilegiis.

Memorabilia in Cap. V. obſeruanda.

1 *Actionem omnem eſſe natiuam, in genere humana negotia conſiderata, naſciq; ex matre obligatione.*
Actio omnis è facto hominis initium capit. eod. num.
Ius ex facto oriri. eod. num.
2 *Actiones aut natiuas aut datiuas eſſe.*
3 *Actio natiua quæ, mediumq; eius concludendi.*
4 *Actio datiua quæ, mediũq; eius concludendi.*
6 *Fructus induſtriales qui.*
7 *Actiones à iure ciuili inuentas minimè uerum. & 5. num.*
8 *Interpretatio alia quàm uulgus* Doct. *citat l. ij. deinde. de orig. iur.*
9 *Actionem natiuam directam, datiuam utilem rectè nũcupari, ſingulariter per Zaſium.*

Quæ

Quæ natiua, quæ item datiua in iure noſtro dica-tur actio: & quæ utilis, quæ etiam directa no-minari debeat. CAP. V.

BARTOLVS in l.j.C.de act.ad fi.utilis actionis mate
riam tractando,uoluit eam actionē,quæ ex iure ceſſo
competeret,indubitanter eſſe datiuam,ſequutus gl.in
l.ex legato.C.de lega.quippe quòd ex matre obligatione nō
naſceretur. Alias uero utiles quo ad edicta prætoris datiuas,
ſed quo ad extentionem I.C.natiuas eſſe,&c. Ego aliter &
clarius in d.l.j.& ij.hanc materiam elucidaui. Aduertendum 1
enim eſt,quòd ſi negotia humanorum actuum in genere con
ſideremus,omnem actionē eſſe natiuā:nunquàm enim actio
datur quæ non ex facto hominis tanquam materia præcurrē-
te,radicem ſumat,cum omne ius ex facto oriatur.uulg.l.ſi ex
plagis.§.in cliuo.ff.ad l.Aquil. Et ſic omnis actio naſcitur
ex matre obligatione in genere ſumpta, ſiue ſit directa, ſiue
ſit utilis. Si autem ad ſpecies humanorū actuū deſcendamus, 2
ſub certis qualitatibus & finibus limitatas, hic inuenio actio
nē aliā quæ natiua,aliā quæ datiua ſit. Natiua itaq; eſt actio, 3
quæ ex contractu ipſarummet partiū contrahentiū oritur,&
quā ipſa cōtractus efficacia præciſe tanquā natiuū ſemē pro-
ducit,ut ſunt cōmuniter contractus nominati & innominati
poſt implementū. In iis mediū cōcludendi eſt, Peto à te de-
cem,quia mecū contraxiſti. Datiua è diuerſo eſt actio,in qua 4
contra reū non poteſt efficaciter allegari cōtractus partium:
quod dupliciter poteſt cōtingere, uel quia ipſæ partes inuicē
nō cōtraxerūt,ſed ius agēdi à tertio uenerat,ſicut eſt exēplū
in iuribus ceſsis:uel ſi maximè inter ſe cōtraxiſſent, is tamen
cōtractus ad actionē producendā,ſicut ex intrinſeco adiumē
to,nō eſt ualidus:ut ſunt nudæ cōuentiones quæ lege adiu-
uantur.l.legitima.de pact. In iis mediū cōcludendi eſt, Peto
à te decē,quia ea obligatio qua es Titio nexus, mihi eſt ceſ-
ſa:uel peto,quia cōuentionē noſtrā ius adiuuit. Quod ſi obii 5
ceres: Cum ex cōmuni Doct.aſſertione actio ſit à lege inuen
ta,ut ſolet tradi in l.Iulian.de cond.indeb.per l.ij.§.deinde.
de reg.iur.nónne ergo omnis actio eſt datiua, tanquā à lege
data? Dicas,quòd in natiuis actionibus lex nō dat,ſed ab effi
cacia cōtractus datam producit & format,ſicut granum quod
è ſpica excutitur,nulla noua ſpecies fit, ſed facta detegitur.l.

adeò. §.uidetur.de acquir.rer.dom. Sed in datiuis licet præceſſerit conuentio, illa tamen non eſt firma, nec unquã actionem produceret, niſi ab aliquo extrinſecus adiuuamẽ accede
6 ret; ſicuti naturaliter eſt uidere in fructibus facto hominis prodeuntibus, qui licet à terra alimentum accipiãt, tamẽ niſi induſtria hominis accederet, nõ naſcerentur, unde induſtriales eos appellamus, nõ naturales. fa. l. qui ſcit. §. in alieno. ff. de uſur. & l. fructus. eod. tit. l. bonæ fidei. de acquir. rer. dom.
7 Nec uerũ quod per manus traditur, actionẽ à iure ciuili originaliter eſſe inuentã, licet cõmuniter ſcribentes ita tranſeanr. Nam hiſtoriarum peritis compertũ eſt, in iure gentiũ multis ante ius ciuile ætatibus actiones fuiſſe & iudicia: quod certè neceſſe erat, iam tum dominiis diſtinctis, terminis agrorum poſitis, cõmerciis, cõtractibus, obligationibus extãtibus. per l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iur. Ad quid enim profeciſſent uel cõtractus, uel obligationes, ſi non eo tempore ex eis fuiſſet actum? hoc quod ratio ſana prudentis hominis negare non
8 poteſt. Nec obſtat l. ij. §. deinde. ff. de orig. iur. nam ibidem non ſolũ nõ dicitur id, ad quod ea l. allegatur, ſed manifeſte contrarium deciditur. Dicit enim tex. actiones cõpoſitas eſſe ut certæ & ſolennes eſſent, ne eas populus prout uellet inſtitueret. Ex quibus uerbis ſatis colligitur, ante leges ſcriptas populũ actiones prout uoluerat inſtituiſſe. Erant igitur ante ius ciuile actiones, ſed informes, rudes, uagæ: quas lex cõpoſuit, id eſt, in ordinẽ poſuit, certas & ſolennes fecit, nõ autem de nouo inuenit: ſicut in ſimili de matrimonio, & quibuſdam aliis tradi ſolet. Ergo ſi actio ex efficacia & uirtute contractus, legis ordinatione, inter ipſaſmet partes cõtrahentes datur, natiua erit: ſi uero lex contractũ deficientem uelut manu adiuuet, uel ſi à tertio, nõ à contractu, ius agẽdi prodierit, da
9 tiua nominabitur. Hac declaratione ſic uera exiſtente, credo natiuas actiones eſſe directas, datiuas utiles. Et ſic non accedo Bar. dicenti, aliquas actiones utiles eſſe natiuas, cùm hoc utili actioni eiuſq; uocabulo repugnet, ut aliàs declarauimus. Nec ignoro quòd Bar. in d. l. actio. actiones directas ab utilibus aliter diſſeparat, eas directas eſſe dicens quæ ex uerbis & mente legis cõpetant: utiles uero, quæ ex intrinſecis, ex quadam æquitate uel paritate rationis tribuãtur. Quæ diſtinctio mihi non diſpliceret, ſi perfecta eſſet. Nã inuenio utiles dari ab Imperatoribus, qui nõ extendendi animo, ſed ueram & origi

& originalem legẽ ſtatuendi proceſſerunt. Deniq; utiles prætoriæ in pleriſq; locis dantur, cum tamẽ nec prætorum mens eſſet uerba legis extendere, ut quibus erat propoſitũ, originales leges ſtatuendo ius ciuile à principio tenue, amplificare. Tutius itaq; & perfectius credo circa hęc nodoſa ſentiri modo quo ſuprà tradidimus, ut eas quę natiuę ſint, directas, quę uero datiuæ, utiles nominemus. quod ſi quandoq; uariarit, ſua ratione defendi poſſe credas.

Memorabilia in cap. VI. aduertenda.

1 *Teſtes poſſe eorum quæ ſenſu corporeo ſubiecta ſunt, rationes reticere, niſi interrogati: improbatur ſingulariter per Zaſium.*
2 *Teſtem rationem ſui dicti adferentem, uerboſum non dici.*
3 *Præſumi nihil iuſte poterit, cum præſumptio ad utrũlibet fuerit.*
4 *Teſtes fide digni producti in facto ſolo ſenſu perceptibili, ſine aliqua alia cauſa fidem faciunt.*
5 *Teſtibus productis in facto quod non ſolo ſenſu, ſed & intellectu conſiſtat, abſq; allegatione cauſarum ſcientiæ, etiamſi interfuerint, non credendum.*
6 *Teſtis extraneus non præſumptus interfuiſſe, de iis quæ puro ſenſu percipiuntur teſtificans, fidem non facit, niſi cauſam ſcientiæ aſsignarit.*
7 *Teſtium cauſæ ſcientiæ quæ pertinentes uel impertinentes.*
Interrogatoria è quibus fructibus petenda. eod. num.

Teſtis non interrogatus de ratione ſui dicti, an eam adferre debeat: & quæ ex his rationibus uel ſciẽtiæ cauſis ſint pertinentes, & qualiter ſuper eis debeat fieri interrogatio. CAP. VI.

VVLGO' traditur, teſtes in his quæ ſenſu percipiuntur 1
non oportere cauſas ſciẽtiæ dicere, niſi interrogẽtur:
quia non debeant eſſe uerboſi. gl. in l. ſolam. in fi. C.
de teſtibus. quod & Innoc. in c. cum cauſam. extrà eod. tit. &
communiter Doct. ſequi uidentur. Ego, ſalua patrum uenia,
hanc adſertionem non ita recipio, tum quia nullo iure proba
tur, tum etiam quia teſtis, qui omnem ueritatem dicere de- 2
bet, ſui dicti rationem adferens non dicitur uerboſus. argu-
men. c. ſi habes. ubi gloſſ. xxiiij. quęſtio. iij. Porrò nihil iuſtè
præſumitur, ubi præſumptio eſt ad utrumlibet, id eſt, ad hoc 3
uel illud. l. neq; natales. C. de probat. Vnde qui dicit uerum
eſſe quòd uulnerauerit, hic non plus præſumo uiſum quàm

 auditum.

auditum. Quòd autem allegatur l.fin.C.de precib.Imp.offerend. fruſtra eſt, quia nihil facit, id quod ipſa l.cuilibet etiam imperito prodit. Paria dicimus de c.ſicut.de re iud.quod aliũ omnino caſum complectitur. Ne tamen ab huiuſmodi tam communi aſſertione omnino recedam, tres pono concluſio-
4 nes. Prima concluſio: Si factum ſuper quo teſtes producuntur, eſt tale, quod ſolo ſenſu, ſine aliquo diſcurſu rationis percipi poterat, & teſtes fide digni producuntur, qui uel ex officio, uel ex conditione perſonarum, aut ex qualitate negociorum, interfuiſſe præſumuntur, tũc iuxta communem opinionem, eoſdem ſine alia cauſa ſcientiæ fidẽ facere puto. pro quo mihi uidetur tex. rectè ponderando in authentic.ut lic.mat. & auiæ. §.quod à nobis. ubi Capitaneus uel Tribunus ſimpliciter teſtificatur militem eſſe mortuum, cui meritò creditur, cum ex ſtatu & officio & ex conditione militiæ ſciuiſſe præſumitur. Sic intelligo tex.in auth.de teſtib. §.& licet.in fin. ubi habetur, per teſtes fide dignos ſolutionẽ probari poſſe, ad hoc ipſum in diſtractu ſolutionis adhibitos. Et hoc ſine etiam domeſticos, cum eorum teſtimoniũ recipitur, fidem facere puto ſine cauſa ſcientiæ, ſi res ſenſu percipi poterat, cum interfuiſſe non dubitetur. Ad prædicta facit doctr. ſingularis Nicolai de Matar. quam recitat Bald.in d.l.ſolam. quòd cum teſtis dicit, ſcio, quia interfui, non alia cauſa ſcientiæ, nõ alia ſenſus experientia opus eſt: tunc enim ſuũ cuiq; negocio ſenſum accommodari præſumo, cum de præſentia dubitari non
5 conuenit. Secunda concluſio: Si factum tale ſit, quod non ſolo ſenſu, ſed & aliqua intellectus diſcurſione percipi neceſſe erat, hoc loco teſti non creditur ſine cauſa ſcientiæ, etiam ſi interfuiſſe non dubitetur. Vbi enim obiectum per ſe non ſufficit ad permouendum ſenſum ſub certitudine, ſed oportet diſcurſum rationis cooperari, ibi teſtis ex ſenſu facilè decipi poterit, ut meritò ratio reddenda ſit quæ eum permoueat ad ita ſentiendum. Vnde qui teſtificatur Titium uulnus dediſſe ad ſui defenſionem, eius dicto non credo: hoc enim non eſt factum quod ſimpliciter ſenſu uiſus percipi poſſit: ſæpe enim ſimulatur defenſio, ubi in ueritate eſt offenſio, quod ex euidentia patet. Vnde teſtis dicere debet cauſam quare uulnerãs ſe defendiſſe putetur, ut fortè ex loco arcto, ex reſiſtentium multitudine, ex imparitate armorum talia cognoſcantur, & tunc iudici arbitrium relinquatur, feceritne ad defenſionẽ, an non

non fecerit: aliàs cõtraria ſentientes anſam dabimus facilè ue ritatis ſubuertendæ, cum teſtis in ratione ſua defenſionē imaginari poterat, quæ iudici nō approbaretur. Quapropter Bar. omnino non adprobo in conſilio quod incipit, Quidam Mafiolus. Tertia concluſio: Teſtis extraneus pro quo nulla eſt 6
præſumptio quòd interfuerit, etiam puro ſenſu perceptibili teſtificans fidē non facit, niſi cauſam ſcientiæ per ſenſum pertinentem etiam non interrogatus adiunxerit. Hæc concluſio per ſupradicta patet, quia nulla eſt pro eo præſumptio quòd interfuerit, & fortè rem non ex uiſu, ſed ex auditu ueram eſſe adſtruxerat: qui tamen auditus niſi ſuo caſu nihil facit, per iura uulg. l. Labeo. ibi gl. & Doctor. ff. de aqua plu. arc. & hanc rem alio loco prolixius tractauimus. De cauſis autem ſcien 7
tiæ, quæ pertinentes ſint uel nō, dixi locupletiſsimè in dicta l. ſolam. C. de teſtam. Nam, quemadmodum ex rhetoricis Ciceronis in materia conſtitutionum ſeu ſtatuum colligitur, aliquando in controuerſia eſt, factúmne ſit an non, quæ dicitur conſtitutio coniecturalis: hic ſi teſtis de uiſu uel auditu prò cauſa ſciētiæ utatur, ſufficit (ſemper intelligendo eo caſu quo auditus locum habet) nec debet teſtis pro cauſa ſeu ratione ſuper aliis interrogari, aliàs ſuper impertinenti interrogaretur. Vnde Iudæi dum uiderunt cæcum ſanum eſſe, fruſtra interrogabant quis eum ſanum feciſſet. Aliquando de facto conſtat, ſed quid uel quale ſit cōtrouertitur. Hic cauſa eſt ſumenda ab eſſentia rei: ut, mutuúmne ſit, an donatio, uēditio, locatióue: rapina, an furtum, ſacrilegiúmue: hic quærendum eſt quid intelligat per mutuum, donationem, &c. per rapinā, furtum, &c. Et ille dicitur ſtatus diffinitiuus apud rhetores. Faciūt ad hæc quæ tradit Bartol. in l. j. ff. ſi certum pet. & ibi Bald. Alexan. & Iaſ. ubi dixi. Eſt etiam in talibus cauſa ſumenda, preciúmne an merces interuenerit. Et à forma, quę fuerint uerba contrahentium, de quo per Bald. in dicta l. ſolam. Aliquando lis eſt ſuper eo qui autor facti eſſe dicatur, Titiúsne fecerit an non fecerit: hic interroganda eſt cauſa, nouerit an non nouerit, & unde nouerit. Aliquādo cauſa uertitur in eo ut ſciatur propter quid ſit res facta, quo animo, qua mente: & cum dicitur ad defenſionem uulneraſſe, cum dicitur dolum commiſſum, culpam extare, iam animus probandus eſt. Item ſi dicitur eo fine promiſſum, quòd ſperaretur cauſa uel numeratio, hic cauſa ſcientiæ ex finali cauſa ſumitur: omnia enim ea interrogan

da ſunt per quæ animus uel facientis uel contrahentis inueſtigari poteſt: quæ multa ſunt, & per me alibi latius dicentur.

Tandem euenit quòd in cauſa, locus, tẽpus, potiſſimè uertantur: in qua ſpecie ea erit cauſa ſcientiæ, quæ pro cognitione harum circunſtantiarũ conferunt. Memineris in prædictis, non eſſe interturbanda interrogatoria, ut quæ huic rei competunt, aliter applicentur, ſicuti eſt text. opt. in cap. ſicut. de re iudic. alioqui neceſſe eſt in illud incidas quod dicitur, Humano capiti ceruicẽ pictor equinam, &c. Nec enim teſtis impertinentibus interrogatoriis, quæ uel ad cauſam, uel pro ueritate negotii nihil conferant, onerandus eſt. Vnde, dies lucida an turbida fuerit, domus contractus lapideáne an lignea ſit, interrogari ſuperuacuum eſt, & cætera id genus quæ per male ſanos aduocatos aliquãdo ad oſtentationem, ſeu ad exaggerationem precii inculcantur. Niſi fortè de teſtium fide dubitaretur, uel timeretur falſitas. hic enim non nego & prædicta & quæcunq; alia interrogatoria ad deprehendendam colluſionem conferentia, obſeruari poſſe, exemplo Danielis cum Suſanna. Reliqua circa teſtium interrogationes neceſſaria, à Speculatore & cæteris practicis quærere liceat.

Memorabilia in Cap. VII. obſeruanda.

1 *Anonyma multa in iure carentia nominibus inueniri, attamen ſub regulis iuris conſtringi.*
2 *Doctor iudex in cauſa ſui ſcholaris, nec eſt ordinarius, delegatúsue, aut arbiter.*
3 *Succeſſoriæ ordinationes Germanorum, uoluntates in genere.*
4 *Mater de filij ætate deponens, neque teſtis, nec pars, nec iudex.*
5 *Seruitutes quaſdam eſſe nec reales, perſonales, ruſticas, urbanásue.*
6 *Actiones anonymæ.*
7 *Adoptio anonyma.*
8 *Homines proprij Germanorum principum aut nobilium, ſerui anonymi ſunt.*
9 *Legiſlator indiuidua cuncta perſpicere non potuit.*

De anonymis quibuſdam in iure noſtro. CAP. VII.

Additio ad primum caput in ſuperiori libro.

1 PLACET adſerere, ut aliàs, multa in iure noſtro inueniri anonyma, & tamen in eo ipſo nomina certa eis non reperiuntur, & nihilominus conſtringuntur ſub regulis iuris. Exẽplis igitur quibuſdã res fiet probabilis. Nam iudex Doctor

Doctor in cauſa ſui ſcholaris, nec eſt ordinarius, nec delega- 2
tus, nec arbiter, & tamen iudicat. authen. habita. C. ne fil. pro
pat. Item in ordinationibus ſucceſſoriis, quibus tota Germa- 3
nia eſt referta, hoc uidere licet: hæ enim nec ſunt teſtamen-
tum, nec codicillus, nec donatio propter nupt. nec planè pa-
ctum, ſed eſt uoluntas in genere. l. licet. C. de pact. Sic mater 4
deponens ſuper filii ætate, nec teſtis eſt, nec pars, nec iudex,
& tamen teſtificatur. gloſſ. in l. etiam. C. de teſt. Sic habentur
qui autoritatem debent præſtare mulieribus contrahentibus,
& tamen nec tutores nec curatores dici poſſunt quo ad ius.
Sic inueniuntur ſeruitutes quæ nec ſunt reales, nec perſona- 5
les, nec ruſticæ, nec urbanæ, & tamen ſunt iura ſeruitutũ ano-
nyma. text. & gloſſ. in l. ut pomum. ff. de ſeruitutibus. Hinc
etiam ueniunt contractus ex pactis nudis. gloſſ. mag. in l. j. in 6
fi. ff. de actionibus. qui propterea dicuntur innominati. Hinc
etiam actiones anonymæ, quæ dicuntur in factum ſubſidia-
riæ. l. j. de præſcriptis uerb. ad quæ omnia facit l. natura enim.
ff. de præſcript. uerb. Sic etiam eſt actio anomala. l. final. ubi
gl. de æden. Sic & adoptio anonyma, quæ nec uerè adoptio 7
nec arrogatio eſt, ſed accedit ad alumni naturam. de quo in
l. ſi quis alumnam. C. de nuptiis. Sic ſerui anonymi in no- 8
ſtra Germania homines proprii dicti, nec adſcriptitii, nec co-
loni, nec capitecenſi, nec ſtatuliberi, nec liberti ſunt, de o-
mnium tamen natura aliquid participant. Iſtas igitur anony-
mas diſpoſitiones recipi neceſſe eſt, quia legiſlator qui ad 9
uniuerſalia reſpexit, in indiuiduis non poterat omnia proſpi-
cere, & natura ſemper nouas deproperat ædere formas. cap. 1.
de conſtitut. lib. vj.

Memorabilia in Cap. VIII. obſeruanda.

1 *Debitor paciſcens, ut pro debito ad diem non ſoluto, à creditore au-toritate propria incarceretur, tenet pactum. Cum fallentijs numero quarto.*
2 *Debitores incarcerari à magiſtratu, actus licitus.*
3 *Iuris ordini pacto renunciari licet.*
4 *Carcer horridus à debitore recuſari poteſt.*

An debitor paciſci queat, ut à creditore propria autoritate poßit capi. CAP. VIII.

RESECTIS quæ ultro & citro diſceptantur, dico cõ- 1
cluſiue, quòd debitor poteſt paciſci cum creditore, ut

m 5 pro

pro debito ad diem non ſoluto, per magiſtratū capi, & ad carceres publicos duci poſsit. Hæc concluſio probatur euidenti
2 ratione. Nam carcerari aliquem pro debito per magiſtratum, non eſt actus illicitus: à iure enim permittitur, ut notatur in l. j. in fin. C. qui bon. ced. poſſ. & eſt apertus text. in l. nemo carcerem. C. de exact. trib. lib. x. ubi ſi debitor per contumaciam non ſoluat, eſt coniiciendus in carcerem publicum, & ſubinde eius bona diſtrahenda. fa. l. non eſt ſingulis. ff. de reg. iur. Cum igitur talis actus illicitus non ſit, in pactum uenire poteſt: quia pacta ſeruabo, ait prætor. Et huic adſertioni ſubſcribit conſuetudo plurium nationum, ubi per magiſtratum debitores ex pacto capiuntur. Nec obſtat quòd à quibuſdam ina-
3 ni prætēditur prolixitate, ordine iuris executionem fieri debere, &c. quia tali ordini pacto renūciari poteſt. per tex. not. in l. iij. C. de pign. Fallit dicta concluſio, ſi debitor obiiceret aliquam exceptionem: hæc enim audienda eſt, cum defen-
4 ſio ſit iuris naturalis. Fallit, ſi carcer ſit horridus, ex quo imminet periculum. arg. l. liber homo. ad l. Aquil. & fa. l. j. poſt prin. C. de cuſt. reor. & dicta l. nemo carcerem. Fallit, ſi debitor capturæ fictæ ſe ſubiiciat, id eſt, promitteret ſe nolle loco recedere donec ſoluat: quia talis cum ſit ſpecies capturæ, arg. l. ij. ff. de lib. hom. exhib. permiſſa eſt conſuetudine. arg. ad hoc in cap. ex diuerſo. de iureiur. Spec. in tit. de renunc. §. j. uerb. item quod beneficium.

Memorabilia in Cap. IX. aduertenda.

1 *Socer in dote reſtituenda in tantum tenetur, quatenus commode facere poteſt. cum ſuis ampl.*
2 *Socer uxoris dotem recipiens, etiam ſi ſciat ſe ſoluendo non eſſe, nihilominus gaudet beneficio deducendi.*
3 *Socer mariti conſtante matrimonio dotis cauſa conuentus, beneficio deductionis utetur, cum limitationibus.*
4 *Socer uxori parentis loco.*
5 *Dos à ſocero amplior quàm ut ſoluendo ſit, marito promiſſa, ſoluto matrimonio quid iuris, diſtinctio per Zaſium.*
6 *Intellectus l. penult. de iur. dot. per Zaſium.*

Soceri an & quomodo habeant priuilegium in cauſa dotis. CAP. IX.

DVBITATVR ſuper hoc puncto per Doctores, & Alexander ſatis anxiè laborat in l. rei iudicatæ. §. ſocero.

cero.ff.ſolut.matr.Tu breuiſsimè dicito duo puncta. Primũ:
Sicut maritus non cogitur reſtituere dotem niſi quatenus fa- 1
cere commodè poteſt, ita & pater eius hoc priuilegio defen-
ditur.dicta l.rei iudicatæ. §.ſocero. Extende hoc uerum eſſe
non ſolum in reſtituenda dote,ſed etiam in cæteris cõtracti-
bus conſtante matrimonio celebratis.l.nõ tantum.cum l.ſeq.
ff.de re iudic.ubi eſt tex.Secundo extende,uerum eſſe, etiam 2
ſi pater mariti,dum recepit dotem à nuru ſua,à principio ſci-
uit ſe non eſſe ſoluendo,nihilominus utitur beneficio dedu-
cendi.per dict.l.non tantum.cum l.ſeq.quæ indiſtinctè lo-
quuntur:& hoc tenet Alexand.in dicta l.rei iudicatæ.in iiij.
col.uerſic.ſecundus eſt caſus.per rationes ut ibi. Licet enim à
principio nõ ſit ſoluẽdo, poteſt tamen dotẽ conſeruare,& ſic
dolus in eo nõ præſumitur.Præterea poteſt effici diues. arg.
l.ſi defunctus.C.arbi.tut.l.cura.§.deficientiũ.infrà de mun.
& hon. Quibus conſequens eſt, quòd ſi qui teneant patrem
mariti,id eſt,ſocerum uxoris,ſi cum ſoluendo non ſit,dotem
recipiat,hoc priuilegium perdere,errant,& nullo iure muni-
ti, eadem leuitate confutantur, qua adſtruunt. Secundum 3
punctum:Pater uxoris,id eſt,ſocer mariti, promittendo do-
tem,ſi conueniatur conſtante matrimonio,non condemnabi
tur,niſi in quantũ cõmode fieri poteſt,& ſic utetur priuilegio
competentiæ.ita eſt tex.expreſſus in d.l.ſicuti.in fi.iuncta l.
ſeq.de re iud. Fallit in aliis contractibus celebratis conſtan
te matrimonio,in quibus pater uxoris nullum habet priuile-
gium,per iura ſuprà allegata.Et licet Alex.uideatur hic con-
trarium ſentire,dicens quòd tex.in d.l.ſicut.cum l.ſeq.exẽpli
ficatiuè loquatur, nihil tamen urget:nam text. expreſſe ar-
ctat ſe ibidem ad patrem uxoris, nõ quòd exemplum ponat,
ſed quòd diſponat.Præterea idem Alex. quaſi recedendo ab
ea adſertione, poſtea in aliam partem inclinare uidetur, ui-
delicet quòd aliud ſit in patre mariti, quàm in patre uxoris.
Adducit rationem diuerſitatis. Nam pater mariti etiã in per- 4
ſona uxoris loco parentis habetur. l.quia. ſol. matr. quod in
patre mulieris dici non poſsit,ut ipſe ſit loco parẽtis erga ma
ritum.& hoc puto uerum. Fallit in caſu ſoluti matrimonii,
quia tunc in patre uxoris qui dotem promiſerat, cum à prin- 5
cipio ſciret ſe non eſſe ſoluendo,diſtinguitur.Aut enim hoc
fecit ut generum deciperet, eiq́; inſidiaretur, & tunc quia eſt
in dolo,nullo beneficio gaudet.leg. pen. in fin. de iur. dot.

Aut

Aut illum dolum non commiſit, ſi tamen pater ampliorẽ dotem promiſiſſet, quia confidebat fortè ſe futurum ſoluendo. arg. d. l. ſi defunctus. C. arb. tut. tali caſu dictus pater uxoris, priuilegium non perdit, id quod apertè probat tex. in d. l. pe. in fi. dummodo tota ratio finisq; eiuſdem l. in eo ponatur, quod inſidiari pater uxoris genero uolebat: quæ ratio cum ceſſat, certè & effectus ceſſabit. Ex quo infero, quòd Bar. in l. alia. §. eleganter. in fi. ff. ſol. mat. male ſenſit, dum uoluit
6 quòd debitor ſi ſciat ſe à principio non eſſe ſoluendo, & contrahat, perdat priuilegium ceſsionis bonorum, allegando d. l. pen. quia illa l. loquitur de eo qui doloſe agit, ut iam dictũ eſt. Sed euidentia facti conſtat, quòd debitor poteſt eſſe nõ ſoluendo, & tamen bona fide contrahere, ſperans per ſuã induſtriam futurum ut efficiatur diues, id quod ego in multis ſpectabilibus perſonis uidi. & eſt ad hoc elegans tex. Inſtit. quibus ex cauſ. ma. §. in fraudem. Dicta igitur l. penul. non fundat ſe præcipue ſuper eo, quòd pater uxoris promittẽs dotem non ſit ſoluendo: ſed in eo ſtat finis l. quòd promittat animo circumueniẽdi generũ. Vnde non ocioſe dicit ibi text. ex cauſa & perſona id coniiciendum eſſe, uidelicet ſi cauſa ſit turpis propoſiti, uel ſi perſona ſit ſuſpecta de dolo. Et ille eſt uerus intell. ad d. l. penult.

Memorabilia in Cap. X. obſeruanda.

1 *Dominij utilis quo ad utile, directi quo ad directum ius idem.*
2 *Vſufructuarius, feudatarius, emphyteuta, res amiſſas petunt reali actione.*
3 *Dominium utile aut directo opponitur, aut eĩ ſubalternum eſt.*
4 *Propoſiti in propoſito eadem natura quæ oppoſiti in oppoſito.*
5 *Species quo ad ſpeciem hoc ius habet quod genus in genere.*
6 *Iure non fundata reſpuenda.*
7 *Pugnantia ſunt, petitio traditionis, & dominum eſſe.*
8 *Ius cum rem pro tradita habet, agitur Publiciana.*
9 *Petitionem rei meæ, duplicem ſortiri intellectum, ſingulariter per Zaſium.*

An rẽ quæ iure pleni dominij mea eſt, ex utili dominio poſsim cõdicere, cõtra gl. & Doct. CAP. X.

GLOSSA in l. j. C. de don. quæ ſub mod. & ibi Bald. præterea & Bart. in l. certi cond. ad fin. prin. ff. ſi cert. pet. uoluere, quòd licet rẽ, quę iure pleni dominii mea eſt,

eſt,cōdicere nō poſsim,tamē ex utili dominio poſsim.allega
tur per Bart.l.j.§.itē cū. & in fi.ff.de don. Iaſ.in l.certi cōd.
xij.col.reprobata dicta opinione,dicit,quòd ſi quis in re ali
qua dominium habeat ſiue directum ſiue utile, non tamen
per actus iuris gentium,ſed per actus ciuiles,is rem ſuam con
dicere poſsit. Vnde licet rei legatæ dominium rectà trāſeat,
l.à Titio.ff.de furt.tamen quia iſtud dominium nō per actus
iuris gentium acquiſitum ſit, ſed ſit dominium ciuile,actio-
ne perſonali petet. arg. l. ſi quis in bello. §. ab hoſtibus. de
cap. & poſtlim. reuerſ. Ex quo infert, quòd & legatarius &
donatarius cauſa mortis condicere poſsint ad cōſequendam
traditionem. Ego,ſicuti puto gl. & Bart.in ſuperiori dicto 1
non bene ſenſiſſe in eo, quòd diſtinguunt cauſam dominii
utilis à directo,ita etiam dictum Iaſ.non recipio. Contra gl.
enim & Bart. facit, quòd idem eſt iuris in utili dominio quo
ad dominiū utile, quod eſt in directo quo ad directum. hoc
probatur in l.j.ff.ſi ag.uectig.uel emphyt.pet. Probatur etiā, 2
quia uſufructuarius, qui habet utile dominium, item feuda-
tarius,emphyteota,ſi pro re amiſſa eſſent acturi, nulla cōdi-
ctione,ſed reali actione agerēt.d.l.j. Præterea utile dominiū 3
aut eſt oppoſitum directo, aut ei ſubalternum. Si primum, 4
tunc procedit argumentum quo dicitur, quicquid eſt oppo-
ſiti in oppoſito,hoc eſt propoſiti in propoſito. Si ſecundum,
tunc ſuccedit,quicquid iuris eſt generi uel toti ad totum,hoc
ſpeciei uel parti eſt quo ad ſpeciem. Sicq́; nec uel gl. uel Bar.
defendere queo. Nec etiam(ut dixi) Iaſ.placet adſertio. Pri- 5
mo,quia nulla lege fundatur. Secundo in hunc modū: Quæ-
ro enim abs te frater Iaſ. dominium iuris ciuilis, éſtne dire-
ctum,an utile,an ſeparatum ab his? Si prius illud dederis,iam
ſuprà adſeruimus nullam eſſe inter utraq; differentiam. Si po
ſterius receperis,at hoc nullo iure probatur, & tanquam à ne 6
mine relatum,reſpuendum eſt.arg. l.j.in fi.ff.de ſenat. Præ-
terea d.l.à Titio.huic diſtinctioni refragatur,quæ non facit
differentiam quo ad actionem furti inter hunc legatarium &
alios dominos. Iam uero quod dicit, condici poſſe ut conſe-
quamur traditionem, prorſus ineptum eſt: pugnant enim in-
ter ſe, traditionem petere, & eſſe dominum rei. Porrò cum 7
ius habeat rem pro tradita, dabitur Publiciana in iſtis, etiam 8
nulla ſequuta corporali traditione.l.ſunt & aliæ. & ibi gloſ.
mag.de public. Et quòd ius habeat in iſtis cauſis rem pro tra-

dita,

dita,eſt opt.arg.in d.l.à Titio. Deniq; in l.j. C.de don.quæ ſub mod.fuit contractus iuris gentium, & fuit reſoluta donatio ſub modo facta, tanquam ſub conditione.d.l.j.ff. de don.ac ſi nunquam eſſet donatio facta: & ſic non iure ciuili, ſed iure contractus rediit dominium ad donantem, & tamen
9 condicit. Vnde ego ita dicerem: Rem meam poſſe petere, intelligitur dupliciter: Aut quia nullus contractus uel quaſi præceſſerat, aut præceſſerat. Primo caſu non poſſum, niſi à fure, ſed uendico. Ratio, quia poſſeſſor in nullo eſt mihi obligatus ſuper quo condictio aliqua radicari poſsit. Secundo caſu poſſum, quia tunc condictio habet ſuper quo radicetur, cum poſſeſſor ſit obligatus non ſolum propter poſſeſsionem rei, ſed propter contractum uel quaſi, qui præceſſit.ita intellige l.j. C.de don. quæ ſub mod.l.j. ff. de don.l. cum ueterum.C.de don.an.nup.l.ij.C.de .ll.cum ſimilibus. & fa.ad id quod not.Bart.in l. ſed & ſi me puté. §.cum. iter. uerſ.declaro.ff.cond.indeb.

Memorabilia in cap. XI. obſeruanda.

1 *Teſtificari patrem contra filium, & econtra, poſſe, per Zaſium.*

2 *Cauſæ duæ cur patris & filij teſtimonia contra ſe inuicem prohibeantur.*

3 *Conſentire nemo in euidens ſuum detrimentum præſumitur.*

Parentes & filij an mutuò contra ſe inuicem teſtificari poßint. CAP. XI.

GLOSSA in l.parentes.C.de teſtibus tenet, quòd patres & filii teſtificari cōtra ſe mutuò nō poſsint, etiam ſi is contra quem teſtimonium tendit, conſentiret.per
1 l.quos prohibet.ff.de poſtul. Ego in puncto ueritatis cre-
2 derem contradici poſſe. Cum enim duabus maxime de cauſis iſtæ perſonæ arceantur, ſcilicet ſuſpicione affectus, & nexu reuerentiæ, ut per Salic.in d.l.parentes.neutra illarum obſtat in caſu noſtro. Is enim qui filii teſtimonio utitur uel patris, renunciat ſuſpicioni affectionis, quod poteſt.arg.eius quod notat alia gl.in l. ij.C.de teſtibus. At uero cum uel pater con
3 ſentit uel filius, reuerentiæ nexus non uiolatur, cum conſentienti nō fiat iniuria, & maximè cum conſentire nemo præſumitur in cauſis in quibus uel honoris uel grandis iactura bonorū immineret: nā & ego talem cōſenſum, ſi extaret, reſpuerē, utpote quòd ex hoc potius inſania quàm rationis uſus de-

preh

prehenderetur.l.quidã in ſuo.ff.de cond.inſt. Et per hoc nõ obſtat l.alia. §.j.ff.ſol.mat.in fin. Nec nos reciperemus, ſi cõtra bonos mores, quibus pietas filii peſsũ haberetur, cõſenſus præſtaretur. In aliis leuioribus cauſis, ſi uel pater, uel filius fauori ſuo renũciaret, hic nihil diſcordiæ timeo, ſuper quod: §.ſe fundat, utpote quòd eorum nexus naturalibus ſeptus eſt firmamẽtis: quod nõ eſt in marito & uxore, nihil enim in eis naturali uinculo cõnectitur, ſed omnia ad præſentẽ ſunt uel amorẽ uel utilitatẽ cõiuncta, ut circa eos cautius fuerit prouidendũ. Nec obſtat d.l.quos prohibet.de poſtul. quia ibi poſtulatio in pœnã prohibetur, quæ cõſenſu priuatorũ tolli nõ poterat, utpote ad publicam uindictã pertinens. Nec obſtat quod dicitur, filium partẽ eſſe paterni corporis, & uox patris uox filii, &c. illa enim fictione iuris ultra expreſſos caſus nõ procedunt.

Memorabilia in Cap.X II.aduertenda.

1 *Cæſar immerentibus libertatem adimere non poteſt, niſi cõſentiãt.*
2 *Status liberorum ex facto parentum non læditur.*

An cõſuetudo Germaniæ, quæ habet, quòd ſi homo liber in territorio nobilis, uel alterius habentis hoc priuilegium, reſederit, efficiatur proprius, ſit probabilis. CAP. XII.

CONSVLTVS ſum: Nobilis priuilegium ſe à Cæſare habere dicebat, ut quicunq; in territorio ſuo reſideret, ſuus homo proprius eſſet: an ſi liber illic reſideat, ſit proprius ipſius? Prætendebatur quòd non, cum Cæſar ex libero homine ſeruum facere non poſsit, per iura uulg. niſi fortè ex delicto libertas perderetur, ut notum eſt. Sed reſpondi contrarium: quia cum lex poſitiua, ex libero, qui ſe ad preciũ participandum uenderet, ſeruum faceret, etiam Cæſarem id poſſe, qui ſupra legem ſit: ita tamen quòd libero homini de hoc priuilegio conſtet, cum ſub terram nobilis traducere ſe uelit: tunc enim accedit conſenſus, & quaſi participatio precii uidetur. At uero ſi ignarus priuilegii illuc demigret, non credo ei in libertate præiudicari. Proli etiam & filiis factum parentum non præiudicabit, niſi ipſi adulti de nouo conſentiant. fa.leg.j.ij. & iij. ff.de lib.cauſ. l. tranſactione. C. de tranſact. Hocce autem priuilegio non extante, ſi liber homo

in

in terram nobilis ſeu monaſterii demigret, & ſeruilia miniſteria præſtet, utpote quòd pullum cenſualē pendit, operas præſtat perſonales, item iura deceſſoria & ſucceſſoria, uulgo *fall und loz*, ſoluat, quemadmodum defuncto homine proprio, per hæredes ſoluuntur, an hoc poſteritati præiudicet? Et certè iuxta conſuetudinem Germaniæ ita uſurpatur, at in puncto ueritatis contrarium ſuadetur, per not. text. & ad hoc ſingularem, atq; paucis conſideratum, in l. ad probationē. ij. C. de probat. ita ut hanc obſeruationem, iniuſtam eſſe uſurpationem meritò dici poſſet. Quoniam autem hic caſus eſt ex aliqua parte odioſus, plura ſuper eo ſcribere uiſum non eſt.

Memorabilia in Cap. XIII. obſeruanda.

1 *Contractum do ut des, non ſolum expreſſe oriri, ſed etiam tacitè.*
2 *Contractus innominatus in genere, eiusq; actio in factum.*

De caſu illo, cum dicitur, Tolle pecuniam, nec appareat alia coniectura. CAP. XIII.

HABES in l. naturalis. §. at ſi do. ff. de præſcript. uerb. quòd ſi do tibi librum ut tu craterem mihi des, ex eo oriatur actio præſcript. uerbis. Gl. in l. ij. in prin. ff. ſi cert. petat. ſingulariter extendit hunc caſum, ut ſi etiam eadem res reddatur quæ accepta eſt, dummodo in accipiendo fuerit tranſlatum dominium, & in reddendo transferatur. de quo caſu etiam aliqua per Bart. & Doct. in l. ſi tibi pecuniam. ff. tit. ſi cert. pet. Tu uide an alium etiam caſum huc accommodes, quem ponit Bart. in l. cum quid. eod. tit. ſi cert. pet. ſcilicet ſi dicat Titius, Tolle pecuniam, nec appareat aliqua coniectura, de quibus ibidem habetur. Cum enim Bart. illic uelit quòd in dubio præſumatur illam pecuniam datam eſſe ani-
1 mo repetendi, tamen non aperit qualis ſit iſte contractus: quamuis gloſſ. ibidem exiſtimet, ſi quantitas ſit magna, præſumi depoſitum, uel mutuum, quod ego non credo: ambo enim illi contractus, depoſiti & mutui, ſuos habent fines quibus continentur: hic uero confuſus actus, ſcilicet, Accipe pecuniam, nullis finibus circunſepitur, ſed in incertum effunditur. Vnde quia etiam donum eſſe non poteſt, quod in dubio, ubi alia eſt coniectura, præſumitur. l. ſi cum aurum. ff. de ſol. & Bar. dicat quòd hæc pecunia poſſit repeti, uideretur dici & recipi poſſe, quod per utilem actionem præſcriptis uerbis

uerbis repeteretur, tanquam ſit contractus innominatus, ſcilicet, do ut des: in his enim uerbis, accipe pecuniam, tacitè intelligi, ſcilicet ut reſtituas uel des: ſitq; hæc clauſula, ut des, tacitè intellecta, de natura illius illimitati contractus. Quæ ſi uera ſunt, habes nouum caſum, ut cōtractus, do ut des, non 1
ſolum ueniat cum expreſſe hoc agitur, ſed etiam ſi ex natura conuentionis tacitè illud agatur. Ego Vdalrichus Zaſius in primo anno Doctoratus mei ſimilem caſum in perſona mea habui. Nam nobilis quædam uidua mihi nihil uel poſcenti uel ſperanti bina uice xx. aureos obtulit, dicens, Accipe hanc pecuniam, ſcio enim quòd ea indiges. Ego pecuniam accepi, incertus quo animo: euenit ut poſt mortem eiuſdē dominæ, hæredes hanc pecuniam à me poſtularent, inſcripſerat enim in calendaria ſua, quod neſcieram. Ego cùm me opponerem, res tandem inter noſmetipſos ſedata eſt. Hic poterat dubitari, cuius naturæ is fuerit contractus. Animum enim repetendi in dicta domina fuiſſe ex eo oſtenditur, quòd in librū rationum inſcripſerat. arg. l. Neſennius. ff. de neg. geſt. Poſſet ex prædictis dici, non alium contractum fuiſſe quàm innominatum, do ut des, ita quòd natura cōtractus tacitè in ſe haberet quòd accepta reſtituerentur. Sed huic dicto & ſuperiori obſtat doctrina gl. & Bar. ubi ſuprà, qua dicitur, ſi ab uno tantum agitur, tunc ſubintellectio tacita locum nō habet. l. ſi repetendi. C. de condi. ob cauſ. Vnde uerius puto hic & in ſuperiori caſu, quòd ſit cōtractus innominatus in genere, ex quo 2
oriatur actio in factum. per l. j. cum trib. legibus ſequent. ff. de præſcript. uerb. & hoc erit magis probabile.

Vinum quod dicatur nouum uel uetus, contra Bartolum. CAP. XIIII.

BART. in l. cum quid. ff. ſi cert. petat. dicit: Quòd ſi uinum eius ſit naturę, quòd non ultra annum duret perfectum, tunc ſimulatq; clarum ac lucidū fiat, uetus dici. Hoc non eſt uerum, & eſt contra tex. in l. ſi quis uinum. in fin. cum l. ſeq. ff. de uin. trit. & ol. leg. ubi uinum uetus dicitur quod præterito anno creuit. Præterea plus uel minus durare, nō arguit uetus uel nouū uinū, ſed tēpus ipſum quo creuit, ut per ſenſum apparet. Deniq; illud uerè & rectè, porrò & Latinè dicitur nouū uinū, poſt quod nullum recentius creuit, & ita orbis uſus habet. arg. l. ex duobus. ff. de uulg. & pup.

ſubſti. Inſuper uiri principes linguæ Latinæ, Varro, Feſtus, Porphyrio, Acron, noua uina horna nominant, & Horat. dicit, Horna dulci prome uina dolio. Idem alibi, hornam frugem, &c. Sic Columella, ſic Plinius, quibus certè plus quàm Bart. hiſce præſertim in rebus, credi conueniet.

An prærogatiua paucis conceſſa, qui ſucceſſu temporis in magnam excreſcant multitudinē, tum demum minui poßit. CAP. XV.

DABAT miles nobili cuidam hanc prærogatiuam, ut homo eiuſdem nobilis, Titius cum ſua familia, immunis ſederet in uilla illius militis. Creuit familia Titii per quinquaginta annos, ſic ut quaſi dimidiū uillæ obtinerent: quæſitum fuit, an omnes immunes eſſent. Fecerat dubium, quia quo tempore Titius cum familia immunitatem accepit, uix quinq; capita habuit. Reſpondi, omnes eſſe immunes, per caſum ſingularem in l. damni. §. ſi is qui uuas. in fi. ff. de dam. infe. iuxta communem lecturam. Facit ad alium caſum mihi propoſitum. Oppidum uicinū Neapolis in Briſgoia noſtra, permiſit uillæ uicinæ ut lignis ex ſylua ligneti uteretur ad comburendum: eo tempore uilla fuerat exigua, uix quadraginta inhabitata ruſticis, nunc eſt amplificata, ut duplo uel triplo plures extent ibidem. Negabat oppidum ligna tantæ multitudini: quęſitum eſt an poſsit. Reſpondi ego per hunc eundem text. non poſſe. Sic etiam propoſitum eſt mihi cum Ludouico de Pfirt, uiro nobili, cuius uilla ante aliquot annos exigna exiſtens & tenuis inhabitatoribus, iure conuentionis per ſuperiores factæ, certam acceptauit collectam de inhabitatoribus, xv. ſcilicet libras argenti: nunc uilla eſt aucta, ut duplo plures ruſtici ibi commorentur, uoluit augeri collectam, negaui eum poſſe, hocq; per tex. ſuprà allegatum, qui eſt ſingularis ad huiuſmodi caſus, igitur notādus.

Memorabilia in Cap. XVI. obſeruanda.

1 *Mulier non tradita dote, ſine tamen interpellatione uiri, in mora re ipſa conſtitui non poteſt. & nume. 8. ſequentibus fallent.*

2 *Dotis fructus ex ſola æquitate maritus acquirit.*

3 *Maritus dotem non exigens ab uxore, præſumitur fructus eius donare.*

4 *Matrimonium dotis gratia non contrahi.*

5 *Dos concomitantia matrimonii.*
6 *Dotis promiſſio, tacita conditio.*
7 *Conditio tacita ſuſpendit obligationem.*

An mulier contracto matrimonio nõ tradita dote, re ipſa in mora conſtituatur, cum interpellata à uiro non fuerit. CAP. XVI.

POST. Accurſium Bar. & Doctor. tenent in hoc puncto affirmatiuè, argumento ſumpto à contractu emptionis. l. curabit. ff. de act. empt. cum ſimilibus allegatis per gl. in l. de diuiſ. ff. ſolu. matri. Priſci aliqui Doctores adſeruerunt negatiuè, mulierem in mora re ipſa conſtitui neutiquam, hócque nobis placet & ſequimur, idq; per dictum tex. in l. de diuiſ. ubi maritus licet ſuſtineat onera matrimonii, tamen non facit fructus ſuos, niſi cum dotalis fundus eſt traditus. Vnde ſi mulier eſſet re ipſa in mora, maritus utique poſt illam moram fructus ſuos faceret, etiam fundo non tradito, cum dotis actio ſit bonæ fidei. Et certè mirum eſt huiuſmodi nugoſas aſſertiones, cõtra tex. tam manifeſtos, tamq; expreſſos, induci, cum nullum ius his ſubſcribat. Nec enim obſtat quod de contractu empt. & uenditionis dicitur: hoc enim reſoluit non inereditè poſt Alex. ipſe Iaſ. Et quòd nihil ad propoſitum illi contractus faciant, manifeſte ex eo conſtat. Nam emptio & uenditio ſunt duo relatiua, quorum unum ſine altero per naturam eſſe non poteſt. At dos cum oneribus nõ ita: poteſt enim alterum eſſe ſine altero. Præterea hos cõtractus ultro & citro obligatorios, rigor iuris uinculo obligationis nectit. Sed in dote & oneribus diuerſum eſt, cum ſola æquitas uelit, quòd maritus fructus ſuos faciat, quia ſuſtinet onera. l. dotis fructus. & ibi expreſſus tex. ff. de iur. dot. Nec poteſt iniquitas prætendi, mulierem ſcilicet dote frui, & à marito nihilominus ali. Cum enim maritus uxorem facile interpellare, & dotem exigere poſſit, præſumitur donare fructus dotem non exigens, ipſaq; onera ſuſtinens. fa. l. quod in uxorem. C. de neg. geſt. uolentiq; , ut dicitur, non fit iniuria: iuribus uulg. Porrò non obſtat quod dicitur, donationem non præſumi, cum ſit prohibita, &c. Nam cum illa donatio non conſideretur conſtante matrimonio, ſed eo ſoluto, quando de fructuum diuiſione agitur, ſicq; in tempus licitum con-

n 2 ferţur,

fertur, meritò cenſebitur licita. fa. quod dicitur per l. in tempus. ff. de hæredibus inſtitu. Vel ſi lubet, ſequere Iaſ. hic ſol.
Errat porrò Paul. de Caſtr. qui uult quòd in contractu matrimoniali cenſeatur contractus innominatus, utpote, contraho tecum matrimonium ut tu des dotem: hæc eſt uera non
4 dico truffa, ſed ineptia tanti uiri: quia matrimonium non contrahitur ut dos detur, ſed ut uxor habeatur, ut gignatur
5 proles. l. j. ff. ſoluto matrimonio. Dotem uero dare, eſt quædam concomitantia. Imò iniquus eſſet, qui propter dotem finaliter contraheret, quia hoc pacto quæſtui & ſimoniæ ſubiiceretur matrimonii ſanctimonia, ut conqueritur Iuuenalis in Satyra VI. cum dicit. Protinus ad cenſum, de moribus ultima fiet Quæſtio. Alexan. præterea hic unum uer-
6 bum dicit, quod eſt planè falſum. Nam uult, quòd cum mulier dotem promittit, ſit promiſsio conditionalis, ſcilicet, ſi ſequatur matrimonium, ſi ſuſtineantur onera, &c. Quo ad primum, concedo equidem quòd ſit tacita conditio, ſi ſequatur matrimonium, cum dos ſine matrimonio eſſe non poſsit. l. fina. C. de donatione ante nupt. Secundum nego, ſcilicet quòd tacita de onerum ſuſtentione ſubintelligatur con
7 ditio: nam certum eſt quòd tacita conditio ſuſpendit. l. item. in fin. ff. de pact. Vnde ex promiſsione dotis ſequuto matrimonio agi non poſſet, cum conditio tacita obligationem ſuſpenderet, quod eſt contra l. ad exact. C. de dot. promiſſ.
8 Dico ergo concluſiuè, quòd mulier etiam ſi à marito poſt contractum matrimonium alitur, non conſtituitur in mora re ipſa, etiam ſi fundum non tradat: cum enim maritus taceat, nihil eſt quod de aliquo damno, de aliqua iniquitate conqueratur. per l. quod quis. ff. de regulis iur. l. j. C. de condictione indebi. cum ſimilibus. Fallit primo, niſi mulier interpellata ſit debito loco & tempore, ſciatq; ſe debere tradere, & poſsit. ad quæ allego gloſſ. in l. mora. ff. de uſur. in l. quod te. ff. ſi certum petatur. & in l. de diuiſione. ubi ſuprà. Fallit ſecundo, ſi aliquid ſit quod imputari uxori uel patri poſsit, per quod tollatur præſumptio donationis in marito, quemadmodũ ſi ſubeſſet dolus, metus, uis, uel alia id genus. per iur. uulg. Fall. etiam in caſu cum mulier ſoluto matrimonio uult petere donationem propter nuptias: hoc enim non poteſt, niſi conſtante matrimonio ipſa dotem obtulerit uel conſignauerit. authent. ut exact. inſtan. dot. in fin.

Memorabilia

Memorabilia in cap. XVII. aduertenda.

1 *Clericus concubinarius à diuinis ſuſpenditur.*
2 *Clericos concubinatu delinquere.*
3 *Commodum non ſentiat pœna dignus.*
4 *Concubinæ de eccleſia, ſicut ulcus de corpore ſunt, nec dignæ qua legalibus nodis ſtringantur.* (ucrti.
5 *Excõmunicationis ſentẽtia æquè in laicos ac ſacerdotes animad-*

Clericorum concubinas non eſſe de foro eccleſiæ, & poſſe per laicos puniri, contra communes opiniones Doct. CAP. XVII.

PRAETER ea quæ aliquãdo dixi in lectura mea, affirmo concubinã clerici de foro eccleſiæ nõ eſſe, & poſſe non ſolum per Epiſcopum ratione criminis, ſed etiam per laicum ſuperiorem puniri, & contra eam ſtatui: quod tenui intrepidè, & docui cõtra Iaſ. qui inter cæteros contrariũ ſuadet. Clericus enim concubinarius à diuinis ſuſpenditur, ei 1 ſacris interdicitur, & ſi ſit notorius, miſſa eius uitari iubetur. c. nullus miſſam. xxxii. diſtin. c. ſi clericos. c. ſi autem. c. ueſtra. c. tua. de cohab. cler. & mul. Conſequẽs igitur eſt, quòd clerici concubinatu delinquant, & crimen enorme incurrant. 2 Vnde non debent concubinæ aliquod cõmodum ex clericis conſequi, quia nõ debent ſentire cõmodum ex re, in qua me- 3 rentur pœnam. l. ſiue hæreditaria. in fin. & ibi glo. ff. de neg. geſt. Eſſet enim & ipſis clericis cõmodum, ſi concubinæ earũ à laicis puniri non poſſent, quod rei euidentia docet, cũ Epiſcopi nihil eorũ legitimè puniant. Nec uerum eſt quòd cõcubinæ notoriæ ſint de familia clerici, cum tex. in l. j. §. famil. ff. de publica. loquatur de familia licita. Et longe minus uerũ eſt quòd cõcubinæ ſint de foro eccleſiæ, imò eſt ſcãdaloſiſſimum & nequiſſimum dictum: niſi fateamur eas eſſe de eccleſia, ſicut ulcus de corpore, uel fortè dicas eas eſſe de eccleſia malignantiũ. Nec ad rem pertinet quòd Pet. de Ancha. putat 4 honorem clericorum ſcandalizari, ſi cõcubinæ per laicos punirentur: quia imputent ſibi clerici quòd huic ſcandalo occaſionem dant. l. quod quis ex culpa. ff. de reg. iur. l. inter cohæredes. §. quod ex facto. ff. fami. ercif. Imò ipſi ſe ſcandalizãt, qui dant occaſionẽ ſcandali. l. qui occiderit. §. in hac. ff. ad l. Aquil. Nec obſtat quòd Epiſcopus ſolet cõcubinas excõmunicationis mucrone punire. c. ſi concubinę. de ſenten. excõm.

ſimplex, in cuius natura nullus iuris effectus includitur: po-
2 teſt enim traditio penitus eſſe nuda ſine omni cauſa.l.nun-
quam nuda.ff.de acquir.rerum dom.& poteſt ſtipulatio fieri
rem tradi ſine omni cauſa.l.ſi rem tradi.ff.de uerbor.oblig.
3 Ergo in iſtis duobus factis, recte ſicut in aliis obligationibus
faciendi, ſuccedit obligatio ad intereſſe, quod & iure actio-
4 nis peti poteſt, ita quod ſi agẽs uelit, poſsit agere ad intereſſe.
& non ad rem tradendam uel reſtituendam. De rem tradi eſt
text.in l.j.in princip.ff.de act.empt. De rem reſtitui mihi ui-
detur text.in l.in re furtiua.in princip.ibi, durat condictio.
Ergo à principio erat condictio æſtimationis.ff.de cõd.furt.
Sed nónne ex traditionibus rerum dominium uel uſucapien-
di conditio transferuntur?l.traditionibus.ff.de pact.l.claui-
bus.ff.de contrahen.empt. Sic & ex reſtitutione rei quæ mea
eſt, cauſa dominii uel uſucapiendi conditionis mihi reponi-
tur, aut ſaltem quietatur & relaxatur. Vnde non uidentur pu-
ra facta, ſed participare cum obligationibus dandi, ita ſcili-
5 cet quòd ad dominium operantur. Et ſic poſſet uideri, obli-
gationem ad intereſſe non uenire iure actionis, ſed officio iu
dicis: ſicut in obligationibus dandi, ubi res petitur etiam per-
empta poſt moram. ut l.ſi ſeruum. §.effectus.ff.de uerborum
oblig.l.eum qui. §.fin.eod.tit. Et quòd res etiam perempta
poſsit peti, text.eſt in l.ſi ſeruus. §.boue ſurrepto.l.iij.in fin.
ff.de condict.furt.l.inter ſtipulantem. §.penult.ff.de uerb.
oblig. Difficile eſt hoc, ſed ita rem totam euoluendam credo.
6 Aduertendum enim eſt, quòd licet ex rem tradi, & rem reſti-
tui, uideatur elici effectus dominii, hoc tamen non eſt ex ipſa
natura factorum traditionis & reſtitutionis, ſed ex cauſa prę-
ambula. Nam ſi res mihi domino reſtituitur, iam dominium
mihi reſtituitur non ex uirtute reſtitutionis, ſed ex præceden
te cauſa, quæ prius dominium fecerat. Sic ſi tradendo trans-
fertur in me dominium, non ex uirtute traditionis hoc fit, ſed
ex cauſa emptionis uel alia præcedente. ita eſt text.in l.nun-
quam nuda.ff.de acquirendo rerum domin. Quòd ſi res mihi
reſtituitur, quam antè poſſedi bona uel mala fide, reſtitutio
nihil noui facit, ſed reducit rem ad priorem ſtatum, ſcilicet
poſſeſsionis. Ita ſi res apud me nuper depoſita, uel commo-
data, iam mihi reſtituatur, hæc reſtitutio nihil iuris mihi plus
tribuit quàm prius habuerim. Paria dico in Rem tradi. Si ex
cõtractu emptionis, donationis, permutationis, &c. res mihi
traditur,

traditur, dominus uel uſucaptor efficior, non ex traditione, ſed ex contractu præcedente. Si ex contractu precarii, commodati, locati, depoſiti, uel ſimpliciter ſine cauſa traditur, iam traditio nihil efficit ad dominiũ uel uſucapionem, quod eſt manifeſtum. Quæ cum ita ſint, ius in iſtis duobus factis 7
elegit mediam uiam. Nam reſpiciendo ipſam naturam factorum, intereſſe in obligationem uenit, ſicut in cæteris factis, reſpiciendo cauſas propter quas ſolet reſtitui uel tradi: quia plerunq; ad dominium operantur. Ius uoluit, quòd donec res tradenda uel reſtituenda extaret, & tradi uel reſtitui poſſet, præciſe reſtitueretur, etiam manu militari, & non daretur electio ad intereſſe. l. qui reſtituere. ff. de rei uend. Et in hoc 8
uidentur iſta duo facta ſymbolizare cum obligatione dandi, quòd eo caſu quo ad dominium uel uſucapionem operarentur, ſemper accipientis intereſt: quia tamen reſtitutio & traditio non ex cauſa dominii fit, ut ſuprà diximus, & ſic non ſemper utile eſt petere reſtitui & tradi, unde obligatio ad intereſſe per legem ſubſtituitur. Cæterum ſi res reſtituẽda perempta eſt poſt moram, per hoc natura principalis obligationis non mutatur, ſed perpetuatur: unde res ipſa uel æſtimatio in petitione eſt, in condemnatione tamen ſemper intereſſe uenit. Quod in obligationibus dandi re perempta non inuenitur: 9
quia res petitur etiam perempta, & uenit æſtimatio officio iudicis. Ergo rem reſtitui, & rem tradi, ſi ex cauſa præcedente fiant, quæ ad dominium uel uſucapionem operetur, pari quodammodo iure cenſentur cum obligatione dandi, in eo quòd re extante intereſſe ſoluens non liberaretur. Impa- 10
riter tamen in eo, quod in rem tradi & reſtitui, intereſſe uenit iure obligationis, ſi actor eligat, propterea quòd res tradi & reſtitui poterat non ex cauſa dominij. In obligatione ue- 11
ro dandi non uenit intereſſe iure actionis, quòd nunquam nõ ad dominium operatur dandi obligatio. Per prædicta defenditur & declaratur ratio differentiæ data à Petro, & per Bartolus. relata in l. ſtipulationes non diuid. in iij. ratione. v. col. ff. de uerb. oblig. Cæteræ enim rationes ibidem enumeratæ nihil ualent, & præcipue ratio Bart. nullius ponderis, ut aliàs in lectura noſtra diffuſius deduximus. *Lectura Zaſij.*

Memorabilia in Cap. XXI. obſeruanda.

1 *Cenſuales literæ præciſe poſt redemptionem reſtituendæ.*
2 *Cautio res fragilis.*

Aut illum dolum non commiſit, ſi tamen pater ampliorē dotem promiſiſſet, quia confidebat fortè ſe futurum ſoluendo. arg. d. l. ſi defunctus. C. arb. tut. tali caſu dictus pater uxoris, priuilegium non perdit, id quod apertè probat tex. in d. l. pe. in fi. dummodo tota ratio finisq; eiuſdem l. in eo ponatur, quod inſidiari pater uxoris genero uolebat: quæ ratio cum ceſſat, certè & effectus ceſſabit. Ex quo infero, quòd Bar. in l. alia. §. eleganter. in fi. ff. ſol. mat. male ſenſit, dum uoluit
6 quòd debitor ſi ſciat ſe à principio non eſſe ſoluendo, & contrahat, perdat priuilegium ceſsionis bonorum, allegando d. l. pen. quia illa l. loquitur de eo qui doloſe agit, ut iam dictū eſt. Sed euidentia facti conſtat, quòd debitor poteſt eſſe nō ſoluendo, & tamen bona fide contrahere, ſperans per ſuā induſtriam futurum ut efficiatur diues, id quod ego in multis ſpectabilibus perſonis uidi. & eſt ad hoc elegans tex. Inſtit. quibus ex cauſ. ma. §. in fraudem. Dicta igitur l. penul. non fundat ſe præcipue ſuper eo, quòd pater uxoris promittēs dotem non ſit ſoluendo: ſed in eo ſtat finis l. quòd promittat animo circumueniēdi generū. Vnde non ocioſe dicit ibi text. ex cauſa & perſona id coniiciendum eſſe, uidelicet ſi cauſa ſit turpis propoſiti, uel ſi perſona ſit ſuſpecta de dolo. Et ille eſt uerus intell. ad d. l. penult.

Memorabilia in Cap. X. obſeruanda.

1 *Dominij utilis quo ad utile, directi quo ad directum, ius idem.*
2 *Vſufructuarius, feudatarius, emphyteuta, res amiſſas petunt reali actione.*
3 *Dominium utile aut directo opponitur, aut ei ſubalternum eſt.*
4 *Propoſiti in propoſito eadem natura quæ oppoſiti in oppoſito.*
5 *Species quo ad ſpeciem hoc ius habet quod genus in genere.*
6 *Iure non fundata reſpuenda.*
7 *Pugnantia ſunt, petitio traditionis, & dominum eſſe.*
8 *Ius cum rem pro tradita habet, agitur Publiciana.*
9 *Petitionem rei meæ, duplicem ſortiri intellectum, ſingulariter per Zaſium.*

An rē quæ iure pleni dominij mea eſt, ex utili dominio poßim cōdicere, cōtra gl. & Doct. CAP. X.

GLOSSA in l. j. C. de don. quæ ſub mod. & ibi Bald. præterea & Bart. in l. certi cond. ad fin. prin. ff. ſi cert. pet. uoluere, quòd licet rē, quę iure pleni dominii mea eſt,

eſt,cõdicere nõ poſsim,tamẽ ex utili dominio poſsim.allega
tur per Bart.l.j.§.itẽ cũ. & in fi.ff.de don. Iaſ.in l.certi cõd.
xij.col.reprobata dicta opinione,dicit,quòd ſi quis in re ali
qua dominium habeat ſiue directum ſiue utile, non tamen
per actus iuris gentium,ſed per actus ciuiles,is rem ſuam con
dicere poſsit. Vnde licet rei legatæ dominium rectà trãſeat,
l.à Titio.ff.de furt.tamen quia iſtud dominium nõ per actus
iuris gentium acquiſitum ſit, ſed ſit dominium ciuile,actio-
ne perſonali petet. arg.l. ſi quis in bello. §.ab hoſtibus. de
cap. & poſtlim.reuerſ. Ex quo infert, quòd & legatarius &
donatarius cauſa mortis condicere poſsint ad cõſequendam
traditionem. Ego,ſicuti puto gl.& Bart.in ſuperiori dicto 1
non bene ſenſiſſe in eo, quòd diſtinguunt cauſam dominii
utilis à directo,ita etiam dictum Iaſ.non recipio. Contra gl.
enim & Bart. facit, quòd idem eſt iuris in utili dominio quo
ad dominiũ utile, quod eſt in directo quo ad directum. hoc
probatur in l.j.ff.ſi ag.uectig.uel emphyt.pet.Probatur etiã, 2
quia uſufructuarius, qui habet utile dominium, item feuda-
tarius,emphyteota,ſi pro re amiſſa eſſent acturi, nulla cõdi-
ctione,ſed reali actione ageret.d.l.j.Præterea utile dominiũ 3
aut eſt oppoſitum directo, aut ei ſubalternum. Si primum, 4
tunc procedit argumentum quo dicitur, quicquid eſt oppo-
ſiti in oppoſito,hoc eſt propoſiti in propoſito.Si ſecundum,
tunc ſuccedit,quicquid iuris eſt generi uel toti ad totum,hoc
ſpeciei uel parti eſt quo ad ſpeciem. Sicq; nec uel gl. uel Bar.
defendere queo.Nec etiam(ut dixi) Iaſ.placet adſertio. Pri- 5
mo,quia nulla lege fundatur.Secundo in hunc modũ: Quæ-
ro enim abs te frater Iaſ. dominium iuris ciuilis, eſtne dire-
ctum,an utile,an ſeparatum ab his?Si prius illud dederis,iam
ſuprà adſeruimus nullam eſſe inter utraq; differentiam.Si po
ſterius receperis,at hoc nullo iure probatur, & tanquam à ne 6
mine relatum,reſpuendum eſt.arg.l.j.in fi.ff.de ſenat. Præ-
terea d.l.à Titio.huic diſtinctioni refragatur,quæ non facit
differentiam quo ad actionem furti inter hunc legatarium &
alios dominos.Iam uero quod dicit, condici poſſe ut conſe-
quamur traditionem,prorſus ineptum eſt: pugnant enim in-
ter ſe, traditionem petere, & eſſe dominum rei. Porrò cum 7
ius habeat rem pro tradita, dabitur Publiciana in iſtis, etiam 8
nulla ſequuta corporali traditione.l.ſunt & aliæ. & ibi gloſ.
mag.de public.Et quòd ius habeat in iſtis cauſis rem pro tra-
dita,

dita,eſt opt.arg.in d.l.à Titio. Deniq; in l.j. C.de don.quæ ſub mod.fuit contractus iuris gentium, & fuit reſoluta donatio ſub modo facta, tanquam ſub conditione.d.l.j. ff. de don.ac ſi nunquam eſſet donatio facta: & ſic non iure ciuili, ſed iure contractus rediit dominium ad donantem, & tamen
9 condicit. Vnde ego ita dicerem: Rem meam poſſe petere, intelligitur dupliciter: Aut quia nullus contractus uel quaſi præceſſerat,aut præceſſerat. Primo caſu non poſſum, niſi à fure, ſed uendico. Ratio, quia poſſeſſor in nullo eſt mihi obligatus ſuper quo condictio aliqua radicari poſsit. Secundo caſu poſſum,quia tunc condictio habet ſuper quo radicetur, cum poſſeſſor ſit obligatus non ſolum propter poſſeſsionem rei, ſed propter contractum uel quaſi,qui præceſſit.ita intellige l.j. C.de don. quæ ſub mod.l.j. ff. de don.l. cum ueterum.C.de don.an.nup.l.ij.C.de .ll.cum ſimilibus. & fa.ad id quod not.Bart.in l. ſed & ſi me putẽ. §.cum. iter. uerſ.declaro.ff.cond.indeb.

Memorabilia in cap. XI.obſeruanda.

1 *Teſtificari patrem contra filium,& econtra,poſſe,per Zaſium.*

2 *Cauſæ duæ cur patris & filij teſtimonia contra ſe inuicem prohibeantur.*

3 *Conſentire nemo in euidens ſuum detrimentum præſumitur.*

Parentes & filij an mutuò contra ſe inuicem teſtificari poßint. CAP. XI.

GLOSSA in l.parentes.C.de teſtibus tenet, quòd patres & filii teſtificari cõtra ſe mutuò nõ poſsint,etiam ſi is contra quem teſtimonium tendit,conſentiret.per
1 l.quos prohibet.ff.de poſtul. Ego in puncto ueritatis cre-
2 derem contradici poſſe. Cum enim duabus maxime de cauſis iſtæ perſonæ arceantur, ſcilicet ſuſpicione affectus, & nexu reuerentiæ,ut per Salic.in d.l.parentes.neutra illarum obſtat in caſu noſtro. Is enim qui filii teſtimonio utitur uel patris, renunciat ſuſpicioni affectionis, quod poteſt.arg.eius quod notat alia gl.in l. ij.C.de teſtibus. At uero cum uel pater con
3 ſentit uel filius,reuerentiæ nexus non uiolatur, cum conſentienti nõ fiat iniuria, & maximè cum conſentire nemo præſumitur in cauſis in quibus uel honoris uel grandis iactura bonorũ immineret:nã & ego talem cõſenſum, ſi extaret, reſpuerẽ,utpote quòd ex hoc potius inſania quàm rationis uſus depreh

prehenderetur.l.quidā in ſuo.ff.de cond.inſt. Et per hoc nō obſtat l.alia. §.j.ff.ſol.mat.in fin. Nec nos reciperemus, ſi cō tra bonos mores, quibus pietas filii peſſū haberetur, cōſenſus præſtaretur. In aliis leuioribus cauſis, ſi uel pater, uel filius fauori ſuo renūciaret, hic nihil diſcordiæ timeo, ſuper quod §.ſe fundat, utpote quòd eorum nexus naturalibus ſeptus eſt firmamētis: quod nō eſt in marito & uxore, nihil enim in eis naturali uinculo cōnectitur, ſed omnia ad præſentē ſunt uel amorē uel utilitatē cōiuncta, ut circa eos cautius fuerit proui dendū. Nec obſtat d.l.quos prohibet.de poſtul. quia ibi poſtulatio in pœnā prohibetur, quæ cōſenſu priuatorū tolli nō poterat, utpote ad publicam uindictā pertinens. Nec obſtat quod dicitur, filium partē eſſe paterni corporis, & uox patris uox filii, &c. illa enim fictione iuris ultra expreſſos caſus nō procedunt.

Memorabilia in Cap. XII. aduertenda.

1 *Cæſar immerentibus libertatem adimere non poteſt, niſi cōſentiāt.*
2 *Status liberorum ex facto parentum non læditur.*

An cōſuetudo Germaniæ, quæ habet, quòd ſi homo liber in territorio nobilis, uel alterius habentis hoc priuilegium, reſederit, efficiatur proprius, ſit probabilis. CAP. XII.

CONSVLTVS ſum: Nobilis priuilegium ſe à Cęſare habere dicebat, ut quicunq; in territorio ſuo reſideret, ſuus homo proprius eſſet: an ſi liber illic reſideat, ſit proprius ipſius? Prætendebatur quòd non, cum Cæſar ex libero homine ſeruum facere non poſſit, per iura uulg. niſi fortè ex delicto libertas perderetur, ut notum eſt. Sed reſpondi contrarium: quia cum lex poſitiua, ex libero, qui ſe ad preciū participandum uenderet, ſeruum faceret, etiam Cæſarem id poſſe, qui ſupra legem ſit: ita tamen quòd libero homini de hoc priuilegio conſtet, cum ſub terram nobilis traducere ſe uelit: tunc enim accedit conſenſus, & quaſi participatio precii uidetur. At uero ſi ignarus priuilegii illuc demigret, non credo ei in libertate præiudicari. Proli etiam & filiis factum parentum non præiudicabit, niſi ipſi adulti de nouo conſentiant. fa.leg.j.ij. & iij. ff.de lib. cauſ. l. tranſactione. C. de tranſact. Hocce autem priuilegio non extante, ſi liber homo

in

in terram nobilis ſeu monaſterii demigret,& ſeruilia miniſteria præſtet,utpote quòd pullum cenſualē pendit,operas præſtat perſonales,item iura deceſſoria & ſucceſſoria,uulgo *fall und loz*, ſoluat, quemadmodum defuncto homine proprio, per hæredes ſoluuntur,an hoc poſteritati præiudicet?Et certè iuxta conſuetudinem Germaniæ ita uſurpatur, at in puncto ueritatis contrarium ſuadetur,per not.text.& ad hoc ſingularem,atq; paucis conſideratum,in l.ad probationē. ij .C. de probat. ita ut hanc obſeruationem, iniuſtam eſſe uſurpationem meritò dici poſſet. Quoniam autem hic caſus eſt ex aliqua parte odioſus, plura ſuper eo ſcribere uiſum non eſt.

Memorabilia in Cap.XIII.obſeruanda.

1 *Contractum do ut des,non ſolum expreſſe oriri,ſed etiam tacitè.*

2 *Contractus innominatus in genere,eiusq; actio in factum.*

De caſu illo,cum dicitur,Tolle pecuniam,nec appareat alia coniectura. CAP. XIII.

HABES in l.naturalis. §.at ſi do.ff.de præſcript.uerb. quòd ſi do tibi librum ut tu craterem mihi des, ex eo oriatur actio præſcript. uerbis. Gl. in l.ij. in prin. ff. ſi cert.petat.ſingulariter extendit hunc caſum,ut ſi etiam eadem res reddatur quæ accepta eſt, dummodo in accipiendo fuerit tranſlatum dominium, & in reddendo transferatur.de quo caſu etiam aliqua per Bart.& Doct.in l.ſi tibi pecuniam. d.tit.ſi cert.pet.Tu uide an alium etiam caſum huc accommodes,quem ponit Bart.in l.cum quid.eod.tit.ſi cert.pet. ſcilicet ſi dicat Titius,Tolle pecuniam, nec appareat aliqua coniectura,de quibus ibidem habetur.Cum enim Bart.illic uelit quòd in dubio præſumatur illam pecuniam datam eſſe ani-
2 mo repetendi, tamen non aperit qualis ſit iſte contractus: quamuis gloſſ.ibidem exiſtimet,ſi quantitas ſit magna,præſumi depoſitum,uel mutuum,quod ego non credo: ambo enim illi contractus, depoſiti & mutui,ſuos habent fines quibus continentur:hic uero confuſus actus,ſcilicet, Accipe pecuniam, nullis finibus circunſcipitur, ſed in incertum effunditur. Vnde quia etiam donum eſſe non poteſt,quod in dubio, ubi alia eſt coniectura, præſumitur. l. ſi cum aurum. ff. de ſol. & Bar.dicat quòd hæc pecunia poſſit repeti, uideretur dici & recipi poſſe,quod per utilem actionem præſcriptis uerbis

uerbis repeteretur, tanquam ſit contractus innominatus, ſcilicet, do ut des: in his enim uerbis, accipe pecuniam, tacitè intelligi, ſcilicet ut reſtituas uel des: ſitq; hæc clauſula, ut des, tacitè intellecta, de natura illius illimitati contractus. Quæ ſi uera ſunt, habes nouum caſum, ut cōtractus, do ut des, non 1
ſolum ueniat cum expreſſe hoc agitur, ſed etiam ſi ex natura conuentionis tacitè illud agatur. Ego Vdalrichus Zaſius in primo anno Doctoratus mei ſimilem caſum in perſona mea habui. Nam nobilis quædam uidua mihi nihil uel poſcenti uel ſperanti bina uice xx. aureos obtulit, dicens, Accipe hanc pecuniam, ſcio enim quòd ea indiges. Ego pecuniam accepi, incertus quo animo: euenit ut poſt mortem eiuſdē dominæ, hæredes hanc pecuniam à me poſtularent, inſcripſerat enim in calendaria ſua, quod neſcieram. Ego cum me opponerem, res tandem inter noſmetipſos ſedata eſt. Hic poterat dubitari, cuius naturæ is fuerit contractus. Animum enim repetendi in dicta domina fuiſſe ex eo oſtenditur, quòd in librū rationum inſcripſerat. arg. l. Neſennius. ff. de neg. geſt. Poſſet ex prædictis dici, non alium contractum fuiſſe quàm innominatum, do ut des, ita quòd natura cōtractus tacitè in ſe haberet quòd accepta reſtituerentur. Sed huic dicto & ſuperiori obſtat doctrina gl. & Bar. ubi ſuprà, qua dicitur, ſi ab uno tantum agitur, tunc ſubintellectio tacita locum nō habet. l. ſi repetendi. C. de condi. ob cauſ. Vnde uerius puto hic & in ſuperiori caſu, quòd ſit cōtractus innominatus in genere, ex quo 2
oriatur actio in factum. per l. j. cum trib. legibus ſequent. ff. de præſcript. uerb. & hoc erit magis probabile.

Vinum quod dicatur nouum uel uetus, contra Bartolum. CAP. XIIII.

BART. in l. cum quid. ff. ſi cert. petat. dicit: Quòd ſi uinum eius ſit naturę, quòd non ultra annum duręt perfectum, tunc ſimulatq; clarum ac lucidū fiat, uetus dici. Hoc non eſt uerum, & eſt contra tex. in l. ſi quis uinum. in fin. cum l. ſeq. ff. de uin. trit. & ol. leg. ubi uinum uetus dicitur quod præterito anno creuit. Præterea plus uel minus durare, nō arguit uetus uel nouū uinū, ſed tēpus ipſum quo creuit, ut per ſenſum apparet. Deniq; illud uerè & rectè, porrò & Latinè dicitur nouū uinū, poſt quod nullum recentius creuit, & ita orbis uſus habet. arg. l. ex duobus. ff. de uulg. & pup.

ſubſti. Inſuper uiri principes linguæ Latinæ, Varro, Feſtus, Porphyrio, Acron, noua uina horna nominant, & Horat. dicit, Horna dulci prome uina dolio. Idem alibi, hornam frugem, &c. Sic Columella, ſic Plinius, quibus certè plus quàm Bart. hiſce præſertim in rebus, credi conueniet.

An prærogatiua paucis conceſſa, qui ſucceſſu temporis in magnam excreſcant multitudinẽ, tum demum minui poßit. CAP. XV.

DABAT miles nobili cuidam hanc prærogatiuam, ut homo eiuſdem nobilis, Titius cum ſua familia, immunis ſederet in uilla illius militis. Creuit familia Titii per quinquaginta annos, ſic ut quaſi dimidiũ uillæ obtinerent: quæſitum fuit, an omnes immunes eſſent. Fecerat dubium, quia quo tempore Titius cum familia immunitatem accepit, uix quinq; capita habuit. Reſpondi, omnes eſſe immunes, per caſum ſingularem in l. damni. §. ſi is qui uuas. in fi. ff. de dam. infe. iuxta communem lecturam. Facit ad alium caſum mihi propoſitum. Oppidum uicinũ Neapolis in Briſgoia noſtra, permiſit uillæ uicinæ ut lignis ex ſylua ligneti uteretur ad comburendum: eo tempore uilla fuerat exigua, uix quadraginta inhabitata ruſticis, nunc eſt amplificata, ut duplo uel triplo plures extent ibidem. Negabat oppidum ligna tantæ multitudini: quęſitum eſt an poſsit. Reſpondi ego per hunc eundem text. non poſſe. Sic etiam propoſitum eſt mihi cum Ludouico de Pfirt, uiro nobili, cuius uilla ante aliquot annos exigna exiſtens & tenuis inhabitatoribus, iure conuentionis per ſuperiores factæ, certam acceptauit collectam de inhabitatoribus, xv. ſcilicet libras argenti: nunc uilla eſt aucta, ut duplo plures ruſtici ibi commorentur, uoluit augeri collectam, negaui eum poſſe, hocq; per tex. ſuprà allegatum, qui eſt ſingularis ad huiuſmodi caſus, igitur notãdus.

Memorabilia in Cap. XVI. obſeruanda.

1 *Mulier non tradita dote, ſine tamen interpellatione uiri, in mora re ipſa conſtitui non poteſt. & nume. 8. ſequentibus fallent.*
2 *Dotis fructus ex ſola æquitate maritus acquirit.*
3 *Maritus dotem non exigens ab uxore, præſumitur fructus eius donare.*
4 *Matrimonium dotis gratia non contrahi,*

Dos

5 *Dos concomitantia matrimonii.*
6 *Dotis promiſſio, tacita conditio.*
7 *Conditio tacita ſuſpendit obligationem.*

An mulier contracto matrimonio nõ tradita dote, re ipſa in mora conſtituatur, cum interpellata à uiro non fuerit. CAP. XVI.

POST. Accurſium Bar. & Doctor. tenent in hoc puncto affirmatiuè, argumento ſumpto à contractu emptionis. l. curabit. ff. de act. empt. cum ſimilibus allegatis er gl. in l. de diuiſ. ff. ſolu. matri. Priſci aliqui Doctores adſeuerunt negatiuè, mulierem in mora re ipſa conſtitui neutiuam, hócque nobis placet & ſequimur, idq; per dictum tex. 1 ı l. de diuiſ. ubi maritus licet ſuſtineat onera matrimonii, ta ıen non facit fructus ſuos, niſi cum dotalis fundus eſt tradiıs. Vnde ſi mulier eſſet re ipſa in mora, maritus utique poſt lam moram fructus ſuos faceret, etiam fundo non tradito, ım dotis actio ſit bonæ fidei. Et certè mirum eſt huiuſmodi ugoſas aſſertiones, cõtra tex. tam manifeſtos, tamq; expreſs, induci, cum nullum ius his ſubſcribat. Nec enim obſtat ıod de contractu empt. & uenditionis dicitur: hoc enim reluit non ineruditè poſt Alex. ipſe Iaſ. Et quòd nihil ad pro ſitum illi contractus faciant, manifeſte ex eo conſtat. Nam nptio & uenditio ſunt duo relatiua, quorum unum ſine alte per naturam eſſe non poteſt. At dos cum oneribus nõ ita: teſt enim alterum eſſe ſine altero. Præterea hos cõtractus tro & citro obligatorios, rigor iuris uinculo obligationis ectit. Sed in dote & oneribus diuerſum eſt, cum ſola æquis uelit, quòd maritus fructus ſuos faciat, quia ſuſtinet one- 2 .l. dotis fructus. & ibi expreſſus tex. ff. de iur. dot. Nec poſt iniquitas prætendi, mulierem ſcilicet dote frui, & à mari nihilominus ali. Cum enim maritus uxorem facile interpel 3 e, & dotem exigere poſſit, præſumitur donare fructus don non exigens, ipſaq; onera ſuſtinens. fa. l. quod in uxon. C. de neg. geſt. uolentiq;, ut dicitur, non fit iniuria: iuris uulg. Porrò non obſtat quod dicitur, donationem non eſumi, cum ſit prohibita, &c. Nam cum illa donatio non nſideretur conſtante matrimonio, ſed eo ſoluto, quando fructuum diuiſione agitur, ſicq; in tempus licitum con-

n 2 fertur,

fertur, meritò cenſebitur licita. fa. quod dicitur per l. in tempus. ff. de hæredibus inſtitu. Vel ſi lubet, ſequere Iaſ. hic ſol.

Errat porrò Paul. de Caſtr. qui uult quòd in contractu matrimoniali cenſeatur contractus innominatus, utpote, contraho tecum matrimonium ut tu des dotem: hæc eſt uera non
4 dico truffa, ſed ineptia tanti uiri: quia matrimonium non contrahitur ut dos detur, ſed ut uxor habeatur, ut gignatur
5 proles. l. j. ff. ſoluto matrimonio. Dotem uero dare, eſt quædam concomitantia. Imò iniquus eſſet, qui propter dotem finaliter contraheret, quia hoc pacto quæſtui & ſimoniæ ſubiiceretur matrimonii ſanctimonia, ut conqueritur Iuuenalis in Satyra v i. cum dicit. Protinus ad cenſum, de moribus ultima fiet Quæſtio. Alexan. præterea hic unum uerbum dicit, quod eſt planè falſum. Nam uult, quòd cum mu-
6 lier dotem promittit, ſit promiſsio conditionalis, ſcilicet, ſi ſequatur matrimonium, ſi ſuſtineantur onera, &c. Quo ad primum, concedo equidem quòd ſit tacita conditio, ſi ſequatur matrimonium, cum dos ſine matrimonio eſſe non poſsit. l. fina. C. de donatione ante nupt. Secundum nego, ſcilicet quòd tacita de onerum ſuſtentione ſubintelligatur con
7 ditio: nam certum eſt quòd tacita conditio ſuſpendit. l. item. in fin. ff. de pact. Vnde ex promiſsione dotis ſequuto matrimonio agi non poſſet, cum conditio tacita obligationem ſuſpenderet, quod eſt contra l. ad exact. C. de dot. promiſſ.
8 Dico ergo concluſiuè, quòd mulier etiam ſi à marito poſt contractum matrimonium alitur, non conſtituitur in mora re ipſa, etiam ſi fundum non tradat: cum enim maritus taceat, nihil eſt quod de aliquo damno, de aliqua iniquitate conqueratur. per l. quod quis. ff. de regulis iur. l. j. C. de condictione indebi. cum ſimilibus. Fallit primo, niſi mulier interpellata ſit debito loco & tempore, ſciatq́; ſe debere tradere, & poſsit. ad quæ allego gloſſ. in l. mora. ff. de uſur. in l. quod te. ff. ſi certum petatur. & in l. de diuiſione. ubi ſuprà.

Fallit ſecundo, ſi aliquid ſit quod imputari uxori uel patri poſsit, per quod tollatur præſumptio donationis in marito, quemadmodũ ſi ſubeſſet dolus, metus, uis, uel alia id genus. per iur. uulg. Fall. etiam in caſu cum mulier ſoluto matrimonio uult petere donationem propter nuptias: hoc enim non poteſt, niſi conſtante matrimonio ipſa dotem obtulerit uel conſignauerit. authent. ut exact. inſtan. dot. in fin.

Memorabilia

Memorabilia in cap. XVII. aduertenda.

1 *Clericus concubinarius à diuinis ſuſpenditur.*
2 *Clericos concubinatu delinquere.*
3 *Commodum non ſentiat pœna dignus.*
4 *Concubinæ de eccleſia, ſicut ulcus de corpore ſunt, nec dignæ quæ legalibus nodis ſtringantur.*
5 *Excōmunicationis ſentētia æquè in laicos ac ſacerdotes animaduerti.*

Clericorum concubinas non eſſe de foro eccleſiæ, & poſſe per laicos puniri, contra communes opiniones Doct. CAP. XVII.

PRAETER ea quæ aliquādo dixi in lectura mea, affirmo concubinā clerici de foro eccleſiæ nō eſſe, & poſſe non ſolum per Epiſcopum ratione criminis, ſed etiam per laicum ſuperiorem puniri, & contra eam ſtatui: quod tenui intrepidè, & docui cōtra Iaſ. qui inter cæteros contrariū ſuadet. Clericus enim concubinarius à diuinis ſuſpenditur, ei 1 ſacris interdicitur, & ſi ſit notorius, miſſa eius uitari iubetur. c. nullus miſſam. xxxii. diſtin. c. ſi clericos. c. ſi autem. c. ueſtra. c. tua. de cohab. cler. & mul. Conſequēs igitur eſt, quòd clerici concubinatu delinquant, & crimen enorme incurrant. 2 Vnde non debent concubinæ aliquod cōmodum ex clericis conſequi, quia nō debent ſentire cōmodum ex re, in quā merentur pœnam. l. ſiue hæreditaria. in fin. & ibi glo. ff. de neg. 3 geſt. Eſſet enim & ipſis clericis cōmodum, ſi concubinæ earū à laicis puniri non poſſent, quod rei euidentia docet, cū Epiſcopi nihil eorū legitimè puniant. Nec uerum eſt quòd cōcubinæ notoriæ ſint de familia clerici, cum tex. in l. j. §. famil. ff. de publica. loquatur de familia licita. Et longe minus uerū eſt quòd cōcubinæ ſint de foro eccleſiæ, imò eſt ſcādaloſiſſimum & nequiſsimum dictum: niſi fateamur eas eſſe de eccleſia, ſicut ulcus de corpore, uel fortè dicas eas eſſe de eccleſia malignantiū. Nec ad rem pertinet quòd Pet. de Ancha. putat 4 honorem clericorum ſcandalizari, ſi cōcubinæ per laicos punirentur: quia imputent ſibi clerici quòd huic ſcandalo occaſionem dant. l. quod quis ex culpa. ff. de reg. iur. l. inter cohæredes. §. quod ex facto. ff. fami. erciſ. Imò ipſi ſe ſcandalizāt, qui dant occaſionē ſcandali. l. qui occiderit. §. in hac. ff. ad l. Aquil. Nec obſtat quòd Epiſcopus ſolet cōcubinas excōmunicationis mucrone punire. c. ſi concubinę. de ſenten. excōm.

5 quia peculiare & præcipuum eſt, quòd Epiſcopus contra ſeculares & eccleſiaſticos, ſententiam excommunicationis ratione notorii criminis fulminet. cap. ut animarum. de conſtitut. lib. vj. Cum ergo cõcubinæ prophanæ ſint, tam nihil ſacrum habentes quàm ſunt impudiciſsimæ, non dignæ quæ nodis legalibus ſtringantur. l. quæ adulterium. in fin. C. de adulter. cur non laicorum ſtatutis & manui ſubderẽtur, tanquam prauum & impudens ignominiæ uulgus, quod non eſt dignum ulla iuſta iuris cenſura curari?

Qualiter Imperator ſuſcepta lite poſt latam aduerſus ſe ſententiã appellare poßit. CAP. XVIII.

IN l. eſt receptum. ff. de iuriſdict. omnium iudic. habetur, quòd ſi Imperator uel Papa litem alicui intenderit, uel intentã ſuſceperit, poſſe ſe ſubmittere inferiori iudici. Quid ergo ſi contra Imperatorem pronuncietur, & is appellare uelit, quem appellabit? Se non, quòd cauſa ſe concernat, & iam antè à ſe cognitionem abdicauerit. Alium non, quia appellatio fit ad ſuperiorem, at nullus eſt Imperatore ſuperior. Iaſ. mouit hunc nodum. ſed non promouit, ut qui hæreat in ſalebra. Ego nouiter puto, quòd etiam in caſu eius appellationis ſubmittere ſe iudici nõ partiali debeat, ad quẽ appellet. Nam ſi in principali cauſa ſubmittendo ſe alii iudici, noluit in propria cauſa iudicare, quod tamen potuiſſet. l. & hoc Titus. ff. de hæred. inſtit. ſic & multo fortius in caſu appellationis, iudicare nec uult, nec poteſt: alioqui prouiſio dict. l. eſt receptum. eſſet illuſoria. contra l. ſi prætor. ff. de iudic. l. final. ff. ne quid in loc. pub. Et hoc remedium extorquet neceſsitas, quæ licitum facit id quod de ſe eſſet illicitum. per iur. uulg. Et hæc eſt noua extenſio ad dict. l. eſt receptum. quæ ex conſequentia elicitur. Nam qui uult antecedens, cenſetur uelle conſequens. l. illud. in fin. ff. de acquirenda hæred. Et qui aliquid uult, cenſetur omnia ea uoluiſſe, ſine quo illud expediri nõ poterit. uulg. iuris regul. ut l. ij. de iuriſdict. omnium iudic. & ibi gloſſ.

De transfuſione electionis perſonalis in alium, caſus ſingularis. CAP. XIX.

SI ſtipulor decem aut hominem, utrum ego uelim, electio perſonalis eſt, & in alterum hæc obligatio contractu uoluntario

luntario transfundi non poſſet.l.ſi ſtipulatus fuerim illud.ff. de uerbor.oblig.niſi fortè cauſa neceſſaria eueniret, ut quia mortuo ſtipulatore ei ſuccederetur in huiuſmodi obligatione:uel ſi creditori ſtipulatoris huiuſmodi obligatio ex ſecundo decreto adiudicaretur. argum.l.fin.ff.de fun. dot.ut per Doctor.in dicta l.ſi ſtipulatus. Ex qua doctrina ſingulariter conſului,quòd ſi princeps tibi promittat ſub modo conuentionis,quod poſsis redimere hanc uel illam arcem, quæ fortè impignorata erat,utram uelis: ſiq; tibi mens redimendi non ſit,te non poſſe hoc ius transferre in alium. Et idem fortè dicendum, etiam ſi per modum indulti uel priuilegii tibi hoc concedatur:nam & priuilegia perſonalia perſonam non egrediuntur, & iſta electio perſonalis eſt.per dict. l. ſi ſtipulatus. Itaque quod contrariũ de facto ſeruatur,ignorantia iuris eſt.

Memorabilia in Cap.XX aduertenda.

1 *Rem reſtitui,eſſe reponi in priorem ſtatum.*

2 *Traditio,nuda penitus eſſe poteſt,& ſine cauſa.*

3 *Obligationes rem reſtitui,& rem tradi,uim habent ut moræ ſuccedat intereſſe.*

4 *Intereſſe in obligationibus rem tradi,reſtitui,iure actionis peti poteſt.& num.10.*

5 *Intereſſe in obligationibus dãdi uenit officio iudicis.& nu.9.& 11. Res perẽpta in obligationibus dandi nihilominus peti poteſt.co.nu.*

6 *Obligationes,rem tradi, & reſtitui, ex cauſa præambula, non ex natura factorum ſuorum dominium largiuntur.*

7 *Obligationem,rem tradi,reſtitui, ex natura factorum ſuorũ rem ad intereſſe deducunt. Ex cauſis uero propter quas reſtitui & tradi res debet, non datur electio, re extante, ad intereſſe:præciſe enim res reſtituenda,etiam manu militari.*

8 *Obligationes rem tradi,reſtitui,in uno aut altero cum obligatione dandi conuenire,in pleriſq; uerò non.*

Rem reſtitui,& rem tradi,eſſe pura facta. CAP. XX.

REM reſtitui,& rem tradi,ſunt pura facta, quia ex iſtis factis de ſeipſo nullus reſultat iuris effectus. Patet in rem reſtitui:nam reſtitui rem, eſt eam reponi in priorem ſtatum.l.ij.§.reſtitutas ff.ne quid in loc. publ. Ergo ipſa uis reſtitutionis nullum effectum importat, ſed res ad priorem ſtatum reuertitur. Sic rem tradi purum factum eſt,& 1

ſimplex, in cuius natura nullus iuris effectus includitur: po-
2 teſt enim traditio penitus eſſe nuda ſine omni cauſa.l.nun-
quam nuda.ff.de acquir.rerum dom.& poteſt ſtipulatio fieri
rem tradi ſine omni cauſa.l.ſi rem tradi.ff.de uerbor.oblig.
3 Ergo in iſtis duobus factis,recte ſicut in aliis obligationibus
faciendi,ſuccedit obligatio ad intereſſe, quod & iure actio-
4 nis peti poteſt,ita quod ſi agēs uelit,poſsit agere ad intereſſe.
& non ad rem tradendam uel reſtituendam. De rem tradi eſt
text.in l.j.in princip.ff.de act.empt. De rem reſtitui mihi ui-
detur text.in l.in re furtiua.in princip.ibi, durat condictio.
Ergo à principio erat condictio æſtimationis.ff.de cōd.furt.
Sed nónne ex traditionibus rerum dominium uel uſucapien-
di conditio transferuntur?l.traditionibus.ff.de pact.l.claui-
bus.ff.de contrahen.empt. Sic & ex reſtitutione rei quæ mea
eſt,cauſa dominii uel uſucapiendi conditionis mihi reponi-
tur,aut ſaltem quietatur & relaxatur. Vnde non uidentur pu-
ra facta, ſed participare cum obligationibus dandi, ita ſcili-
5 cet quòd ad dominium operantur. Et ſic poſſet uideri, obli-
gationem ad intereſſe non uenire iure actionis,ſed officio iu
dicis:ſicut in obligationibus dandi,ubi res petitur etiam per-
empta poſt moram.ut l.ſi ſeruum. §.effectus.ff.de uerborum
oblig.l.eum qui. §.fin.eod.tit. Et quòd res etiam perempta
poſsit peti,text.eſt in l.ſi ſeruus. §.boue ſurrepto.l.iij.in fin.
ff.de condict.furt.l.inter ſtipulantem. §.penult.ff.de uerb.
oblig. Difficile eſt hoc,ſed ita rem totam euoluendam credo.
6 Aduertendum enim eſt, quòd licet ex rem tradi, & rem reſti-
tui,uideatur elici effectus dominii,hoc tamen non eſt ex ipſa
natura factorum traditionis & reſtitutionis,ſed ex cauſa prę-
ambula. Nam ſi res mihi domino reſtituitur, iam dominium
mihi reſtituitur non ex uirtute reſtitutionis, ſed ex præceden
te cauſa, quæ prius dominium fecerat. Sic ſi tradendo trans-
fertur in me dominium,non ex uirtute traditionis hoc fit,ſed
ex cauſa emptionis uel alia præcedente.ita eſt text.in l.nun-
quam nuda.ff.de acquirendo rerum domin. Quòd ſi res mihi
reſtituitur, quam antè poſſedi bona uel mala fide, reſtitutio
nihil noui facit, ſed reducit rem ad priorem ſtatum, ſcilicet
poſſeſsionis. Ita ſi res apud me nuper depoſita, uel commo-
data,iam mihi reſtituatur, hæc reſtitutio nihil iuris mihi plus
tribuit quàm prius habuerim. Paria dico in Rem tradi. Si ex
cōtractu emptionis, donationis, permutationis,&c.res mihi
traditur,

traditur, dominus uel uſucaptor efficior, non ex traditione, ſed ex contractu præcedente. Si ex contractu precarii, commodati, locati, depoſiti, uel ſimpliciter ſine cauſa traditur, iam traditio nihil efficit ad dominiū uel uſucapionem, quod
eſt manifeſtum. Quæ cum ita ſint, ius in iſtis duobus factis 7
elegit mediam uiam. Nam reſpiciendo ipſam naturam factorum, intereſſe in obligationem uenit, ſicut in cæteris factis, reſpiciendo cauſas propter quas ſolet reſtitui uel tradi: quia plerunq; ad dominium operantur. Ius uoluit, quòd donec res tradenda uel reſtituenda extaret, & tradi uel reſtitui poſſet, præciſe reſtitueretur, etiam manu militari, & non daretur
electio ad intereſſe. l. qui reſtituere. ff. de rei uend. Et in hoc 8
uidentur iſta duo facta ſymbolizare cum obligatione dandi, quòd eo caſu quo ad dominium uel uſucapionem operarentur, ſemper accipientis intereſt: quia tamen reſtitutio & traditio non ex cauſa dominii fit, ut ſuprà diximus, & ſic non ſemper utile eſt petere reſtitui & tradi, unde obligatio ad intereſſe per legem ſubſtituitur. Cæterum ſi res reſtituēda perempta eſt poſt moram, per hoc natura principalis obligationis non mutatur, ſed perpetuatur: unde res ipſa uel æſtimatio in petitione eſt, in condemnatione tamen ſemper intereſſe uenit. Quod in obligationibus dandi re perempta non inuenitur: 9
quia res petitur etiam perempta, & uenit æſtimatio officio iudicis. Ergo rem reſtitui, & rem tradi, ſi ex cauſa præcedente fiant, quæ ad dominium uel uſucapionem operetur, pari quodammodo iure cenſentur cum obligatione dandi, in
eo quòd re extante intereſſe ſoluens non liberaretur. Impa- 10
riter tamen in eo, quod in rem tradi & reſtitui, intereſſe uenit iure obligationis, ſi actor eligat, propterea quòd res tradi
& reſtitui poterat non ex cauſa dominij. In obligatione uero 11
dandi non uenit intereſſe iure actionis, quòd nunquam nō ad dominium operatur dandi obligatio. Per prædicta defenditur & declaratur ratio differentiæ data à Petro, & per Bartolus. relata in l. ſtipulationes non diuid. in iij. ratione. v. col. ff. de uerb. oblig. Cæteræ enim rationes ibidem enumeratæ nihil ualent, & præcipue ratio Bart. nullius ponderis, ut aliàs in lectura noſtra diffuſius deduximus. *Lectura Zaſij.*

Memorabilia in Cap. XXI. obſeruanda.

1 *Cenſuales literæ præciſe poſt redemptionem reſtituendæ.*

2 *Cautio res fragilis.*

An poſt redemptionem literarum cenſualiũ, ſufficiat dari cautionem, uel ipſæ literæ ſint reſtituendæ. CAP. XXI.

REDEMI literas cenſuales, peto ut mihi reſtituantur. Negatur reſtitutio, ſed aduerſarius offert ſe ad dandam, ut uulgò nominant, quietantiam, & ad faciẽdam cautionem, literasq; illas cenſuales infirmãdas. Conſultus an
1 ſufficiat, dixi quòd non. Primo, quia cogitur præciſe reſtituere cum poteſt. l. qui reſtituere. ff. de rei uend. Bart. & Doctor. in l. ſtipulationes non diuid. in v j. quæſt. ff. de uerbor. oblig.
2 Et cautio res eſt fragilis. l. qui ita. §. j. l. cogi. §. ſi pater. ff. ad Trebell. & ob hoc ſucceſſu temporis poſſet perdi cautio: qui euentus licet ex præſenti ſtatu non appareat, tamen inſpicitur, propter culpam reſtituere nolentis. arg. l. diuortio. ad fin. princ. ff. de neg. geſt.

Vbi ſententia partium iura reſpiciens, iuriq; cõtradicens, annullatur, caſus ſingularis. CAP. XXII.

HABEMVS doctrinam uulgatam, quòd ſentẽtia quæ partium iura reſpicit, etiam ſi ſit contra ius, nõ eſt nulla. l. j. §. contra cõſtitut. ff. quæ ſent. ſin. appell. cum ſimilibus. Fallit hæc doctr. ſingulariter in ſententia noxali: quia cum iudex Titium purè condemnat ad dedendum noxæ Stichum, hæc ſentẽtia nulla eſt. l. miles. §. decem. ff. de re iud. & tamen non eſt cõtra ius litigatoris. arg. l. cũ prolatis. & quę ibi dixi. ff. de re iudic. Sed ratio eſt, quia in tali ſententia licet reſpiciat partes, tamẽ etiam admiſcetur uiolatio iuris, ut quia dicitur, ſeruum noxæ dedat: hoc uetat ius. Et ſic habes ſingularem & tertium caſum mixtum ad dictam l. cum prolatis.

Memorabilia in Cap. XXIII. obſeruanda.

1 *Inſtrumenti fides ſex radicibus aſtruitur.*
2 *Inſtrumentum corruit, ubi perſonæ ſcribẽtis autoritas labefactata fuerit.*
3 *Teſtes duo inſtrumento ſufficere.*
4 *Solennia inſtrumenti nõ obſeruata, fidem eius enecant. cũ limitat.*
5 *Solẽnitas uerborũ principalium teſtamẽti, ſeptẽ teſtibus probãdæ.*
6 *Solennitas acceſſoria teſtamenti probatur duobus teſtibus.*
7 *Inſtrumentum non completæ ſcripturæ nullum.*
8 *Inſtrumentum contra iuris ordinationem inualidum.*

Inſtr

9 *Inſtrumentum diuerſis characteribus exaratum fidem non meretur.*

10 *Inſtrumenti ſeries ſeu ueritas, ex rerum geſtarum actu impugnatur.*

11 *Inſtrumentum, teſtes actui neceſſario adhibiti, uno aut altero contradicente, uacillare faciunt. Concluſio cum limit.*

12 *Inſtrumentum continens plures teſtes quàm actus requirat, parte eorum contradicente, nihilominus legitimo numero actui neceſſario iuuatur. Concl. cum limit.*

13 *Inſtrumenta in iudicio producta, duobus teſtibus fide dignis, omniq́; exceptione maioribus, reprobari poſſunt.*

14 *Notarius pro teſte non computandus.*

15 *Scripturas cunctas authenticas duobus teſtibus infirmari, ſingulariter per Zaſium.*

Quibus fundamentis inſtrumenta firmentur, & quibus infirmentur. CAP. XXIII.

DOCTORES in l. in exercendis. C. de fide inſtrum. aliqua de hac re non inutilia tractant: quarum meliorem partem quia confuſe per eos & imperfectè, & uelut ſine ordine adducuntur, clarius diſcuſsimus in lectura noſtra. *Lectura Zaſii.* Singulariter tamen aduertendum eſt ex uerbis Bald. ibidem in fi. quinq; eſſe radices quibus fides inſtrumēto adſtrui tur, autoritas nempe perſonæ, ſolennium obſeruatio, com- 1
pletio ſcripturæ, iuris ordinatio, & ipſa ueritas in ſerie rei geſtæ. Nos addidimus pro ſexta, fidem ſcripturæ. Videndū eſt tamē quomodo per ſingula inſtrumentū reprobetur, ut inde appareat, morbi quidam iſtarum radicum curabileſne ſint, an non. Si prima radix langueat, utpote quòd autoritas in 2
perſona deficiat, certè inſtrumētum penitus cadit, tum quòd qui ſcripſit, probetur non eſſe idoneus, uel depoſitus per ſententiam, tum quòd ſit infamatus de falſitate, uel quòd falſas eſt ſolitus facere ſcripturas, uel quòd aliàs infamia iuris premitur: tunc enim inſtrumētum plus uel minus, ſecundū quod morbus eſt maior uel minor, ſuſpectū redditur, id quod in arbitrio iudicis reſidet. fa. l. ſi quis ex argentariis. §. j. ff. de ædendo. c. excommunicamus. §. credentes. de hęret. c. ad probandū. de re iudic. Et ſufficiunt in hoc duo teſtes fide digni, ut poſtea dicetur. l. ubi numerus. ff. de teſtibus. niſi fortè 3
ſuper infamia plures requirentur, quod ſuam habet materiam:

&

& hunc morbum, ut dixi, puto eſſe incurabilem: per hoc tamen nõ credo quòd ueritas rei geſtæ & cõtractus cadat, quin alio probationum genere probari poſsit. argum. l. j. C. de fid.
4 inſtr. cum ſimil. Secunda radix eſt circa obſeruationem ſolennium. Morbus eius radicis ſi apertè apparet ex inſtrumento, fidem ſubuertit & enecat: ut ſi anni domini, indictio, & cætera requiſita, puta ſi teſtes, locus, tẽpus, non eſſent inſcripta, ut hic per Bal. hoc enim caſu non eſſet opus alia reprobatione. Fallit, ſi eſſet obmiſſa ſolẽnitas extrinſeca, puta quòd mulier ſine conſanguineis contraxit, uel decretum iudicis nõ apparet interpoſitum, uel cætera ſimilia: illa enim ſi per teſtes tantum duos probarentur, ſufficeret, ſi factum eſſet recens. Vel pro talibus ſolẽnitatibus præſumeretur, ſi eſſet ualde antiquum. Pro primo fa. doctr. Bald. in d. l. in exercendis. circa fin. ubi dicit, facilius adiuuari quàm fundari inſtrumenta. per l. fi. C. de æden. Secundum probatur per l. ſi filius. & quæ ibi per Doct. C. de pet. hæred. quod dicas de illis ſolennita-
5 tibus quæ ex antiquitate præſumuntur, ut ibi. In teſtamentis autem ſi eſſet probanda ſolennitas in uerbis quæ principaliter uoluntatem teſtatoris concerneret, ſeptem teſtibus opus eſſe tenuit Salic. in d. l. in exercendis. ad fi. ut ibi per eum: ueluti ſi deberet probari iure inſtitutionis, res eſſe filio relictas. Credo tamen quòd ſi talis ſolennitas principaliter uolunta-
6 tem teſtatoris non concerneret, ſed ſolennitatem acceſſoriã, duos teſtes ſufficere: ut ſi deberet probari teſtes inſtrumenti eſſe rogatos, quia in inſtrumento obmiſſum erat, per regulã communem, ut in gl. l. teſtium. ad fi. C. de teſtibus. Fallit etiam ſuperior doctrina, ſi indictio & anni domini eſſent difformiter inſcripti, ita quòd non concordarent: uel ſi in annis imperii eſſet ſine fraude erratum: hic quia eſt error Notarii citra cauſæ præiudicium, credo morbum non eſſe. fa. quæ habet Ioan. Andr. in c. data. de reg. iur. lib. VI. Tertia radix circa
7 completionem ſcripturæ, ſi morbum habet, mederi ei non poteſt: ut, ſi inſtrumentum non eſſet completum: de quo dicendum ut in iuribus per Bald. allegatis. l. ſi quis. de teſtam. l. fideicommiſſa. §. j. ff. de leg. iij. ubi aliquando dixi, unde in
8 præſentia nihil addam. Quarta radix circa iuris ordinationẽ, cum dicitur res eſſe eccleſiæ, id quod per duos teſtes probatur, & eſt morbus incurabilis: in quo puncto me refero ad Baldum, & ea quæ in citata lectura mea dixi locupletiſsimè.

Quinta

Quinta radix eſt circa fidem ſcripturæ:nam inſtrumentum 9
diuerſam manum habens cadit. Idem, ut puto, ſi ſcriptum eſt
una manu, & alia ſubſcriptum: niſi Notarius hoc in ſubſcri-
ptione excuſet:quod habui de facto, & tetigit Bal.in l.cõtra
ctus.C.de fid. inſtr.fa. auth. de trien.& ſemiſs.§.& hoc ſæ-
pe.cum ſimil.ut in conſil.meo ſuper hoc ſcripto. Idem tenuit
Bald.loco præallegato.ſi charta non ſit munda,ut ibi per eũ.

Breuibus itaq;expedit⁹ de his quę nõ indoctè circa quinq; 10
præſcriptas radices tangit Bald.uenio ad ſextam radicẽ, quæ
ſumitur ex ueritate rei geſtæ. Huic radici accedit morbus,
quando de iſta ueritate dubitatur,id quod aliquando medela
curatur, aliquando curari non poteſt. Nam ſi inſtrumentum
dicatur eſſe generalibus uel obſcuris aut ambiguis uerbis ſcri
ptum, hæc generalitas,ambiguitas, obſcuritas, per teſtes (ut
reor)extra inſtrumentum uel in inſtrumento deſcriptos pro-
bari poteſt,ita nempe ut quod in inſtrumento uel propter im
peritiam ſcribentis,aut errorem obmiſſum eſt,per teſtes ſub-
leuetur. & hoc, ni fallor, etiam uidetur tenuiſſe Bald.in d.l.in
exercendis.in fin.cum dicit,inſtrumenta in ſerie rei geſtæ per
teſtes adiuuari poſſe. Ad quod uidetur mihi eſſe text.in l.tri
ticum.ff.de uerb.oblig.& credo eo caſu ſufficere duos teſtes.
per reg. ubi numerus. Hic ergo morbus curabilis eſt. Ali-
quando dubitatur de ueritate rei geſtæ,ita quòd ipſa ſubuer-
titur & deſtruitur:& hæc eſt materia quando inſtrumenta re-
probentur.Hic punctus obſcurè,prolixè tamen & diffuſe per
Doct. traditur:perq; opinionum recitationem & conflictũ,
materia in ſe utilis planè tędioſa redditur. Nos à ueſtigiis eo-
rum qui mihi probantur non uſquequaq; diſcedentes,ita ſen
timus. Impugnatur enim aliquando ſeries rei geſtæ per te-
ſtes in inſtrumento ſcriptos, aliquando per eos qui non ſunt
inſcripti. In priori caſu duas pono concluſiones. Prima: ſi in-
ſtrumentum non plures habet teſtes inſcriptos, quàm qui ad 11
naturam actus exigantur, & in iis unus uel plures contradi-
cant,aut quia negant ſe fuiſſe præſentes,aut quia dicunt rem
aliter geſtam quàm ſcripta eſt, hic fides inſtrumenti uacillat
& cadit.per l.j.§.fin.ff.quemad.teſt.aper.quod & Bart. ibi-
dem tenet, & Salic. in d.l. in exercendis. qui ad hoc recitat
Innoc. in c.cum Ioannes.de fid. inſtr. hocq; uerum eſſe cre-
do:alios ſi qui ſunt aliter dicentes,non moror. Nec enim mi-
hi unquam cõſilium fuit ſingulorum recenſere errores, quos

cum

cum legendo ſæpiuſculè prætercam, quomodo in eis ſcri-
bendis me fatigarem? Fallit, ſi teſtes fateantur ſe fuiſſe præ-
ſentes, tamen non recordari num ſic uel aliter factum ſit: hoc
loco dico, ſi res fuit aliquo modo antiqua, quod iudex arbi-
trabitur, ipſoq; inſtrumento nihil inferri morbi, cum memo-
ria hominum labilis ſit, id quod etiam Paul. de Caſt. & Doct.
in d. l. in exercendis. attigerunt. At uero ſi factum recens eſ-
ſet, uidetur Paul. ſentire quòd fides inſtrumenti caderet. Ego
contrà: quid enim ſi multa comprehendat capitula, quod cō-
muniter fit, præſertim in teſtamentis, quomodo teſtis, etiam
ſi res heri geſta ſit, hæc omnia in parata habere memoria po-
terit? Vel quid ſi ſint homines quibus non eſt memoriæ be-
neficium, ut qui in puncto rerum geſtarum obliuiſcantur?
his enim caſibus iudici relinquo arbitrium. Nam ſæpius ui-
demus euenire (id licet in nobis, Dei gratia, hactenus nun-
quam ſimus experti) quòd uiri alioqui longe doctiſsimi, uix
ualeant tres concluſiones ex gll. ex textibus uix tria notabi-
lia ſine ſchedula collecta recenſere: quibus certè ſatis eſt exi-
gua memoria. Ego quantumuis ſenex huiuſmodi memoriæ
ſchedulas ſperno, ut cuius memoria Dei beneficio nondum
deflaccuerit, deficiētibus etiā cæteris corporis uiribus. Se-
12 cunda concluſio: Si inſtrumentum plures habeat teſtes in-
ſcriptos, quàm qui exigantur, puta cum duo teſtes ſufficc-
rent (ſicut regulariter ſufficiunt, niſi lex aliter diſponat) ſed
tamen quatuor aut quinque inſcribuntur: uel ſi ſeptem in te-
ſtamentis, quinque in codicillis ſufficerent, decem uel plures
inſcribantur: hoc caſu cum ſupernumerarii inſtrumento con
tradicunt, fides eius per hoc non periclitatur, dummodo ueri
tas per legitimum numerum teſtium adiuuetur. Hoc poteſt
probari ratione ex communibus doctrinis ſumpta, quibus
dicitur, actum non uitiari, ſi aliqua inordinatè uel uitioſe fi-
ant, quę non erant neceſſaria, & quæ obmitti poterant. l. quę
extrinſecus. ff. de uerb. oblig. cum ſimil. Sed fallit hæc con-
cluſio, ſi duo ſaltem ſupernumerarii in hoc concordarent,
quòd negarent ſe fuiſſe præſentes: quia cum per hoc conſtet
Notarium eos falſo inſcripſiſſe, fides inſtrumenri ex perſona
falſum ſcribentis laboraret: quod etiam Salic. tenet recitan-
do Innoc. ut per eum. & fa. l. ſi ex falſis. C. de tranſact. Cre-
diderim tamen, quòd licet inſtrumentum caderet, hoc tamen
ueritat

ueritati rei geſtæ quæ per idoneos teſtes probata eſſet, non noceret. Secundo fallit, ſi ſupernumerarii qui contradicerent plures eſſent, quàm qui de legitimo numero pro inſtrumento depoſuiſſent: tunc enim pluralitas uinceret, & communis doctrina quam ſuprà retuli, non haberet locum, cum ueritas facti hoc caſu laboret. Debent tamen huiuſmodi teſtes eſſe idonei, id quod totum iudicis prudentiæ committitur. per iur. uulg. In eo tamen caſu duo teſtes non ſufficerent, ut palàm eſt. faciunt ad hoc quæ in ſequenti puncto dicam, in prima fallentia. Eſt ergo ſecundum punctum in teſtibus reprobatoriis in inſtrumento non inſcriptis. In hoc puncto Paul. de Caſt. uarias opiniones recitat, & cæteri Doct. multa intorquent, quæ obmitti poterant. Ego breuiter & conclu- 13
ſiuè ſic ſentio, quòd inſtrumenta in iudicio producta, duobus teſtibus fide dignis, & omni exceptione maioribus, reprobari poſſunt, etiam ſi decem uel amplius teſtes inſcripti inuenirentur. Hoc ipſum uideo tenere Inoc. in c. cum Ioan. de fid. inſtr. Et eſt ratio huius dicti: quia cum inſtrumentum ex perſona Notarii fidem accipiat, qui tanquam unica perſona duobus teſtibus meritò uincitur: & licet pro ſuo inſtrumento præſumatur, l. cum precibus. C. de probat. tamē ſi contrarium per duos teſtes apparet, ei non credetur. fa. reg. l. ubi numerus. de teſt. Vnde nihil uideo quod hoc caſu obſtet, quin duobus probis uiris de ueritate credatur, cúm in ore duorum uel trium ſtet omne uerbum. Et ridiculum eſt quod dicunt gll. in d. l. in exercendis. in §. item. Inſtit. de inutil. ſtipulat. in dict. capit. cum Ioan. quòd tres aut quatuor teſtes 14
exigantur, quaſi Notarius etiam pro teſte computetur: hoc enim quia ſatis per Doctores ex uerbis Iacobi de Aretin. conuellitur, proſequi non curo: ſcio enim illud Terentii, 15
Actum ne agas. Hanc concluſionem extendendam puto ad omnes ſcripturas quæ apparent authenticæ, ut quia ſint ſigillis communitæ, uel à iudice proceſſerunt. Nam non obſtante ſigillo, etiam ſi principis eſſet (in caſu quo contra principis literas pugnari poteſt) non obſtante iudicis autoritate, duobus teſtibus ſubuerterentur. quod non uideo tactum à Doctorib. niſi quòd in c. poſt ceſsionem. de prob. in c. cum nuncius. de teſt. diſſeritur, quomodo literæ ſigillatæ, literæ iudicis, fidē faciāt. Nec uideo rationē differētię, quare inſtr

inſtrumenta duobus teſtibus ſubuertantur, & non literæ ſigillatæ, cum ſigillum nullam habeat autoritatem, niſi quòd probat rem geſtam: & pro eo præſumitur, niſi contrariũ probetur, ut notatum eſt, per uulg. Hæc adſertio, in eo quod dixi, inſtrumenta duobus teſtibus ſubuerti, fallit, niſi teſtes inſtrumentarii, ſi extarent, uel etiam alii extra inſtrumentũ, ſi illi non extarent, fidem inſtrumenti adiuuiſſent: tunc enim duo impugnantes non ſufficerent, ſed neceſſe eſſet plures & magis idoneos contradicere, quàm hi eſſent, qui pro inſtrumento depoſuerunt: & eſſemus in cõmunibus doctrinis, qui bus dicitur, teſtibus pluribus, & quibus lux ueritatis adſiſtit, plus credi. l. ob carmen. §. ſi. in ſi. ff. de teſtibus. Et ſi pari numero utrobiq; eſſent, & hi qui adiuuant inſtrumentum, & hi qui impugnant, iudex cæteris paribus pro inſtrumento iudicare habebit, propter autoritatem ſcripturæ publicæ. Et facit ad hoc (licet Doct. non tangant) id quod collegit Iaſ. in l. ſi duo. §. j. ex gl. in uer. autoritatis. ff. de iureiur. quod data paritate probationum, eæ præferantur quæ qualiquali iuuantur adminiculo. Et paria dico de aliis ſcripturis authenticis, quæ ſi alio iuſto uel probabili adminiculo, præter ſigillum, adiuuarentur, duos teſtes contradicentes ſufficere non crederem: ut ſi uſus, ſi antiquitas, ſi communis obſeruatio, ſi locus archiui publici, ſi cætera huiuſmodi manum ſcripturæ porrigerent. Ex prædictis oritur ſecunda fallentia, ut ſi teſtes in inſtrumento ſubſcripſiſſent, & de manu eorum conſtaret. Hanc fallentiã proſequere ut per Doct. ego eam non recito. Tertio fall. ſi ex ſcriptura oriretur præſumptio iuris & de iure. l. fin. C. arb. tutel. l. antiqui. C. ad Velleia. Quarto fall. ſi literæ principis eius eſſent naturæ, quòd contra eas pugnari non poſſet, ut quia in præſentia principis & procerum eſſet contractus initus. l. omnium. C. de teſtam. uel princeps ſuper facto ſcriberet ex propria ſcientia, uel per modum conſtitutionis ſtatueret, &c. circa quę dicas ut per Doct. in l. fin. ſi quis ius dic. non obtem. & in d. c. cum nuncius. Reliqua quæ ſuper hac materia ueniunt ſcribenda, uide in lectura mea dictæ l. in exercendis. C. de fid. inſtr.

Lectura Zaſij.

Memorabilia in Cap. XXIIII. obſeruanda.

1 *Arrha non impediũt reſciſsionem cõtractus. Limit. 1. num. per tot.*

2 *Arrhæ aut perduntur, aut duplicatæ redduntur, parte à contractu reſiliente.*

Arrha

Arrharum datio non cauſat intereſſe.eod.
Arrhæ dantur,quò euidentius probari poßit conueniſſe de precio.
Arrharum damnum in pœnam recidit.
Arrhæ uim non habent bibales,& his ſimilia.

An arrhæ ſi redduntur duplicatæ,uel perduntur,ſufficiat ſine alia pœna à contractu reſilire. CAP. XXIIII.

N contractu emptionis & uenditionis, ſi arrha interue- 1
niat,datur locus pœnitentiæ.l.contractus.in fi.C.de fide
inſtru.Ex quo ſequitur,quòd is qui contractũ reuocat,in 2
hil aliud tenetur,quàm quòd uel arrhas perdit,uel receptas
duplũ reddit.Nec poteſt eo loci agi ad intereſſe,cum reuo
ns contra contractũ non ueniat, & ſic in nullo damnificet
um:ea enim fuit à principio natura contractus,ut reuocari
ſſet arrhis acceptis.Imputet enim ſibi,qui cùm fortiſsimo
terat uinculo ligare & munire contractum, ſcilicet conſen
quo ex bona fide nitebatur, fragiliori uinculo arrharum
is eſt. Et illa eſt breuiter ueritas,quod & Salic. ſequitur in
.contractus.ad fin.licet non ita fundatè.Nec obſtat quod
contrarium prætendunt Dyn.& Bar.in l.j.§.dixerit.ff.de
blica.quòd perditio & duplicatio arrharum pœna ſit quæ
n excludat intereſſe:arrha enim à principio nõ datur, nec 3
er ea conuenitur in modũ pœnæ,ſed pro argumento em-
onis,& ut euidentius conſtet conueniſſe de precio, ut di-
tex.in l.quod ſæpe arrhæ.in princ.ff.de contrahen. empt.
dicimus quòd damnum arrharum redundet in pœnam, 4
ilominus tamen & facultatem pœnitendi præſtat, ut ſic
ereſſe excludatur.Præterea, quia lex taxauit, ut quũ per-
one & duplicatione arrharum nulla plus pœna ſequatur,
tit.de contrah.empt.iij.reſponſ.§.j.debemus legi ſtare,
ic doctrina l. ſi quis ſocio.cum l.ſeq.ff. pro ſoc. hoc caſu
reſſa prouiſione recedit.Aliæ opiniones, puta quòd aut
reſſe aut arrha repeti poſsit,&c. nihil ſunt & nullo iure
bantur, & tex.ſuprà alleg.ſunt in cõtrarium, quia reuoca
ntractus cũ poſsit,ceſſat intereſſe. Nam qui iure ſuo uti
nulli cenſetur damnum dediſſe. Poteſt tamen hoc quod
à dixeram de pœnitentia, ſingulariter limitari, ſi bibales
teſtimonio contractus darentur, ut *Vueinkauff*, quẽad- 5
lũ in noſtra Germania mos eſt; huiuſmodi enim bibales

non habent uim arrhæ : ſed ideo dantur, ut hi qui præſentes fuerunt, de contractu recordentur: hoc caſu non haberet locũ pœnitentia, cum contractus iſte ſolo conſenſu niteretur. Inſtit. de oblig. ex conſen. Simile eſt cum datur ſancto alicui denarius, uulgò *gotz pfennig*. Secũdo limitatur, ſi expreſſa eſſet pœna, ut ſæpe fit: ueluti ſi dicitur, dabis decẽ ſi reſilieris: hoc enim caſu reſiliens pœnam patietur, & intereſſe ſoluet. d. l. ſi quis ſocio. cum l. ſeq. ff. pro ſoc. & eo caſu opinio Bar. procederet. Tertio limitatur, ſi arrha loco precii daretur, quod barbari illi quo ad rem Latinam citramontani, ſumpta ab eorum lingua etymologia, pagamentum dicunt : tunc enim non ſolum pœnitentia locũ non haberet, ſed nec utriuſq; partis conſenſu nudo, contractus in quo iam ceſſauit eſſe res integra, diſſolui poſſet. per no. tex. in l. ij. C. de reſcin. uend. Quarto limita in contractu matrimonii : ibi enim datio arrharum non præbet facultatem reuocandi: ſecus ſi ſunt ſponſalia. fa. c. fœminæ. ibi gl. x x x. quæſt. v.

Memorabilia in cap. XXV. aduertenda.

1 *Variare poteſt manus in ſcribendo.*
2 *Scriptura in iudicio ſcripta non eſt forenſis.*

An probet ea literarum comparatio, ſi aliquis in iudicio ſcribere cogatur. CAP. XXV.

BALD. Bartolo inurit maculam erroris, in l. comparationes. C. de fide inſtr. in iij. quæſt. ex eo quòd Bar. dixerat, non probari cõparationem ſi aliquis in iudicio ſcribere cogatur, &c. & putat maxime erraſſe Bar. admirando de eo errore, & quòd ſit text. expreſſus contra eum in auth. de fide inſtru. §. j. & quòd talis ſcriptura ſit forenſis, &c. Ego dico ſingulariter, Bar. bene ſenſiſſe, & pro eo eſſe tex. in d. l. cõparationes. Nec obſtat tex. in d. §. j. aliàs, ſi quis igitur. quia ibidem uidetur reprobari hoc genus comparationis, ubi traditur quendam ſemel coactum fuiſſe ad ſcribendum, eamq; controuerſiam finem nullum accepiſſe, &c. Præterea ſi cogi aliquis poſſet, ad quid cætera probationum genera inducerentur?
1 Quia igitur uariare poteſt manus, ut bene dicit gl. in d. l. comparationes. in uerſ. non aliter. arg. l. inter artifices. ff. de ſol. quapropter ſubſcriptiones teſtium, & alia huiuſmodi genera exiguntur, & nec ſic creditur facile comparationi, ſed
2 iudici committitur. Nec uerum eſt quòd ſcriptura in iudicio

ſcripta

ſcripta ſit forenſis: nam ſola acta iudicialia, dicuntur ſcriptura forenſis. Non enim ſequitur, eſt iudiciale, ergo forenſe. Nam libelli, confeſsiones, interrogatoria, ſunt iudicialia, id eſt, in iudicio facta, non tamē forenſia. Bar. ergo bene ſenſit, & eum male taxauit Baldina uerſutia. Credo tamen ſi omnia alia comparationum genera ceſſarent, poſſe in ſubſidium, eo caſu, & non antea, negantem cogi ut ſcribat, ut ſic fortè Bal. ſuſtentari poſsit. Ei tamen ſcripturæ an credatur, iudex diligenter trutinabit, eò quòd manus ſcribentis, ut ſuprà dixi, facile uariet. Nos enim monachum nouimus Auguſtę in monaſterio S. Vdalrichi, qui ſcripturam quamcunq; intuebatur, non tam imitari, quàm ex pari effingere potuit.

Memorabilia in Cap. XXVI. aduertenda.

1 *Modica non curantur, ſi maioribus præiudicatur.*
2 *Nunciatio ſuper re modica ſpernitur.*
3 *Furti, uel alia quæuis actio pro re minima, non cōpetit, per Zaſiū.*
4 *Verba quædam in iure ſubauditionem accipiunt.*
5 *Verba non ſunt ſimpliciter accipienda, ſed cum temperamento.*

Furti actionem pro ouo, uel minima re, non competere, contra gloſ. CAP. XXVI.

GLOSSA in l. ſi oleum. ff. de dol. & Inſti. de rer. diuiſ.
§. gallinarum. dicit furti agere poſſe ad ouum: imò &
actionem quamlibet pro minimo, etiam pro duobus
denariis dari poſſe. argu. l. ſi proprietarius. in fi. ff. de dam. infect. & d. §. gallinarum. l. j. §. illud. ff. de coniung. cum emp.
lib. &c. Ego ſingulariter credo intolerabilem errorem eſſe talia uel meditari, imò nugis huiuſmodi ſanctimoniam noſtrę
profeſsionis fœdari. Quis enim bonus iudex pateretur ęquis
auribus litigare ſuper ouo, uel duobus numis uolentem? Cer
ta eſt & elegans iuris doctrina, quòd ſi maioribus præiudica 1
retur, modica non curari. l. ſcio. ff. de in integ. reſti. Et Bar. in
l. de pupillo. §. ſi quis riuos. in fi. ff. de ope. no. nunc. eā nunciationem ſpernit quæ ſuper re modica fieret, ſi maiori noce- 2
retur. Porrò quia ius eſt ars boni & æqui, quæ eſſet æquitas,
furti condemnare propter ouum? Nego igitur uel furti uel
aliam actionem dari pro numo uel ouo. l. ſi oleum. in fin. ff. 3
de dol. fa. l. ex damni. in fi. ff. de dam. infec. l. res. de contrah.
emp. Nec obſtant iura per gl. allegata, quæ loquuntur de minimo damno: quia intelligēdum eſt minimum damnum, ha-

 bita

bita conſideratione ad maiora damna, nõ abſolutè & ad pun
4 ctum redigendo. Huiuſmodi enim uerba, multum, magnum,
minimum, omne, nullum, cum ſubauditione in iure recipiun
tur, ad id ſcilicet quod natura rei exigit. gl. in l. omnes. C, ſin.
5 cen. uel reliq. Et quòd uerba non ſint ſimpliciter accipienda,
ſed cum tẽperamento, fa. alia gl. in l. is qui putat. ff. de acquir.
hæredi. Porrò nec obſtat §. gallinarum. ubi nõ dicitur id, ad
quod gl. eum allegat. Nec enim dixerat Imperator, gallina-
rum furtum fieri, ſed quod intelligeretur eſſe furtũ: quo uer-
bo improprietas ſignificatur: & ea intentione de furto men-
tionem fecit, ut declararet gallinas inter domeſtica connume
rari. Per hoc tamen nõ uoluit, quòd ex facili actio furti inten
taretur, niſi res digna iudicio eſſet. & illa eſt ueritas. Sic &
prudentiſsimi aſſeſſores Regii Conſiſtorii Oeniponti, nu-
per actionem furti pro re minima, magna cum indignatione
reiecerunt, exq; palatio ablegarunt.

Memorabilia in Cap. XXVII. aduertenda.

1 *Ficta & impropria quo differant.*
2 *Ficta quando recipi poßint.*
3 *Impropria ueritatem non oppugnant.*
4 *Hæreditas non fingitur poßidere, ut communiter dicitur.*
5 *Hæreditas caret anima.*

Ficta & impropria differunt, ac hæreditas non fingitur poßidere, contra Doctores. CAP. XXVII.

1 FICTA & impropria differunt: nam quæ ficta ſunt, op-
pugnant ueritatẽ, ſic, ut exploſa ueritate, ſuper fictio-
ne decidatur. Ficta enim poſſunt recipi, ſi caſus uerus
2 per naturam eſſet impoſsibilis: quia non poteſt fingi, quod
in ueritate eſſe non poſſet. Sed de impropriis longe aliter di
3 cendum: hæc enim ueritatem non oppugnant, ſed à ueritate
ſumpta uſurpantur in caſu improprio: unde nõ poteſt impro-
priari quod à caſu uero in totum abhorret, ſic lapis nõ poſſet
impropriari in hominẽ. Vide quæ dicat Quintil. in VIII. cir-
ca metaphoras, quòd neceſsitas ſermonis cogat nos aliquan-
do impropria pro propriis uſurpare: ut, ſitire ſegetes. Deniq;
ea quæ per naturam in caſu uero non reciperentur, impropria
ri tamẽ poſſunt, ut in eodem exemplo, ſitire ſegetes. At fingi
non poſſunt, quæ per rerum naturam uera eſſe non poſſent,
ut ſuprà

ut ſuprà dixi. Item impropria fluunt ſumpta ſimilitudine à propriis: at ficta nihil ſimilitudinis cum ueris habent, ſed ea oppugnant. Quæ cum ita ſint, non eſt uerum quòd communiter dicitur, hæreditatē fingi poſsidere, ut dicit poſt Doct. 4
Iaſ. in l. eius. in pen. reſponſ. ſi cer. pet. & in l. gerit. ibi, qualiſqualis. ff. de acquirenda poſſeſ. Nam nulla in orbe terrarum hæreditas uerè poſſet poſsidere, igitur nec fingi. Cum itaq; dicitur hæreditatem poſsidere, ut in l. ſi de eo. §. fi. ff. de acq. poſſeſ. eſt impropria, imò impropriiſsima (ut ibi bene dicit glo.) poſſeſsio, ſicut animalia cēſentur iuris peritia. l. j. ff. de iuſt. & iur. non quòd fingantur peritia iuris, ſed ita impropriè, quaſi ſub umbra quadam uſurpantur. Sic in l. ſi uno. ij. reſpon. ff. loca. uerbo, donationis, nō fingitur tranſactio, ſed improprie uſurpatur, quod ibi glo. uidetur ſenſiſſe. Hinc eſt quòd in ſtatutis non admittitur fictio, niſi ſit expreſſum: tamen uerba impropriari poſſunt, quod eſt uulgatū. Vnde quia hæreditas nec uerè nec fictè poſsidere poteſt, caret enim anima. l. j. §. Scæuola. ff. ſi quis teſt. lib. eſſ. iuſſ. ſi habet aliquem poſſeſsionis effectum, nominanda eſt improprie, uel impropriiſsime poſſeſsio: id eſt, operatur quiddā tale, quod in propria poſſeſsione recipitur.

Filiumfamiliàs ſenatuſconſulto Maced. renunciare poſſe, contra omnes. CAP. XXVIII.

PROBABILITER teneo, quòd filiusfami. poſsit renunciare ſenatuſconſulto Maced. licet totus orbis dicat contrarium. Nam nihil uideo quod obſtet. cum enim ex omnibus aliis cōtractibus obligari poſsit, quomodo non poteſt etiam renunciare huic priuilegio, maxime quia hac exceptione utitur exemplo mulieris intercedentis? l. tamen. ff. ad Maced. Porrò in caſu peccat mortaliter, ubi utitur hac exceptione. Innoc. in c. quia pleriq; extrà de immu. eccleſ. ergo renunciare tenetur in foro cōſcientiæ. Et ſic uideo quòd qualitas renunciandi in filio reſidere poteſt: ſi in uno caſu, ergo & in alio, niſi detur mihi ratio diuerſitatis. Nec obſtat quod communiter dicitur, hanc exceptionem etiam in fauorem patris emerſiſſe. l. ſed & ſi pater. §. nō ſolum. ff. ad Maced. quia admitto in præiudicium patris renunciari non poſſe, ſed in præiudicium filii, ut ſic ſi filius conuenitur, exceptione non iuuetur, & condemnari poſsit: executio autem differ-

tur quouſq; efficiatur ſui iuris. Pater autem ſi conueniretur ex eo contractu, aut de peculio, obiiceret tum demum exceptionem: quod non eſt mirum, quia ſimile habetur in l. j. §. uſque adeo. de iniur. & in c. cum ſuper. in fin. de re iudic. Imò quia odioſa eſt exceptio, facilius ei renunciatur: cum & mulier ſuæ, quæ eſt fauorabilis, poſsit renunciare: unde hunc magis poſſe, ob id quòd odioſa eſt, dicimus. Nec uerũ eſt quòd renunciatio ſit donatio, quia text. contrarium uult in l. contra iuris. in fin. ff. de pact.

Memorabilia in Cap. XXIX. obſeruanda.

1 *Vſuſfructus legatus mulieri & liberis hæredibus ſcriptis, iſti non ueniunt ut legatarij.*
2 *Vſuſfructus Titio & hæredibus ſuis à teſtatore legatus, illis teſtatoris hæredibus non competit ut legatarijs.*
3 *Vſuſfructus cauſalis ex natura dominij ſeu proprietatis.*
4 *Vſuſfructus iure legati.*
5 *Vſuſfructus iure mixto.*

Teſtator legando Titio & hæredibus ſuis uſufructũ, an iſti hæredes ueniant ut legatarij. CAP. XXIX.

1 HABETVR in l. ſi mulieri. ff. de uſufruct. accreſc. in uerſic. nam & Iul. quòd ſi mulieri & liberis hæredibus ſcriptis uſufructus legetur, iſti liberi ſcripti hæredes non ueniunt ut legatarii: nec enim eis à ſeipſis legari poſſet. l. planè. j. §. ſi duobus. ff. de leg. ij. Sed ideo eos teſtator nominauit, ut contenderet uelle ſe mulierem ita frui, ut liberos ſcriptos hæredes ſecum fruẽtes habeat. Ex qua l. facile de-
2 claratur l. Titio. ff. eod. tit. Nam cum teſtator Titio & hæredibus ſuis, ſcilicet teſtatoris, uſufructum legat, iſti teſtatoris hæredes nõ ueniunt ut legatarii, ſed ſunt ſub quadam demonſtratione adiecti, ut per hoc oſtenderet uelle, ut cum Titio dicti hæredes confruerentur. Quòd ſi quis diceret, ergo ſatis fuiſſe, ſi teſtator partem uſufructus legaſſet Titio, nam alia pars aliàs ad hæredes pertineret. Puto reſpõderi poſſe, quòd caſu ſupradicto hæredum mentio nõ ocioſe facta ſit, ſed propter ius accreſcendi: Tunc enim Titio accreſcet pars hæredũ, & è diuerſo. per d. l. ſi mulieri. in fin. quod non eſſet, ſi hæredes non coniunxiſſet, quia tunc hæres uſufructum cauſalem prorſus iure hæreditario haberet, & ſic cum legatario nihil ei accreſceret. Hic autẽ, licet & eo caſu uſufructus ſit in eo cau-

ſalis,

ſalis, tamen quia iure relicti, non iure legati fruuntur, patien-
ur & accipient accrementum. Ex quibus infero, quòd licet
hæredes fundum accipiant iure hæreditario, partem tamen
uſufructus titulo quodam mixto habebunt, qui non ſit planè
hæreditarius uel legatarius, ſed ex uolũtate teſtatoris demon
ſtratiua, qua demonſtretur uoluiſſe teſtatorem ut Titius &
hæredes ita fruerentur, ut inter eos uſufructus accreſceret. Et
ſic habes uſufructum cauſalem triplicem: unus eſt ex natura 3
dominii ſeu proprietatis, de quo nihil ad propoſitum. Alius 4
iure legati, de quo in l. idem Neratius. §. final. ff. de uſufruct.
accreſcen. Tertius eſt iure mixto, quia de utroq; participat, & 5
ab utroq; recedit, ut in dicta l. ſi Titio. dicta l. ſi mulieri. Pri-
mus non habet ius accreſcendi: ſecundus habet, niſi ſit omni-
moda ſeparatio. Tertius ſemper habet. quæ ſunt notãda. Ex
quibus collige, quòd intellectus gloſſ. & Doctor. ut in dicta
l. ſi Titio. hæredes Titii, id eſt, filii intelligãtur, nõ eſt neceſ-
ſarius, nec conuenit literæ, id quod planum eſt, & eſſet uiola
tio textus, ſatis enormis. Fateor tamen eũdem intellectum, ſi
uerus eſſet, ualde notabilem fore.

Memorabilia in Cap. XXX. obſeruanda.

1 *Seruitus nec à principio ſub conditione ſuſpendi, nec ad conditio-nis euentum extingui poteſt.*
2 *Traditio in ſeruitute actum ſucceſſiuum exigit.*
3 *Seruitus in patientia conſiſtit.*
4 *Promiſſio de conſtituenda ſeruitute in futurum, recipit diem & conditionem.*
5 *Seruitutem ad patientiã cõſtituens, niſi ſtatim teneatur, nõ dicitur cõſtituta.*
6 *Seruitus qualiter ſit ius incorporale.*
7 *Seruitus quare non conſtituatur ad diem uel conditionem.*
8 *Seruitutes uitioſe conſtitutæ reiiciuntur in tempus in quo ualere poſſunt.*

An ſeruitus ipſo iure ſub conditione conſtitui poſ=ſit, & quare ad diem uel conditionem non con=ſtituatur. CAP. XXX.

TEXT. eſt in l. ſeruitutes. iij. ff. de ſeruit. quòd ſeruitus ipſo iure non poſsit ſub conditione conſtitui. Contra hoc obiicitur de l. qui abſenti. §. j. ubi poſſeſsio & dominium ſub conditione tradi poſſunt: ergo & ſeruitus, quæ & quaſi poſsideri, & dominio ſubiici poteſt. Accurſius dicit,

quòd dicta l.ſeruitutes.intelligatur loqui de conditione extinctiua,ut ſub ea conditione cuius euentus extinguat, non poſsit conſtitui ſeruitus: ſed ſub ea, quæ à principio ſuſpendat,bene poſsit. Certè,fratres,hæc à tex.in dicta l.ſeruitutes. non recipiuntur: quia ſub conditione extinctiua diſponere, & ad certam conditionem diſponere,prorſus paria ſunt,cum ambæ ad hoc tendant,ut in euentum conditionis extinguāt, quod ad ſenſum patet.Sed text.in dicta l.ſeruitutes.ponit illa duo,ſcilicet ſub conditione, & ad certam conditionem, tanquam diuerſa omnino: quapropter eadē l.ſeruitutes. uoluit,
3 quòd ſeruitus nec à principio ſub cōditione ſuſpendi, nec ad conditionis euentum extingui poſſet. qui eſt uerus,planus, ſingularis,& apertus intellectus. Nec obſtat quod in dicta l.qui abſenti. §.j.de poſſeſsione & dominio ſub conditione tradendo opponitur: quia diuerſa eſt utrobique ratio. Nam dominium & poſſeſsio uno actu momētaneo traduntur, qui
a actus in conditionem ſuſpendi poteſt,ut ſiue extet, ſiue deficiat conditio,ad eundem actum retrofingi poſsit. Sed in ſer-
3 uitute traditio actum ſucceſsiuum exigit,quia in patiētia cōſiſtit.l.iij.§.dare.ff.de uſufruct.l.fin.ff.de ſeruit. quæ eſt facti ſucceſsiui,nec poteſt in conditionem ſuſpendi. Si enim dicerem,Permitto te ire,ſi præſto tibi patientiā,hæc nulla eſſet patientia,& in uerbis ipſis incompatibilis eſſet contradictio. Præterea aut ille iret, tunc deficiente conditione non poſſet retrofingi,quòd ille iure ſeruitutis non iuiſſet: & ſic ſimul & ſemel uno tempore ſeruitus fuiſſet,& nō fuiſſet. Si uero non iret,quia negaretur patientia,tunc ſeruitus non eſſet tradita. Quæ cum aperta ſint & uera,conſtat quòd dicta l.qui abſenti.nihil facit ad propoſitum. Vnde conſequens eſt,quòd per text in dicta l.ſeruitutes.non uiolando literam, apparet,ſeruitutes ſub conditione ipſo iure conſtitui non poſſe. In quo
4 ſic diſtinguendum puto: Aut enim loquimur de conſtituenda ſeruitute,in futurum,ſcilicet,conſtituam tibi ſeruitutem poſt duos annos,uel ſi Cæſar ex Italia redierit: hic credo eam promiſsionem recipere poſſe diem & conditionem, etiam ipſo iure.fa.l.Labeo. ff. de ſeruitut. ruſt. Item quia nihil uideo quod impediat, rectè ſicut cum promitto me foſſam facturum ſi ſanus rediero: utrobique enim die uel conditione exiſtente,ad intereſſe agi poteſt,niſi fiat quod promiſſum eſt.l. ſi quis ab alio.in fin.ff.de re iudic. At uero ſi dixero, conſti-

tuo

tuo tibi ſeruitutem, qua poſt duos annos utaris, uel qua utaris ſi Cæſar ex Aphrica redeat, hoc fieri non poteſt ipſo iure, 5
quia ſeruitus nõ dicitur conſtituta, in qua ad patientiam conſtituens non ſtatim teneatur. dict. l. final. ff. de ſeruitut. ruſt. Præſtari autem patientia ex die uel ſub conditione non poteſt, ut ſuprà probaui, ergo &c. Hoc eſt quod dicere ſoleo, licet ſeruitus ſit ius incorporale, tamen ita conſiſtit in facto, ut 6
niſi actu uel potentia, factum ſemper ſit præſtabile, non intelligatur ſeruitus. dict. l. fin. & l. ſi fundus. ff. de ſeruit. quæ & in eum finem intelligenda eſt. His ſic ſe habentibus, ceſſant quaſi omnia quæ per Bartol. & Doctor. multum anxiè, & ut ipſi credunt ſubtiliter, traduntur in d. l. ſeruitutes. licet profu ſiori ſyrmate caudam trahant. Nec uerum eſt, quòd ſeruitus aliquam cum obligatione perſonali ſimilitudinẽ habeat, cum ſit obligatio realis, & ſequatur principaliter fundum, nõ perſonam, niſi in conſequentiam. Quod uero ſeruitutem uidetur charactèri aſsimilare, eſt perſuaſio quædam, quæ nihil neceſſariò euacuat. Nam omnes qualitates poſitiuæ quæ ſubiecto adiiciũtur, poſſunt aſsimilari charactèri qui ligno uel animali imprimitur. Verior itaque, ſubtilior & fundatior eſt ſuperior ratio. Quare autem ad diem uel ad conditionem ſer 7
uitus ipſo iure non conſtituatur, non poteſt alia ratione defendi, quàm per l. obligationum ferè. §. placet. ff. de action. & oblig. quòd temporalis obligatio Iureconſulto non placuit: iura enim neſciunt opus à principio imperfectum. Et poteſt etiam locum habere in ſeruitute, ratio quam gl. in dicta l. ſeruitutes. in fin. ponit, licet Bart. eam damnet, ſed non fundatè. Denique quod dicitur in dict. l. ſeruitutes. ei qui contra placitum ſeruitutem uendicaret, obſtare exceptionem, crederem de neceſsitate applicari ad ſeruitutes quæ ad diem uel certam conditionem eſſent finitæ, quòd licet poſt tẽpus uendicarentur, quaſi temporalis conſtitutio nihil ualeret, hic locum habet exceptio. arg. d. §. placet. in l. obligationum fere. de act. & oblig. Sed ſi ſub cõditione uel ex die eſſet ſeruitus conſtituta, & uendicaretur, hic crederem uendicantem exceptione intentionis repelli poſſe: quia à principio uitioſe fuit ſeruitus conſtituta, & incompatibiliter, quæ nec ex poſt facto unquam ualere poſsit. Niſi diceres quòd tales ſeruitutes ſic uitioſe conſtitutæ, reiicerentur in tempus in quo ualere 8
re poſſent: per l. in tempus. ff. de hæred. inſtit. & quòd cauſa

utilitatis ea reciperentur. Per prædicta, multa alia egregia & noua ultra Doct. alio loco notaui, quæ in præſentia cõſultò, ne bis idem repetere uidear, tranſeo.

Memorabilia in Cap. XXXI. aduertenda.

1 *Caſtri alicuius poſſeßione apprehẽſa, omnia alia corporalia ad caſtrum ſpectãtia cenſentur apprehenſa, ſingulariter per Zaſium.*
2 *Poſſeßio uacans per actum fictum non acquiritur.*
3 *Iuriſdictio qualiter adipiſcatur poſt nactam caſtri poſſeßionem, ſingulariter per Zaſium.*
4 *Acquiſitio unius rei hæreditariæ, non arguit acquiſitionẽ alterius.*
5 *Poſſeßionis rerum incorporalium traditio, requirit continuatam patientiam.*

An epiſcopus, unius caſtri poſſeßione apprehenſa, cæterorum eccleſiæ bonorum omnium poſſeßionem, & præſertim iuriſdictionis quaſi poſſeſſ. adipiſcatur. CAP. XXXI.

INTERROGABAT me genius, an Epiſcopus, cũ equitat ad bona & caſtra eccleſiæ, apprehenſa poſſeſsione unius caſtri, omnium bonorum, fundorum, uillarum, iuriſdictionum, poſſeſsionem dicatur adeptus. Remiſi genium ad Bart. in l. iij. in princip. ff. de acquir. poſſeſ. ubi in ſimili caſu diſtinguitur. Sed iſta diſtinctio genio non uidebatur perfecta. Cum enim dicit Bart. quòd loquendo de caſtro, id eſt, de loco in quo caſtrum eſt ædificatum cum ſuis ędificiis, tunc procedat doctrina, quòd apprehenſa poſſeſsione illius loci, uel alicuius ædificii, iam totum caſtrum apprehenſum cenſeri. arg. l. Gaius. §. j. de leg. ij. At Bartol. non aperit, an apprehenſo ipſo caſtro, uideantur iura, uillæ, oppida, agri, fundi, &
1 alia corporalia ſubiecta apprehendi. Hic ego credo quòd ſic, cum caſtrum ſit quiddam uniuerſale corporale, quo apprehenſo, & partes apprehendi uidentur. argum. eorum quæ not. Innocen. in cap. in literis. de reſtitut. ſpol. & dicimus, quòd apprehenſa domo, omnes res in domo uideantur apprehendi. Bald. in l. de his. C. de furt. Sed in iuriſdictione ſubſtitit genius: uidebatur enim ei quòd etiam caſtri poſſeſsione adepta, iuriſdictio quaſi poſſeſsione non adipiſcatur: quia tenendo caſtrum, quod eſt corporale, non poteſt dici quaſi poſſeſſione iuriſdictionis teneri, quæ eſt incorporalis. Debet enim

aptum

ptum eſſe inſtrumentum ad acquirẽdam poſſeſsionem. arg. j.§.cæterũ.§.hæc quæ de ſeruis.& §.adipiſcimur.in exem o dormientis.ff.de acquiren.poſſeſſ.quod mihi uerum ui-etur. Vnde Bartol.in dict.l.iij.in princip. poſuit ſpeciale embrum ſuper iuriſdictione, & affirmat, quòd apprehenſa ſtri poſſeſsione, ob id iuriſdictionis quaſi poſſeſsionem on adipiſci, niſi unus iuriſdictionis actus exerceatur, uolen- eo qui mihi caſtrum uendidit, &c.per l.ſi ſtillicidii.§.fin. quemad.ſeru.amitt. Hæc tamen doctrina genio meo non tisfecit. Fingamus enim in caſu noſtro, quòd nemo ſit qui oſsit conſentire Epiſcopo agenti actum iuriſdictionis, cum ſe à nullius manu emerit caſtra, ſed per ſucceſsionem præ-ceſſoris defuncti ad eum ſit deuolutum, quo caſu poſſeſsio riſdictionis uidetur eſſe uacans,& à nemine teneri: itaque regula, neceſſaria eſſet apprehenſio ſingulorum actuum, quibus conſiſtit iuriſdictio: ſic enim eſt in corporalibus, 2
od poſſeſsio uacans, per actum fictum non acquiritur, niſi aliter apprehendatur, ut diximus in l.j.§. ſi iuſſerim. poſt exan.& Iaſ.ff.de acquiren.poſſeſ. quod certè eſſet ualde ficile, ſicq; longo temporis tractu ſolidæ & uniuerſæ iu-dictionis poſſeſsio nõ acquireretur. Ego igitur putaui ſic ſtinguendũ, quòd eo caſu quo debet poſſeſsio iuriſdictio 3
acquiri per Epiſcopum, aut facit actum iuriſdictionis uni rſalem, ſub quo de neceſsitate, omnis alius actus continea-r: aut facit actum omnino particularem. Si primum, utpote òd curat iurare omnes ſubditos obedientiam, & tunc eſt quaſi poſſeſsione iuriſdictionis ex conſequẽtia, quia ne-s obedientiæ complectitur omnes actus iuriſdictionis. Si cundum, utpote ſi unicum ſaltem actum iuriſdictionis, ex-ẽdo alicui pœnam ob commiſſum delictum imponat, tũc derem quòd in aliis actibus iuriſdictionis non eſſet acqui poſſeſsio: quia licet iuriſdictio ſit una, & quiddã uniuer-n intellectuale, tamen conſtat ex diuerſis & ſeparatis acti-s iuriſdictionalibus, ex quorum uno non poteſt inferri alium, quia ut uulgò dicitur, ex ſeparatis nihil infertur. m & eo iure in hæreditate utimur, quòd ex acquiſitione 4
ius rei hæreditariæ, non arguitur acquiſitio alterius rei. im hæredes. ff. de acquirenda poſſeſsione. Et hæc ge-meo probabiliora uidebantur, quàm ea quæ tradit Bar-us in d.l.iij.circa hunc iuriſdictionis caſum, licet omnes

Doct.

Doct. eum ſequantur. Nec genio meo adducta Innocentii per Bart. autoritas ſufficiens uiſa eſt: dicit enim Bart. Innocentium in c. in literis. extrà de reſtit. ſpol. ſuę adſtipulari ſententiæ: quia Innoc. ibidem ita uariat, ut nulla poſsit ex eo deciſio elici. Inclinare tamen uidetur in meam opinionem, quæ
5 & uera eſt. Nec etiam hoc caſu uolũtas autoris adiuuat, quia in traditione poſſeſsionis rerum incorporalium, ſicut eſt iuriſdictio, nõ ſufficit ſemel uoluiſſe, niſi continuata patientia ſequatur. l. iij. §. dare. ff. de uſufruct. l. fin. ff. de ſeruit. Nec facit pro Bart. tex. in l. ſi ſtillicidii. §. fi. ff. quemad. ſeru. amitt. ubi is qui partem itineris it, totum ius uſurpare uidetur: quia ſeruitus itineris eſt indiuidua, non conſtans ex partibus ſeparatis. Sed ius iuriſdictionis licet ſit in ſe indiuiduũ, tamẽ cõmoditas diuidi poteſt, & conſtituitur ex partibus diſtantibus & ſeparatis, ut dixi. Quod autem in d. §. fi. dicitur, partem itineris, intellige partẽ fundi ex qua iter debetur: nã itineris nulla eſt pars, quod ad ſenſum patet. Et hæc genio meo uiſa ſunt ſingularia, & diligenter notanda.

Memorabilia in Cap. XXXII. obſeruanda.

1 *Verba ſubiunctiui modi in præterito uel in futuro inuẽta, qualiter in diſpoſitionibus intelligantur, iuxta cõmunẽ Doct. opinionẽ.*
2 *Verborum ſubiunctiuus modus nihil importat, niſi aliis orationibus coniungatur.*
3 *Verba ſubiunctiui modi in præterito uel in futuro inuenta, qualiter in diſpoſitionibus intelligantur, ſingulariter per Zaſium, contra communem.*
4 *Statuta & ultimæ uoluntates futura reſpiciunt.*
5 *Statutum uel lex prohibendo aliquid ſuapte natura pernicioſum, extenditur ad futurum.*
6 *Statutum uel lex quare extendatur ad præterita.*

Verba ſubiunctiui modi in præterito uel in futuro inuenta, qualiter in diſpoſitionibus intelligantur. CAP. XXXII.

1 AN & quomodo uerba ſubiunctiui modi, quæ in præterito & futuro inueniuntur, in diſpoſitionibus intelligantur, ambigua eſt quæſtio. Bart. in l. j. v j. quæſt. principali. ff. de iuſtit. & iur. in l. hoc articulo. ff. de hæred. inſtit. & alibi, tenet quòd in ſtatutis & ultimis uoluntatibus

tan:

ntum ad futura porrigatur, niſi materia aliud ſuadeat: quod
gl. tenet in l. cum tale. §. final. ff. de cond. & demonſt. quã
clamat Baldus in l. leges. ij. C. de ll. E' diuerſo dicit Iaſ. in l.
. §. ex pluribus. in gl. ſuper uerb. uſuceperit. ff. de acquiren
poſſeſſ. per d. gl. quòd communis ſentẽtia Doctorum ſit,
iuſmodi uerba in dubio, in præterito & futuro uerificari,
ſi materia aliud exigeret. quod & gl. tenet in l. cum in ſecũ-
. & ibi Doct. ff. de iniuſt. rup. & irr. teſtam. Et pro hac com
uni ſententia multa extant Doct. conſilia, qui quàm uerè,
àm iuſtè, quàm conſcientioſe, quámue eruditè conſulue-
nt, ſequentia docebunt. Ego nouiter, pulchrè, & fortaſ- 2
etiam multò accuratius, breuiter tamen, eam diſcutiam. Et
o euidentia præmitto, quòd modus ſubiunctiuus uerbo-
m, ideo dicitur ſubiunctiuus uel coniunctiuus, quia uerba
biunctiua per ſe nec ueritatem, nec falſitatem, nec aliquam
ſpoſitionem important, niſi coniungantur aliis orationi-
s quibus ſubformantur. Nam dicendo, Cum feceris, nihil
cido. Si autem dico, Cum feceris, præmium accipies, iam e-
perfectus ſenſus. Quo ſic præmiſſo, duas pono conclu- 3
nes. Prima: Vbicunque uerba ſubiunctiua quæ in præte-
o & futuro inueniuntur, coniuncta ſint orationi quæ de
ærerito ſonat, tunc etiam dicta uerba in præteritum acci-
ntur: ut dicendo, Cum feceris mulctam ſubiiſti, intelligo,
ia hoc feciſti: quod non habet dubium. Secunda con-
ſio: Verba ſubiunctiua quæ in præterito & futuro intel-
i poſſunt, ſi orationi coniungantur quæ in futurum reſpi-
t, tunc pro futuro, & non pro præterito accipientur. & hæc
cet regula quam ſuprà dixi, ex qua arguere probabiliter
ſſum, quia artis grammaticæ principes, Seruius, Donatus,
iſcianus, & cæteri quidam eam poſuerunt. Ex qua conclu-
ne infero, ſententiam & opinionem Bart. eſſe ueram non
um in ſtatutis & ultimis uoluntatibus, in quibus futura
uidentur, ſed etiam in quacunq; diſpoſitione quæ in fu-
um reſpiciat. Quod autem ſtatuta & ultimæ uoluntates 4
ura reſpiciant, text. eſt in d. l. leges. ij. C. de ll. l. j. ſuprà de
t. His concluſionibus diligenter obſeruatis, facile intelli-
s intermixtas legibus orationes præteriti uel futuri tem-
ris in noſtro ferè toto iure ciuili. Prædictæ concluſio-
fallunt, ſi ex adiuncta oratione nec præteritum nec futu-
n elici poteſt, ut in d. l. iij. §. ex pluribus. ff. de acquir. poſ-
ſeſſ.

non habent uim arrhæ: ſed ideo dantur, ut hi qui præſentes fuerunt, de contractu recordentur: hoc caſu non haberet locũ pœnitentia, cum contractus iſte ſolo conſenſu niteretur. Inſtit. de oblig. ex conſen. Simile eſt cum datur ſancto alicui denarius, uulgò *gotz pfennig*. Secũdo limitatur, ſi expreſſa eſſet pœna, ut ſæpe fit: ueluti ſi dicitur, dabis decẽ ſi reſilieris: hoc enim caſu reſiliens pœnam patietur, & intereſſe ſoluet. d. l. ſi quis ſocio. cum l. ſeq. ff. pro ſoc. & eo caſu opinio Bar. procederet. Tertio limitatur, ſi arrha loco precii daretur, quod barbari illi quo ad rem Latinam citramontani, ſumpta ab eorum lingua etymologia, pagamentum dicunt: tunc enim non ſolum pœnitentia locũ non haberet, ſed nec utriuſq; partis conſenſu nudo, contractus in quo iam ceſſauit eſſe res integra, diſſolui poſſet. per no. tex. in l. ij. C. de reſcin. uend. Quarto limita in contractu matrimonii: ibi enim datio arrharum non præbet facultatem reuocandi: ſecus ſi ſunt ſponſalia. fa. c. fœminæ. ibi gl. x x. quæſt. v.

Memorabilia in cap. XXV. aduertenda.

1 *Variare poteſt manus in ſcribendo.*

2 *Scriptura in iudicio ſcripta non eſt forenſis.*

An probet ea literarum comparatio, ſi aliquis in iudicio ſcribere cogatur. CAP. XXV.

BAL. Bartolo inurit maculam erroris, in l. comparationes. C. de fide inſtr. in iij. quæſt. ex eo quòd Bar. dixerat, non probari cõparationem ſi aliquis in iudicio ſcribere cogatur, &c. & putat maxime erraſſe Bar. admirando de eo errore, & quòd ſit text. expreſſus contra eum in auth. de fide inſtru. §. j. & quòd talis ſcriptura ſit forenſis, &c. Ego dico ſingulariter, Bar. bene ſenſiſſe, & pro eo eſſe tex. in d. l. cõparationes. Nec obſtat tex. in d. §. j. aliàs, ſi quis igitur. quia ibidem uidetur reprobari hoc genus comparationis, ubi traditur quendam ſemel coactum fuiſſe ad ſcribendum, eamq; controuerſiam finem nullum accepiſſe, &c. Præterea ſi cogi aliquis poſſet, ad quid cætera probationum genera inducerentur? Quia igitur uariare poteſt manus, ut bene dicit gl. in
1 rentur? Quia igitur uariare poteſt manus, ut bene dicit gl. in d. l. comparationes. in uerſ. non aliter. arg. l. inter artifices. ff. de ſol. quapropter ſubſcriptiones teſtium, & alia huiuſmodi genera exiguntur, & nec ſic creditur facile comparationi, ſed
2 iudici committitur. Nec uerum eſt quòd ſcriptura in iudicio ſcripta

ripta ſit forenſis: nam ſola acta iudicialia, dicuntur ſcriptu- forenſis. Non enim ſequitur, eſt iudiciale, ergo forenſe. am libelli, confeſsiones, interrogatoria, ſunt iudicialia, id t, in iudicio facta, non tamē forenſia. Bar. ergo bene ſenſit, eum male taxauit Baldina uerſutia. Credo tamen ſi omnia ia comparationum genera ceſſarent, poſſe in ſubſidium, eo ſu, & non antea, negantem cogi ut ſcribat, ut ſic fortè Bal. ſtentari poſsit. Ei tamen ſcripturæ an credatur, iudex dili- nter trutinabit, eò quòd manus ſcribentis, ut ſuprà dixi, ile uariet. Nos enim monachum nouimus Auguſtę in mo ſterio S. Vdalrichi, qui ſcripturam quamcunq; intueba- r, non tam imitari, quàm ex pari effingere potuit.

Memorabilia in Cap. XXVI. aduertenda.

Modica non curantur, ſi maioribus præiudicatur.
Nunciatio ſuper re modica ſpernitur.
Furti, uel alia quæuis actio pro re minima, non cōpetit, per Zaſiū.
Verba quædam in iure ſubauditionem accipiunt.
Verba non ſunt ſimpliciter accipienda, ſed cum temperamento.

Furti actionem pro ouo, uel minima re, non competere, contra gloſ. CAP. XXVI.

GLOSSA in l. ſi oleum. ff. de dol. & Inſti. de rer. diuiſ. §. gallinarum. dicit furti agere poſſe ad ouum: imò & actionem quamlibet pro minimo, etiam pro duobus nariis dari poſſe. argu. l. ſi proprietarius. in fi. ff. de dam. in- ct. & d. §. gallinarum. l. j. §. illud. ff. de coniung. cum emp. . &c. Ego ſingulariter credo intolerabilem errorem eſſe ta uel meditari, imò nugis huiuſmodi ſanctimoniam noſtrę ofeſsionis fœdari. Quis enim bonus iudex pateretur ęquis ribus litigare ſuper ouo, uel duobus numis uolentem? Cer eſt & elegans iuris doctrina, quòd ſi maioribus præiudica ur, modica non curari. l. ſcio. ff. de in integ. reſti. Et Bar. in e pupillo. §. ſi quis riuos. in fi. ff. de ope. no. nunc. eā nun- tionem ſpernit quæ ſuper re modica fieret, ſi maiori noce- ur. Porrò quia ius eſt ars boni & æqui, quæ eſſet æquitas, ti condemnare propter ouum? Nego igitur uel furti uel am actionem dari pro numo uel ouo. l. ſi oleum. in fin. ff. dol. fa. l. ex damni. in fi. ff. de dam. infec. l. res. de contrah. p. Nec obſtant iura per gl. allegata, quæ loquuntur de mi- no damno: quia intelligēdum eſt minimum damnum, ha-

bita conſideratione ad maiora damna, nō abſolutè & ad punctum redigendo. Huiuſmodi enim uerba, multum, magnum,
4 minimum, omne, nullum, cum ſubauditione in iure recipiuntur, ad id ſcilicet quod natura rei exigit. gl. in l. omnes. C, ſin.
5 cen. uel reliq. Et quòd uerba non ſint ſimpliciter accipienda, ſed cum tēperamento, fa. alia gl. in l. is qui putat. ff. de acquir. hæredi. Porrò nec obſtat §. gallinarum. ubi nō dicitur id, ad quod gl. eum allegat. Nec enim dixerat Imperator, gallinarum furtum fieri, ſed quod intelligeretur eſſe furtū: quo uerbo improprietas ſignificatur: & ea intentione de furto mentionem fecit, ut declararet gallinas inter domeſtica connumerari. Per hoc tamen nō uoluit, quòd ex facili actio furti intentaretur, niſi res digna iudicio eſſet. & illa eſt ueritas. Sic & prudentiſsimi aſſeſſores Regii Conſiſtorii Oeniponti, nuper actionem furti pro re minima, magna cum indignatione reiecerunt, exq; palatio ablegarunt.

Memorabilia in Cap. XXVII. aduertenda.

1 *Ficta & impropria quo differant.*
2 *Ficta quando recipi poßint.*
3 *Impropria ueritatem non oppugnant.*
4 *Hæreditas non fingitur poßidere, ut communiter dicitur.*
5 *Hæreditas caret anima.*

Ficta & impropria differunt, ac hæreditas non fingitur poßidere, contra Doctores. CAP. XXVII.

1 FICTA & impropria differunt: nam quæ ficta ſunt, oppugnant ueritatē, ſic, ut exploſa ueritate, ſuper fictione decidatur. Ficta enim poſſunt recipi, ſi caſus uerus
2 per naturam eſſet impoſsibilis: quia non poteſt fingi, quod in ueritate eſſe non poſſet. Sed de impropriis longe aliter di
3 cendum: hæc enim ueritatem non oppugnant, ſed à ueritate ſumpta uſurpantur in caſu improprio: unde nō poteſt impropriari quod à caſu uero in totum abhorret, ſic lapis nō poſſet impropriari in hominē. Vide quæ dicat Quintil. in VIII. circa metaphoras, quòd neceſsitas ſermonis cogat nos aliquando impropria pro propriis uſurpare: ut, ſitire ſegetes. Deniq; ea quæ per naturam in caſu uero non reciperentur, impropriari tamē poſſunt, ut in eodem exemplo, ſitire ſegetes. At fingi non poſſunt, quæ per rerum naturam uera eſſe non poſſent, ut ſuprà

ut ſuprà dixi. Item impropria fluunt ſumpta ſimilitudine à propriis:at ficta nihil ſimilitudinis cum ueris habent, ſed ea oppugnant. Quæ cum ita ſint, non eſt uerum quod communiter dicitur, hæreditatē fingi poſsidere, ut dicit poſt Doct. 4 Iaſ.in l.eius.in pen.reſponſ.ſi cer.pet.& in l.gerit.ibi, qualiſqualis.ff.de acquirenda poſſeſ. Nam nulla in orbe terrarum hæreditas uerè poſſet poſsidere, igitur nec fingi. Cum itaq; dicitur hæreditatem poſsidere, ut in l.ſi de eo.§.fi.ff.de acq. poſſeſ.eſt impropria, imò impropriiſsima (ut ibi bene dicit glo.) poſſeſsio, ſicut animalia cēſentur iuris peritia.l.j.ff.de iuſt.& iur. non quòd fingantur peritia iuris, ſed ita impropriè, quaſi ſub umbra quadam uſurpantur. Sic in l. ſi uno.ij. reſpon.ff.loca.uerbo, donationis, nō fingitur tranſactio, ſed improprie uſurpatur, quod ibi glo.uidetur ſenſiſſe. Hinc eſt quòd in ſtatutis non admittitur fictio, niſi ſit expreſſum: tamen uerba impropriari poſſunt, quod eſt uulgatū. Vnde quia hæreditas nec uerè nec ficte poſsidere poteſt, caret enim anima.l.j.§.Scæuola.ff.ſi quis teſt.lib.eſſ.iuſſ.ſi habet aliquem poſſeſsionis effectum, nominanda eſt improprie, uel impropriiſsime poſſeſsio: id eſt, operatur quiddā tale, quod in propria poſſeſsione recipitur.

Filiumfamiliàs ſenatuſconſulto Maced. renunciare poſſe, contra omnes. CAP. XXVIII.

PROBABILITER teneo, quòd filiusfami. poſsit renunciare ſenatuſconſulto Maced. licet totus orbis dicat contrarium. Nam nihil uideo quod obſtet. cum enim ex omnibus aliis cōtractibus obligari poſsit, quomodo non poteſt etiam renunciare huic priuilegio, maxime quia hac exceptione utitur exemplo mulieris intercedentis?l. tamen.ff. ad Maced. Porrò in caſu peccat mortaliter, ubi utitur hac exceptione. Innoc.in.c.quia pleriq;.extrà de immu.eccleſ.ergo renunciare tenetur in foro cōſcientiæ. Et ſic uideo quòd qualitas renunciandi in filio reſidere poteſt: ſi in uno caſu, ergo & in alio, niſi detur mihi ratio diuerſitatis. Nec obſtat quod communiter dicitur, hanc exceptionem etiam in fauorem patris emerſiſſe.l.ſed & ſi pater.§.nō ſolum.ff.ad Maced. quia admitto in præiudicium patris renunciari non poſſe, ſed in præiudicium filii, ut ſic ſi filius conuenitur, exceptione non iuuetur, & condemnari poſsit: executio autem differ-

tur quouſq; efficiatur ſui iuris. Pater autem ſi conueniretur ex eo contractu, aut de peculio, obiiceret tum demum exceptionem: quod non eſt mirum, quia ſimile habetur in l. j. §. uſque adeo. de iniur. & in c. cum ſuper. in fin. de re iudic. Imò quia odioſa eſt exceptio, facilius ei renunciatur: cum & mulier ſuæ, quæ eſt fauorabilis, poſsit renunciare: unde hunc magis poſſe, ob id quòd odioſa eſt, dicimus. Nec uerũ eſt quòd renunciatio ſit donatio, quia text. contrarium uult in l. contra iuris. in fin. ff. de pact.

Memorabilia in Cap. XXIX. obſeruanda.

1 *Vſufructus legatus mulieri & liberis hæredibus ſcriptis, iſti non ueniunt ut legatarij.*

2 *Vſufructus Titio & hæredibus ſuis à teſtatore legatus, illis teſtatoris hæredibus non competit ut legatarijs.*

3 *Vſufructus cauſalis ex natura dominij ſeu proprietatis.*

4 *Vſufructus iure legati.*

5 *Vſufructus iure mixto.*

Teſtator legando Titio & hæredibus ſuis uſufructũ, an iſti hæredes ueniant ut legatarij. CAP. XXIX.

1 HABETVR in l. ſi mulieri. ff. de uſufruct. accreſc. in uerſic. nam & Iul. quòd ſi mulieri & liberis hæredibus ſcriptis uſufructus legetur, iſti liberi ſcripti hæredes non ueniunt ut legatarii: nec enim eis à ſeipſis legari poſſet. l. planè. j. §. ſi duobus. ff. de leg. ij. Sed ideo eos teſtator nominauit, ut contenderet uelle ſe mulierem ita frui, ut liberos ſcriptos hæredes ſecum fruẽtes habeat. Ex qua l. facile de-
2 claratur l. Titio. ff. eod. tit. Nam cum teſtator Titio & hæredibus ſuis, ſcilicet teſtatoris, uſufructum legat, iſti teſtatoris hæredes nõ ueniunt ut legatarii, ſed ſunt ſub quadam demonſtratione adiecti, ut per hoc oſtenderet uelle, ut cum Titio dicti hæredes confruerentur. Quòd ſi quis diceret, ergo ſatis fuiſſe, ſi teſtator partem uſufructus legaſſet Titio, nam alia pars aliàs ad hæredes pertineret. Puto reſpõderi poſſe, quòd caſu ſupradicto hæredum mentio nõ ocioſe facta ſit, ſed propter ius accreſcendi: Tunc enim Titio accreſcet pars hæredũ, & è diuerſo. per d. l. ſi mulieri. in fin. quod non eſſet, ſi hæredes non coniunxiſſet, quia tunc hæres uſufructum cauſalem prorſus iure hæreditario haberet, & ſic cum legatario nihil ei accreſceret. Hic autẽ, licet & eo caſu uſufructus ſit in eo cauſalis,

ſalis, tamen quia iure relicti, non iure legati fruuntur, patientur & accipient accrementum. Ex quibus infero, quòd licet hæredes fundum accipiant iure hæreditario, partem tamen uſufructus titulo quodam mixto habebunt, qui non ſit planè hæreditarius uel legatarius, ſed ex uolũtate teſtatoris demonſtratiua, qua demonſtretur uoluiſſe teſtatorem ut Titius & hæredes ita fruerentur, ut inter eos uſufructus accreſceret. Et ſic habes uſufructum cauſalem triplicem: unus eſt ex natura 3
dominii ſeu proprietatis, de quo nihil ad propoſitum. Alius 4
iure legati, de quo in l. idem Neratius. §. final. ff. de uſufruct. accreſcen. Tertius eſt iure mixto, quia de utroq; participat, & 5
ab utroq; recedit, ut in dicta l. ſi Titio. dicta l. ſi mulieri. Primus non habet ius accreſcendi: ſecundus habet, niſi ſit omnimoda ſeparatio. Tertius ſemper habet. quæ ſunt notãda. Ex quibus collige, quòd intellectus gloſſ. & Doctor. ut in dicta l. ſi Titio. hæredes Titii, id eſt, filii intelligãtur, nõ eſt neceſſarius, nec conuenit literæ, id quod planum eſt, & eſſet uiolatio textus, ſatis enormis. Fateor tamen eũdem intellectum, ſi uerus eſſet, ualde notabilem fore.

Memorabilia in Cap. XXX. obſeruanda.

1 *Seruitus nec à principio ſub conditione ſuſpendi, nec ad conditionis euentum extingui poteſt.*
2 *Traditio in ſeruitute actum ſucceſsiuum exigit.*
3 *Seruitus in patientia conſiſtit.*
4 *Promiſsio de conſtituenda ſeruitute in futurum, recipit diem & conditionem.*
5 *Seruitutem ad patientiã cõſtituens, niſi ſtatim teneatur, nõ dicitur cõſtituta.*
6 *Seruitus qualiter ſit ius incorporale.*
7 *Seruitus quare non conſtituatur ad diem uel conditionem.*
8 *Seruitutes uitioſe conſtitutæ reijciuntur in tempus in quo ualere poſſunt.*

An ſeruitus ipſo iure ſub conditione conſtitui poſſit, & quare ad diem uel conditionem non conſtituatur. CAP. XXX.

TEXT. eſt in l. ſeruitutes. §. iij. ff. de ſeruit. quòd ſeruitus ipſo iure non poſſit ſub conditione conſtitui. Contra hoc obiicitur de l. qui abſenti. §. j. ubi poſſeſsio & dominium ſub conditione tradi poſſunt: ergo & ſeruitus, quæ & quaſi poſſideri, & dominio ſubiici poteſt. Accurſius dicit,

quòd dicta l.ſeruitutes.intelligatur loqui de conditione extinctiua,ut ſub ea conditione cuius euentus extinguat, non poſsit conſtitui ſeruitus:ſed ſub ea, quæ à principio ſuſpendat,bene poſsit. Certè,fratres,hæc à tex.in dicta l.ſeruitutes. non recipiuntur: quia ſub conditione extinctiua diſponere, & ad certam conditionem diſponere,prorſus paria ſunt,cum ambæ ad hoc tendant,ut in euentum conditionis extinguāt, quod ad ſenſum patet.Sed text.in dicta l.ſeruitutes.ponit illa duo,ſcilicet ſub conditione, & ad certam conditionem, tanquam diuerſa omnino: quapropter eadē l.ſeruitutes. uoluit,
2 quòd ſeruitus nec à principio ſub cōditione ſuſpendi, nec ad conditionis euentum extingui poſſet. qui eſt uerus,planus, ſingularis,& apertus intellectus. Nec obſtat quod in dicta l.qui abſenti. §.j.de poſſeſsione & dominio ſub conditione tradendo opponitur: quia diuerſa eſt utrobique ratio. Nam dominium & poſſeſsio uno actu momētaneo traduntur, qui actus in conditionem ſuſpendi poteſt,ut ſiue extet, ſiue deficiat conditio,ad eundem actum retrofingi poſsit. Sed in ſer-
3 uitute traditio actum ſucceſsiuum exigit,quia in patiētia cōſiſtit.l.iij.§.dare.ff.de uſufruct.l.fin.ff.de ſeruit. quæ eſt facti ſucceſsiui,nec poteſt in conditionem ſuſpendi. Si enim dicerem,Permitto te ire,ſi præſto tibi patientiā,hæc nulla eſſet patientia,& in uerbis ipſis incompatibilis eſſet contradictio. Præterea aut ille iret, tunc deficiente conditione non poſſet retrofingi,quòd ille iure ſeruitutis non iuiſſet: & ſic ſimul & ſemel uno tempore ſeruitus fuiſſet,& nō fuiſſet. Si uero non iret,quia negaretur patientia,tunc ſeruitus non eſſet tradita. Quæ cum aperta ſint & uera,conſtat quòd dicta l.qui abſenti.nihil facit ad propoſitum. Vnde conſequens eſt,quòd per text in dicta l.ſeruitutes.non uiolando literam, apparet,ſeruitutes ſub conditione ipſo iure conſtitui non poſſe. In quo
4 ſic diſtinguendum puto:Aut enim loquimur de conſtituenda ſeruitute,in futurum,ſcilicet,conſtituam tibi ſeruitutem poſt duos annos,uel ſi Cæſar ex Italia redierit:hic credo eam promiſsionem recipere poſſe diem & conditionem, etiam ipſo iure.fa.l.Labeo.ff.de ſeruitut.ruſt. Item quia nihil uideo quod impediat, rectè ſicut cum promitto me foſſam facturum ſi ſanus rediero : utrobique enim die uel conditione exiſtente,ad intereſſe agi poteſt,niſi fiat quod promiſſum eſt.l. ſi quis ab alio.in fin.ff.de re iudic.At uero ſi dixero, conſtituo

tuo tibi ſeruitutem, qua poſt duos annos utaris, uel qua utaris ſi Cæſar ex Aphrica redeat, hoc fieri non poteſt ipſo iure, 5
quia ſeruitus nō dicitur conſtituta, in qua ad patientiam conſtituens non ſtatim teneatur. dict. l. final. ff. de ſeruitut. ruſt. Præſtari autem patientia ex die uel ſub conditione non poteſt, ut ſuprà probaui, ergo &c. Hoc eſt quod dicere ſoleo, licet ſeruitus ſit ius incorporale, tamen ita conſiſtit in facto, ut 6
niſi actu uel potentia, factum ſemper ſit præſtabile, non intelligatur ſeruitus. dict. l. fin. & l. ſi fundus. ff. de ſeruit. quæ & in eum finem intelligenda eſt. His ſic ſe habentibus, ceſſant quaſi omnia quæ per Bartol. & Doctor. multum anxiè, & ut ipſi credunt ſubtiliter, traduntur in d. l. ſeruitutes. licet profu ſiori ſyrmate caudam trahant. Nec uerum eſt, quòd ſeruitus aliquam cum obligatione perſonali ſimilitudinē habeat, cum ſit obligatio realis, & ſequatur principaliter fundum, nō perſonam, niſi in conſequentiam. Quod uero ſeruitutem uidetur charactæri aſsimilare, eſt perſuaſio quædam, quæ nihil neceſſariò euacuat. Nam omnes qualitates poſitiuæ quæ ſubiecto adiiciūtur, poſſunt aſsimilari charactæri qui ligno uel animali imprimitur. Verior itaque, ſubtilior & fundatior eſt ſuperior ratio. Quare autem ad diem uel ad conditionem ſer 7
uitus ipſo iure non conſtituatur, non poteſt alia ratione defendi, quàm per l. obligationum ferè. §. placet. ff. de action. & oblig. quòd temporalis obligatio Iureconſulto non placuit: iura enim neſciunt opus à principio imperfectum. Et poteſt etiam locum habere in ſeruitute, ratio quam gl. in dicta l. ſeruitutes. in fin. ponit, licet Bart. eam damnet, ſed non fundatè. Denique quod dicitur in dict. l. ſeruitutes. ei qui contra placitum ſeruitutem uendicaret, obſtare exceptionem, crederem de neceſsitate applicari ad ſeruitutes quæ ad diem uel certam conditionem eſſent finitæ, quòd licet poſt tēpus uendicarentur, quaſi temporalis conſtitutio nihil ualeret, hic locum habet exceptio. arg. d. §. placet. in l. obligationum fere. de act. & oblig. Sed ſi ſub cōditione uel ex die eſſet ſeruitus conſtituta, & uendicaretur, hic crederem uendicantem exceptione intentionis repelli poſſe: quia à principio uitioſe fuit ſeruitus conſtituta, & incompatibiliter, quæ nec ex poſt facto unquam ualere poſsit. Niſi diceres quòd tales ſeruitutes ſic uitioſe conſtitutæ, reiicerentur in tempus in quo ualere 8
re poſſent: per l. in tempus. ff. de hæred. inſtit. & quòd cauſa

utilitatis ea reciperentur. Per prædicta, multa alia egregia & noua ultra Doct. alio loco notaui, quæ in præſentia cõſultò, ne bis idem repetere uidear, tranſeo.

Memorabilia in Cap. XXXI. aduertenda.

1 *Caſtri alicuius poſſeſſione apprehẽſa, omnia alia corporalia ad caſtrum ſpectãtia cenſentur apprehenſa, ſingulariter per Zaſium.*
2 *Poſſeſſio uacans per actum fictum non acquiritur.*
3 *Iuriſdictio qualiter adipiſcatur poſt nactam caſtri poſſeſſionem, ſingulariter per Zaſium.*
4 *Acquiſitio unius rei hæreditariæ, non arguit acquiſitionẽ alterius.*
5 *Poſſeſſionis rerum incorporalium traditio, requirit continuatam patientiam.*

An epiſcopus, unius caſtri poſſeßione apprehenſa, cæterorum eccleſiæ bonorum omnium poſſeßionem, & præſertim iuriſdictionis quaſi poſſeß. adipiſcatur. CAP. XXXI.

INTERROGABAT me genius, an Epiſcopus, cũ equitat ad bona & caſtra eccleſiæ, apprehenſa poſſeſsione unius caſtri, omnium bonorum, fundorum, uillarum, iuriſdictionum, poſſeſsionem dicatur adeptus. Remiſi genium ad Bart. in l. iij. in princip. ff. de acquir. poſſeſ. ubi in ſimili caſu diſtinguitur. Sed iſta diſtinctio genio non uidebatur perfecta. Cum enim dicit Bart. quòd loquendo de caſtro, id eſt, de loco in quo caſtrum eſt ædificatum cum ſuis ędificiis, tunc procedat doctrina, quòd apprehenſa poſſeſsione illius loci, uel alicuius ædificii, iam totum caſtrum apprehenſum cenſeri. arg. l. Gaius. §. j. de leg. ij. At Bartol. non aperit, an apprehenſo ipſo caſtro, uideantur iura, uillæ, oppida, agri, fundi, &
1 alia corporalia ſubiecta apprehendi. Hic ego credo quòd ſic, cum caſtrum ſit quiddam uniuerſale corporale, quo apprehenſo, & partes apprehendi uidentur. argum. eorum quæ not. Innocen. in cap. in literis. de reſtitut. ſpol. & dicimus, quòd apprehenſa domo, omnes res in domo uideantur apprehendi. Bald. in l. de his. C. de furt. Sed in iuriſdictione ſubſtitit genius: uidebatur enim ei quòd etiam caſtri poſſeſsione adepta, iuriſdictio quaſi poſſeſsione non adipiſcatur: quia tenendo caſtrum, quod eſt corporale, non poteſt dici quaſi poſſeſſionẽ iuriſdictionis teneri, quæ eſt incorporalis. Debet enim

aptum

aptum eſſe inſtrumentum ad acquirédam poſſeſsionem. arg. l.j. §.cæterũ. §.hæc quæ de ſeruis.& §.adipiſcimur.in exemplo dormientis.ff.de acquiren.poſſeſſ.quod mihi uerum uidetur. Vnde Bartol.in dict.l.iij.in princip. poſuit ſpeciale membrum ſuper iuriſdictione, & affirmat, quòd apprehenſa caſtri poſſeſsione, ob id iuriſdictionis quaſi poſſeſsionem non adipiſci,niſi unus iuriſdictionis actus exerceatur,uolente eo qui mihi caſtrum uendidit, &c.per l.ſi ſtillicidii. §.fin. ff.quemad.ſeru.amitt. Hæc tamen doctrina genio meo non ſatisfecit.Fingamus enim in caſu noſtro, quòd nemo ſit qui poſsit conſentire Epiſcopo agenti actum iuriſdictionis, cum ipſe à nullius manu emerit caſtra, ſed per ſucceſsionem præceſſoris defuncti ad eum ſit deuolutum, quo caſu poſſeſsio iuriſdictionis uidetur eſſe uacans,& à nemine teneri: itaque ex regula,neceſſaria eſſet apprehenſio ſingulorum actuum, in quibus conſiſtit iuriſdictio : ſic enim eſt in corporalibus, 2 quòd poſſeſsio uacans,per actum fictum non acquiritur,niſi realiter apprehendatur,ut diximus in l.j. §. ſi iuſſerim. poſt Alexan.& Iaſ.ff.de acquiren.poſſeſ. quod certè eſſet ualde difficile,ſicq; longo temporis tractu ſolidæ & uniuerſæ iuriſdictionis poſſeſsio nõ acquireretur. Ego igitur putaui ſic diſtinguendũ,quòd eo caſu quo debet poſſeſsio iuriſdictio 3 nis acquiri per Epiſcopum,aut facit actum iuriſdictionis uniuerſalem,ſub quo de neceſsitate,omnis alius actus contineatur:aut facit actum omnino particularem. Si primum,utpote quòd curat iurare omnes ſubditos obedientiam, & tunc eſt in quaſi poſſeſsione iuriſdictionis ex conſequẽtia, quia nexus obedientiæ complectitur omnes actus iuriſdictionis. Si ſecundum,utpote ſi unicum ſaltem actum iuriſdictionis, exercẽdo alicui pœnam ob commiſſum delictum imponat, tũc crederem quòd in aliis actibus iuriſdictionis non eſſet acquiſita poſſeſsio:quia licet iuriſdictio ſit una,& quiddã uniuerſum intellectuale,tamen conſtat ex diuerſis & ſeparatis actibus iuriſdictionalibus, ex quorum uno non poteſt inferri ad alium, quia ut uulgò dicitur, ex ſeparatis nihil infertur. Nam & eo iure in hæreditate utimur, quòd ex acquiſitione 4 unius rei hæreditariæ, non arguitur acquiſitio alterius rei. l.cum hæredes. ff. de acquirenda poſſeſsione. Et hæc genio meo probabiliora uidebantur, quàm ea quæ tradit Bartolus in d.l.iij.circa hunc iuriſdictionis caſum, licet omnes Doct.

Doct. cum ſequantur. Nec genio meo adducta Innocentii per Bart. autoritas ſufficiens uiſa eſt: dicit enim Bart. Innocentium in c. in literis. extrà de reſtit. ſpol. ſuę adſtipulari ſententiæ: quia Innoc. ibidem ita uariat, ut nulla poſsit ex eo deciſio elici. Inclinare tamen uidetur in meam opinionem, quæ
5 & uera eſt. Nec etiam hoc caſu uolũtas autoris adiuuat, quia in traditione poſſeſsionis rerum incorporalium, ſicut eſt iuriſdictio, nõ ſufficit ſemel uoluiſſe, niſi continuata patientia ſequatur. l. iij. §. dare. ff. de uſufruct. l. fin. ff. de ſeruit. Nec facit pro Bart. tex. in l. ſi ſtillicidii. §. fi. ff. quemad. ſeru. amitt. ubi is qui partem itineris it, totum ius uſurpare uidetur: quia ſeruitus itineris eſt indiuidua, non conſtans ex partibus ſeparatis. Sed ius iuriſdictionis licet ſit in ſe indiuiduũ, tamẽ cõmoditas diuidi poteſt, & conſtituitur ex partibus diſtantibus & ſeparatis, ut dixi. Quod autem in d. §. fi. dicitur, partem itineris, intellige partẽ fundi ex qua iter debetur: nã itineris nulla eſt pars, quod ad ſenſum patet. Et hæc genio meo uiſa ſunt ſingularia, & diligenter notanda.

Memorabilia in Cap. XXXII. obſeruanda.

1 *Verba ſubiunctiui modi in præterito uel in futuro inuẽta, qualiter in diſpoſitionibus intelligantur, iuxta cõmunẽ Doct. opinionẽ.*
2 *Verborum ſubiunctiuus modus nihil importat, niſi aliis orationibus coniungatur.*
3 *Verba ſubiunctiui modi in præterito uel in futuro inuenta, qualiter in diſpoſitionibus intelligantur, ſingulariter per Zaſium, contra communem.*
4 *Statuta & ultimæ uoluntates futura reſpiciunt.*
5 *Statutum uel lex prohibendo aliquid ſuapte natura pernicioſum, extenditur ad futurum.*
6 *Statutum uel lex quare extendatur ad præterita.*

Verba ſubiunctiui modi in præterito uel in futuro inuenta, qualiter in diſpoſitionibus intelligantur. CAP. XXXII.

1 AN & quomodo uerba ſubiunctiui modi, quæ in præterito & futuro inueniuntur, in diſpoſitionibus intelligantur, ambigua eſt quæſtio. Bart. in l. j. vj. quæſt. principali. ff. de iuſtit. & iur. in l. hoc articulo. ff. de hæred. inſtit. & alibi, tenet quòd in ſtatutis & ultimis uoluntatibus

tan:

tantum ad futura porrigatur, niſi materia aliud ſuadeat: quod & gl. tenet in l. cum tale. §. final. ff. de cond. & demonſt. quã exclamat Baldus in l. leges. ij. C. de ll. E diuerſo dicit Iaſ. in l. iij. §. ex pluribus. in gl. ſuper uerb. uſuceperit. ff. de acquiren da poſſeſſ. per d. gl. quòd communis ſentẽtia Doctorum ſit, huiuſmodi uerba in dubio, in præterito & futuro uerificari, niſi materia aliud exigeret. quod & gl. tenet in l. cum in ſecũdo. & ibi Doct. ff. de iniuſt. rup. & irr. teſtam. Et pro hac com muni ſententia multa extant Doct. conſilia, qui quàm uerè, quàm iuſtè, quàm conſcientioſe, quámue eruditè conſuluerint, ſequentia docebunt. Ego nouiter, pulchrè, & fortaſſis etiam multò accuratius, breuiter tamen, eam diſcutiam. Et 2
pro euidentia præmitto, quòd modus ſubiunctiuus uerborum, ideo dicitur ſubiunctiuus uel coniunctiuus, quia uerba ſubiunctiua per ſe nec ueritatem, nec falſitatem, nec aliquam diſpoſitionem important, niſi coniungantur aliis orationibus quibus ſubformantur. Nam dicendo, Cum feceris, nihil decido. Si autem dico, Cum feceris, præmium accipies, iam erit perfectus ſenſus. Quo ſic præmiſſo, duas pono concluſiones. Prima: Vbicunque uerba ſubiunctiua quæ in præterito & futuro inueniuntur, coniuncta ſint orationi quæ de 3
præterito ſonat, tunc etiam dicta uerba in præteritum accipientur: ut dicendo, Cum feceris mulctam ſubiiſti, intelligo, quia hoc feciſti: quod non habet dubium. Secunda concluſio: Verba ſubiunctiua quæ in præterito & futuro intelligi poſſunt, ſi orationi coniungantur quæ in futurum reſpiciat, tunc pro futuro, & non pro præterito accipientur. & hæc docet regula quam ſuprà dixi, ex qua arguere probabiliter poſſum, quia artis grammaticæ principes, Seruius, Donatus, Priſcianus, & cæteri quidam eam poſuerunt. Ex qua concluſione infero, ſententiam & opinionem Bart. eſſe ueram non ſolum in ſtatutis & ultimis uoluntatibus, in quibus futura prouidentur, ſed etiam in quacunq; diſpoſitione quæ in futurum reſpiciat. Quod autem ſtatuta & ultimæ uoluntates 4
futura reſpiciant, text. eſt in d. l. leges. ij. C. de ll. l. j. ſuprà de teſt. His concluſionibus diligenter obſeruatis, facile intelliges intermixtas legibus orationes præteriti uel futuri temporis in noſtro ferè toto iure ciuili. Prædictæ concluſiones fallunt, ſi ex adiuncta oratione nec præteritum nec futurum elici poteſt, ut in d. l. iij. §. ex pluribus. ff. de acquir. poſſeſſ.

ſeſſ.ubi dicitur, eum qui uſuceperit, pro emptore & pro ſuo
poſsidere. Nam ſi quando tales diſpoſitiones inueniuntur,
ſumenda eſt ea ſignificatio quam natura orationis adiunctæ
recipit: ut ſi recipiat utrunq; ſignificatum, ueniat utrunque: ſi
recipiat alterum, illud ueniat. & eo modo procedit text. in l.
hoc articulo. ff. de hæred. inſtit. Cum enim huiuſmodi inſti-
tutio, Qua ex parte me hæredē ſcripſeris, hęres eſto, non ua-
leat niſi in præteritum. l. illa inſtitutio. ff. de hæred. inſtit. l.
j. ff. de iis qui pro non ſcrip. hab. Igitur, &c. Vnde in d. l. iij.
quia dicitur, eum qui uſuceperit, &c. poſsidere, neceſsariò in-
telligimus ad futurum, quia qui uſucepit in præterito, is iam
non plus poſsidet, formali ſaltem poſſeſsione, licet cauſali
poſsideat: de qua poſſeſsione loquitur l. j. in fin. ff. pro ſuo.
quæ neceſſariò intelligenda eſt de cauſali loqui, quare me-
ritò reprobabitur gl. in dicta l. iij. d. §. ex pluribus. quam in
Lectura Zaſij. Lectura mea fundatè reieci. Fallit porrò ſecunda conclu-
5 ſio ſupradicta: primo, ſi ſtatutum uel lex prohibeat aliqua,
quæ ſuapte natura pernitioſa ſunt: ut cum dicitur, ſi quis ho-
micidium fecerit, capite luat. Si quis furtum commiſerit, ex-
communicetur: hic credo quòd conſtitutio ad præterita etiā
extendatur, quia hoc quod prohibitum eſt, malum fuit de ſui
natura, & punibile antequam ſtatutum fieret. & ita intelligo
c. fin. & ibi gl. de conſtit. lib. vj. Quo etiam loquendi modo
utitur Scotus iij. ſentent. diſtinct. xxxvij. qui dicit: Ea quæ
in ſcriptis ſecundæ tabulæ lege diuina prohibentur, nō ideo
mala eſſe quòd prohibita ſunt, ſed ideo prohibita quia mala
ſunt: nec enim mens ſtatuentis præſumitur mala præterita tā-
quam licita iudicaſſe, ex eo quod de futuris ſtatuerat. Vnde
non ex uerbis ſtatuti, ſed ex mente ſtatuentis iſta fit exten-
6 ſio. Ex prædicta fallentia ſumitur ſecunda limitatio ad ſe-
cundam ſuperiorem concluſionem, ſcilicet, ubicunque mens
indubitata certitudine colligi poteſt, quòd conſtitutio ad
præterita extendatur: & hoc fit, ſi uel uerba ſunt expreſſa, uel
ratio ſtatuti ſit utrobique eadem, hoc eſt, quòd natura deci-
ſionis, ſine magna abſurditate præterita non excluderet: ut ſi
dicat ſtatutum, qui hoſtem ceperit, habeat centū. Finge quòd
ante hoc ſtatutum hoſtem ceperim, & præſentauero, cur non
darentur mihi centum? Et eo fine recipio deciſionem Ludo-
uici Rom. conſil. cccxxxiij. Nam cum Baſilienſis concilii de-
creto conſtitutum fuiſſet, ut quicunq; integro anno labora-
uerit

uerit in concilio, certis gaudeat priuilegiis, conſuluit Rom. etiam eos comprehendi qui ante conſtitutionem laboraſſent in concilio: quod eſt ueriſsimũ, ſed non ex iſta communi ſententia quam Iaſon, ut ſuprà dixi, recitat, quæ ex noſtra hacce determinatione plena erroris eſt.

Memorabilia in Cap. XXXIII. aduertenda.

1 *Actiones perſonales mixtæ, eò quòd principaliter dãt ius in re, ideo dicuntur habere cauſam mixtam.*

2 *Actiones perſonales in rem ſcriptæ non ideo competunt quòd principaliter dent ius in re: & quamobrem competant, & in rem ſcriptæ dicantur.*

3 *Actiones in rem ſcriptæ non plus participant de realibus quàm actiones mixtæ.*

4 *Acceſſoria, & ea quæ per occaſionem ueniunt, plerunq; ſunt potentiora ipſis principalibus.*

Actionum perſonalium mixtam cauſam habentium, & actionum perſonalium quæ ſunt in rem ſcriptæ, diſcrimen. CAP. XXXIII.

INTER actiones perſonales quę habent mixtã cauſam, & perſonales quæ ſunt in rem ſcriptæ, differentiæ per Doct. adſignatæ, hactenus mihi nõ ſatisfecerunt. Nec etiã Iaſonis in §. quędã actiones. Inſtit. de actionibus. placet inculcatio: qui licet probabiliter ſatis doceat qd interſit, quare tamẽ interſit nõ docet. Tu uero dic breuiter circa perſonales mi- 1
xtas, eas ideo habere cauſã mixtã, quoniã ex natura & principaliter dãt ius in re, & ſic principaliter & ex natura relucet in eis natura realiũ: cohęres enim à coherede nõ petet portionẽ ſuã, niſi ſit cohæres: & ita de ſociis in cõmuni diuidũdo, &c. Vnde quia præſtationes perſonales habent, merito mixtæ dicũtur. Sed actiones perſonales in rẽ ſcriptę, nõ ideo principa- 2
liter dãtur, quòd habeã ius in re, & quòd prætẽdẽ rẽ eſſe meã: ſed quia iſta actio oritur propterea, quòd obligatio tua, qui es mihi perſonaliter obligatus, rẽ reſpicit, in re fundatur, propter rẽ eſt orta, etiãſi eam nõ putẽ eſſe meã, ideo dicitur in rẽ ſcripta, id quod actionibus noxalibus patet manifeſtè. Vnde quoniam propter rem, & occaſionem rei eſt, ſed principaliter ex te mihi orta obligatio, iuſtè fit ut quocunque uadat res, eam proſequar pro meo intereſſe conſequendo: id quod in familiæ erciſcundæ caſibus non obtinet, quia non datur contra alium poſſeſſorem, quàm cohæredem, ut ſic nihil

participet de realibus, niſi quod competit ius in re. Quòd ſi diceres, actiones in rem ſcriptas plus participare de reali-
3 bus quàm actiones mixtas, eò quòd contra quemcunq; poſſeſſorem dantur, quod eſt proprium realium: reſpondeo, ex natura actionis non eſſe quod contra quencunq; poſſeſſorem detur. Sed quia hæc actio perſonalis præciſe illam rem concernit, certè ubicunq; eſt ea res, illuc tranſit obligatio perſonalis, non aliter quàm per occaſionem, quia apud te res inuenitur, unde teneris, non quia res mea eſt, ſed quia ius quod prætendo, abs te exigam, cum res ex quaſi maleficio, uel ex
4 quaſi contractu apud te ſit. Et ſic fieri cõſueuit, ut ea quæ per occaſionem dantur, ſicq; acceſſoriè, potentiora fiant principalibus. fa. l. emptorem. de contrahenda empt. Cæterum medium concludendi in omnibus diſtinguit. In realibus enim peto rem quia mea eſt. In famil. erciſcund. peto rem quia cohæres ſum. In ſcriptis in rem, peto rem quia noxiam mihi fecit ea res: peto exhiberi, quia eam uendicare uolo, &c. Sufficiant hæc tumultuariè ſignificata in hoc puncto: diligens Lecturarum mearum obſeruator, prolixius hanc rem deductam inueniet, aliis tamen atque aliis rationibus: at hæc ſunt digna notatu.

Remittit ad Lecturas.

Memorabilia in Cap. XXXIIII. obſeruanda.

1 *Acceßio directa quæ ſit.*
2 *Acceßio directa quid requirat.*
3 *Acceßio directa quomodo detur.*
4 *Acceßio contraria quæ, & quid requirat.*
5 *Acceßio contraria quomodo detur.*
6 *Acceßio contraria, nominatur impropria & remotiua, per Zaſiũ, idq; quo iure.*
7 *Precarium accipiens, non habet propriam poſſeßionem, quæ apud eum ſit iure proprio.*
8 *Recepiſſe non cenſetur, qui ſeruare non poteſt.*
9 *Pacta l. commiſſoriæ, uel addictionis in diem, ut ſub alia conditione res ſit inempta, reſoluunt præcedentem contractum.*
10 *Fictio eſt contra ueritatem.*
11 *Fictio in acceßionibus locum habet.*
12 *Acceßionum ex redhibitione, & ex pactis quibus ſit res inempta, æquiparatio & differentia.*
13 *Redhibitionem eſſe contractus reſolutionem, qualiter intelligatur.*
14 *Emptio cùm conſenſu contrario reſoluitur, qualiter non dicatur nouus*

nouus contractus.

15 *Redhibitio non generat titulum ad præſcribendum, contra* Doct.

16 *Præſcriptionis habilis titulus radicem ſumit ex contractibus.*

17 *Venditio reſpicit tempus contractus.*

18 *Dotis reſtitutio non parit titulum.*

19 *Pacta emptionibus appoſita, ut conditione aliqua eueniente res ſit inempta, an pariat titulum.*

20 *Retraditio rei in caſu quo res inempta ſit, & conditio deficiat, an ad uſucapiendum ſufficiat, ultra Doctores.*

Acceſsionis bifaria determinatio. CAP. XXXIIII.

ACCESSIONEM aduerte eſſe duplicem, directam & contrariam. Acceſsio directa eſt, quæ datur ab autore in ſucceſſorem, ſi ſaltem ſucceſſor habet propriam poſſeſsionem. l. Pomponius. §. cum quis. §. acceſsiones. ff. de acquiren. poſſeſ. Et ad hanc acceſsionem neceſſe eſt quòd poſſeſsio quæ utrobique accedit, careat uitio. d. §. fin. in l. Pomponius. & quòd cauſa cui innititur acceſsio, non ſit annihilata: aliàs poſſeſsio redacta ad non cauſam, quomodo accederet ad uſucapionem, cum non entis nullæ ſint qualitates? Datur ergo hęc acceſsio inter duo extrema ſeparata ab inuicem, quorum quodlibet ex cauſa ualida alteri cõiungitur, dummodo illa extrema ſint habilia, & nihil intermediet. l. in uſucapione. §. j. ff. de diuerſ. & temporalibus præſcriptionibus. Et hæc eſt regularis & propria acceſsio. Alia dicitur contraria acceſsio, quæ ab emptore in perſonam autoris modo contrario datur, & in iſta neceſſe eſt reſolui contractum emptoris & annihilari, aliàs autor ea poſſeſsione quondam emptoris non uteretur. Et hæc non eſt propriè acceſsio, ſed poſſeſsionis quæ apud emptorem erat, in autorem ficta translatio: fingitur enim autor ſemper poſſediſſe. & hæc acceſsio datur in redhibitione ſiue ciuili, ſiue prætoria: nam tunc ſimpliciter contractus reſoluitur & annihilatur, & ſic remota perſona emptoris, uenditor perinde habebitur ac ſi ſemper poſſediſſet. ita intelligitur d. l. Pomp. §. præterea. ibi, quia uenditionis reſolutio redhibitio eſt. ff. de acquiren. poſſeſ. Et ſic cum tibi precariò conceſsi, omnemq; poſſeſsionẽ in te tranſtuli, rupto precario acceſsione ex perſona tua utor (intellige hanc cõtrariam acceſsionem) quia fingitur poſſeſsio ſemper apud me fuiſſe, id quod & gloſſ. iij. mag. in d. l. Pompo.

Margin: 1 2 3 4 5

§.ſi is qui precario.in princ.in iij.part. notabiliter adfirmat.
Lectura Zaſii. quam gl.ſaluat & ſuſtinet Raph. & ego eam ſuſtinui in lectu
6 ra mea,ut ibidem. Iſtam acceſsionem ſoleo nominare impro
priam & remotiuam. Nam aliàs proprie & directe nunquam
daretur acceſsio ex perſona precariò accipientis,quia non ha
7 bet propriam poſſeſsionem,quæ apud eum ſit iure proprio.l.
ſi ſeruus.depoſ. §.j.ff.de noxal.l. quæcunque. §.j.ff.de pu-
blic.in rem act.l.emptorem. §.j.ff.de act.emp. Nam qui ſer-
8 uare non poteſt,non cenſetur recepiſſe.l. qui cõcubinam. §.
j.ff. de leg.iij. Eamq; acceſsionem remotiuam nominamus,
quia potius ex remotione & annihilatione cauſæ ſucceſſo-
ris,quàm ex eius cauſæ poſitione radicatur.Et niſi hanc acceſ
ſionem intelligas impropriam,nunquam ſuſtinebis. § acceſ-
ſiones.in d.l.Pompo.ubi non dicitur acceſsio,ut ſuprà dixi,
niſi ſubſit propria poſſeſsio. Hæc doctrina,qua dixi,quan-
do in perſona ſucceſſoris ad autorem,ſubeſt reſolutio præce
dentis contractus,tunc non eſt proprie acceſsio,ſed fictionis
tranſlatitiæ adminiculo prioris ſtatus repoſitio:fallit, quan-
9 do ad emptionem factam additur pactum l. cõmiſſoriæ, uel
addictionis in diem, ut ſub alia conditione res ſit inempta:
iſta enim pacta non ſolum reſoluunt contractum præceden-
tem,ſed re facta inempta,retraditio ex retrouenditione facta
fuiſſe fingitur.l. ſi hominem.ff. de uſucapionibus.l. ſi duo-
bus.ff.de temporalibus,& diuerſ.præſcriptionibus.& ſic qui
prius erat emptor,iam fingitur uenditor, licet non ſit: unde
tempora quæ ibi accedunt,fictione iuris adiuuante, accedũt
directa acceſsione,non aliàs, quia in ueritate non eſt nouus
10 cõtractus,ſed fingitur:fictio enim eſt cõtra ueritatem.l.ado-
11 ptio.ff.de adoptionibus. Quòd autem fictio in acceſsioni-
bus locum habeat,fa.l.ſi ſeruus.ff.de acquirenda poſſeſ. Ex
12 prædicta doctrina collige primo,quòd licet acceſsio ex red-
hibitione,& ex pactis quibus fit res inempta, æquiparentur,
per gl.in d. §.preterea.& ibi Alexan.& Iaſ.tamen in utraque
eſt notab.differentia. Eſt ſimplex reſolutio cõtractus & caſ-
ſatio,ſicut in precario,& ſic acceſsio impropria. In pactis ſu-
perioribus eſt acceſsio directa,ſed non uerè, imò ſub fictio-
ne:& ueniunt utræq; iſtæ acceſsiones fictione iuris,ſed diffe
renter,quia in prima fingitur ſemper duraſſe acceſsio, per d.
gloſ. in §. ſi is qui. In altera fingitur nouus contractus qui
non eſt:& ſic intellige & concorda dict.l.ſi hominem.d.l.ſi
duobus.

duobus.dict. §. præterea. alioqui enim diſsiderent ea iura. Nam cum dicitur in §.præterea. quòd redhibitio ſit contra- 13
ctus reſolutio, hoc ſolum in caſu redhibitionis, & in nullo alio ſimpliciter intelligitur. Quod autem in l.ſi hominem.dicitur, Quoniã retroacta uenditio eſſet: & in l.ſi duobus.perinde haberi ac ſi homo non ueniſſet: referas ad pacta, quibus res ſit inempta. Deniq; cum in dicta l. ſi hominem. in fin. dicitur, Quoniam ea uenditio proprie dici non poteſt: ad redhibitionem referas, ſicut & text.ibi in caſu redhibitionis loquitur. At uero cum in dictis iuribus dicitur, huiuſmodi pacta eſſe ſimilia redhibitioni, uerum eſt quo ad reſolutionem præcedentis contractus, ſed non quo ad fictionẽ nouæ uenditionis. Et ſic arguté, ſubtiliter & diſtinctè intelligendo, omnia ſunt plana. Collige ſecundo ex prædictis, ueram eſſe 14
adſertionem Bart.in l.ab emptione.ad fin.ff. de pact. ubi dicebat, in caſu quo reſoluitur emptio contrario conſenſu, non eſſe nouum contractum: uerum eſt, nec obſtat meæ doctrinæ: quia ibi res fuit utrobique integra, dum contrario conſenſu cõtractus diſſoluebatur. Sed in caſu noſtro emptio ſortita effectum, non eſt plus integra: licet adiecta fuiſſent pacta.fa.l.j.C.quando lic.ab. empt.receder. Collige tertio & ſubtiliter, quòd in §.præterea.iſti Iurecõſulti, qui putabant in caſu redhibitionis non dari acceſsionem, non errabant, ſi intelligebant de acceſsione regulari & directa: quia impoſsibile eſt quòd illa competat. Sed quia cẽſentur intellexiſſe de qualibet coniunctione temporum, etiã quæ ex fictione tranſlatitia fieret, reprehenduntur ibi per Pomponium. qui eſt uerus intell.d.§. Collige quarto, non eſſe uerum quod Alex. 15
& Iaſ.in dicto §.præterea.erranter docent, ex redhibitione dari titulum ad præſcribendum: hoc enim planè falſum eſt: quia, ut dixi, redhibitio nihil eſt niſi cõtractus reſolutio. per 16
dictum §.præterea. Sed titulus habilis ad præſcribendũ, debet radicem ſumere ex contractibus. gloſ.in l. non eſt.C. famil.erciſcun.& præſupponit quiddam poſitiuum præiacens, ex quo præſcriptio ſumat ubi pedes figat.l.Celſus.ff. de uſucap.& præſertim in uenditione tempus contractus inſpici- 17
tur.l.iij.ff.pro ſol.& optimè in l.ij.in princi.ff.pro emp.ibi, igitur & bona fide emiſſe debet. Item cum redhibitio ſit pura priuatio, annullatio, caſſatio contractus uenditionis factæ, ut in dicto §.præterea.quomodo operabitur effectum

acquirendi dominii? cum, ut præfatum eſt, non entis qualita-
18 tes nullæ reperiantur. Præterea certum eſt quòd reſtitutio
dotis non parat titulum, hoc enim tenet probabiliter Iaſ. ſibi
contrarius, in §. in dotem. d. l. Pompo. ff. de acquirenda poſ-
ſeſsio. ergo & in caſu noſtro hoc debet recipi. Et quod reſti-
tutio dotis non paret titulum, tex. eſt in l. etiam. §. apud Mar
cell. ff. de petit. hæredi. licet Aret. in dicto §. in dotem. truffas
19 miſceat non dignas improbatione. An autem pacta quæ ad
emptiones apponuntur, ut conditione aliqua eueniente res
ſit inempta, pariant titulum, magis eſt dubium: quia talia pa-
cta non ſolum reſoluunt cõtractum, ſed etiam retroacta uen
ditio fingitur, & ſic fingitur nouus contractus. Credo, ſaluo
iudicio melius ſentientis, quòd eo loci ſi defectus conditio-
nis extet, & res fiat inempta, rei retraditio titulum pariat ta-
lem, qualem fictus contractus inducere poteſt: quia nihil ui-
20 deo quod obſtet. An autem iſte titulus retraditionis ſuffi-
ciat ad uſucapiendum, etiam ſi mala fides in re uendita præ-
ceſſerat, ut ex iſta retroacta uenditione purgetur præcedens
mala fides, Doctores non tangũt. Puto probabiliter dici poſ-
ſe, quòd ex iſto titulo non poſsit procedere uſucapio, ſi mala
fides præceſſerat: tum quia bona fides in contractu emptio-
nis à principio inſpicitur. d. l. ij. ff. pro empt. tum quia fictio
non operatur ultra caſus expreſſos. Sed iſta fictio, qua fingi-
tur nouus contractus, operatur acceſsionem directam, ſub
fictione tamen, ut dixi, per dict. l. ſi hominem. unde non po-
teſt aliud operari, maxime quia impeditur acceſsio cũ poſſeſ-
ſione malæ fidei. d. §. fin. in l. Pompo. Et hæc de acceſsione
ſingularius fortè & apertius quàm apud alios, ſufficiant.

Memorabilia in cap. XXXV. aduertenda.

1 *Pupillus proximus pubertati obligatur naturaliter.*
2 *Mulier in dote, & minor, ſi iurant ſuper contractu, efficaciter obli(gantur.*
3 *Prodigus nec naturaliter nec iurando obligatur.*
4 *Mitius agitur cum lege quàm cum homine.*
5 *Pupillis, minoribus, mulieribus in dote, & furioſis, tam efficaciter interdicitur adminiſtrationi, ac ſi iudicis id fieret cenſura.*
6 *Pupillo interdicitur adminiſtrationi uitio ætatis.*
7 *Prodigo interdicitur adminiſtrationi uitio & corruptela morũ.*
8 *Conſuetudo naturam facit.*
9 *Iuramentum præſupponit magnam certiorationem.*
10 *Iuramentum præſupponit iudicii diſcretionem.*

Quare

Quare prodigo, pupillo, minori, mulieri in re dotali, furioſo, interdicatur adminiſtrationi, ratio diuerſitatis. CAP. XXXV.

PRODIGO, pupillo, minori, mulieri in re dotali, furio
ſo, interdicitur adminiſtrationi, prohibetur eis aliena-
tio, & inuenitur ubiq; diuerſus prohibitionis effectus.
Nam pupillus proximus pubertati obligatur naturaliter. l. j. 1
in fin. ff. de nouat. Item mulier in dote, & minor, ſi iurant ſu- 2
per contractu, efficaciter obligantur. authent. ſacraméta pu-
berum, &c. c. cum contingat. de iureiur. Quorum neutrum re
cipitur in prodigo. Nam quòd nõ obligetur naturaliter, tex.
eſt in l. is cui. ff. de uerbo. oblig. Quòd iurando non oblige- 3
tur, Bar. ibidem tenet, per eam quam ibi Iac. de Aret. adſigna-
uit rationem: licet Bart. mutilam rationem adiecerit, quæ eſt
truffa. Inueſtiganda igitur eſt ratio diuerſitatis. Iaſ. in d. l. is
cui. dicit eam eſſe fundamentalem rationem, quòd mitius agi 4
tur cum lege quàm homine. per l. cum dies. in fin. cum l. ſeq.
ff. de arbit. & l. Celſus. eodem titu. Sed prodigo interdicitur
per hominem, id eſt, per iudicem: aliis autem à lege interdi-
cta eſt adminiſtratio: Igitur, &c. Hoc non eſt uerum, ſalua
uiri uenia: nam lex interdicit adminiſtrationem dictis per- 5
ſonis ita efficaciter, ac ſi iudex interdiceret. Patet de pupil-
lo, Inſtitu. quibus aliena. lic. uel non. §. nunc admonendi. l.
pupillus. ff. de acquiren. rerum dominio. De minore fa. l. cu-
ratore. C. de in integrum reſtitutio. mino. De muliere in do-
te textus eſt in l. lex Iulia. ff. de fund. dot. l. j. §. ſed cum lex.
C. de rei uxor. actione. Et eſſet in omnibus caſibus aliena-
tio nulla: quapropter non uideo quare debeat eſſe prohibi-
tio in uno magis, quàm in alio: ubique enim ratio prohibi-
tionis eſt æqualis, ne ſcilicet ad inopiã uergãt, quibus uel lex
uel homo proſpicit. Mihi ergo uidetur radicalis & prima ra-
tio, quæ uel legem mouet, uel iudicem, cur interdicat admi-
niſtrationi, ſumenda à naturis eorum, quibus interdicitur.
Nam pupillo ideo interdicitur, quia uitio ætatis non ha- 6
bet intellectum: ſed creſcente ætate hoc uitium purgatur:
nam quanto plus accedit puberi ætati, tanto magis intelle-
ctus creſcit. Ergo pupillus proximus pubertati obligatur na-
turaliter, qui antè non obligabatur. l. pupillus. ff. de actio-
nibus. Hæc ratio non militat in prodigo, cui interdicitur 7

7 non uitio ætatis, ſed uitio & corruptela morum.l.his.in fin.
ff.de tut.dat.ab his.l.j.ff.de cur.fur. At hoc uitium ætatis in-
creméto magis creſcit, quàm quòd aboleatur: quia cõſuetudo
8 naturam facit.gl.in l.pacta.ff.de contrah.empt. quapropter
prodigus nunquam obligari poterit, etiam naturaliter, niſi ui
tium prorſus ceſſet.d.l.j.de cur.fur. Sic in minore, & muliere
quo ad dotem, alienationis prohibitio non oritur ex corru-
pto iudicio: ſunt enim ſana mente: ſed ex facilitatę & fragili-
9 tate ſexus: quapropter iuramétũ, quod præ ſupponit magnam
certiorationé, c.reſcripto.de iureiur.ligat eos. At in prodigo
diuerſum eſt, quia in eo iudicium eſt corruptũ, ſicut in furio-
10 ſo: quapropter iuramentum, quod præſupponit iudicii diſcre
tionem, cap.etſi Chriſtus.de iureiur. eum non obligat. Vide,
quàm facile prædicta eruuntur, ſi ad radicem rationis funda-
mentalis reſpicias, unde in qualibet perſona interdictio admi
niſtrationis oriatur. Sunt ergo nugæ, & erroris nebulæ, cum
dicitur (ut Iaſ. opinabatur) mitius agi cum lege, quàm homi-
ne. Nec mihi unquam ea ratio placuit, quam puto emergere
ex refugio miſerorum, niſi alia ad ſpeciem ratio comitetur.

Memorabilia in Cap. XXXVI. aduertenda.

1 *Temporis opportunitas in operis attenditur.*
2 *Studia recipiunt in ingeniis incrementum.*
3 *Magiſtratus ad ſex menſes electus, ſi tribus abſit iuſta cauſa, & aduerſarij non interſit, reponitur illi tempus.*
4 *Tempora quãdo in diſpoſitionem ueniunt per modum poteſtatiuæ conditionis, non connumerantur ad lineam.*
5 *Tempora interuallata fauore ſtudij ſupplentur, ſecundum* Bald.
6 *Conditio poteſtatiua non arctat implere debentem, ad tempus cõtinuum, idq; generaliter recipitur per* Zaſ. *niſi interſit tertij.*
7 *Tempora in dubio qualiter intelligantur continua.*

Magiſtratus ad ſex menſes electus, ſi tribus menſibus iuſta ex cauſa officio nõ fungatur, an tempus illi ſuppleatur: & quo iure utamur circa tempora quæ per modum conditionis in diſpoſitionem ueniunt. CAP. XXXVI.

HABETVR doctrina Bart.in l.ſi ita ſtipulatus eſſem. ff.de uerb.oblig. quòd electus in magiſtratum ad ſex menſes,

menſes; ſi impediatur tribus menſibus, non reponitur illi tem
pus, quia operæ ex tempore uariant, &c. per l. ſi non ſortem.
§. libertus. ff. de cond. indeb. hanc Bar. rationem ita ſimplici-
ter ſubſiſtere non poſſe arbitror. Nam uariare operas in homi
ne neceſſarium eſt, cum eius contrarium, ſcilicet ſemper eſſe
eaſdem operas, ſit impoſsibile. d. §. libertus. Sed neceſſaria
conditio quæ ineſt à natura rei, non attenditur. l. impoſsibi-
lis. in fin. ff. de uerb. oblig. Igitur, &c. Præterea ſi attendere-
tur in eo quòd impeditus eſt, pari ratione etiam in eo attendi
deberet, qui gerit magiſtratum non impeditus, cum etiã eiuſ-
dem nõ ſint eædẽ operæ. arg. l. proponebatur. in fi. ff. de iud.
Ergo magiſtratus ſemper amoueri poſſet: quod eſſet abſur-
dum: quare uariatio operarũ non erit cauſa impedimenti non
reponẽdi. Deniq; quid ſi operæ in melius uertiſſent, ita quòd
ea tempora quæ ſuppleri petuntur, eſſent magis opportuna
rei gerendæ, & magiſtratus eſſet aptior? Nam temporis op- 1
portunitas in operis attenditur. d. §. libertus. & ſtudia reci- 2
piunt in ingeniis incrementum. l. legatis. §. ornatricibus. ff.
de leg. iij. Quis hoc caſu uellet denegare ut impedimenta ſup
plerẽtur, cum res iam lõge utilior eſſet reipublicæ? Ego itaq;
credo rem per duas concluſiones diſſolui poſſe. Prima,
quòd magiſtratus qui per ſex menſes eligitur, ſi tribus menſi- 3
bus iuſta cauſa impediatur, & non interſit aduerſarii, debere
ei tempora ſuppleri. per tex. in dict. l. ſi ita ſtipul. eſſem. in fi.
l. ſeq. ff. de uerbor. oblig. & hoc uidetur mihi apertè probari
per l. Thais. §. intra certa. ff. de fideicom. lib. non cauillando
text. quod & Germaniæ noſtræ conſuetudo obſeruat. Se-
cunda concluſio: Cum tempora per modum poteſtatiuæ con- 4
ditionis in diſpoſitionem ueniunt, ut, ſi tribus annis ſeruiat,
conſequetur fundum: hic non eſt neceſſe tempora ad lineam
connumerari: ſi enim ſeruiat per certos annos, & interea deſi-
nat, ſuppleat tamen alios reſiduos, ſatis dicitur feciſſe condi-
tioni. l. ſeruus qui teſtamento. §. fin. ff. de ſtatulib. Erat enim
in ſua poteſtate, quando & qualiter conditionem impleret.

In eum modũ intelligo ſtatuta, quibus dicitur, Si quatuor 5
annis ſtuduerit, ad Doctoratum ei locus pateat. Nam tempo-
ra etiam interuallata ſuppleri poſſunt, id quod fauore ſtudii
recipi dixit Bald. in l. non ſolum. ad fin. princip. ff. de excuſ.
tut. ſa. Archid. xvj. quæſt. j cap. frater. ibi gloſſ. Ioan. Andr.
in cap. j. de uit. & honeſt. cleric. Tu uide ſi hoc generaliter in

omnibus procedere queat, cum per conditioné poteſtatiuam
6 tempus apponitur: quia nulla eſt diuerſitatis ratio. Nam conditio quæ conſiſtit in poteſtate eius qui parêre cõditioni debet, non arctat implere debentem, ad tempus continuum. d.l. ſeruus qui teſta. Nec obſtat §. intra. in dict.l. Thais. de fideicommiſ. lib. ubi etiam fuit relicta libertas ſub conditione, ſi intra certa tempora ratio reddatur: nam poſt tempora non audiuntur, &c. quia ibi intererat hæredis, ut ratio debito tempore redderetur, cum reddendæ rationis cauſa moram nõ recipiat ſuperuacaneam: & ideo ibi ponderatur an per ſeruum ſteterit uel minus, &c. Ex quo credo inferri poſſe, quòd ſi in caſu iſtius ſecundæ concluſionis intereſſet tertii, in cuius fauorem conditioni debet pareri, quòd tunc non audiretur qui cauſam non haberet. & ita limito dict.l. ſeruus. per d.l. Thais. §. intra. aliàs non uideo qualiter iura iuribus cõcordari poſ-
7 ſint. Nec obſtat quòd tempora intelliguntur in dubio continua. per dict.l. non ſolum. ad fin. princip. quia hoc procedit cum tempora principaliter diſpoſitiuè ueniunt, non ſi per modum conditionis poteſtatiuæ. Si tamen in caſu iſtius ſecundæ concluſ. continui triennii mentio fieret, hic uirtus uerborum aliud exigeret. & ita intelligo l. Paulus. §. final. ff. de liber. cauſ. quòd ibi ſeruus cogebatur de nouo triennium incipere, & complere.

Memorabilia in Cap. XXXVII. aduertenda.

1 *Superior ſe ſubijciendo inferiori iudici, facit iudicem cenſeri receptum ab utraque parte, & coram tali competit reconuentio.*
2 *Iure prouiſus non habet alijs ſibi proſpicere remedijs.*
3 *Arbitria ex compromiſsis præcipue regulantur.*
4 *Delegati iuriſdictio ex reſcripto fundatur, & non extenditur.*
5 *Delegati iuriſdictio propter delegantis autoritatem amplior eſt arbitriis.*
6 *Arbiter non habet iuriſdictionem, ſed notionem.*
7 *Delegatus ordinatur nomine iudicis, ſecus in arbitro.*

Coram delegato ex conſenſu partiũ electo, locus eſt recõuentioni, cõtra Doct. CAP. XXXVII.

BART. in authent. & conſequenter. C. de ſenten. ad fin. putat quòd ſi iudex delegatus de conſenſu utriuſq; partis eligatur, eo loci non competere reconuentionem, argumen

argumento ſumpto ab arbitro per c.cum dilectus. extrà de ar bit.& l.non diſtinguemus. §.item ſi quis.ubi gl.in uerb.defendit.ff.de arbit. Et imputandũ eſſe parti reæ, qui cũ in delegatum conſentiret, ſibi ſuper caſu reconuentionis non prouiderit. Alioqui ſi iudex delegatus deputetur ſine conſenſu rei, iam habere locum reconuentionem, ſcilicet quòd reus inuitus in iudicium trahatur,adeò quòd ſuper reconuentione ſibi prouidere non poterit, ut meritò iuris auxilio adiuuetur, &c. Hæc opinio, quantum ego uideo, non habet cõtradictorem,& tamen non eſt uera, tum quia Bartol.eam ex ingenio commentus eſt ſine ullo iure, ſicuti plura alia: tum etiam quia oppugnatur per authen.& conſequenter.cum gl.C.de ſent. quæ generaliter loquitur. Nec poteſt ulla ratione dici, quòd ibi reo inuito delegatio ſit facta, licet gloſ.ibidem hoc putet. Et quod maxime Bartol.ſubuertit, gloſ.eſt in l.eſt receptum. ff.de iuriſdict.omnium iudic.ubi cum ſuperior ſe inferiori iu 1
dici ſubmittit, is iudex de conſenſu utriuſq; partis aſſumitur, & tamen ſecundum gloſſ.Bart.& omnes, habet locum reconuentio,& poterat etiam reus ſibi proſpexiſſe, quod non fecit. Porrò & pro nobis egregie fa.l.cum Papinianus.in fin.C.de ſent.imò maxime debet eo caſu quo uterq; conſentit, reconuentio recipi, poſtquam utraq; pars iudicem approbat: & ſi approbat, pro ſe habebit & contra ſe. Nec obſtat quòd reus 2
ſibi non proſpexit, quia nõ erat opus poſtquam eſt iure prouiſus.l.in cauſæ.ff.de minor.l.j.C.de theſaur. Nec obſtat quòd apud arbitrum non eſt recepta reconuẽtio, quia hoc in arbitriis præcipuum eſt, quòd omnis poteſtas ex compromiſ- 3
ſo pendet.dict.cap.cum dilectus. Et eſt alia ratio delegati, 4
quia licet etiam ex reſcriptis ſua iuriſdictio fundetur, & non extendatur.cap.cum olim.extrà de offic.deleg.ex poteſtate tamen delegantis, cuius autoritate nititur, iuriſdicendi facul- 5
tas apud eum laxior eſt, quàm apud arbitrum. c.ſanè.de offic. deleg. Arbiter autem nullius ſuperioris poteſtate nititur, ſed tota ſua uis ex compromiſſo pendet. Denique iudex delegatus licet iuriſdictionem alienam habeat, habet tamẽ aliquam à toto in modo ad ſuam partẽ affirmatiuè. Verum arbiter nul 6
lam prorſus iuriſdictionem habet, ſed notionem tantum.l.à diuo.in princ.ff.de re iud.l.notionis.ff.de uerb.ſign. Proinde reconuẽtio illic materiam habet ubi pedes figat, nempe in iuriſdictione: hic uero non habet ubi figat. Delegatus iudicis 7

p 5 nomine

nomine ordinatur, arbiter non.l.priuatorũ.C.de iuriſd.om. iud.Et ſic breuiter apparet, quàm omnino Doct.tam Canoniſtæ quàm Legiſtæ, locis præallegatis ſibi non conſtent.

Argumenti de toto in modo ad ſuam partem, & de parte in modo ad ſuum totum, in iure obſeruatio. CAP. XXXVIII.

DIALECTICVS locus, quo arguimus de parte in modo ad ſuum totum affirmatiuè, in iure noſtro ſæpe obſeruatur. Recte enim conſequitur, Titium quia ciuiliter poſsidet, poſsidere igitur.l.clàm. §.fin.ff.de acquir. poſſeſſ. Et ſi Gaius hoc anno uſus ſit itinere, ergo uſum.fa.l.j.§.Iulianus.ff.de itin.actuq; priuat.cum ſimilibus. Quæ arguendi ſeries locum non habet, ſi alia ſit ratio, alia habitudo conſequentis, quàm antecedentis fuerit. Non enim ſequitur, Titius confeſſus eſt Flacco inſtante ſe eſſe hæredem, quòd ergo confeſſus ſit. quæ enim inſtante Flacco facta eſt confeſſio, non eſt ſimplex, quæ etiam aliis abſentibus ſuffragetur. Vnde ea arguendi ſeries in fallaciam cadit ſecundum quid & ſimpliciter, cum in antecedente ſit determinatio diminuens. Sic non ſequitur, creditor poſsidet ad aliqua, ergo poſſeſſor eſt.l.ſciendum.§.creditor.ibi gloſſ.ff.qui ſatiſd.cog. Paria ſunt ſeruanda, ſi arguas à toto in modo ad ſuam partem negatiuè: non enim ſequitur, creditor non eſt poſſeſſor, igitur non poſsidere ad aliqua.dict.§.creditor. Sed ſi terminorum ſit eadem habitudo, ea arguendi forma euidenter euincit, qua eleganter utitur I.C.in d.l.j.§.Iul.de itin.actuq; priu. Qui enim non eſt uſus itinere, is nec hoc anno uſus eſt. Prædictæ igitur duæ argumentorum ſpecies in iure noſtro quàm maximè ſunt utiles, ſi cum adiecta qualitate modi eadem ſit uis & habitudo terminorũ. Inutiles uero & fallaces, ſi terminorum habitudo ex qualitate modi uariet.

Memorabilia in Cap. XXXIX. obſeruanda.

1 *Actus in ſua forma conſideratus.*
2 *Actus in materia conſideratus.*
3 *Contractus ſunt facti.*
4 *Actus in uerba iuris reſolutus.*
5 *Seruitus & iuris & facti eſt.*
6 *Iter & iuris & facti eſt.*
7 *Legales doctrinæ referuntur ad ea quæ communiter accidunt.*

Actus

Actus legales quando uel iuris uel facti eſſe dicantur. CAP. XXXIX.

QVALITER actus legales uel iuris uel facti eſſe cognoſcantur, breui manuductione nuper oſtẽdimus. Nam ſi actum in forma ſua cõſideres, id eſt, conce- 1
ptum in mente abſtrahas, qui tibi actum ad rationem iuris repræſentet, tunc is actus iuris dicetur. Sin uero actũ conſideres 2
in materia, id eſt, mentẽ ad ea referas, quæ ad ipſum negociũ, ad negocii executionẽ pertinent, iam facti dicetur. Sume gratia exempli emptionẽ: in iſta ſi conſideratur ipſa obligatio ex conſenſu, iam iuris eſt. ſin uero factũ totius negocii, iam facti erit. Nec eſt inopinabilis iſta conſiderationis diuerſitas: nam, ut eſt apud Cicer. in Offic. frigus in niue hactenus conſiderare poſſum, ut inter ea albedinem eius non conſiderem. Poteſt & alia dari manuductio qua cognoſcamus, actus legitimi an plus iuris an plus facti habeant, hocq; reſolutione actuum in uerba. Emptio enim dicitur, quia emptum eſt: at hoc facti eſt: plus igitur ex facto, quàm ex iure conſiſtit emptio. & ita de aliis contractibus. Hoc eſt quod dicimus, contractus eſſe fa- 3
cti. l. cõſenſu. in fin. ff. de cur. fur. E' regione complures actus in uerba iuris reſoluuntur, ut obligatio ab obligando, ſerui- 4
tus à ſeruiendo, actio ab agendo, quę ſunt uerba iuris. l. nihil aliud. ff. de act. huiuſmodi enim actus, iuris nomen potiſſimè induerunt. Hoc tamẽ aduerte, nõ eſſe aliquem iuris actũ, cui non inſit factum, quia ius ex facto oritur. per uulg. Nec è diuerſo aliquem eſſe actum facti (de legalibus loquimur) cui non ex cõcomitantia inſit ius. Quando uero factum in actu iuris inſit, uel ius in actu facti, facile cognoſcitur ex reſolutione actuum, de qua proxime ſuprà ſcripſi. Quapropter ut exemplo rem oſtendamus, ſeruitus quia in ſeruiendi nexum 5
reſoluitur, principaliter iuris eſt, habet autem factum in conſequentiam. Iter quia in eundi facultatem reſoluitur, princi- 6
paliter facti eſt, habet autem ex concomitantia ius. Sic de hauſtu aquæ, de actu, & de cæteris. Per prædicta complures quæſtiones facilimè terminantur, quæ apud Doct. longis diſceptantur ambagibus, an ſcilicet poſſeſſio, an ſeruitus, an tranſactio, &c. iuris ſint uel facti. Cęterum hic (credo) nemo dubitabit, ſi actus legales, qui facti ſunt, per infinitiua uerba enunciantur, iam nudum ſignificare factum poſſunt ſine

ullo

ullo iuris myſterio, ut ire, agere, emere, uendere, quæ & in ſeruum cadunt. Inſtit. de ſtipul. ſeru. in fin. Quòd ſi prædicta aliquando uariare comperias, memineris nos legalia tra-
7 ctare, quæ ad communiter accidentia referuntur, ut omnibus notum eſt, per l. nam ad ea. ff. de ll. cum uulg.

Memorabilia in cap. XL. aduertenda.

1 *Obligatio generis, & obligatio alternatiua, ſæpiuſcule pariſicantur.*
2 *Obligatio generis & obligatio alternatiua diuerſo iure ueniunt.*
3 *Obligatio generis & alternatiua quare differant, ratio diuerſitatis Doctorum, & eius rationis per Zaſium confutatio.*
4 *Genus eſt quiddam intellectuale, & in obligatione ſine ſuis ſpeciebus non uenit.*
5 *Obligationis generis & alternatiuæ ratio diuerſitatis per Zaſium ſingularis & noua.*
6 *Electio ſpecierum quæ dicatur efficax.*
7 *Obligatio generis qualiter difficilius tolli dicatur quàm obligatio alternatiua.*

Obligatio generis, & obligatio alternatiua, qualiter quandoq; differant, & quæ ſit differentiæ ratio, contra Doctores. CAP. XL.

1 PLVS ſemel in iure noſtro pariſicantur obligatio generis, & alternatiua: ut in l. cum his. §. fin. ff. de cond. indeb. l. ij. §. j. in fin. ff. de uerb. oblig. cum ſimilibus. Sed & diuerſo iure in utraq; ſtipulatione utimur. Nam pactũ de
2 non petendo ſuper una parte alternatiuè factum, totam obligationem infirmat. In obligatione autem generis ſi creditor paciſcatur ſe non petiturum Stichum, in Sticho quidem obſtat exceptio, ſed alios ſeruos petere non prohibetur. l. ſi unus. §. ſed ſi ſtipulatus. cum §. ſeq. ff. de pact. Item ſi promittas mihi decem aut Stichum, Stichus autem meus ſit, ſtatim non ualet obligatio in Sticho, etiamſi Stichus poſtea ceſſet meus eſſe. At in obligatione generis, ſi hominem tibi promiſero, & tu ſeruum habeas, qui poſtea deſinat tuus eſſe, eundẽ recte ſoluo, ſi eo tempore meus ſit: quamuis à principio ſtipulationis meus non fuerit. l. qui decem. §. j. ff. de ſol. Doctores rationem differentiæ inter utraſq; obligationes in eo relucere putant, quòd in obligatione alternatiua utrunq; ſit in obligatione, ſalua tamen eligendi facultate. l. ſi duo. in fi. ff. de

de uerb.oblig. In obligatione uero generis, ſpecies non eſſe in obligatione, ſed in ſolutione. hoc eſt quod tenuit gl. in d. l. cum his. §. fi. gl. & Doct. in d. l. ſi unus. §. ſi generaliter. ff. de pact. & alibi, ut per eos. Verum huic reſponſioni obſtat l. Meuius. §. duorum. ff. de leg. ij. ubi clarè deciditur, omnes ſpecies ſub genere poſitas, eſſe in obligatione. Nec proficit ſi dicatur, ſpeciale eſſe in ultima uoluntate: quia text. eſt ibi rotundus, qui dicit, eandem eſſe cauſam ſtipulationis. Porrò ſi hominis legatum orationis compendio ſingulos homines continet, d. §. duorum. uerſ. non idem. quomodo poteſt genus eſſe in obligatione, & non ſpecies, quæ in genere continētur? Deniq; genus quoad ſeſe, eſt quiddam intellectuale, & in obligatione ſine ſpeciebus uenire non poteſt, ut dicit 4 Bal. in l. incendium. C. ſi cert. petat. Et tandem nullo iure relatum eſt, quòd ſpecies ſub genere ſint in ſolutione, non in obligatione, imò talia ſentire eſt intolerabilis tortura textuum, & orire tur res admodum abſurda, quòd una & eadem res in ſui conſiſtentia uario iure cenſeretur. Suſtollenda igitur eſt ea opinio, tanquàm à iure & ratione remota. Alia igi 5 tur & noua ratio differentiæ inter utraq; poni poteſt. Nam in obligatione alternatiua, uerè, euidēter, ſpecificè, certè, & tanquam per ſe, ſpecies præciſè & abſolutè eſt in obligatione electionis, tamen facultate ſalua, id quod Doctores eruditè docuerunt. Vnde ſi pactum fiat de non petendo alterā ex rebus obligatis, meritò hoc toti obligationi obſtat, quia in ea re in qua pactum conuentum fuit, naturalis obligatio eſt ſublata, & ciuilis eliſa, quo caſu diſiunctiuæ promiſſioni ſatisfactum eſt, quæ iam ſuum effectum in altera ſui parte præſtitit, recte ac ſi ea pars ſuper qua pepigerunt, eſſet ſoluta, uel petita in iudicio dum peti potuit, ſequuta tamen ſententia, ut d. §. ſed ſi ſtipul. Ad ueritatem enim diſiunctiuæ ſufficit alteram partē eſſe ueram. per iura uulg. Cæterum in obligatione generis res aliter ſe habet: nam genus ipſum in ratione generis conſideratum, obligari non potuit, ut ſuprà diximus. Et ſolent in materia uniuerſaliū ſectatores D. Thomæ docere, quòd promiſſor equi in genere, ad nihil teneatur: quod poteſt eſſe uerum, ſi genus ipſum, ut genus in intellectu repræſentatum, conſideres. Porrò nec ſpecies ſub genere contentæ, per ſe in obligatione ſunt, quia de eis tāquam ſpeciebus nihil eſt conuentum: quo nomine Doct. ſaluari poterant, ſi ita ſenſiſſent.

Ergo

Ergo nec abſolute genus per ſe,nec ſpecies contentæ per ſeſe
abſolutè,ſunt in obligatione:ſed ſi genus reſpectiuè ad ſpe-
cies ſuas , & uiciſsim ſpecies ſub habitudine generis, & facta
relatione ad genus cõſideres , ita quòd manus manum lauet,
ut eſt in prouerbio , tunc uerum eſt quòd in obligatione ge-
neris omnes ſpecies ſunt in obligatione non præciſæ , ſed re-
latoria ad genus:quo caſu ea obligatio non ex ſeſe conſiſtet,
ſed ex genere pendebit , & ad genus referetur : eoq; nomine
non abſurdè,tecta & inumbrata nominari poſsit,ut quæ ſub
nomine generis lateat.Sicq; rectè dicas,obligationem rerum
in alternatiua eſſe in ſeſe patentem : obligationem uero ſpe-
cierum generis,eſſe ſub genere latentem:quo caſu in ea obli-
gatione etiamſi aliquæ ſpecies pereant , aliæ ſubſtituantur,
ſemper tamen durat eadem generis obligatio,quod in alter-
natiua non inuenias.d.l.qui decem. §.Stichum. Sic ſi homo
ſit in genere obligatus,& fiat pactum de nõ petendo Sticho,
hoc pactum hactenus obſtat , quòd is peti non plus poſſet,
poſtquam pacto conſenſum eſt.Obligationem tamen gene-
ris nec naturalem nec ciuilem uel ſuſtulit uel eliſit, quæ tamẽ
nõ tollitur , niſi efficaci electione unius ex ſpeciebus:at non
poteſt eſſe efficax electio, niſi ſequuta ſit uel traditio uel ac-
6 ceptilatio. l.cum incertus. ff. de leg .j. l.& per iuſiur. §. ſi is
7 qui.ff.de acceptil.Ergo difficilius tollitur generis obligatio
quàm alternatiua:in illa enim latet,ut dixi,ſpecierum obliga
tio ex ipſa generis obligatione pendens : in hac uero ſpecies
præciſe,& quoad ſeſe patenter ſunt obligatæ.In illa requiri-
tur ciuilis uel naturalis ſpeciei ſolutio , in hac ſufficit imagi-
naria liberatio,quocunq; modo altera ex alternatiuis liberã-
di figuram accipiat,ut ſua disiunctiuæ ratio conſtet.Nam ſi-
cuti ad eius obligationis conſiſtentiam ſufficit alteram partẽ
impleri:ita argumento ab oppoſitis,ad eius ſubuerſionẽ ſuf-
ficit alteram partem infirmari. Tandem ex prædicta diſtin
ctione obligationis patentis & abſolutæ in alternatiua , & è
diuerſo latentis & reſpectiuæ in obligatione generis , ratio
etiam in alia differentia,quam ſuprà attigimus, colligitur:in
obligatione enim alternatiua , cum tibi promittitur Stichus
aut Pamphilus, ſi Stichus ſit tuus , ſtatim cadit in eo obliga-
tio,eatenus,ut ſi deſineret tuus eſſe,tamen ſolui tibi non poſ
ſet,quòd ab initio in eam ſpeciem nulliter directa fuit. Non
ita in obligatione generis : quia ſi tibi homo promittitur, &

Stichus

Stichus aliquis qui iam tuus eſt, deſinat tuus eſſe, & ſub dominiũ promiſſoris redigatur, is recte tibi ſoluetur, propterea quòd obligatio ſpecierum ab initio ſub genere latuit, & ad genus refertur, & ſemper idem genus manet, etiamſi aliæ & aliæ ſpecies ſubſtituantur. Vnde quæcunq; ſpecies ſub genere ſoluatur, etiam ſi ſit aduentitia, rectè dicetur obligationi generis ſatisfactũ. quæ eſt fundamẽtalis ratio d. §. Stichũ.

Ex prædictis ſatis patêre poteſt, ubi, & in quot locis Doctores aliter ſentientes errauerunt, quorum pleroſque errores confutare nihil attinebat, nec enim eorum ſenſa ubiq; legi, nec operæ precium putabam ut uel legerem uel confutarem, quando profunda illa & uera inueſtigatio, quam Domino dante ſuprà conſequuti ſumus, ueritatem ui ipſa euincet.

VDALRICHI ZASII SINgularium reſponſorum libri ſecundi finis.

*

VDALRICHI ZASII IVRECONSVLTI INTELLECTVVM SINGVLARIVM

PARS PRIMA.

Memorabilia in ſequenti intellectu aduertenda.

1 *Socius ſocio an poßit nunciare.*
2 *Diſiuncta pro coniuncta quando accipiatur.*
3 *Prætoris dignitas & iudicium.*
4 *Nunciatio quandoq; genus, quandoq; etiam ſpecies eſſe poteſt.*
5 *Argumentum à caſu particulari ad uniuerſalem eſt uitioſum.*
6 *Par in parem non habet imperium.*
7 *Nunciatio uerbalis nihil habet imperii.*
8 *Nunciatio qualiter fiat.*
9 *Sociorum partes intellectu colliguntur, non ſenſu.*
10 *Socius in re communi, in quacunq; minima particula ſuam habet portionem.*
11 *Nunciatio prætoris non requirit ſociorum diſtinctam partem.*
12 *Intell. l. Sabinus. ff. comm. diuid.*
13 *Prætor non aſſumit perſonam nunciantis.*
14 *Sociorum intereſſe duplex.*

Intellectus non uulgatus ad l. iij. §. j. ff. de *operis noui nunciatione.*

1 IVRECONSVLTVS in dic. l. iij. cum decidiſſet, ſocio ſi in re cõmuni ædificet, à cõſorte ſuo nũciari nouũ opus non poſſe, quod prohiberi uel iudicio communi diuidũdo, uel per prętoré poſſet: Bar. & Doct. ſub prętoris uerbo, officiũ iudicis mercenariũ intelligũt, quod cũ cõmuni diuidũdo iudicio intẽtato uel intentando cõcurrat: ſic enim ſocio cõquerenti, ita cõmode prouideri, ac ſi ei nunciari licuiſſet, &c. Pro qua opinione cõmuniter Doct

Doct.& præcipuè moderni, multa torquent. Ego eam opinionem, etiamſi ſit ferè ab omnibus recepta, non puto ueră eſſe, quippe quòd text. in duobus eam locis euidenter ſubuertat. Nam in principio duo ſocio remedia ſub diſiunctiua dătur, ut uel cõmuni diuidũdo iudicio, uel per prætorẽ prohibeat: quæ diſiunctiua (quia in ea ſufficit alterã partem eſſe ueram, per iura uulg.) cõcurſum officii iudicis cum dicta actione nõ recipit. Nec obſtat quòd ex recentioribus, quidã diſiunctam pro cõiuncta, hîc intelligi putarũt: id quod fieri ſoleat, ſicubi per legem aliquid ſub alternatiua ſtatuatur, allegando Bar. in l. ſi is qui. §. utrũ. ff. de reb. dub. &c. quia hoc nihil eſt. Nam licet alternatiua in his quæ lege ſtatuuntur, uim coniunctæ quo ad ipſum ius habeat, ne reddatur ambiguũ, attamen quo ad facti executionẽ, ſua alternatiuæ natura relinquitur. quæ fuit Bar. ſentẽtia in d. §. utrũ. quam prædicti Doct. pro eorũ errore male recitarunt. Vnde in tex. præſenti ſi ad facti executionem reſpicias, alternatiua in ſuo uigore remanet, nempe quòd aut iudicio communi diuidundo, aut per prætorem, alternatim non concurrenter ſocio conquerenti conſulatur. Quæ alternatiua alio etiã loco tex. noſtri, nempe in fine §. apertiſsime euincitur: ubi in caſu parum abſimili, deciditur ſocium ædificantẽ prohiberi poſſe, uel per prætorẽ, uel per arbitrum cõmuni diuidundo: alium enim prætorem eſſe, alium arbitrum, id eſt, iudicem cõmuni diuidũdo, manifeſtius eſt, quàm quod edocere oporteat. Prætor enim, qui inter ſummos magiſtratus erat, & qui centum uirali iudicio, teſte Cicerone, Plinio, Aſconio, præſederat, diuiſoriis huiuſmodi litibus ſe non impediit, ſed uel ex centumuiris, uel aliàs, litigantibus iudicẽ dedit, id quod facile liquet ex l. cum prætor. l. ſi longius. in princi. ff. de iud. l. fundus. poſt prin. ff. fa. erciſ. qui iudex arbiter nominari ſolitus eſt, quòd ſæpe ex partiũ placito iudicaret. l. iudicem. ff. cõm. diuid. Neceſſariò itaq; in tex. noſtro alius prętor, alius porrò iudex uel arbiter intelligitur. Et profectò mirũ mihi uidetur, quæ intẽperiæ Bar. & Doct. ſubuerterint, qui impertinentẽ eorum intellectũ, cõtra aperſſima Iureconſulti uerba inuexerint, non ueriti clarum tex. corrũpere, ut aſſertis eorũ opinionibus ſubſeruirent. Verus ergo intellect. eſt, quòd ſocio ædificãti, alter ſocius nunciare nouũ opus ſimplici uerbo nõ poſsit, at uel iudicio cõm. diui. uel per prætorẽ prohiberi poſsit, ut intelligas ſocio conquerenti

renti ita prouideri,ut uel ad diuiſioné prouocet, ex qua ap-
parere poſsit,an ſua interſit opus deſtrui:aut ſi malit, prǣto-
ria nũciatione ſocium ab iniuria rei cõmunis arceat. Qui in-
tellectus ex ineuitabili uerborum neceſsitate recipiẽdus eſt,
quem & Petrus Beſutius,uir,ut dicitur,acutus,Iaſ.allegante,
ſenſiſſe traditur. Nec ignoro eũdem intellectum à quibuſdã
impugnari,quaſi noui operis nũciatio inter ſocios hic gene-
raliter prohibeatur,atq; ita quamlibet ſpeciem excludi,arg.l.
ſi quid.§.inter emptum.ff. de leg.iij.cũ uulg. Sed nõ obſtat
4 ea obiectio:licet enim noui operis nunc.ſit genus,poteſt ta-
men etiam ſpecies eſſe:ſicuti de adoptione dicitur, quæ ali-
quando genus,aliquãdo eſt ſpecies.l.j.ff.de adop. Tunc au-
tem ad ſpeciem genus contrahitur,cum è regione ſpeciei uel
concurrit uel opponitur: ut ſi dixerim, animalia & homines
eſſe legatos:aut ſi diſponatur,animalia uendi,homines reti-
neri:illic enim animalia pro brutis accipiuntur.arg.l. hæ ope
ræ.ff.de op.lib.tex.in l.j.ff.de aur.& argen.leg.Sic in propo
ſito,cũ noui operis nũciatio prætoriæ nunciationi oppona-
tur,recte generalitas illa ad ſpeciẽ,nempe uerbalem nuncia-
tionem adſtringitur.fa.l.nã quod liquidæ.§.item ſi quis.§.
fin.ff.de penu leg.Bart.in l.pediculis.§.argento.ff.de aur.&
arg.leg.fa.tex.no.in l.quod iuſsit.iuncto fine, de re iud.d.l.
hæ operæ.cum ſimi.Sed occurrit nobis etiam Iaſ.qui dictum
intellectum Beſutii impoſsibilem putat,ea ratione:quòd ſi is
intellectus reciperetur,cõſequens eſſe,ubicũq; per prętorem
nunciaretur,illic nunciationẽ uerbalem excludi, quod eſſet
abſurdum,&c: Sed hæc obiectio indigna eſt ut cõfutetur,ut
quæ ne feſtucam ualeat.Non enim ſequitur,nũciationẽ uer-
balem,quia in caſu noſtro cum prætoria non concurrit, ergo
ubiq; nõ cõcurrere:rectè ac ſi quis argueret, eſum carnis ſem
per eſſe prohibitũ,quia in quadrageſima prohibetur.Didiciſ
ſe Iaſ.apud Cicer.11.Rhet.poterat,uitio nõ mediocri adſcri
5 bi,ſi à caſu particulari ad uniuerſalem arguatur.Proinde licet
uerbalis nũciatio in propoſito cũ prætoria nõ cõcurrat,nihil
tamen uetat in aliis locis utranq; concurrere. Cæterum ſuper
ratione differentię,cur in tex.noſtro hæc locum haberet,illa
nõ habeat,nodus eſt indifficilis,imò impeditiſsimus,uſque-
adeo ut necdum aliquẽ uiderim,qui ueritatẽ erueret. Petrus
Beſutius frigidam adfert rationẽ,putans ideo uerbalẽ nũcia-
6 tionẽ arceri,quòd par in parem,nempe ſocius ad ſocium,non
habeat

habeat imperium.l. ille à quo. §. tempeſtiuum.ff. ad Trebel. Vnde quia prætoria nunciatio per ſuperiorem magiſtratum expediatur, eam recipi, aliam uerbalem non recipi, &c. Sed nihil habet hæc ratio momenti: quia uerbalis nunciatio tantum abeſt ab imperio, ut etiam meticuloſus iudicetur qui ita nunciet.d.l.j. §. in operis. Adde quòd hæc ratio confunditur per l.deniq;. §. ſi ex ſociis.ff. quod ui aut clàm. Vnde ſubtilius diſquirenti, talis occurrit ratio, quam & ueră puto. Nam ſicuti in iudicio finium regundorum, ſocius ſocio in re communi pro indiuiſo non poteſt eſſe aduerſarius, ſcilicet quòd fines citra diuiſionem diſtingui nō poſsint, l.iiij. §. qui communem.ibi gl.fi.& §. ſi cōmunem.ff.fin.regun. ſic & in nunciatione noui operis uerbali, ſocius ſocio conſtitui aduerſarius citra diuiſionem non poteſt: ea enim nunciatio nō fit niſi in rem aduerſarii.l. de pupillo. §. nunciationem. de ope.no. nuncia. Vnde neceſſe eſt quòd diſtinctè appareat, quæ ſit res aduerſarii in quam nunciari debeat.arg.d.l.de pupillo. §. qui nunciat. §. ſed ut probari. Sed non poteſt res ſocii ædificātis a re alterius ſocii diſtingui, uel corporaliter percipi, niſi fiat diuiſio: tum quòd partes ſociorū intellectu colliguntur, ſenſu non cognoſcuntur.l. Meuius. §. duorum.ff.de leg.ij.cum ſimilibus. tum etiam quòd in re cōmuni in quacunq; minima particula, ſocius ius pro ſua habet portione.l. nam & ſi fur. §. ibi gl.ff. ſi cer.pet.l. Atteius.& ibi Bar.in fi.ff.de aq.plu.ar. l.in re communi.in prin.in ratione ſui.ff.de ſeru.urb. præ. Ibi ſocius iure ſeruitutis in re cōmuni, ideo nihil agit inuito ſocio, quòd res ſua nemini ſeruiat: ſuam nominando eā rem, quæ tamen quia communis eſt, nō niſi in partem ſua dicitur: quia tamen huiuſmodi pars, ſua non apparet, ius ſeruitutis ſocio nō indulgetur.fa.gl. in l.ſerui electione. §.ſi.ff.de leg.j. ſic in propoſito, cum ſocius inuito ſocio in re communi ædificat, meritò ei à ſocio non nunciatur, quia in quam partē nūciet non apparet. Porrò ſi nunciationi uerbali locus eſſet, eueniret poſſet quòd facta pòſt diuiſione, portio eius rei propter quam nunciatum eſſet, nuncianti adiudicaretur: ut ita contra ipſum, & contra rem propriam ſocius nunciaſſe comperiretur. Quæ cum ita ſint, neceſſe eſt ut ædificans, aut iudicio cōm.diuid. diſtringatur, aut prætoria nunciatione prohibeatur: cui prohibitioni niſi pareat, opus tollere cogetur.l. Sabinus.ff.comm.di.ſecundum uerum intellectum: licet gloſ.ibi

7 8 9 10

ſuſpenſe tranſeat. Rectè ergo & ſcienter, optimaq; ratione, Iureconſ. nunciationem uerbalem inter ſocios remouit, uolens quòd aut ſocii inter ſe diuiderent, aut per prætorem fieret prohibitio: quod & ipſa æquitas, & hominis bene inſtituti ratio comprobabit. Sed obiicias, adhuc non relucere rationem differentiæ, cur uerbalis nunciatio non ſit recepta, & tamen prætoria recipiatur: fieri enim ut etiam per prætoriã nunciationem in eaſdem difficultates, quas ſuprà effugerimus, incidamus, quando & in prætoris nuncio neceſſe ſit eam rem, in quam nunciatur, diſtinctè apparere. arg. gl. in d. l. de pupillo. §. meminiſſe. in uerb. per prætorem. quæ uult, quòd prætor nunciando, perſonã nunciantis aſſumat: & propterea concludi oportere, cõmunionem ſociorum aut neutrobi obſtare, aut utrobiq;, &c. Sed non obſtat ea obiectio: quamuis enim ubi iura partium ſint ſeparata, utraq; nunciatio ex pari operetur, ſi tamen inter ſocios nunciandum ſit, hæ ſpecies nunciationis non æquè operantur. Nam non quemadmodum uer-
11 balis nunciatio diſtinctam rem requirit, ita prætoris nuncius inter ſocios ad diſtinctionem rei reſpicit: ſufficit enim ſi prætor ſocium ſimpliciter prohibeat, ne in re communi ædificet: ea enim prohibitione etiamſi indeterminatè fiat, ſocio conquerenti conſultũ eſt, qui conſecutus eſt quod ei defecerat, népe ne ſe inuito ædificetur. Secus eſt in uerbali nũciatione, quę niſi in ipſam aduerſarii rẽ fiat, nihil certi habet: cũ nõ cõſtaret, ubi iure, ubi iniuria ædificaretur. At in re cõmuni ſatis eſt generaliter prohiberi, cũ inuito ſocio, ſocius nullibi iure ædificet: unde prętor officio nobili iura ſociorũ quæcũq; ea ſint tutatur, & ad hoc præcipuũ tendit, ut in re cõmuni nullus ſociorũ plus iuris uſurpet, quàm uel oporteat uel deceat. Cæterũ ſi quis ex eis grauetur, ad diuiſionẽ prouocet, & corã
12 arbitro, id eſt, iudice cõſtituto, actione diuiſoria ſibi cõſulat. Et hanc fuiſſe mentẽ Iurecõſulti in d. l. iij. §. j. nõ credo quẽquã, cui ueritas cordi ſit, inficiaturũ. Ex qua doctr. uerus etiã, ut ſuprà diximus, intell. ad d. l. Sabinus. relucere poterit. Por-
13 rò non eſt uerũ, quòd prætor nunciãdo, perſonã cõquerentis uel nunciãtis aſſumat, ut d. gl. in §. meminiſſe. errãter uoluit: tum quia hoc nullo iure relatum eſt, & pari facilitate negatur qua adſeritur: tũ etiã quòd ſi uera eſſet gl. doctrina, prætoris nũciatio à uerbali nõ differret, cũ cõſtet eũ qui per aliũ facit, ipſum feciſſe cẽſeri, per uulg. iura: & propterea ſi perſonã nũciantis

ciantis prætor aſſumeret,ipſamet perſona nunciaſſe intelligeretur,& denique maieſtas prætoris nimium diminueretur. Et tandẽ error d.gl.apertiſsime liquere poterit per l. ſi opus. de ope.no.nunc.ubi prætoris nunciatio,non tanquam ex priuata perſona,ſed iure magiſtratus facta eſſe apparet. Supradicto intellectui non obſtat l.ſed ſi inter me & te.ff. de ſern. urb.quia ibi de negatoria,hic uero de ope.no.nuncia.agitur.

Prætericram penè aliam quæ cõtra nos pugnare poſſet obiectionem,de d.l.deniq;. §.ſi ex ſociis.ff. quod ui aut clàm. ibi ſocius contra ſocium ui aut clàm ædificãtem,ex eo interdicto ad intereſſe experiri poteſt,&c. Verũ facilis eſt ad hoc reſponſio.Si quidem ſociorum intereſſe dupliciter intelligitur:aut habita ratione rei cõmunis, in cuius cõmunionis iniuriam ædificatur,& tunc ſocii communiter,non ſeorſim, eo interdicto contra ædificantem experiuntur.d. §.j.Aut quòd ſocius contra ſocium pro ſuo priuato iure & intereſſe experietur,hoc caſu d. §.j .intelligi nõ poteſt, cum impoſsibile ſit ſtante cõmunione de ullo priuato intereſſe ſeu iure doceri citra diuiſionem poſſe,quod etiã ſuprà attigimus.arg.d.l.iiij. §.qui communem.& ibi gl.ff.fin.reg.Et ex hac eadem ratione etiam alibi Iureconſ.in l.ſi ex duobus.in princ.& fin.ff.de neg.geſt.ſuam deciſionẽ attemperaſſe uidetur.Cæterũ ſi damnũ,intereſſe,iactura ex portione quota ſocii ad æſtimationem reduci poſſet,hìc inſpici portionẽ etiã pro indiuiſo non inficiamur,ut l.ſi cõmunes.in fi.& arg.d.l.ſi ex duobus.in fi. de neg.geſt.fa.l.prætoris. §.j.ff.de dam.infect.l.j.ſi quis pupillus. §.ſi damni.ff.comm.di.Et per hanc declarationem alia quoq; iura,ſi quæ occurrerent,diſſolui poſſe exiſtimamus. 14

ADDITIO.Ex prædictis relucere intellectus poteſt ad l. generaliter. de except.quæ dicit, generaliter in præiudiciis actoris partẽ ſuſtinere,qui intẽtionẽ habet ſecundũ id quod intẽdit:ut ſenſus ſit, Quãuis reus in excipiẽdo actor eſſe uideatur,in eo quod probãdi onere grauatur,ut l.j.eo.tit.actoris tamẽ partes uerè nõ ſuſtinet,niſi habeat intentionẽ,id eſt, actionẽ,ſecundũ id quod intẽdit,id eſt,principaliter in iudicium deducit.Niſi enim intenderit, actor uerè non dicetur: quod in præiudiciis aduerti neceſſe eſt.Gl.& Doct.d.l.aliter intelligunt,exempla ponentes,quæ etſi in ſe uera ſint & nobilia,ad tex. tamen parum pertinere uidentur. Verum ſua cuique ſententia hoc loco ſalua eſto.

* *Hæc aliò pertinẽt, lector, id quod ſuo loco monuimus.*

q 3 Memora

Memorabilia in ſequenti intellectu aduertenda.

1 *Sequentia quæ dicantur.*
2 *Extrema in iuriſdictione perpenduntur.*
3 *Dictiones reciprocæ tralationis.*
4 *Sequentia nominando, media non ueniunt.*
5 *Media quæ dicantur.*
6 *Verba, quanti ea res eſt, æſtimationem & precium quandoq; continent, idq; qualiter & quomodo: quandoq; etiam intereſſe, & hoc duplici modo.*

Verus & planus intellectus ad l.j.§.j.& §.fin.ff.ſi quis ius dicenti non obtemp.

IN l.j.§.j.& fi.ingenia maiorum noſtrorum egregie defecerunt, cum tamen huiuſmodi text.non ſint adeò difficiles. Nam in dicto §.j.apertè deciditur, eum non obtemperare ius dicenti, qui non facit quod extremum eſt in iuriſdictione, nempe qui executorialia recuſat, quæ extrema ſunt & ultima ius dicenti. Quod autem poſtea ſub imagine exempli præmittitur, de eo qui uendicari non eſt paſſus, ſed duci & auferri paſſus eſt, ideo præmittitur, ut intelligatur quòd in contumacia eorum quæ prima ſunt, non conſiſtat inobedientia pœnalis, dum non recuſetur ductus uel ablatio. Quapropter per aduerſatiuã ſubiungitur, quando dicatur nõ eſſe obtemperatũ, nempe in eo qui nõ quæ principii ſunt, ſed qui ſequentia, id eſt, duci & auferri recuſat: quæ ideo hic ſequentia nomi-
1 nantur, ornatiſsima loquẽdi figura, quia paulò antè ſecundo loco nominata fuerant. Duo enim Iureconſ. pręmiſit. Primũ, cum res uendicatur: & ſecundo loco, cum res duci & auferri iubetur. Si primũ reus recuſet, iam non incidit in pœnam inobedientiæ: cæterũ ſi ſequentia, id eſt, quæ ſecũdo loco præmiſſa fuere, recuſarit, tũc demum, & non antè, non obtemperaſſe
2 dicetur, ut in pœnam edicti incidat. Ergo quod extremum in iuriſdictione eſt perpenditur, non quod ſit primum. Et is eſt indubitatus intell.text.noſtri, qui ex ipſo filo, ex litera, ex ſerie, ex elegantia Iureconſulti, & tandem ex ineuitata neceſsitate uerborũ ſumitur, & quem Bulgarus, uir, ut apparet, acutiſsimi ingenii, ueriſsimè (licet ſub nebula) ſenſit. Verba enim legis ſunt clariſsima, quibus dicitur, Quod extremũ in iuriſdictione eſt. & poſtea cum ſubnectitur, Eum qui ſequentia recuſat, tunc non obtemperaſſe. quaſi dicat, non antè, ſed præciſè

tunc:

unc:ea enim dictio præcidit ad extremitatem temporis, per
ura uulg. Attendat hic æquus lector, quo modo communes
pinionesomniũ propè Doct. hunc noſtrum text. corrũpant:
ub extremo enim, primũ exponunt, adducendo neſcio quæ
idicula, de maiori & minori extremitate, & formando ſyllo-
iſmos pueris cognitos, quæ in ueritate præ nimia impertinẽ
ia non ſunt digna ut confutentur. Quis enim unquam in do
trinis moralibus ſub extremo primũ intellexit? Aut quò uſ-
uam exemplo, qua uſquam ſimili locutione in toto iure ciui
adiuuari poſſunt? Scio dictiones eſſe, ut Seruius Gramma- 3
cus docet, reciprocæ tralationis, ut, altum mare, profundum
ælum: ſed huiuſmodi tralationes poëtis conceduntur, ut ua-
o ſchemate laſciuiant, non uero moralia & ardua tractanti.
chemata enim quæ in Iureconſultis inueniũtur, ſobria ſunt,
on laſciuientia. Porrò ut opinatores iſti, errori ſuo foměta
ldant, ſub uerbo, ſequentiũ, media intelligunt, non minori
bſurditate. Nam quæ media ſunt, inter duo extrema cõtinen 4
ur: quæ uero ſequentia dicuntur, ad ſtatũ medii nõ quieſcũt, 5
d tendunt ad terminũ. Vnde cõcludimus in edicto noſtro,
uo is ex officio punitur qui nõ obtemperauit, cum nõ puni-
qui uel primũ uel medium recuſet, ſed qui recuſat id quod
iuriſdictione extremũ eſt. Quandiu enim is qui initio con
max eſt, obtẽperare iuſſui iudicis poteſt, tandiu non eſt cer
m quòd nõ obtemperarit. Finis enim reſpiciẽdus, finis attẽ-
, ad finẽ litis uis edicti noſtri referri debebit. Prædictis non
bſtat quòd etiã ab initio cõtumax puniri dicitur. l. ij. §. j. ff.
quis in ius uocá. quia ibi ad petitionem partis, ſi eius inter-
let, cõtumacia punitur, nõ quòd iuriſdictionem iudicis of-
nderit. Nam ſi partis nõ intereſſet, iudex ex officio non pu
ret, id quod text. ibid. clarè docet. Et ita ſeruat conſuetudo
õſiſtoriorũ in noſtra Germania, nempe quòd cõtumaciã ci-
i iudex ex officio nõ punit, niſi pars inſtet, & intereſſe prò
t. At hic iudex ex officio contemptũ litigantis, etiam parte
õ inſtãte, punit ideo, quia uerè nõ obtemperauit, ſi id quod
tremum eſt iuriſdictionis recuſauit: quapropter d. l. ij. §. j.
æ omnibus Doct. oculos præſtrinxit, eiſq; ita impoſuit, ut
complures impertinentes intellectus confugerent, longè
uerſo & alio fine ſuper pœna cõtumacis loquitur, quàm pr̨
ntis edicti uis & natura exigat. Porrò nõ obſtat frigida ob-
ctio Accurſii, quam in ſua magna & magna gl. in d. §. j. con

tra Bulg.facit uidelicet quòd intellectus Bulg.ad actorem accommodari non poſsit, cum tamen edicti ſeries non ſolum reum,ſed etiam actoré complectatur.Sed hoc nihil eſt:dictus enim intellectus ita ad actoré,ſicuti ad reum extendi poteſt. Quid enim ſi actor in iudicio reali uictus ad expenſas & ſumptus cōdemnetur,recuſet autem id quod extremū iuriſdictionis eſt,nempe executioné fieri? Quid ſi actor qui fundū à Titio petiit, inſtrumenta, iura, monumenta, & alia ad fundum pertinentia apud ſeſe habeat, & reus dominus declaretur, actore condemnato ad reſtituendum reo iura huiuſmodi, & alia ad fundum pertinētia,is autem recuſet, nunquid id quod extremum eſt iuriſdictionis recuſaſſe dicetur?

MAIORI abſurditate labuntur Doct.in d.l.j.§.fi.ubi cū tex.ſit facilis & planus, Accurſ.Bart.& Doct.quodam ſcrupo leuiſsimo impediti,ita errarunt,ut non haberent quò tenderent.Sic enim dicit tex.Iudiciū quod ex edicto procedit,non ad id quod intereſt,ſed quanti ea res ſit,cōcludi. Quibus uerbis euidéter euincitur,quòd in pœna eius edicti nō conſideretur intereſſe partiū,ſed hoc ſolum æſtimetur, quāti ea res ſit, id eſt,quanti cōtumacia non obtemperantis æſtimari debeat: ut appellatione rei,quæ generaliſsima eſt, hoc loco cōtumaciæ ſtatus intelligatur. Relinquitur igitur iudicis arbitrio, quanti ęſtimet eam rem,id eſt,hunc contemptū.Partis autem litigantis intereſſe in hac pœna nō conſideratur, cū litiganti pro ſuo intereſſe aliis remediis poſsit conſuli,nempe l.qui reſtituere.ff.de rei uend.l.in actionibus.ff.de in lit.iur.cum ſimilib.Hoc ergo edictū meram pœnā continet, id quod Iureconſ.apertè docuit.Nec quiſquā tumultuetur, quòd aliquando ea uerba,quanti ea res eſt,æſtimationē & precium rei continent.l.prætor ait cuius.§.hæc autē.ff.ui bo.rap.l.inter hęc uerba.ff.de uerb.ſign.quia ea ſignificatio procedit, cū in ſpeciem aliquam ea uerba dirigūtur. Sin uero in factum uel non factum,tunc facti æſtimatio hactenus intelligitur, quatenus natura rei poſtulat.Et ita in l.arbitrio.cū dicitur, Niſi reſtitutio fiat,condemnationē fieri quanti ea res, id eſt,quanti contumacia eſt nō reſtituendi:ad quod ſi Accurſ.aduertiſſet,poterat obmiſiſſe gloſſam illic uariantē.Sic in l.iiij.§.in eum. ff.de dam.infe.ubi per ea uerba,quanti ea res eſt,damnū intelligitur uicini,cuius intererat caueri. Deniq; in l.ij.§.fi.ff.qui ſatiſd.cog.quāti ea res eſt,ad id refertur,quod iudicio nō fuit ſtatum,

ſtatum,eamq; nõ ſiſtendi iacturã complectitur.Ea ergo clauſula pro natura materiæ ſubiectæ uariè accipitur. Text.eſt apertus,& ibi gl.in l.j. §.hæc uerba.in uerb.intereſt ne uis fiat ei.Vnde ſine dubitatione certum puto, intereſſe actoris in l. noſtra non conſiderari,ut ei ex hoc edicto ulla cõpetat actio: hoc enim text. noſter à princip. ad fin. euidenter prouidit. Quod autem dicitur ea uerba, quanti ea res eſt, continere id quod intereſt,l.fin.de præt.ſtipul.duplici uia intelligitur.Aliquando important intereſſe commune,id eſt, ueram rei æſtimationem, ut l.inter hæc.l.hæc uerba.de uerb.ſignific. Aliquando intereſſe ſpeciale,id eſt,utilitatem, quæ uerã rei æſtimationem excedit,ut in l.iiij. §.in eum.de dam.infect.l.arbitrio.ij.reſponſ.iuxta unum intellectum.de dol.mal.l.pen. §.ne quis eum qui in ius. Et hæc doctrina in omnibus cauſis locũ habet,in quibus iuriſdictio iudicis non turbatur nec offenditur,ut per ea uerba,quanti ea res eſt, intereſſe uel commune uel ſpeciale ueniat. Cæterum ſi iudicis iuriſdictio non ſolum non parendo,ſed etiam turbando,impediendo,& reſiſtendo offenderetur,tunc ea uerba, quanti ea res eſt, nullum intereſſe priuatum complecterentur, ſed tantum contumaciam offendentis reſpicerent, quæ uel maior uel minor eſſe poteſt, utpote quòd iudex grauior ſit aut dignior, contemptusq; iniquior.& ita procedit text.noſter.ita quoq; his diebus Alciatum magnum uirum aliquo modo ſenſiſſe comperi. Cætera hic & in gloſſ.fin.ad hanc moderationem accommodabis. Quid ergo circunferre gloſſam & Doctor.potuit, ut contra aperta uerba textus docerent, actionem in factum ex hoc edicto litiganti dari ad intereſſe,cum text.apertè exigat hoc iudicium ad id quòd intereſt non concludi? Quis ma- inſanus error eſt,docere quòd pœna edicti noſtri meram pœnam non contineat, cum tamen Iureconſ. uerbis clariſsimis contrarium decidat?In hoc igitur iudicio mera pœna eſt,quę tantummodo ad id æſtimabitur, quanti ſit contumacia, ad intereſſe autem litigantium non reſpicit. Et ſic magnus iſte uerborum & gloſſarum apparatus in hac tota l.j.adiectus, nunquam plenus errorum & tenebrarum cecidit,quo nomine operæ precium eſt clariores gloſſas ſubſtituere,ut ueritas uel oculis ſubiecta,euidentius appareat.

Memorabilia in ſequenti intellectu aduertenda.

Nunciatio unius ex ſocijs,ſi domui communi pluribus,uicini ædifi-

catione noceatur, non ſufficit, ſed ſingulis eſt nunciare neceſſe.

2 *Socij unius uictoria, in indiuiduis cæteris quoque prodeſt.*

3 *Negatiua poſtpoſita ſigno uniuerſali, ſuo contrario æquiualet.*

4 *Logicæ regulæ ex quibus abſurditas emanat, à doctrinis legalibus arceantur.*

5 *Logicæ regulæ nonnunquam à Iureconſultis uſurpantur.*

6 *Logicæ regulæ per quas diſſerendi ratio docetur, ab omni morali doctrina recipiuntur.*

7 *Iureconſultorũ curioſitas in diſſerendi ratione non negligenda.*

8 *Regulæ logicæ in abſolutis ſermonibus locum habent.*

9 *Socius nunciationem ſeorſim proſequi non poteſt.*

10 *Nunciatio unius ex ſocijs actionem excludit ita quòd ex ea agi non poſſit.*

11 *Socij factum alijs ſocijs obeſſe non poteſt.*

12 *Socius imminente periculo in re communi cupiens nũciare, & comperta conſociorum fraude nunciare negãtium, qualiter ſibi ipſi conſulere debeat.*

Verus intellectus ad l. de pupillo. §. ſi plurium. ij. de op. no. nunc. contra omnes Doctores.

1 SI opus uicini domui noceat, quæ pluribus ſit communis, docet I. C. nunciationem unius ex ſociis, omnibus non ſufficere, ſed ſingulis eſſe nunciandum. Quem tex. Bart. & Doctor. certatim omnes intelligunt, quòd etſi ſingulis ſit nunciare neceſſe, ſi tamẽ ab uno ex ſociis nuncietur, eam nunciationem quo ad ipſum nunciantem tenere, non quo ad ſocios: qui ſi proſequendo nunciationem, operis deſtructionem obtineret, idipſum etiam ſociis prodeſſe, ea ratione, quòd huiuſmodi deſtructio cum ſit indiuidua, non niſi in ſolidum fieri poſſet. l. ſtipulatio. §. quæſitum. ff. de oper. noui nunc. At
2 in indiuiduis, uictoriam unius prodeſſe ſociis. l. loci corpus. §. ſi fundus. ff. ſi ſerui. uen. Et licet text. hic contradicere uideatur, cum dicit, unius nunciationem omnibus non ſufficere: quo caſu Iureconſultum uoluiſſe, quòd nulli ſufficiat,
3 per regulam æquipollentiarum, qua dicitur, Negatiuã poſtpoſitam ſigno uniuerſali, ſuo contrario æquiualere: hoc tamen
4 non obſtare, quòd huiuſmodi regulæ logicæ in legalibus doctrinis non procedant, ſi abſurdus intellectus oriatur. Sic & in l. ſi ſeruus. §. ſi plurium. ff. ſi quis caut. negatio uniuerſali orationi poſtpoſita, ſuo cõtrario nõ æquipolleat, &c.

Hactenus

Hactenus communis opinio (& uerè nihil aliud quàm opinio) cui quamuis nemo, quem ego uiderim, contradicat, credo tamen eam non eſſe ueram. Et primo, ſupradictam regulam logicæ inficiari nemo poteſt, in qua Iureconſultus ſe fun 5
dare frequenter ſolet. l. obligari. in princip. ubi eſt elegans text. cum gloſſ. ff. de autoritate tut. l. legitimos. §. an igitur. ibi gloſſ. de legit. tut. l. quodlibet. ff. de ſol. l. omnes. ff. de populi. act. l. error. in fin. l. regula. §. ſed facti. ff. de iuris & fact. ignor. cum ſimilibus. Quæ regulæ logicorum, quia per eas 6
differendi docetur ratio, non ſolum in legalibus, ſed etiam in cæteris doctrinis locum habent, cum logica ad omnium methodorum principia uiam oſtendat: Sic & in Euangelio Lucæ, Omne uerbum non eſſe impoſsibile, ſcribitur. Item in Ezechiele, Omne morticinum non comedent ſacerdotes. Et in Actis Apoſtolicis, Petrus dicit ſe omne commune & immundum non comediſſe. Paulus ad Galatas, Omnis caro nō iuſtificabitur ex operibus legis. Et alibi ad Epheſios, Omnis ſermo ſpurcus ex ore ueſtro ne procedat. Nimius ſim, ſi exempla ex uariis ſacrarum literarum libris adduxero. Proinde hęc loquendi ſeries in tex. noſtro ad rationem differendi ex neceſsitate regulari debebit. Non enim eſt ueriſimile Iureconſultos, qui in omni philoſophia fuere principes, & quorum 7
ſcripta argumentorū acumine, rhetoricisq́; ſchematis omnifariam ſunt referta, ita ineptiiſſe, ut ex regulis logicis & rhetoricis loquentes, differendi rationem ulla ratione neglexerint. Nec uerum eſt quòd ex tex. noſtro, ſi ſua uerbis proprietas relinquatur, ulla oriatur abſurditas. Et ratio quam Barto. ex §. proximè præcedente ſumit, tam nihil ei ſuffragatur, ut etiam eum oppugnet, ut pòſt ex ordine docebitur. Nec obſtat d. l. ſi ſeruus. §. ſi plurium. Ibi enim reus ſimpliciter promiſerat omnes ſeruos ſiſtere: unde cum aliquos non ſtatuerat, per modum ſubiectæ conſequentiæ rectè infertur uerum eſſe, omnes non eſſe ſtatos, id eſt, aliquos domi relictos. Quæ uerba non ponuntur abſolutè, ut ſimpliciter negarent: ſed ſubiiciuntur in conſequentiam ſermonis, ſeu conuentionis antecedentis, ut appareret promiſsionem quæ anteceſſerat, non eſſe ſeruatam. Regulæ ergo logicæ in abſolutis 8
ſermonibus locum habent, non in relatoriis ſeu appendentibus, quorum ueritas & uis ex his ſumitur quæ præcedunt: in noſtro autem text. ſermo eſt abſolutus in propria differendi

ratione

ratione relictus, ut meritò ex negatiua uniuerſali ſit intelligendus. Ad quod optimè fa. noſter text. alio loco: dum enim Iureconſult. decidiſſet nunciationem unius omnibus nō ſufficere, ueluti ſeſe exponens, ſubiicit, ſingulis eſſe nunciare neceſſe: quibus uerbis ſe melius declarare non poterat, euidenter teſtatus, nihil ab uno ex ſociis agi, niſi ſinguli nūciaſſent. Sed ne ſit ullus contrà pugnandi locus, communem opinionem ratione inuicta ſubuertimus. Nam ſuprà docuimus, ſocios ſtante communione, in qualibet minutiſsima particula ſuam habere portionem: & item eaſdem portiones ſenſu corporali oſtendi non poſſe, ſed intellectu colligi: quibus conſequens eſt, ſi uicinus ędificando rei communi incommodet, dici non poſſe quòd is magis huius ſocii parti quàm alterius noceat: quapropter unius ex ſociis non eſt recepta nunciatio, ut qui uicino nunciationis cauſam petenti nullam poſſet reddere: cum non plus ſua, quàm aliorum interſit, quando citra diuiſionem nihil præ cæteris damni haberet quod cauſaretur.

9 Deniq; ſi daremus nunciationē ſaltem de facto procedere, quòd fortè aduerſarius nec cauſam peteret, nec contradiceret: eam tamen nunciationem ſocius proſequi in iudicio non poſſet, cum nihil haberet quo ſuam fundaret petitionē, id quod euidenti dilemmate euincitur. Aut enim deſtructionem operis peteret, aut intereſſe. Primum nō poteſt, quia cū in partem duntaxat ſuam nunciaſſet, operis deſtructionē nō niſi in partem peteret: eatenus enim deſtruitur, quatenus nunciatū eſt. l. j. in prin. l. prætor. §. j. de op. no. nunciat. Verum operis deſtructio in partem peti non poteſt, confitentibus id aduerſariis: ergo is ſocius quod petere poſſet non obtineret, quod obtineret non poſſet petere: ut adeò ipſe ſibi obſtaret, ipſe ſe oppugnaret. arg. l. in ambiguo. in fin. ff. de rebus dub. Sin uero intereſſe peteret, hic aut ad commune ſociorum in-

10 tereſſe aget, & non auditur, quia communi nomine non nunciauit: aut priuatum ſuum intereſſe prætendet, & iterum non poteſt, cùm eo caſu citra diuiſionem non plus ſua quàm aliorum interſit, ut ſuprà declaratū eſt. Quapropter ſocius etiāſi de facto nunciaſſet, tamen proſequendo non haberet ſuper quo ageret: & ſic uana relinqueretur ſua nunciatio, & uelut calumnioſa impune ſperni poſſet, ut in d. l. j. in prin. poſt gl. de op. no. nunc. elucidauimus. Et hæc eſt uera, & certè accurata ratio, quæ Iureconſultū mouit ut decideret, nullius ſeor

ſim

ſim nunciationem admitti, ſed omnibus eſſe, in caſu text. noſtri, nunciandum. Ex prædictis ſatis patet, communem opinionem improuide labi: quod putant, ſi in proſecutione nunciationis per ſocium factæ, opus deſtrui iuberetur, eam ſententiam prodeſſe conſociis, cùm ea deſtructio ſit indiuidua, per d. §. ſi fundus. Hoc enim tam nõ eſt uerum, quàm eſt abſurdum. Siquidem cum pro ſua tantum parte nunciaſſet, ſolidam deſtructionem petere non poſſet, ut iam ſuprà declarauimus. Sed nec iudex eam non petitam, in ſententia iuſte cõplecteretur, per uulg. l. ut fundus. comm. diuid. nec ex officio iuberet, ſcilicet quod non eſſet imploratum, nec implorari potuiſſet. l. diem. §. hoc edictum. ff. de dam. infe. Adde, quòd 12 cum factum ſocii, aliis conſociis obeſſe nõ poteſt, d. l. de pupillo. §. ſi plurium. j. conſequenter etiam eius factum hoc loco aliis conſociis non proderit, ex regula oppoſitorũ. Quod cum ita ſit, iam ratio Bartol. per quam à proprio hic ſermone propter d. §. ſi plurium. receſsit, non ſolum ei non ſuffragatur, ſed expugnat etiam: & tantum abeſt ut ulla abſurditas urgeat à proprio ſermone recedere, ut etiam plurimum abſurdi ex cõmuni intellectu naſceretur. Vides lector quomodo incidunt in prunas, qui uolunt euitare patellam. Tandem d. l. ſoci corpus. §. ſi fundus. impertinens eſt ad propoſitum. Ibi enim in ſeruitute itineris, quæ naturaliter indiuidua eſt, ſententia quæ uni ſocio datur, prodeſt & nocet conſociis. Item ibi ſocius in ſolidum ſuper tota ſeruitute egerat: quorũ neutrum hic recipitur. Recte ergo hunc nouum & uerum intellectum, contra omnes Doctores, ex ueritatis euidentia euicimus. Sed poſſet fortaſſe uideri, quòd is intellectus uel fraudis uel damni præberet occaſionem. Finge enim, retento ſchemate tex. noſtri, probabiliter apparere quòd opus uicini, rei communi ſit nociturum: & dum unus ex ſociis damno occurrere per nunciationem pergat, cæteros conſocios uel fraude uel negligentia nunciare nolle: nónne hîc fraus ſubtexitur, uel damno res communis afficitur, dum ædificantis temeritati unus ex ſociis nõ poſſet occurrere? Sed non obſtat: huic enim uerſutiæ ſocius facile medebitur: ſiquidem & ad diui- 13 ſionem prouocare, d. l. iij. §. j. de op. no. nunc. d. l. Sabinus. comm. diuid. & interim proteſtari coram aduerſario uel uicinis poterit, ſibi non eſſe nunciandi facultatem. Quæ proteſtatio tantum operabitur, ut facta diuiſione, ſi ea portio cui

ædif

ædificando iactura allata eſt, ſocio proteſtanti adiudicetur, & is de nouo nunciet, ædificantem compelli ut deſtruat opus, quaſi repetita die ſit nunciatum. arg. d. l. de pupillo. §. ſi quis ipſi. Quem text. ad hanc doctrinam ex paritate rationis nouè extendimus, exemplo aliorum Doct. qui cum & ſcriptis & conſiliis pro ipſorum commodo, & pro re nata, ad uaria applicare conſueuerunt.

Memorabilia in ſequenti intellectu aduertenda.

1 *Intellectus communiter Doct. ad l. ſi prius. ff. de op. no. nunc.*

2 *Intellectus nouus & ſingularis Zaſii ad l. ſi prius. ff. de operis nou. nunc.*

3 *Seruitutes altius tollendi uel non tollendi, in iure iunctim enumerantur.*

4 *Seruitus eſt ius.*

5 *Libellus debet carere omnibus qualitatibus quæ impertinētes ſunt & inutiles.*

6 *Contumax quomodo utrobiq; grauetur onere probandi.*

7 *Reus ſe non defendens & latitans, præſumitur actoris ius affirmare.*

8 *Doctorum quorundam iniquitas in interpretandis legibus.*

L. *ſi prius. de operis noui nunc. contra Doctorum ſententiam intellecta.*

Si communem Doctor. intellectum in hac l. receperis, in offendicula, & quidem grauiſsima, quinimò nunquam 1 explicanda incidas neceſſe eſt. Ex communi enim intellectu, primo caſu agitur confeſſoria, altero uero caſu negatoria: & ſtatuitur in utroq; caſu pœna contumaci, quòd is ſi ius ſuum tueri uelit, partes petitoris ſuſtinere cogatur, & neceſsitate probandi prægrauetur. At hoc, ſi communi intellectui locus ſit, in neutro caſu grauamen contumaci ingeritur. In primo non: cum enim contumax ædes liberas eſſe contendat, in eo iuris præſumptione adiuuatur. In poſteriori autem caſu, probandi neceſsitas ideo non eſt ei grauamen, quòd cũ is contendat uicini ædes nòn eſſe liberas, probare hoc cogetur, etiam ſi non eſſet contumax. Proinde non erit poſsibile, maxime in hoc poſteriori caſu, quòd probandi neceſsitas in pœnam contumaciæ grauare poſsit: quod eſt contra text. apertum. In hanc naſſam, imò iuſtam Charybdim, cum Doct. certar

certatim omnes, eorum intellectu impingerent, mirũ eſt qualiter ſeſe torqueant, & tamen nihil habent quo euadant: quin quo plus ſeſe expedire pergunt, eo magis impediuntur: & cum anſam ſoluere contendunt, ut eſt in prouerbio, nodum ligant. Nec quiſquam in orbe eſt, ne Africanus quidem, ut ego puto, qui communem hunc intellectum tueri poſsit ab offendiculis & à torturis manifeſtis. Nos hanc l. planã & fa- 2
cilem opinati, uerum intellectum putamus, quòd in utroque caſu confeſſoria ad ſeruitutem adſerendam actum ſit. Nempe in primo caſu contra uicinum Titius agebat confeſſoria, ne is altius tolleret, ſcilicet quòd ſeruitus altius non tollendi actori deberetur: id quod etiam communes doctrinæ recipiunt. In altero uero caſu contra uicinum agebatur, ne is actorem impediret ædificare uolentem, & idipſum pariter confeſſoria, per quam ſeruitus altius tollendi adſerebatur. Eam enim ſeruitutem deberi poſſe, ſuprà ſatis patuit: quapropter in hoc ſecundo caſu actor non egit negatoria ex ea libertate, qua omnes ædes liberæ præſumuntur: non ullo modo: ſed ſeruitutem ſibi eo nomine deberi contenderat, ut altius liceret tollere. Quem intellectum multa ſuadent. Primò, quòd 3
ſeruitutes altius tollendi uel non tollendi, in iure iunctim enumerari ſoleant: ut ueriſimile ſit Africanum de eis etiam pari ſerie decidiſſe. fa. l. j. ff. de ſer. urb. Deinde litera tex. noſtri hunc intellectum firmat: ſic enim ſcribitur: Idemq; è contrario. per quæ uerba intelligitur Iureconſult. contrariam ſeruitutem, ſcilicet altius tollendi, annexiſſe: ea enim recte ſunt contraria, iure ſeruitutis altius non tollere, & altius tollere. Quæ enim eſſet tam inepta ex contrario oppoſitio, ſi ſeruituti negatiuæ libertas affirmatiua opponeretur? Aut quis crederet Africanum Iureconſultum acutiſsimum, & rhetoricarum diſciplinarum propemodum principem, uim oppoſitorum ignoraſſe? Iam & tertiò, ſi ſequentia uerba ponderes, noſtra adſertio tibi perſpectiſsima fiet: ſic enim ſubſequitur Iureconſultus: Si cum agere uellet quis, ſibi ius eſſe inuito aduerſario altius tollere &c. Ea enim uerba ſine dubio 4
ſeruitutem ſonant, cum dicitur, ſibi ius eſſe: ſcilicet quòd propriè, & uelut ex naturali quadam obſeruatione, ſeruitutes iura nominamus: & eſt uelut perpetuum in practica, cum in libello agitur ſibi ius eſſe, quod per hoc ad ſeruitutem, uel alia iura incorporalia cõfeſſoria agatur. Porrò quod dicitur, inuito

inuito aduerſario, recte omnino ſeruituti accommodatur. Nam nuſquam relatum eſt, quòd is qui negatoria pro adſerenda naturali libertate egerit, deducat libertatem ſibi, inuito aduerſario, competere: hoc enim ridiculum & ſtultum eſſet, cum naturalem libertatem ędium nihil promoueat, quòd
5 aduerſarium narrem eſſe inuitum. Et uulgò notum eſt, non debere ullam in libello qualitatem narrari, quæ impertinens ſit & inutilis, ut diximus poſt Doct. in l.j. ff. de eden. Cum ergo tota ſeries tex. ad confeſſoriam pertineat, & de negatoria ne uerbo quidem, aut nutu aliquo mentio fiat: & uerũ ſit quòd Iurecõſ. ſi in poſteriori caſu negatoriam tractaret, aut inexplicabiliter ſe inuolueret, aut abſurda & uana decideret, ſuprà declarauimus: profectò ſi uſquam ſit ueritati locus, indubitatò tenendum eſt, utrobiq; tractari confeſſoriam. Sic enim tex. planè & facilè procedet, & omnia ſuo ordine recta deciduntur ſerie, cum in utroq; caſu contumax plurimũ grauetur, in eo quòd partes petitoris ſuſtinẽdo, neceſsitate probandi adſtringitur, quod certè uno uelut digito oſtendi poterit. Nam in primo caſu, ubi actor uicino non eſſe ius altius
6 tollendi confeſſoria egerat, ſi reus ſe defendiſſet, iam tutus erat iuris præſumptione, qua quælibet domus libera præſumitur. l. altius. C. de ſerui. & propterea actor etiamſi in poſſeſsione fuiſſet, probare cogebatur, niſi præſcripſiſſet. l. ſi quis diuturno. ff. ſi ſer. uen. Certè reo exiſtente contumace, in pœnam contumaciæ rota conuertitur. Is enim contumax de reo petitor efficitur, adeò ut ſi poſtea eũ qui antè egerat, repellere uelit, actionem contra eum inſtituere, & libertatem quam adſerit probare teneatur, ſcilicet quòd nulla plus iuris præſumptione adiuuetur: & è diuerſo, actor qui ſeruitutem prætenderat, etiam ſi non eſſet in quaſi poſſeſsione, onere probandi non grauabitur. Et habet hoc rationem: ex contumacia enim & fuga rei, præſumptio pro actore enaſcitur. Cũ
7 enim reus ſeſe uno uerbo, nempe libertatem allegando, defendere potuiſſet, & nihilominus uel fugit, uel latitat, iuſte præſumitur actoris ius eo nomine adfirmare. arg. l. quod autem. in fi. ff. de lib. cau. l. de ætate. §. qui tacuit. ff. de interr. act. Paria dicimus poſteriore caſu: cum enim actor confeſſoria egiſſet ius ſibi eſſe altius tollendi, hoc probare tenebatur, ſi reus ſe defendiſſet, ut ſuprà diximus. Cæterum quia reus contumax eſt, ſi ullo pòſt tempore ædificantem pergat repel
lere

ere petitoris partes ſuſtinere, actionem inſtituere, & quod lteri ius altius tollendi non competat, probare tenebitur. Ve um quàm difficilis ſit contumaci in utroq; caſu ea probatio, uilibet peritus facile colliget. Hic eſt facilis, expeditus, cer- us & indubitatus intellectus huius l. textui amicus, Iurecon ılti prudentiæ conſonans, imò ex neceſsitate literę recipien us, nihil habẽs abſurdi, nihil impediti, nihil quod ſit uel ob- :urum, uel inexplicabile. Decepit fortaſſe Doct. quòd non duerterant, altius tollendi facultatem non ſolum libertatis, d etiam ſeruitutis nomine cõpetere, ut in ſuperioribus de- arauimus. Ex quibus relucet omnium Doct. error intolera- 8
ilis, qui unquã ſuper ea lege ſcripſere, & quàm coactè, quàm mnino impertinenter negatoriam actionẽ in dictam legem truſerunt. Sed homines ſumus, atq; utinam ex Epicteti ſen ntia, idipſum quòd homines ſumus cognoſceremus, noſq; umana pati non diſsimularemus: iam ueritati, à quocunque diceretur, crederemus, meliora ſentientem ſine inuidia ſe- ıeremur, & reiectis faſtuoſis Italorum & Gallorum titulis, iam Germanis docendi gratiam à Domino dari fateremur. d ſunt qui leges faciles ſæpenumero ideo obſcurant, ſiue ıòd non omnium facilis ſit & expedita interpretatio, ſiue ıòd ueritatis profundior inquiſitio negligatur. Non enim lo adſerere, quòd ad augmentum ſtipendiorum aliquãdo dus in ſcirpo quæratur: uidere tamen Bald. poteris in l. iu- gen. §. quinimo. in uerſ. utputa poſt diuortium. ff. de pact. i neſcio an æ quam cauſam adferat, cur Accurſius gll. ſuas. n ſemel dedita opera obſcurarit.

Memorabilia in ſequenti intellectu aduertenda.

Socero qui dotem promiſit ſubuenitur, ne ea in ſolidum exigat.
Copulatiua, ſed & , uim habet addendi, ut uel augeat uel limitet.
Verbum, tribuere, quid ſignificet.
Soceri mariti, & ſoceri uxoris differentia.
Socero mariti in dotis promiſsione dolum facienti, nullo adminicu lo ſubuenitur: temperandum tamen eſt à mentione doli.
Socer uxoris dolo uerſatus, ob dolum conuenitur.

Intellectus l. ex diuerſo. ff. ſoluto matri. cum aliis ll. pugnantibus.

VARIARE inter ſeſe & diſsidere uidẽtur, l. ex diuer- ſo. cũ l. pen. de iur. dot. & l. ſicut autem. l. ſed hoc ita.

2 de re iudi. Nam in l. ex diuerſo. Neratius iuſtum eſſe decidit ſocero mariti in dotis promiſsione ſubueniri, ne in ſolidū exigatur. At in l. ſicut autem. in fin. idem Iureconſ. alio nos iure uti dicit. Item in l. ſed hoc ita. negatur ſocero ſubueniri ſolu. matr. quod in d. l. pen. ei conceditur. Ioan. de Imol. & Alexā. adfliguntur & æſtuant, non habentes quicquam ſolidū quod concludant. Nos hunc nodum facile explicabimus. Nam Neratius in d. l. ex diuerſo. & in l. ſicut autem. ſibiipſi non diſsidet. Quod enim in altera lege iuſtum eſſe dixit, hoc in l. ſicut autem. æquū uideri docuit. Subiungit tamen per copulatiuā, quòd & alio iure utātur: quaſi diceret, licet iuſtū ſit, & ęquitas exigat, ſocero ſuccurri, hoc tamen non eſſe perpetuū: euenire enim caſum in quo & alio iure utamur. Iſta enim copulatiua, *ſed &*, uim habet addendi, ut uel augeat uel limitet, ut no. in l. ij. ſuprà ne quis eū. Et quāuis Neratius eū caſum quo alio iure utamur, non aperiat, Pompo. tamen in l. ſed hoc ita. aperit, dum affinitatem manentē diſtinguit aut ſolutā: quòd illic beneficio locus ſit, hic nō ſit locus. Quam tamē Pomponii deciſionem Iureconſ. Pau. limitat in d. l. pen. ubi ſocero mariti, quamuis is dirempto, id eſt, ſol. mat. regulariter beneficiū nō habeat, ex cauſa tamen & perſona à iudice hoc tribui deciditur. Et perpendendum eſt uerb. tribui, quo haud dubie ſigni-
3 ficatur, dictum beneficiū ſocero ſol. matr. nō competere, niſi ei à iudice ex cauſa tribuatur. arg. l. j. §. j. C. de pet. bon. ſub. lib. x. ut ſic nulla ſit in d. ll. diſſentio, ſed altera per alterā de-
4 terminetur. Quibus conſequens eſt, ſocerū mariti differre ab uxoris ſocero, quippe quòd huic beneficium manente & ſol. matr. æqualiter competat, etiā ſi nulla uel cauſa uel perſonæ conditio ſuadeat: cæterum ſocero mariti nō competit niſi ex cauſa neceſſaria, & ex perſonæ conditione. quam facilē diffe-
5 rentiam Imol. aſſequi non potuere. Credimus tamen, quòd ſi ſocer mariti in promiſsione dotis dolum feciſſet, ut qui circūueniēdi generi cauſa, ſciens & prudens plus dotis promiſiſſet quàm præſtare poſſet, ei non eſſe parcendum, non ſolum ſol. matr. ſed ne manente quidem, quin in ſolidum poſsit cōueniri. l. ſi rerum. in fi. & d. l. ſed hoc ita. in fi. de re iud. cæterū temperandū eſſe, ne doli mentio fieret, ſed ciuilibus uerbis agendum. arg. l. ſi ſuperſtite. C. de dol. Quinetiam ſi & uxoris ſocer, uel in donatione propter nuptias promiſſa, uel in dote re-
6 cepta, dolo uerſatus eſſet (id quod de facto contigiſſe noui-

mus

mus)conueniri ob dolum,exemplo mariti , inſolidum poſſe crederem,cum diuerſitatis ratio dari nequeat,& ſępenumero doté patres recipiant;maxime maritis filiisfamiliâs exiſtentibus.Alex.in l.rei iudicatæ.fol.matr.& in d.l.ſed hoc ita. purabat eam contrarietaté Iureconſultorũ non poſſe recte defendi.Iaſ.putat non poſſe melius dici,quàm ex Ioã. de Imo. dicit,& tamen recte & ordine totius conflictus ſupradicta lucidatione ſedatus eſt.

Memorabilia in ſequenti intellectu aduertenda.

Exequẽdo pignora iudicialia debitoris,ſi tertius aliquis ſuper iiſdẽ pignoribus ſe opponat,quid iuris.
Dictionis,cum,uſurpatio.
Res iudicata ad uſucapionem proficit.
Verba ſubſtãtiua poſitiue deducta,per adiectiua priuationis non determinantur.
Intell. §.qui hominẽ.in l.eius.ff.ad l.Cornel.de ſic.& gl.ibi.error.
Pignori res data ſi adiudicetur contradictori ſummaria cognitione,ea ſententia debitori nõ admit ius ordinariæ uendicationis.

Intellectus uerus ad l.à diuo.§.ſi ſuper rebus,de re iud.contra communes opiniones.

FACILEM & apertum tex.corrumpunt gl. & Doct.in d.§.ſi ſuper rebus. Quærebatur ſi inter exequendũ pignora iudicialia debitoris,tertius aliquis controuerſiã ſuper pignore,quaſi ea res ſua eſſet,mouiſſet,quis eſſet ordo exequendi.Iureconſultus in ea controuerſia , ſummatim per executores cognoſci debere docet , an pignus debitoris ſit, an contradictoris.Nam ſi pronunciauerint rem eſſe debitoris,executionis ordo ſuo marte decurret:ſin uero eã rem debitoris non eſſe,ſed ad tertium illum qui controuerſiam moue et pertinere pronũciauerint,ea cognitio quia ſummaria fuit, debitori non præiudicabit.Proinde ſi ea res uigore eius ſententiæ,tertio illi contradictori reſtituta fuerit,iſthæc ſententia eum contra debitorem non tuebitur,rem ſuam iure ordinario uendicare uolentem : ſic enim omnia partibus integra manebũt:nec proficiet contradictori ea ſententia, niſi ad uſucapionem,ſi fortè debitor rem ſuam non uendicaret. Vide lector,quiſquis ueritatem amas,quàm planus ſit is intellectus, qui & ex textu ineuitabiliter , imò ex ipſis uerbis fundatur, 1

& eſt ratione & moribus ęquiſsimus. Accurſ. autem & Doct.
uerba text. quibus dicitur, Nec eum cui reſtituta res ſit, &c.
ad creditorem referunt, quaſi creditori ſit pignus per ſenten-
tiam reſtitutum, eíque per huiuſmodi ſententiam ius ſit uſu-
capiendi: quamuis alii aliter exponant, nempe interrumpi uſu
capionem ex ea ſententia, &c. & non eſt finis corruptelæ:
dum enim alia & alia contraria ſubterfugere pergunt, in ma-
iores lapſus incidunt, ut recte in prouerbiũ ierit, Vnum men-
dacium egere ſeptem aliis ut contegatur. Sed nihil eorum ue
rum eſt. Cum enim tex. dicit, eum cui reſtituta res ſit, habe-
2 re per ſententiam non debere &c. non poteſt intelligi credi-
tor: nam dictio, eum, ſecundum Latinos autores, tantum ex-
preſſa reddit: unde ad creditorem referri non poteſt, ſcilicet
quòd de eo in toto tex. d. §. ne minima quidem facta ſit men
tio. Et certum eſt in tota ea ſerie, Iurecõſultum non niſi duas
perſonas complecti, nempe debitorem, & eum qui uenden-
do pignori contradicit. Quid ergo hic faciet creditor? quo-
modo in alienam controuerſiam intrudetur? Quid credito-
ris intererit ſuper pignore diſtrahendo per tertium contro-
uerti, cum ei ius ſit alia capere pignora non controuerſa? ut
dicta l. à diuo. §. ſed & illud. Taceo impertinentiſsimam di-
uinationem, quæ contra naturam uerborum attentatur. Mi-
rum itaque eſt, ne dicam miſerabile, textus clariſsimos tantis
deprauationum nebulis obſcurare, ubi nulla urgeat neceſsi-
tas. Quod autem Accurſ. de interruptione uſucapionis quæ-
dam miſcet, tam ſunt frigida, ut nulla confutatione egeant.
Cum enim text. rem iudicatam ad uſucapionem proficere di-
3 cat, quo colore interruptio uſucapionis intrudetur? Verba
4 ſubſtantiua poſitiue deducta, quomodo per adiectiua priua-
tionis determinari poterũt? Si enim dixero eloquentiæ pro-
ficere exercitium, quis te ferat exponentem, eloquentiæ, ſci-
5 licet tollendæ? Pari corruptela Accurſius apertum text. in l.
eius. §. qui hominem. ff. ad l. Cornel. de ſica. contaminauit.
ubi cum decideretur eum puniri, qui libidinis cauſa homi-
nem caſtraret: expoſuit libidinis, ſcilicet refrenãdæ: quod cer
tè contra omnem rationem eſſe quis non uideat? Quomodo
enim ultimi ſupplicii pœna puniretur is, qui caſtitatem foue-
re pergeret? quod tamen nos ſuprà in latæ culpæ materia ple-
nius attigimus. Redeundo igitur ad propoſitum, ſi res pi-
6 gnori accepta, cõtradictoris eſſe ſummaria cognitione pro-
nunciatum

nunciatum ſit, ea ſententia debitori ius ordinariæ uendica-
tionis non adimit: ſed eo uendicante, ad uſucapionem con-
tradictori proficiet, ut legitimo tempore poſsidendo domi-
nus efficiatur: hoc enim temperamento utriſque partibus o-
mnia manebunt integra. Quod ſi obiiceretur, iudicem ſua co
gnitione dominium in contradictorem transferre non uo-
luiſſe, ergo nec uſucapiendi conditionem dediſſe, per uulg.
.clauibus.de contrahen.empt.&c. non obſtat, quia ſufficit
hoc caſu iudicis ſententia, quæ poſsidenti bonam fidem pa-
it.per not. tex.in l.Pomponius. §.ſi iuſſu.ibi gl.ff.de acqui
en.poſſeſ. Plura miſcet Bart. cum Accurſii errata pergit de-
ſendere, quæ non ſunt huius loci, ut omnia reprehendantur.
Certè quod inter alia allegat l.poſtquam. §.Imperator.ff.ut
eg.no. caue.per quam probare conatur, pignus captum in
cauſa iudicati poſsideri per creditorem, ac ſi eſſet conuentio
nale, impertinens eſt, nec ex eo text. probatur. Cæterum in-
tellectus d. §.Imperator.ex his pendet, quæ eleganter docet
Aſconius Pedianus in Verrinis. Sed finem aliquando faci-
mus: etſi enim compluria adhuc collegerimus noua & pul-
chra, & præterea ſingularia cæteris non tacta congeſſerimus,
futuri tamē anni prouentus hęc & alia Deo uolente proferet.
Tu interea auditor, boni conſulito quæ laborauimus.

SINGVLARIVM INTELLECTVVM
partis primæ finis.

CLARISS. HEROI, AC

PVBLICI PRIVATI'QVE IVRIS CON-
*ſultiſsimo uiro, Dn. Matthiæ Held, Caroli V. ſemper
Auguſti Procancellario digniſsimo, domino ac
patrono ſuo ſummè colendo. Ioan.
Vdalrichus Zaſius L L.
candidatus*
S.

DVDVM *inter maiores noſtros controuerſum fuit, Cancellarie excellentiſsime, utra pars totius philoſophiæ præſtantior eſſet habenda, illáne quæ in cæterarum rerum tractatione uerſatur, an quæ in actionibus conſiſtit, è quo genere quoq; habetur ciui-
, totius philoſophiæ pars, quam Iuriſprudentiam appellare con-*

r 3 *ſueuerunt*

*ſueuerunt. Ex ea quæſtione aliam quoque natam fuiſſe apparet con-
trouerſiam, inter medicorum noſtrorumq; hominum ordinem diu
agitatam. Quam deinde litem ſapientiſſimus olim Cæſar rogatus
decidiſſe fertur, interpoſita ſententia, in ſpeciem quidem ludicra, re
tamen ipſa prudentiſſima ſapientiſſimaq;. Nã dum affirmant, quan-
to præſtantiora ſint corporis quam fortunæ bona, tanto quoque
digniorem ſuum eſſe quàm noſtrorum hominum ordinem, quan-
dò medicina corporis, prudentia uerò iuris bonorum tantum tutelam
profiteatur: eo ſanè argumento illi huiuſce facultatis amplitudinem ſe
aut minimè animaduertiſſe, aut animaduerſam improbè diſſimulaſ-
ſe, oſtenderunt. Videturq; non ſolum cæteras philoſophiæ partes uni-
uerſas obire ciuilis prudentia, ſed & ipſius quoq; medicinæ præcepta
præſtantiſſima ac ſaluberrima quæq;, quemadmodum apes ex omni
florum genere ſuauiſſimos decerpũt, ad artes ſuæ totius perfectionem
conſummationemq; adhibuiſſe. Et neq; poſſeſſionum hæc tutelam ſu-
ſcipit ſolam, ſed totius ciuitatis perfectam conſtitutionem promittit:
neq; corporis tantum, ſed & maximè partis eius, quæ in nobis prima
præſtantiſſimaq; habetur, eſt perfectio. Cum enim, ut corporis medici-
na, ſic animæ conſummatio philoſophia ſit: duplex uero animæ totius
uis habeatur, appetendi una, altera cognoſcendi: planè queadmodum
genus id quod in contemplatione æſtimationeq; rerum ſola conſiſtit,
cuiusq; finis eſt ueritas, generali uocabulo ſpectatiuum contempla-
tiuumq; ſapientes appellari uoluere: ſic alterum quod appetitum perfi
cit, totumq; in intellectu affectibus irrationalibus delegato, poſitum
conſtitutumq; eſt, actiuũ adminiſtratiuumq;, & circa negocia actio-
nesq; conſummatum, nominauere. E' quo genere, ciuilem diſciplinam,
καὶ τὴν πολιτικὴν πᾶσαν, primam eſſe, præter rationem autoritas
quoq; τῶν φιλοσοφούντων liquidè confirmat: quandò Ariſtoteles
ethicen ſolam, tanquam uniuerſalium totius huiuſce generis præce-
ptorum diſputationem, pro more ſcilicet doctrinæ peripateticæ, primo
loco ſtatuens, reliquis partibus omnibus politicen antepoſuit. Sed quid
aio? ac ſi portio tantum, & non potius totius moralis philoſophiæ per-
fectio conſummatioq;, ciuilis prudentia ſit. Quæ enim abſq; hac eſſe
poteſt, ulla ex parte recte ſtabilita œconomiæ ratio? Etenim ſi rei fami-
liaris, ut recte ait Ariſtoteles, partes primæ ſunt homo & poſſeſſio,
quorum alterum ad uictum pertinet, alterum ad liberos: oportebit ea
quæ ad uxorem ſpectant, recte diſpoſuiſſe, hoc eſt, prouidiſſe ut talis ha
beatur, qualis eſſe debet, iiſq; conditionibus intra domũ uerſat, ut neq;
alia uelit eſſe, quàm qualem ipſam eſſe decet. Poſſeſſionum quoq; ea cu
ra eſt habenda, ne ſolum tanta ſit, ut ſufficientem uictum ſuppeditet,*

ſed &

ed & ita ſtabilita, ut ſucceſſorem idoneum accipiat, non eum ſcilicet
ui peregrinus ſit & nouus, ſed qui familiam honeſtare, amplioreḿq;
fficere ſtudeat. Quorum ſanè omnium ordo ratióq;, legibus conſtitui
abiliŕq; ſolis poteſt. Et omnino bina hæc, iuris ciuilis partem occupa
unt non exiguam: eſt enim utraq; ampliſſima, & quæ ad nuptiarum
rdinem, & quæ ad ſucceſſionum ſeriem pertinet tractatio. Eodem
nodo ad componẽdos quoq; animi mores, qui unus totius moralis phi-
oſophiæ finis præcipuus habetur, legum autoritas prærogatiuam ma-
nam quandam habet. Nam dum philoſophia reliqua, ſolis exemplis
& admiratione pulchri, quæ neq; omnes audiũt, nec ſi audiant ijs ca-
iuntur, mortales ad uirtutẽ alliciat: hæc præmia quoq; conſtituit ijs
ui hanc uiam ingredi uolunt. Pœnas præterea ijs addit qui ea impro
itate ſunt, ut ne præmiorũ quidem expectatione meliores fieri cupiãt:
ales enim pœnis deterret atq; uitiis prohibet. Quibus rebus ſi nihil
liud efficiatur, hoc ſanè omnino naſcitur commodum, ne bonorum,
uibus ius & æquum cordi eſt, ſtudia ſocietateḿq; turbare improbi-
ate ſua queant. Hæc itaq; ſupra reliquam philoſophiam habet ciuilis
rudentia. In cæteris illa nihilo eſt inferior: ueluti in præcipiendo ſuas
uoq; formulas habet & regulas maximè illuſtres, unicuiq; uirtutis
eneri plurimum accommodatas. Et primum quidem ad iuſtitiã adi-
ſcendam magnum habet momentum, dum ſublato more hominum
arbarico & planè ferino, per quem potentiſſimus quiſq; quampluri-
um poteſt, ſibi inuicem cedere homines, & ſuum amare quenq; ordi-
em, æquabilitateḿq; ſeruare planè geometricã docet. Vnde ab auari-
a impotente poſſidendi libidine abhorrentes efficere ſolet, quando in-
et non ſolum alienis abſtinendum, ſed & noſtris rectè ac liberaliter
tendum eſſe: οὔτε πάντα, inquit, οὔτε πάντοτε, οὔτε παρὰ πάντων.
d continentiam deinde temperantiaḿq; proficit, dum quæ homines
nouere uehementer ſolent, & magnopere expetenda uidentur, uolu-
tatum genera uaria, mult.. turpitudine commixta & coinquinata
ſe oſtendit. Vnde nos ab eiuſmodi corporis uoluptatibus deterret, at-
ue ab eorum omnium cupiditate, quæ pulcherrimam ciuium ſocie-
atem turbare coinquinareq; ſolent. Quibus ſanè conſequens eſt, ut &
uſti & continentes eſſe uelimus, & inter aliorum hominum conſue-
udinem cœtuḿq; conſultiſſimi ac prudẽtiſſimi eſſe uideamur. Sed &
x hac legum conſtitutione, fortitudo ſumetur cõtra mortis metũ: ubi
ognouerimus ciuilem ſocietatem non in hominũ numero, ſed animo-
um coniunctione conſiſtere, & ex multis unum quoddam ueluti cor-
us coagmentari, quod tandiu ſupereſſe queat, donec animorũ duret
exus ille ac ſocietas: quam qui ſeruarit, ſeipſum quoq; ſeruaſſe uidea-

tur, quãdò illius corporis pars ſit unuſquiſq;. Ad huius itaq; ſublimitatem cognoſcendã ſi quis animũ introduxerit, ſeruari eã integrã inuiolabileq; cupiat, & prius è uita diſcedere uolet, quàm calamitatẽ huic aliquã euenire patiatur. Qui uero ita cõſtituto animo eſt, ut præ pulchri admiratione mortẽ cõtemnere poſſit, quid eſſe poteſt tã admirabile quod illius queat mentẽ terrefacere? Prudentiã quoq; nõ ſolũ iuuat hæc diſciplina, ſed ſola illam perficit & abſoluit. Siquidem in iis rebus hæc facultas eſt, quæ ſub conſultationem noſtrã uenire ſolẽt, qualesq; in actionibus cõſiſtunt uniuerſæ: atq; generis adminiſtratiui, circaq; negocia occupatis ſeſe, aut ſola eſt, aut cæterarũ in hoc ipſo uerſantiũ perfectio cõſummatioq; eſt, ciuilis negociatio. Iam uero maximũ illud atque optimũ genus utilitatis id eſt, quod noſtrã erga Deum obſeruantiam pietatemq;, haud uulgariter promouet, augetq;, huius ciuilis diſciplinæ ſtudium, dum per idipſum in tranquilla conſtitutionem redactis urbibus & prouinciis, locũ habet omnis bona inſtitutio, tum diſciplinarum cæterarum, tum diuinæ quoque philoſophiæ, cuius uox per pacẽ locum habet ſolam, in bello nõ perinde audiri poteſt. Quòd ſi pulchrum eſt & dignum homine pietatis ſtudiũ, digniſſima certè eſt hæc profeſſio, quæ ad hoc ipſum propagandum, locum tam idoneum lateq; patentem parare ſoleat. Hanc diſciplinã tam ſanctam, tamq; amplam, priſca ætas ſyncerius coluit, quam poſterorum hominum temeritas. Cum enim illa, mente legum diligenter excuſſa, nullã caliginẽ obduci paſſa fuerit, ſuccedente tamen tempore poſterorum nonnulli magnum quoddam flagitium aggreſſi, priſtina luce caſtimoniaq; adempta, tenebras his offundere auſi fuerunt: & ſiue illi ueris noua mendacia affingentes, ſe admirãdos præbere, ſiue à ſe nõ intellecta per ambages doctrinæ tradendo, ignorationem qua laborabat ætas illa, celare uoluerunt, diſciplinæ profectò huius ſynceritatem multis quibuſdam modis turpiter defœdarunt. Hanc labẽ pernicioſam, cum nõ adeò pridem anteuertere aggreſſos, illuſtres aliquot noſtra ætate uiros, multorum bonorũ applauſu exceptos fuiſſe animaduertiſſem, putaui operæ precium fore nõ exiguum, ut parentis quoq; mei Vdalrichi Zaſii uigilias eodem inſtituto ab eo ſuſceptas olim, ac per annos plus quadraginta in hunc uſum cõparatas, è tenebris eruerem, quòd in eis deprehẽdiſſem, locos iuris noſtri nõ paucos ab inexplicabilibus propè erroribus uendicari. Et cum uiderem ab ipſo æditam dudum partem prodiiſſe, aliam adhuc latère, quam morte præuentus ad incudem uſq; parare nequiuiſſet (quod ipſum facturum fuiſſe, ſi per Deum immortalem licuiſſet, arbitrabar) quãta potui fide ac diligentia excripta emẽdataq; in lucem ædenda curaui. Habebatur inter cætera, minime poſtrema,

Intel

*Intellectuum ſingulariũ pars altera, tractatio ampla & copioſa: eam
tuæ excellentiæ nuncupari oportere cenſui. Impulerunt me ut id ita
facerem, occaſiones infinitæ. Neq; enim alius in mẽtem mihi uenire de-
bebat, ſub cuius arbitrium liber hic, ueteris iuris diligentem interpre-
tationem cõplectens, rectius uerius q; mitteretur: quando eum qui talia
ſic cognoſcere uolet, ut iudicet ea tueaturq;, hominem nõ ſolum ſupra
cæteros peritum, ſed præter ueteris illius prudentiæ exercitationẽ ſcien-
tiamq;, animo quoq; ita compoſito eſſe oportebat, ut recto conſtanteq;
iudicio propoſita exigere decidereq; ſtuderet. Vt enim ſcribẽtis munus
arduum ac lubricum omnino eſt, ita eius qui de ſcriptis ac æditis olim
recte iudicare uolet, longe ampliſſimum operoſiſſimumq; eſt officium:
dum eius qui ſcripſit, unicum eſſe ſolet, in interpretandi functione con
ſtitutum, ut ſcilicet ueterum ſententijs diligenter ſolerterq; examina-
tis, luculenta fide proponat audientibus. At eius qui hæc cognoſcere,
deq; ijs ſtatuere uolet, multiplex quædam functio eſt, dum præterquàm
quòd autoris mentem nõ minus quàm eũ ipſum tenere hunc oporteat:
aliud quoq; munus eſt, ne quid affectu magis quàm iudicio, uolens ſci
licet ac ſciens, præter ius & fas cõdemnet ac improbet: aut ne quid im
prudenter, aut uerè quidem, ſed intemperãtius, & ultrà quàm par ſit.
Item ne parum fortiter, uelut ſi corruptus fortè aliquid peccet. Poſtre
mo talem quoq; eſſe neceſſe eſt, ut quod pulchre factum ſcriptúmue a-
gnouerit, id clementer ad ſeſe admittat, aduerſusq; improborum mali
iam defendẽdum tuendumq; recipiat. Quare præter dotes ingenij ac
mentis, animo quoq; admirabiliter certè obfirmato compoſitoq; eſſe ta
em oportebit. Quas ego uirtutes uniuerſas ita in pectore tuæ celſitu-
dinis cõſtitiſſe dudum intellexi ac cognoui, ut mihi certè nõ alius arbi
er adeũdus, nec patronus alius optandus fuerit. Nam quas in philoſo
phorũ libris moralibus perplexè traditas, in iure autẽ noſtro luculen-
er præſcriptas eſſe uirtutes ſuprà oſtenſum fuit, ita ſibi exercitatione
tudioq; familiares effeciſſe excellentiã tuã conſtat, ut nõ habitus iam
ſſe, ſed in naturã omnino eius abijſſe uideãtur. Vnde ſit, quod alijs ma
no ſtudio cõtingere ſolet, ut recte faciãt ac dicant aliquid, id adeò ſi-
i cognatũ nunc habeat & familiare, ut aliud quàm ex harũ præci-
ietiũ mãdato, neq; dicere, neq; facere poſſit quicquã. Hoc uirtutis nu
ẽũ Imperator quoq; agnouit, dũ ex infinita uirorũ multitudine, unũ
in eum locũ adſciuit olim, è quo res Germanorum latè circumſpi-
iens, tranquillitatem illis tutelamq; afferre poſſes. Sub qua nos quoq;
utela, unà cum parentis noſtri libello, feliciter latêre optamus in pri-
is, celſitudinem tuã uiciſſim Deo opt. max. uotis ſupplicibus cõmen-
antes. Friburgi Briſgoiæ. VI. Idus Ianuar. Anno, &c. XLI.*

VDALRICHI ZASII IVRECONSVLTI INTELLECTVVM SINGVLARIVM

PARS SECVNDA.

Memorabilia in ſequenti intellectu obſeruanda.

1 *Antinomia l.ij.§.pen.ff.ſol.matr.& l.cum dos.ad fin.ff.de pact.dotal.ac uariæ Doctorum ſolutiones.*

2 *Delegatio plus habet autoritatis quàm pactum.*

3 *Delegationi ineſt uirtualiter pactum de non petendo.*

4 *Pater ex perſona filiæ & ſua agens, cogitur filiam defendere.*

5 *Contractus & conuentiones non præſumuntur pœnales, niſi hoc expreſſe ſit actum.*

6 *Antinomiæ l.ij.§.pen.ff.ſol.matr.& l.cum dos.ad fin.ff.de pact.dotal.diſſolutio per Zaſium.*

7 *Iuſſus factus ad eam perſonam quæ non tenetur parêre, iubentem non obligat.*

Intellectus ad l.ij.§.pen.ff.ſol.mat.

1 IN l.ij.§.penul.ff.ſol.matr.dicitur, Quòd ſi uoluntate filiæ maritus alteri promittat, pater nihilominus iuncta ei perſona filiæ, contra maritum ſoluto matrimonio ad dotem agere poteſt, non obſtante quòd maritus de filiæ uolũtate, uel iuſſu, dictam promiſsionem fecerit. & ſic ius filiæ non eſt amiſſum. Sed è contrario in l.cum dos.ad fin.ff.de pact.dotal.dicitur, Quòd ſi pacta ſit filia cũ marito, ſola, ſine patre, patrẽ ipſum non poſſe repetere dotẽ adiecta ſibi perſona filiæ, quæ pacta fuit: & ſic pactũ filię ei nocet etiam in poteſtate patris exiſtenti: cuius contrariũ directò uidetur in d.l.ij.determinari. Bart. hic dicit, hoc contrariũ eſſe forte. Paul.de Caſt.ait eſſe ualde difficile. Raph.Cum.fortiſsimũ eſſe contrariũ prædicat. Multas ſolut.gloſſam ad hoc contrariũ adſignari uidemus. Prima ſol.in l.cũ dos.eſt, quòd tex.ibi intelligatur, pactum nocere quo ad filiã, nõ quo ad patrem. Sed hæc ſol.eſt cõtra text.qui expreſſe

expreſſe dicit, quòd patri noceat. Præterea ſi ille tex. de nocu méto quo ad perſonã filiæ intelligeretur, tũc eſſet ſuperfluus: quia præcedéte reſpóſo proximo ibidem, de tali nocumento quod ad filiã pertinet dixerat. Vnde ſecundã ſolut. dat ſecundum aliquos, quòd in d.l.ij. pactio fuit facta, quòd filia alii prodeſſet, nõ marito. Sed hæc ſolutio nihil beat, quia etiã ibi intereſt quòd pactũ ſeruetur, imò plus ibi quàm in l.cũ dos. quia ibi maritus certat de magno damno uitando, cogeretur enim doté bis ſoluere: & ſic ſecundũ hanc ſolut. potius deberet ibidem pactũ obſtare, quàm hic. Proceditur ergo ad tertiã ſolut. ſcilicet quòd in l.cum dos. fuerit factũ pactũ de non petendo: hic auté, ſcilicet in l.ij. pactum fiebat delegãdo. Et hęc ſolutio adducitur in d.l.ij. eſt tamé peſsima, & à Doct. improbatur. Cum enim delegatio plus habeat autoritatis quàm pa- 2 ctum, l.ſi unus. in prin. de pact. unde potius debuiſſet pactũ delegationis in d.l.ij. obſtare patri, quàm ſimplex pactum in d.l.cum dos. Poteſt hæc improbatio ultra Doct. confirmari: quia in omni delegatione uirtualiter & ex neceſsitate ineſt 3 pactum de nõ petendo. Nam ſi conſentio quòd alius debitũ meum exigat, ſimul uideor uelle & paciſci quòd ego nõ exigam, arguméto eorũ quæ no. in l. Pomponius. §.ij. in fin. ff. de procur. quia bona fides, &c. l. bona fides. de reg. iur. Et hęc declaratio nõ eſt ita tacta à Doctoribus. Porrò & quarta ſolutio aduehitur, quæ in utraq; l. tangitur, uidelicet, quòd pactum filiæ, patri nõ obſtet ipſo iure, ſicq; intelligatur l.ij. ſed per exceptioné. quo caſu procedat l. contraria. Hoc nihil eſt, per d.l. nihil intereſt. de reg. iur. ut Iaſ. hic declarauit. Tandé igitur quinta datur ſolutio in d.l. cum dos. Nã ſi filia ſimpliciter paciſcitur cũ marito de non petenda dote, hoc patri non nocet, etiamſi filiam ſibi agenti adiungat. d.l.ij. Sed ſi filia etiam pœnam promittat, ſi ipſa uel pater cõtraueniat, tunc patri agenti cum filia obſtet pactum: pater enim ex perſona filię 4 & ſua agens, cogitur filiam defendere. l.iij. §. fin. ff. rer. amo. Addo ego ultra Doct. quòd hæc ſolutio nullo modo procedit, quia conuentiones & contractus in dubio non præſu- 5 muntur pœnales, niſi expreſſe hoc agatur. arg. eorũ quæ notantur per Bal. in l.iij. C. de ſacroſanct. eccleſ. ubi uult quòd pœna non præſumatur, niſi à l. imponatur. Præterea cum ea conuentio de qua d. l. cum dos. loquitur, de pacto nudo intelligatur, unde pœna huic pacto impoſita fuiſſet inualida.

l. ſi Titius. ff. de conſtit. pec. l. ſeruus. ff. de ſer. expor. Dat ergo Bar. aliam & ſextam ſolutionem, dicens, quòd pater dupliciter poſsit agendo ad dotem filiam ſibi adiungere. Vno modo, quòd ſuo & filiæ nomine agat, ſic quòd utilitas filiæ in eo uerſetur, & tunc procedit l. cum dos. quia eo caſu exceptio pacti obſtaret patri. Alio modo, quòd pater ad ſuam tantum utilitatem agat, ſed uoluntate filiæ, ita quòd ipſa conſentiat, non tamē nomine eius, uel ad eius utilitatē: & ſic loquatur l. ij. §. pen. Hæc ſolutio fundamentaliter ſumpta eſt ex prima ſolut. gl. ut facile poteſt uideri, tamen diuerſo fine: & certè uidetur habere colorem: ſed Paul. de Caſtr. eam improbat: quia quibuſcunq; mediis pater adiūcta filia agat, ſemper uertitur filiæ utilitas, cum actio dotis ſibi & filiæ communis ſit, per tex. d. l. ij. in prin. Porrò Paul. de Caſt. hoc contrarium non bene ſoluit, quia ſequitur diuinationem gl. Raph. quoq;, ut cum allegat Alex. hanc eandem rationem Bar. improbat, cū non ſit iure cautum, ut pater in dote profectitia ſit legitimus adminiſtrator. Preterea hæc ſolutio Bar. poteſt ex alio & melius improbari: quia cum pater agere intendit adiūcta perſona filiæ, aut filiæ intereſt, aut non intereſt. Si intereſt, tunc procedit improbatio Pauli de Caſt. quia pater tunc tenetur conſeruare dotem, quo caſu non refert quibus uerbis pater filiam adiungat, quia ſemper ei obſtabit d. l. cum dos. Si autem non intererit filiæ, tunc non opus eſt quòd eam pater adiungat: nam l. noſtra hāc adiunctionem propterea recipit, quod utilitas filiæ prætenditur: unde ſi ceſſat utilitas filiæ, ceſſabit neceſsitas filiæ adiungendæ, & ſic nec l. noſtra locū habebit, nec l. contraria obſtabit. Vnde quibuſcunq; coloribus pater agat, ſi adiungit filiam, obſtabit ei pactum. per d. l. cū dos. quod noſter tex. negat. Nec obſtat quòd Alex. pro defenſione Bar. adducit caſum ubi nulla eſſet filię utilitas, ſcilicet ſi ipſa dotem culpa ſua amiſiſſet, &c. nam ille caſus eſt extra propoſitum noſtrum, tunc enim pater ſolus poſſet agere: unde ſecundum utranq; l. pactum filiæ ei non noceret, nec eſſet ibi cōtrarietas. Noſtra diſputatio in eo caſu fluctuat, cū propter communionem actionis pater neceſſe habet filiā adiungere, tunc contrarium l. cum dos. obſtat, &c. Raph. dicit fortiſsimum eſſe hoc contrarium, & ueram ſolutionē dari nō poſſe, unde ſtandum eſſe ſolutioni Doctorū, ne iura iuribus
6 contrarientur. Ego in dicto contrario nullam tantam difficult

icultaté uideo, imò etiam credo quòd d.l.cum dos. nihil obſtet noſtræ l. Nam ibi tex. loquitur in caſu quo pacta eſt filia cum marito, per quod ei noceri poteſt, & ſic filia naturaliter fuit obligata ad ſeruandū hoc pactum. Mirum igitur non eſt, ſi pater iuncta perſona filiæ ad dotem acturus, propter filiam repellatur: æquitas enim naturalis dictat, quòd pacta & fides placiti ſeruentur. Sed in caſu l. noſtræ filia nullum pactum fecit cū marito. Nam ſimpliciter iuſsit maritū, uel marito ſuaſit quod promitteret alteri, per hoc nullum uinculum obligationis oriebatur in filia. Vnde tex. nō ſine myſterio dicit, Itē ſi uoluntate ſolius filiæ. ex quo patet nullum eſſe pactū, ſed nudam filiæ uoluntatem, quam ſequutus fuit maritus, qui ſibi imputet quòd iuſſum uel uoluntatem uxoris ſequebatur. Cui igitur mirum ſit, ſi pater iuncta perſona filię, contra eum experiri poſsit, cum nulla obligatio filiæ per maritum poſsit opponi? Iuſſus enim factus ad eam perſonam quę non tenetur parêre, non obligat iubentem. l. liberorum. §. fi. & quę ibi not. ff. de infam. Et certe ſi ſeriē titulorum perpendere uelimus, non ſine myſterio Vlpianus Iureconſ. in d. l. ij. §. pen. ſub interrogatione procedit, cum dicit, Sed utrum ut & agat ſolus, an & ut adiuncta, &c. quaſi diceret: Cum in caſu quo filia paciſcitur, ea actio quam pater prætenderet habere adiuncta filia, ei non competat, ut antea per Pomponium Iureconſultum per d. l. cum dos. deciſum fuerat, uidendum eſt an & hoc caſu ſit amiſſa illa actio: & reſpondet Vlpianus, ſe putare nec illam actionē eſſe amiſſam. Caſum igitur l. noſtræ ſeparat Vlpian. à caſu d. l. cum dos. quem prior Pomponius deciderat, uolens quòd deciſio Pomponii in noſtro caſu, ubi filia non paciſcitur, ſed ſimpliciter iubet, uel ſuadet, locum nō habeat. Nam Pomponium fuiſſe ante Vlpianum, nemo doctus, qui hiſtoriarum gnarus ſit, ignorat. Nec obſtat ſi obiiceretur nobis de text. in l. ij. in fin. §. pen. ubi dicitur, iſtam ſtipulationem nocere filiæ ſui iuris effectæ, quaſi per hoc ſatis appareat filiam fuiſſe aliquo modo obligatam: quia facilis eſt reſponſio. Nam iuſſus filiæ ei nō nocet, ſed promiſsio per maritum alteri facta nocet filiæ, quæ ſui iuris facta, nō poteſt hanc promiſsionem ludificari, quia res non plus eſt integra. Vnde gl. bene exponit ibidem, ſtipulatio, id eſt, promiſsio. Nocet igitur filiæ quòd maritus ſequutus eſt iuſſum eius, iuſſus uero non nocet: unde meritò pater qui nihil iuſsit, filiam,

cuius

cuius iuſſus eam in nullo obligauit, ſibi adiungere potuit: in caſu uero d. l. cum dos. filia ex pacto obligata adiungi non potuit.

Memorabilia in ſequenti intellectu aduertenda.

1 *Furtum apud ignorantem inuentum, ſi contra eum feratur ſententia, illa non infamat.*

2 *Sequentia determinantur per præcedentia.*

3 *Lex faciendo mentionem de ſententia duriori, debet intelligi pœnalis ſententia, ſi rubrica patiatur.*

4 *Infamia ex ſententia furti, ſiue ſit manifeſtum, ſiue non manifeſtũ, irrogatur.*

5 *Innocentia per legem tuetur.*

6 *Facinoroſi homines nullam merentur ueniam.*

7 *Innocentem condemnare ad pœnam deteſtabilius eſt, quàm nocentem abſoluere.*

8 *Sententia in pœnalibus unicè attenditur, non genus facti, niſi de innocentia ex actis conſtet.*

Intellectus l. furti. C. ex quibus cauſ. irrog. infã.

1 TEXTVS ille nodoſus uidetur, præſertim in ſecundo reſpõſo, ubi ſententia furti data contra eum, apud quẽ ignorantem res furto ſubrepta inuenitur, nõ infamat. Hęc enim deciſio expreſſo nixu pugnat contra l. non poteſt. ff. de furt. Gloſſa dat nouem ſolutiones, & excepta tertia & quarta, omnes alias reiicit, ſentiens quòd in caſu d. l. furti. in ſecundo reſponſ. actum fuit conditione generali uel furtiua ad duplum, uel rei uendicatione, & durior ſententia dicta fuerit, &c. Mirum eſt quòd gl. tam infantiliter errat, & uelut frõtem amittens, meras nugas blaterat. Cum enim principium d. l. de ſententia furti loquatur, quomodo poterit finis, qui principium reſpicit, & uni perſonæ loquitur, de alia ſententia in-
2 telligi? Quis enim ignorat, ſequentia determinari per præcedentia? l. Titia. §. idem reſpondit. de uerb. oblig. cum uulg. Vnde cum hic dicitur, quòd ſententia durior nõ infamet, in-
3 telligenda uenit ſentẽtia furti. Accedat, quòd cum lex de ſententia duriori loquitur, intelligitur de ſententia pœnali, maximè ſi natura tituli congruat, ut hic, & l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. eo. & l. iij. ſuprà eod. quod etiam Paul. hic ſenſit. Addo, quòd ſi hæ ſolutiones gl. reciperẽtur, tunc Imperator caſum indubitabilem decidiſſet, contra iura uulg. Quis enim neſc

neſciat, quòd actiones condictoriæ, & rei uend. nõ infamãt? Valde igitur ineptũ eſt quòd Cyn. Alb. Bar. Salic. has impertinentias gl. ſequuntur. Bal. hic in eas ſolutiones uelut incli nat, non tamẽ omnino diſcedens ab opinione Martini hic recitata. Nam dicit, quòd licet ſi quis non commiſiſſet furtũ, & tamen furti condemnaretur, in ueritate non eſſet infamis: tamen non poſſet hoc allegare, utpote quòd res iudicata ei os obſtrueret. allegat iura quæ hoc non probant. Paul. de Caſt. hic l. noſtram intelligit, quòd non alia quàm ſententia furti etiã in ſecundo reſpõſo lata fuerit, ſed ex inepto libello: unde meritò talis ſententia non infamet: quam etiam propterea omnino nullã eſſe putat, ſed ſub dubio. Tu dic opinionẽ Martini eſſe uerisſimam, uidelicet, quòd cum ſentẽtia durior, ſcilicet furti, lata ſit contra eum in cuius ignorantis domo, furti ua res inuenta fuit, quo caſu cõſtabat ipſum nõ cõmiſiſſe fur tum, unde talis ſententia præiudicat quo ad pœnã dupli, nõ quo ad infamiã. quod probo. Infamia enim ex ſententia furti aut manifeſti, aut nõ manifeſti oritur. ita eſt text. in l. furti. in 4
prin. ff. de infam. At ubi nõ eſt furtũ, ibi non poteſt dici quòd ſit manifeſtum aut nõ manifeſtum. Præterea cum lex ſit ſanctio ſancta, ſit iuſta, honeſta, c. ij. c. erit. diſtinct. iiij. & nõ di catur lex quæ iuſta non eſt, ut ibi gl. unde ſi lex apertè innocentem infamaret, quomodo eſſet iuſta? Addo, quòd per legem innocentia debet eſſe tuta. d. c. ij. Porrò ſi inhumanum 5
eſt quòd in facinoroſis hominibus nõ ſit locus ueniæ, d. l. fur 6
ti. §. pactus. quæ erit inhumanitas ſi innocẽtię etiã locus non exiſtat? Præterea lex non uult eum notare qui nõ deliquit, ut not. in d. l. furti. §. ſed & ſi. Nec obſtat l. nõ poteſt. ff. de furt. quia illa lex loqtur ubi ſentẽtia lata eſt in caſu furti cõmiſsi, uel in caſu ubi nõ aliter cõſtabat quàm furtũ factũ: nõ autẽ in caſu in quo cõſtat furtũ nõ eſſe factũ: ſatius enim eſt nocentẽ abſoluere, quàm innocẽtẽ ad pœnã cõdẽnare. l. abſentẽ. ff. de pœn. & ut dixi, lex irrogare nõ uoluit infamiã nõ delinquẽti. Et illa eſt apta & expedita, facilisq; ſolutio. Erit igitur l. noſtra limitatoria ad d. l. nõ poteſt, & ad omnia iura quæ dicũt ſentẽtiã in pœnalibus attendi. & ſic d. l. noſtra caſum notabilẽ & ſingularẽ ponit. Quod ſi opponeretur de l. nam & poſtea. §. ſi condẽnetur. ff. de iureiur. ubi ſi in cauſa famoſa, ſentẽtia cõdẽnatoria etiã poſt iuramẽtũ ſequatur, nõ uitatur infamia: dico, ꝙ ibi in alio caſu loquitur, uidelicet, quando

reus

reus ad iuramentum actoris condemnatur, uel quando reus non excipit de iuramento per eum facto. Nam poſt iuramentum rei, tanquam poſt rem notoriam, reus condemnari non debet, niſi aliquid acciderit per quod iuramentum in dubio reuocaretur, uel reus nõ exciperet, ut ibi latius per Alex. Dic
8 ergo, quòd quamuis regulariter in criminalibus uel in pœnalibus quo ad infamiam ſola ſententia attendatur, non genus facti, per l. palàm. §. quæ in adulterio. ff. de rit. nupt. l. quod ad ſtatum. de pœn. l. j. §. j. ff. ad Turp. d. l. non poteſt. tamen fall. ſi ex actis de innocentia conſtet, per l. noſtram, quæ ſingularis eſt, & d. §. ſi condemnetur. Fall. etiam in l. ictus fuſtium. ff. de infam. Et deniq; fallit in caſu l. fin. de pub. iud.

Intellectus tit. de Cenſibus: & reprobatio communis eiuſdem uſurpationis.

TITVLVM de cenſibus uidentur mihi Doct. ubiq; nõ bene intelligere, ut qui uolunt, illud quod à prædiis annuatim penditur, cenſum nominari, quod quidem non eſt uerum. Cenſus enim dicitur æſtimatio patrimonii, ad hoc ut annuum tributum, quod nos Germani barbaro uocabulo *ſteuram* nominamus, ſoluatur: à cenſendo, id eſt, æſtimando dictus. Vnde qui cenſent, cenſitores: qui uero patrimonium referunt, profiteri dicũtur. Et ita intelligi debet tit. de cenſibus, id eſt, de æſtimationibus patrimonii. Hoc eſt quod dicitur in l. uitia. de cenſibus. Vitia priorum temporũ, id eſt, æſtimatio patrimonii pro ſoluendo tributo, ſi ex errore uel uitio facta ſit, talis æſtimatio euaneſcit nouis profeſſionibus, id eſt, dum tributarius ſuum patrimonium nouè & uerè refert. Et hoc caſu intelligitur tit. de cenſibus. in C. nec aliter inuenias uocabulũ, cenſus, in toto iure accipi. Vbicũq; igitur cenſus pro tributo accipitur, erratur infantiliter. Et primus cenſum, id eſt, æſtimationem patrimonii inuenit Seruius Tullius rex Romanorum, ut eſt apud Liuium. Vnde dicimus, In cẽſum referri, id eſt, in librum tributorium. Sic intellige l. cenſus. de probat. Inde etiam uſurpatur quòd cenſus pro patrimonio accipitur, ut Ouid. in Faſt. Dat cenſus honores, Cenſus amicitias. Et Iuuenal. Protinus ad cenſum, de moribus ultima fiet Quæſtio. Male ergo, id eſt, non admodum Latinè in iure Cano. ponitur tit. de cẽſibus, ut cenſus pro annua obuẽtione accipiatur. Sed ſanctitatẽ & iuſtitiam in iure

Can

anonico requirimus, nō Latinitatis puritatem. Attamē præ
cta pro cognitione iuris ciuilis ſunt neceſſaria, in quo, præ
rtim quod ad quinquaginta libros Digeſt. attinet, uberri-
us uerę Latinitatis cāpus exhibetur, quāuis eius Latinitatis
gnitio à pleriſq; omnibus ſcriptoribus deſiderari uideatur.

Memorabilia in ſequenti intellectu aduertenda.

Ius ex facto oritur.

Naturæ occultæ operationes non examinandæ.

Expenſæ factæ in rem dotalem ad futuram utilitatem, ſoluto matrimonio poſſunt repeti.

Expenſæ in rem dotalem ad futuram utilitatem factæ, qualiter ſint intelligendæ, ſingulariter per Zaſium.

Fructuū nomine non ueniunt lapides ex lapicidina fundi dotalis.

Iura priora per poſteriora, item & poſteriora per priora, frequenter determinantur.

Intellectus ad l. diuortio. §. ſi uir. ff. ſol. matr.

HVNC §. gl. Bar. & cōmuniter Doct. corruptè legunt, uidelicet, quòd in princi. text. loquatur de marmore qui in fructu ſit: at in uerſ. ſequēti qui incipit, & im-
nſa, &c. de marmore qui non ſit in fructu, & in quo inutili
factæ impenſæ ſunt. Poſtea uero in uerſ. niſi tale, &c. re-
tur ad primum caſum. Hæ abſurdæ interpretationes, non
riunt, ſed uiolant & corrumpunt tex. Nam apertè falſum
, quòd in uerſ. & impenſa, &c. mutetur caſus: hoc enim con
naturam copulę, imò & ſine aliqua ratione eſſet, ſicut Iaſ.
ne probat, quamuis non ſatis cōſtanter ſuę probationi ad-
reat. Et Alex. hunc intellectum non eſſe amicū literæ con-
tur, licet errorem aliorum ſequatur: quod quidē nō ceſſo
ari, tantos uiros in tam claris & apertis tex. nolentes ſcien
q; in errorē labi. Ego pro opinione Raph. Paul. de Caſt.
nc. de Aret. hunc tex. planè lego: quòd Titia cum nuberet
lerio, apportauit ei fundū ſterilem & modici uſus, in quo
ritus lapicidinam aperuerat, atq; ita fundum fructuoſiorē
erat, hoc eſt, maioris cōmodi & utilitatis. Marmor cæſum,
non exemptū fuerat, & eſt ſolutū matrimonium. Oritur
eptatio, cuius ſit hoc cęſum marmor, an mariti, an uxoris,
iero diuidi debeat pro rata temporis. Reſpondet elegan-
& bene I. C. quòd ſi eius naturæ ſit lapicidina, quòd mar-
r non rènaſcatur, exciſi lapides mariti ſunt, nulla tamen

s deducta

deducta impenſa,cum non ſint in fructu.Si uero marmor renaſcatur,dictos lapides tanquam fructus ſoluto matrimonio diuidi debere,& impenſas ex caſu deducendas. Sed huic lecturæ multa obſtant.Primo l.fin.ſuprà de fund.dot.ubi fundus cæſo marmore ſit deterior, ſi lapis non renaſcatur : ergo non poteſt fructuoſior dici. Huic argumento facile reſpondetur:quia licet in dubio cæſum marmor quod non renaſcitur,fundum deteriorem facere cenſeatur,ut d.l.fi.fallit tamē, ſi certum ſit quòd natura fortè loci, uel aliàs à facti contingentia,fundus fructuoſior fiat:quod quidem fieri poſſe tex. noſter probat,qui de fundo fructuoſiore propter lapicidinas facto,loquutus eſt.Nec operæ precium eſt examinare quomodo hoc contingat,licet Raph.ſuper eo laboret:ſed hoc ſu
1 peruacuū eſt. Cum enim ex facto ius oriatur,uulg.l.ſi ex plagis.§.in cliuo.ff.ad l.Aquil. ſufficit facti contingentia eue-
2 niſſe eum caſum quem hic tex.recitat.Quis enim occultas naturæ operationes examinabit? Secundo obſtat urgentius l.
3 iij.§.nos generaliter.infrà tit.j. ubi habetur, quod expenſæ factæ in rem dotalem ad futuram utilitatem, poſſunt repeti. Igitur cum fundus ſit factus fructuoſior, expenſa repetetur, quod tamen hic negatur.Certè hoc argumētum difficile eſſe uidetur,& Raph.uolens ei reſpondere,ſatis impertinenter diuinat,quaſi impenſa in caſu noſtro æquiualuerit precio marmoris,&c. Ego aliter & nouè reſpondeo,quòd dicta regu-
4 la de impenſis ſoluendis quæ fiunt ad utilitatem fundi dotalis,intelligitur de iis impenſis per quas mulier commodum ſentit ſine aliis futuris ſumptibus:& cum maritus per huiuſmodi ſuas expenſas nullam ſentit utilitatē:tunc enim æquum eſt eas ſolui:ut,cum maritus domum dotalem fulſit, ſeruos dotales ægros curauit,aut nouam uillam extruxit, uel paſtinam fecit,uel cætera id genus quæ mulieri in futurū poſſunt eſſe utilia,ſine aliis ſuis propriis ſumptibus, tunc æquum eſt eas diſſoluere marito.Sic loquitur d.l.iij.§.nos generaliter. Et quòd ita intelligatur,apertè euincitur ex .§.planè.in l.noſtra.At in caſu noſtro neutrum eſt. Licet enim maritus marmore cæſo fundum fructuoſiorem fecerit, tamen & ipſe commodum ex marmore ſenſit.Præterea uxori non oriebatur talis utilitas, quæ ei ſine ſumptibus eueniret. Nam licet fundus ſit factus fructuoſior,tamen ſi uoluit mulier fructus colligere,cogebatur impenſas & ſumptus culturæ adhibere.&

hæc

æ ceſt elegans & noua reſponſio, per quam dicta lectura reuiter defenditur: & eſt noſter iſte §. egregia limitatio ad ictam regulam tradiram in dicto §. nos generaliter. Terio obſtat l. ſi ex lapicidinis. ſuprà de iure dot. Sed Iaſon be- e reſpondet, quòd ibidem lapides in fundo dotali non erãt æſi per meritum, unde maritò ſi uenduntur, pecunia doti rit. Collige igitur cõcludendo, quòd lapides ex lapicidina indi dotalis non ſunt fructus, & ſoluto matrimonio marito 5
ertinent, ut per tex. noſtrum. Fallit primo, ſi per hoc funus fiat deterior, quod in dubio præſumitur, niſi contrarium erta facti euidentia conſtet. d. l. fin. Fallit ſecundo, niſi pides non ſint per maritum exempti, ſed in fundo dotali uenti, & mulieris conſenſu uenditi. d. l. ſi ex lapicidinis. Et a oportet ſentiri, ut iura iuribus concordentur. Nec eſt noim, quòd iura priora per poſteriora, & è diuerſo, determi- 6
ntur. l. ſed & poſteriores. de legibus. Fallit tertio, ſi ta- lapis eximatur, qui renaſcatur: quia tunc & eſt in fructu, & luto matrimonio diuiditur pro rata, & deducitur impenſa, per tex. noſtrum, & per text. in dicta l. fin. & ſa. l. ſi fundus. frà eodem. Prædicta ex ueritate nouè tamen, & longè fun tius quàm à communiter ſcribentibus, eſſe declarata nemo gabit, niſi cui uel ueritas non ſit amori, uel alienæ laudis idia ueritati confitendæ præualeat.

Memorabilia in ſequenti intellectu obſeruanda.

Dotalis rei dominium marito in dotem traditæ, naturaliter permanet apud uxorem, & ſol. matr. uxor habebit in rem actionẽ.
Dotalis res tradita marito, fictione iuris quærit illi dominium.
Maritus non uerè, ſed fictè, eſt dominus rei dotalis.
Rei ſuæ quilibet eſt moderator & arbiter.
Maritus dote abuti non poteſt.
Dotales res non mariti, ſed alienæ dicuntur.
Dos eſt proprium patrimonium fœminæ.
Verba, extra, præter, & c. includunt & implicant.

Declaratio l. in rebus. & quæ ibi tractantur per gl. C. de iure dotal.

AN maritus ſit dominus rei dotalis? Gl. in l. in rebus. C. de iur. dot. per multa ultro & citro uentilata, adfirmatiuam aſſeueranter adfirmat opinionem: quam

ſententiam communiter Doctor.plerique omnes, uelut equi aurigam,ita ſequuntur. Et licet communiter teneatur dominium rei dotalis apud maritum eſſe, tamen ſub euentu reſtitutionis,& ſub quadam qualificatione, ut Bald. in dicta l.in rebus. Bart.in l. diuortio. §.ſi fundum.ff.ſoluto matrimonio. & Iaſ.& Alexan.cum multis aliis, ſi quæ paſsim per Doctor. ſcribuntur taceam,quæ omnia referre,& folia inutiliter com plere,non uolui. Ego ſine diſsimulatione tex.apertum ſequor in dicta l.in rebus.ubi Imperator ita dicit: Cum eædem res,ſcilicet dotales,& ab initio uxoris fuerint, & naturaliter in eius permanſerint dominio.Non enim quòd legum ſubtilitate tranſitus earum in patrimonium mariti uideatur fieri, ideo rei ueritas deleta uel confuſa eſt,&c. Ex hoc text. duas colligo concluſiones, quibus ipſa ueritas uix poſſet eſſe ue-
1 rior. Prima:Dominium rei dotalis marito in dotem traditæ,naturaliter & ipſa rei ueritate apud uxorē permanet, propterea & uxor ſoluto matrimonio ſtatim habet in rem actionem ut domina.Hanc concluſionem probare aliter quàm per dict.l. in rebus. eſſet lumen addere facibus, uel lucernis adiuuare ſolem,cum text.eiuſdem l.preciſè hanc concluſionem & expreſſè uelit. Nec memoratur abſurda iſta & inſipida expoſitio,quam gloſ.facit,cum exponit uerbum,naturaliter,id eſt primæuo iure gentium:quod quidem ita eſt alienum à ſapore,ut tædeat hoc conuellere. Imperator enim de ea naturalitate loquitur,quæ ſuper ueritate fundatur,ut clarè tex.pro-
2 bat. Secunda cōcluſio:Traditio rei dotalis facta marito,operatur,ut quadā uelut umbra,iuriſq; ſubtilitate & fictione,marito uideatur quæſitum dominiū quo ad uſum dotis, aliosq; nōnullos effectus in iure expreſſos:quia fictio in caſibus expreſsis tantùm operatur,non autem in iis qui non exprimuntur.Ex quibus ambabus concluſionibus uelut corollam infe-
3 ro,quòd maritus non ſit uerè, ſed fictè dominus rei dotalis.
Hæc corolla patet primo : quia quicunque eſt dominus rei,
4 is poteſt re ſua abuti,cum quilibet ſit rei ſuæ moderator & arbiter.l.ſed etſi lege. §.conſuluit.de petitione hæredi.l.in re
5 mandata.C.mand.l.nemo.C.de Iudæ. cum uulg. Sed maritus dote tradita abuti non poteſt.l.ſi cum dotem. §.in ſæuiſſimo.infrà eodem.Ergo,&c. Secundo patet per expreſſos text.Nam theſaurus in fundo dotali inuentus dimidiabitur ac ſi in alieno inuentus eſſet.l.diuortio. §.ſi fundum. hoc
noſtro

noſtro titu. Et ne dicatur quòd ibi uerbum, quaſi, diminuat, addo alium text. qui directè dicit, res dotales non eſſe mari- 6 ti, ſed alienas. l. ſi conſtante. §. ſi maritus. infrà eodem. Nec ad rem pertinet quòd glo. ibidem exponit, in alienis, ſcilicet ſpe: quia hoc eſt text. planum corrumpère, quibus corruptionibus me nemo unquam perſuaſerit ut accedam. Tertio fa. text. in l. aſsiduis. C. qui pot. in pignor. ubi dicitur, maritum ex ſua ſubſtantia, non ex dote mulieris, ſatisfacere creditoribus: & res in quibus maritus eſt dominus, ſeparantur à rebus dotalibus. Cui rationi gloſ. ibidem non reſpondet. Quarto fa. text. ineuitabilis in l. denique. §. ſed utrum. in fin. ff. de minor. ubi dicitur, dotem eſſe proprium patrimonium fœminæ. Et licet gl. ibi ſubaudiat uerbum, quaſi, tamen eſt corruptio text. Quinto faciunt l. cum dos. de pact. dotal. ibi, dos mulieri acquiſita eſſet. l. maritus. in prin. ad l. Falcid. ibi, maritus uxoris res extra dotē adminiſtrauit: ex eo enim ſequitur, quòd & dos ſit res uxoris, cum ea uerba, extra, præter, &c. includant & implicent. bonus tex. in l. ſciendū. §. ſi fundus. ſuprà qui ſatiſd. cog. licet gl. conetur reſpondere, ſed impertinenter. tex. in l. plerunque. ad prin. de iure dot. Et ne extendar, tex. eſt in d. l. in rebus. cui nemo reſpondebit, niſi pergamus eundem tex. dilacerare. Nec obſtant multa iura. ſ. dotem. ſuprà de fund. dot. l. Pomponius. §. in dotem. & quę ibi not. Bar. de acquir. poſſeſ. l. doce. C. de rei uend. l. & quæ dotis. C. de iure dot. l. dotis. in fin. cum l. ſeq. ff. de iur. dot. cum ſimilibus. quia tale dominium dotis apud maritum non eſt uerè, ſed fictè, & iuris ſubtilitate, & ad quoſdam effectus in iure expreſſos. Ad alios autem effectus non expreſſos nō extenditur hoc fictum dominium. Et hanc reſponſionem non ego, ſed Imperator dat in d. l. in rebus. cui uelut ſcipioni & anſæ inhæreo.

Memorabilia in ſequenti intellectu aduertenda.

1 *Vulneratus à duobus ſi decedat, ambo tenentur.*

2 *Vulneratus à duobus, ſi poſterior uulnere ſuo mox interficiat, is tenetur de occiſo, uel ſi euidenter conſtat poſterius uulnus cauſam morti dediſſe.*

3 *Vulneratus ab aliquo, ſi poſtea alio ſuperueniente euētu decedat, non tenebitur de occiſione uulnerans.*

4 *Dictio, alius, implicat qualitatem præcedentis dictionis, licet aliquando improprietur.*

5 *Vulneratus ab uno,ſi alius occaſionem ſuperuenientis euentus,quo acceleretur mors,dederit,non primus,ſed ille alius tenebitur.*
6 *Damni occaſionem dans,damnum dediſſe cenſetur.*
7 *Vulnus eſſe mortiferum,& aliquem ex uulnere mori,parificatur.*
8 *Vulnus an ſit mortale;certitudine poſitiua & ciuili apparet.*

De intellectu l.item Mela.§.Celſus.ff.ad l.Aquil.

HABES in materia uulnerationum iura penitus diſsidentia.Nam in l.item Mela.§.Celſus.ad l.Aquil.dicitur,quòd ſi alius mortiferè uulnerauerit, alius exanimauerit,primum non teneri niſi de uulnerato,non de occiſo.E' diuerſo text.in l.ita uulneratus.§.j.eodem tit.directè contrarium decîdit.Nam ſi prior mortiferè uulnerauerit, poſterior aliud uulnus infligat, per quod celerius moritur uulneratus,ambo tenentur de occiſo.Et ne euadẽdo dicas, quòd in dicto §.j.poſterior iſte non intulerit mortem, ſed ſolum accelerauerit:at in §.Celſus.poſterior exanimauit,& intulit mortem hæc enim ſolutio quamuis breuis & expedita eſſet, tamen confunditur per l.huic ſcripturæ. §.ſi ſeruus.eodem tit.ubi ſeruus mortiferè uulneratus,poſtea ruina, naufragio, uel alio ictu maturius periit, & tamen tantum primus tenetur de uulnerato,& non ambo.quod & confirmatur per dict. l.ita uulneratus.in princip.recte cum intelligendo. Nam deciditur ibi, quòd ſi ſeruus ſit mortiferè uulneratus ab uno, poſtea ictus ab alio deceſſerit, non teneri niſi primum, qui adhibita ui,& quaſi mortis cauſam tribuerat. Intricatam igitur hanc eſſe contrarietatem quis non uideat? utpote quòd in §.Celſus. poſterior de occiſo tenetur, non prior: in §.ſi ſeruus.prior de uulnerato tenetur, alter in nihilum.In l.ita uulneratus.in princip.prior de occiſo tenetur,poſterior non: at in §.j.eiuſdem l.uterque tenetur de occiſo. Certè hæc obſcuritas à Doctoribus, quos quidem ego legerim, non eſt diſcuſſa.Gloſſ.in dicto §.ſi ſeruus.ſupplendo dicit, ibi fuiſſe uulnus mortiferum putatiuè.Sed hoc eſt text.corrumpere. Præterea Iaſon in l.ſi ab hoſtibus.§.j.ff.ſolut.matrim.allegat Cepollam in cautel.xxij. dicentem, manifeſtè conſtare debere, quòd ex uulnere primo ſit mortuus. Nec ſufficiat probari uulnus fuiſſe mortiferum, cum etiam mortiferè uulneratus ſuperuiuat.l.j.ad fin.infrà ad Syllan. Vnde probari opus ſit certum eſſe eum moriturum, &c.Hæc ſolutio licet ſit

probabilis, tamen confunditur per text.in dicta l.ita uulne-
ratus.poſt princ.ubi in uerſic.ſed & hi quorum.iuncto uerſ.
igitur ſi quis.omnino parificantur, mortiferè uulnerari, &
certum eſſe quòd uulneratus ex uulnere moriatur. Vides ne-
bulas, adduc lucem, ſi poteris. Certè diſtinguenda ſunt tem-
pora, & intelligemus ſcripturas. Sic igitur diſtingue: Aut ex
percuſsione poſterioris mors incõtinenti ſequuta eſt, aut non
eſt incontinenti ſequutà. ſi fuit incõtinẽti ſecuta, certè dubiũ
non eſt quin iſte poſterior de occiſo teneatur, cum uerum ſit
ipſum occidiſſe. dicto §. Celſus. ubi pondero uerbum, exa-
nimauit. Sin uero mors non eſt incontinenti ſequuta, tunc
aut percuſſura poſterior, non manu hominis, ſed alio euen-
tu facta eſt, & primus tenetur de uulnere, cum nemo alius te-
neri poſsit. & ſic procedat l. huic ſcripturæ. §. ſi ſeruus. & me-
ritò primus tantum de uulnere, non de occiſo tenetur. Caſus
enim fortuitus qui poſtea accidit, non patiebatur apparere an
iſte uulnerans occiderit, ut ibidem dicitur. Aut manu homi-
nis poſterior percuſſura facta eſt, & tunc aut conſtat quòd po
ſterior percuſſura maturius accelerauit mortem, & ambo te-
nentur, utpote quòd ipſi ambo dediſſe cauſam morti cenſen-
tur, & ſciri non poſsit ex cuius ictu perierit uulneratus: ſecus
fortè ſi ſciretur cuius ictu periiſſet. Proinde non ſine cauſa
ibidem ſubnectitur per quandam conſequentiam, §. idq;.
Aut conſtare non potuit, quod poſterior ictus mortem à pri-
mo uulnere illatam accelerauit, & tunc poſterior non tene-
tur, ſed prior. & ita procedit dicta l. ita uulneratus. in princip.

Talis igitur infertur concluſio: Si uulneratus à duobus 1
decedat, ambo tenentur. dicta l. ita uulneratus. §. j. Fal-
lit, ſi poſterior uulnerando, mox exanimet & interficiat. dict. 2
§. Celſus. & idem puto ſi euidenter conſtet, quòd percuſſu-
ra poſterior dedit cauſam morti, non prior. dicta l. ita uulne-
ratus. §. idq;. ibi, ut non appareret, &c. Secundo fallit, ſi
ex aliqua coniectura conſtare non poſsit, quòd ictus poſte-
rior caſum mortis accelerauerit. dicta l. ita uulneratus. in prin.

Tertio fallit, ſi non manu hominis, ſed alio euentu cauſa 3
mortis acceleretur, ut ruina, naufragio, &c. quia tunc primus
tenetur de uulnerato. dict. l. huic ſcripturę. §. ſi ſeruus. Quòd
ſi opponatur, quòd in dicta l. huic ſcripturæ. §. ſi ſeruus. non
ſolum de euentu ruinæ, naufragii, ſed etiam de ictu hominis
mentio fiat: ſic enim dicit text. Si ſeruus uulneratus morti-

ferè,poſtea ruina uel naufragio uel alio ictu perierit, &c.ubi uidetur de ictu hominis intelligi, & ſic dict. §. ſi ſeruus. expreſſe contrarius eſt §.j.in dicta l.ita uulneratus.quia ibidem ambo tenentur, & eſt tamen omnino par caſus, quia ſicut hic,ita illic maturius periit uulneratus.Reſpondeo, quòd illa uerba, *uel alio ictu*, non loquuntur de ictu hominis, ſed de ictu caſus fortuiti : quod quidem neceſſarium eſt ita intelli-
4 gi.Dictio enim, *alius*,ſuo uero & naturali ſignificato implicat qualitatem præcedentis dictionis, licet aliquando improprietur,ut in iuribus uulg.tractatur. Bartol.in l.idem Vlpian. §.ſunt & alii.infrà de excuſationibus tutor. Vnde cum in noſtro §.ſi ſeruus. dicatur, ſi ſeruus ruina, naufragio, uel alio ictu perierit,intelligendum eſt,alio,ſcilicet eius generis qui ſit inter caſus fortuitos. Et quòd ita intelligatur, ſequentia bene demonſtrant, cum tantum caſus fortuitus repetitur. Dicit enim text. Non eſt paſſa ruina apparere an ſit occiſus. Præterea niſi ita intelligeretur, non eſſet poſsibile concordare dict. §. cum dicta l.ita uulneratus. §.j.ſine abſurda & diuinatoria ſuppletione,quas diuinationes niſi urgens con-
5 iectura accedat,ſemper ſum deteſtatus. Ex quo infero, quòd ſi ruina,naufragium,uel alius caſus culpa hominis accideret, tunc non ſolum primus uulneratus,ſed etiam ille ſecundus te-
6 neretur,iuxta doctrinam dict. l.ita uulneratus. §.j. Nam qui occaſionem damni dat, damnum dediſſe uidetur, per regulam l.qui occiderit. §.in hac.ad l.Aquiliam. cum ſimilibus.

Ad id autem quod Cepolla in cautelis ſuis, ſicut eum allegat Iaſon,putat aliud eſſe uulnus mortiferum, aliud mortale,uolens quòd certum eſſe debeat quòd uulnus non ſit mor-
7 tale, ad hoc quòd primus non teneatur, phantaſia eſt.Nam ipſum ius parificat caſum,ubi certum eſt aliquem ex uulnere mori,& uulnus eſſe mortiferum.d.l.ita uulneratus. uerſ.ſed & ij .iũcto uerſ.igitur.Nec requiritur in hac materia ea certitudo quæ non fallat:in iure enim noſtro non procedimus ad punctum ueritatis in iſtis naturalibus,ſed ad ea quæ communiter accidunt.l.iura. ſuprà de ll.argumento gloſſ.in l.iuris gentium. §.pactorum.in uerſicul.ut perſonale.ff.de pactis. Proinde & ſententia data ex teſtimonio medici, etiam ſi dixit certum eſſe uulnus fore mortale,poteſt retractari, ſi teſtimonium peritioris medici ſubſequatur, ut late per Alexand.
8 in dicta l.ſi ab hoſtibus. §.j. Poteſt igitur in iure certum eſſe

quòd

quòd uulnus ſit mortale,certitudine poſitiua & ciuili, & po-
teſt tamen uulneratus ex ui naturæ ſupetuiuere, argumen.
di&.l.j.in fin.ad Syllan. Non igitur certitudinem quæ per
occulta naturæ fundatur,ſed quæ ex communiter accidenti-
bus ueniat,& ex ueriſimilibus fluat,conſideramus.

Memorabilia in ſequenti intellectu aduertenda.

Compenſatio ſpeciei ad quantitatem uel ſpeciem,in iure eſt prohibita.

Verbum,taceat,correctorium eſt in iure noſtro.

Compenſationis materiam per iura nouiſsima non corrigi.

Compenſatio qualiter per iura nouiſsima corrigatur.

De l.rei iudicatæ.§.j.ff.ſol.matr.

AN §.j.in l.rei iudicatæ. ſolutó matr.ſit correctus per l.j.§.taceat.C.de rei uxor.act.multa ſcribũtur:& dicit Alex.in §.j.cõmunem eſſe ſententiã,quòd prima ſolut.gl.ibidẽ uera ſit, ſcilicet quòd Imperator in §.taceat. loquatur de ſpecie nõ cõpenſanda:ſed in §.j.admittatur cõpenſatio in ſumma pecuniaria. Hæc ſolutio & cõmunis, cum a ſententia procedere non poteſt,cum de iure Digeſt.prohi 1
ita ſit compenſatio ſpeciei ad quantitatem uel ſpeciem.l.ſi conuenerit.ſuprà de pign.act.at uero Imperator cum dicit, Taceat in ea retentionum uerboſitas,&c.nouum ius introducere uoluit:nec enim fuiſſet opus de hoc legem facere quod prius ſatis fuerat prouiſum:unde non poteſt dicta ſolutio admitti.Cum enim compenſatio ad ſpeciem ſemper tacuerit,& nunquam ſit in aliquo caſu admiſſa, quid per Iouem potuit permouere Imperatorem,ut à limine iuris,id quod nunquam fuit admiſſum,repelleret? Denique uerbũ, *taccat*,eſt uerbum 2
correctorium.l.j.§.cum igitur.uerb.conquieſcant.C.de La.
.liber.tollen.l.j. poſt princip.uerb. in poſterum conquieſcentibus.C.de aſſer.toll.l.cum inſpeximus. uerb.in poſterum.C.de emancip.lib.cum multis ſimilibus. Corrigit igitur dict. §. taceat. antiquam iuriſprudentiam. Sed an iura Digeſt.in materia compenſationis corrigantur, uidebimus.Et breuiter puto quòd non:tum quia legum correctio eſt uitan- 3
da quoad eius fieri poſsit, per uulgata documenta : tum quia cum noſtra interſit cõpenſationes admitti,l.iij.ſuprà de compenſation. non eſt præſumendum quòd Imperator ſuis legibus damnum nobis inferat.Neque enim ita faueri mulieri-

bus uel earũ dotibus debet, ut per hoc ſublato legitimo commodo, maritus in damnum incidat. Præterea finge uxorem non futuram ſoluendo, utpote quòd luxurioſa mulier dotem recuperatam mox decoquat, quis conſulet marito res amotas repetituro? Ne igitur cogamur dicere Imperatorem abſurda admiſiſſe, neceſſarium erit fateri, quòd compenſationis æquitatem, quæ per ius Digeſt. introducta eſt, nõ ſuſtulerit. Quid ergo correxit Imperator, qui dicit retentionem quieſcere de-
4 bere? Si ſit locus ueritati, non dubitamus quin quandam antiquam obſeruationem, quæ circa dotes retinendas fuiſſe creditur, ſuſtulerit: quæ retentio, ut augurari licet, quibuſdam uerborum ſolenniis obſeruabatur. Proinde Imperator non fruſtra dicit, tacere debere retentionum uerboſitatem, ut apertè innuat eam retẽtionis uiam uerboſam fuiſſe. Et ſic recipi non poteſt quòd de compenſatione ſentiat, quæ non modo non uerboſa eſt & litigioſa, ſed ſedatrix uerboſitatum & litium. Quid enim ſi olim licuit dotem retinere, etiam ſi mulier ſpeciem debebat marito? quod nunquam in compenſatione iuris noſtri receptum fuit. Erat igitur retentio, quæ licet in effectu uel conſecutiuè compenſationem operabatur, tamen propter uerboſitates, & alia quæ ſpecialiter in dotis materia uſurpabantur, non potuit cenſeri compenſatio: quam uerboſam retentionem, antiquamq; obſeruationem, ſummouit Imperator, non hanc utilem compenſationis æquitatem. Et hoc prætextu ſaluari poſſe credo Bartol. in dicto §. j. in fin. uolentem aliud eſſe retentionem, aliud compenſationem: cuius dictum Alexand. cum ſua factione male improbat. Nec enim uerum eſt legem hoc caſu uerbis, non rebus imponi, cum per ſupradicta pateat, aliam rem eſſe eam, de qua Imper. loquitur, retentionem, aliam compenſationem, utpote quòd illa ſit uerboſa, & tãtum in dotibus antiquo more recepta, at hæc communis eſt & legitima, uerboſitatis inimica. Quòd ſi quis argutè perpendat Iuſtiniani mentem, liquidò colliget eam fuiſſe præcipuam ipſius intentionem, antiquas uidelicet obſeruationes, quæ plus ambagis & laboris, imò & periculi habuere quàm utilitatis, ſuſtollere, & expedita quadam apertaq; uia inexplicabiles antiquitatum plicas explicare, id quod in multis patet: nam & in emancipationibus rapiſmata ſuſtulit, abiecit ſtipulationum ſolennia, formulas excluſit, aboleuit imaginarias in teſtamentis uenditiones, aſſertionum inuolucula compreſsit,

preſsit,& plurima id genus. Vnde mirum nemo faciat, ſi & in præſentia cuiuſdam antiquæ retentionis nerboſitatem ab aula repulit. Et huic intellectui meo egregie adſtipulatur Ang. quem poſtea iuxta meam ſententiam ſentire reperi, in l. filiofamil. in princip. infrà eodem.

Memorabilia in ſequenti intellectu aduertenda.

1 *Verba dubia ſubiunctiui modi in ultimis uoluntatibus in futurum ſonant.*

2 *Tacitũ non uitiatur, tametſi expreſſum uitietur, in æquè principalibus.*

3 *Actus ualet ut ualere poteſt, ſi uitium ſit in materia.*

4 *Pupillariter non poteſt ſubſtitui, niſi ijs qui ſunt in poteſtate.*

Intellectus l. moribus. §. ſed etſi extraneum. ff. de uulg.

DYNVS, Bartolus, & cõmuniter Doct. hunc §. intelligunt, quòd teſtator impubem extraneum hęredem ſcripſerit, eiq; ut extraneo pupillariter ſubſtituerit, & poſtea eum adoptauerit. Mouentur, quia uerba tex. in d. §. ſonant in futurum: nã dícitur, ſi modo eũ adoptauerit. At uerba illa dubia ſubiunctiui modi in ultimis uolũtatibus in futurũ ſonant, per iura uulg. l. cũ tale. §. pen. de cond. & dem. cum ſimil. Secundo mouentur, quia ſubſtitutio pupillaris extraneo facta licet ſit inualida in ſe, tamen ſubſiſtit in tacita uulgari, quæ in ea cõtinetur: iſta tacita uulgaris poſtea mutatur in pupillarẽ ualidam, quia qualitates huiuſmodi mutari poſſunt. arg. l. iij. §. ſi. ff. de hæred. inſtit. Probant etiam hoc per id quod uulgò dicitur, Vitiato expreſſo, non item uitiari tacitũ in æquè principalibus. l. ſi fideiuſſor. de leg. j. cum uulg. Et cum uitium eſt in materia, actus ualebit ut ualere poteſt. l. ſi unus. §. ſi acceptilatio. ff. de pact. Adducunt etiam text. in l. ſi. C. de hære. inſtit. ubi uerba ſubſtitutionis pupillaris ſunt in perſona maioris ſeu puberis adiecta, & tamẽ talis ſubſtitutio remanet ut uulgaris. Ego cõtrariũ teneo, & dico, quòd d. text. in §. ſed etſi extraneũ. intelligi debet, quòd impuberi extraneo non poterit ſubſtitui, niſi ipſe fuerit adoptatus, id quod facile conſtat, ſi uerba d. tex. per reſolutionem ſub caſu cõtrario cõuertas. Sic enim ſonant uerba: Poterit ei ſubſtituere, ſi modo eum adoptauerit. Ergo per cõtrariũ, ſi nõ adoptauerit, nõ poterit. Negatur itaq; potẽtia ſubſtituẽdi, donec nõ fuerit facta adoptio. quod & gl. ibidem ita intellexit in uerſ.

ſi

ſi modo. ubi ſupplet, non aliàs poſſe, niſi fuerit adoptatum. Non ergo datur potentia ſubſtituendi extraneo, niſi uerificata ea modificatione quæ adiecta eſt. Et quod hic intell. ſit
4 neceſſariò recipiendus, probatur per iura quæ negant pupillariter ſubſtitui poſſe, niſi iis qui ſunt in poteſtate. ita eſt tex. in l. j. ſuprà eod. ubi dicitur, Quod ſic erit accipiẽdum, ſi ſint in poteſtate. Non dicit, ſi futuri ſint. & hæc conditio debet uerificari in forma ſpecifica. Preterea text. in §. extraneo. Inſtit. cod. tit. ſimpliciter negat extraneo ſubſtitui poſſe. Eſt igitur planè improuidens aſſertio, d. §. ſed et ſi. uelle intelligere contra mentem expreſſarum legum, maximè cum nulla nec ratio nec lex ſuffragetur, niſi quòd nonnulli commentitios ſibi intellectus confingunt pro errantis ingenii impulſu, ut aliqua dixiſſe uideantur: quæ unica res, maxima & periculoſiſsima peſtis eſt iuris ciuilis. Nec obſtat quod de uerb. adoptauerit, quaſi futurum ſignificet, opponitur: quia certũ eſt talia uerba ſubiunctiua eſſe dubia, ut nunc præteritũ, nũc futurum ſignificent, ſecundum materiam ſubiectam: & crebrius in præteritum diſponunt quàm in futurum, quia à præterito formantur. ſa. l. uerbum erit. ff. de uerb. ſignif. Et poſſent multæ ll. adduci ubi in præteritũ potius ſonarent, quàm in futurũ. Debet ergo omnino hoc uerbum, adoptauerit, hic ſub præterito intelligi, tum quia talis intell. nõ reſiſtit regulæ, quæ habet, quòd extraneo ſubſtitui non poſsit: tum quia hic non de facta ſubſtitutione, ſed de potentia ſubſtituendi diſputatur, quæ potentia, ut dixi, modificatur, ita quòd niſi dicta modificatione uerificetur, potentia ſubſtituendi abnegetur, ut ſuprà dixi. Nec obſtat quod dicunt, ſubſtitutionẽ pupillarem inualidam, ſaltem ualere ut uulgarẽ: quia hoc falſum eſt, & non ſolum nullo iure dicitur, ſed etiam intolerabili errore prætenditur. Cum enim ſubſtitutio uulgaris in pupillari expreſſa, non contineatur ex aliqua ui uerborum, ſed ex ſola legis poteſtate, ut omnes Doct. tenent, & eſt text. in l. iã hoc iure. infrà eod. certe non eſt dicendum quòd lex eo caſu quo ipſa inualidat ſubſtitutionem pupillarem, uelit nihilominus huic actui inualido aliquem dare effectum. Debet ergo intelligi, ſubſtitutionem pupillarem eſſe ualidã ad hoc, quòd lex ei hunc effectũ tribuat, ſcilicet de uulgari tacita: ſecus fortè eſſet ſi ex ui uerborum, uel ex natura uerborũ uulgaris contineretur. Et per hoc facile reſpõdetur ad alia argumẽta, ſcilicet

cet ad l.ſi fideiuſſ. de leg. j. l. j. § . j. ff. quib. mod. pig. &c. quia ibidem ex natura conuentionis continebatur tacitum. Cum ergo ibidē peccatū erat in expreſſo, & non in tacito, quod ex natura conuentionis continebatur, meritò lex non ultrà procedit. Vnde ſi ex natura uerborū in pupillari cōtineretur uulgaris tacita, admitterem dicta argumenta: ſed nulla uerborū poteſtas, ſola uis legis eā includit, propterea neceſſe eſt quòd expreſſum ſit ualidū, ne lex uitioſæ diſpoſitioni det effectū, quem natura uerborum non dedit. Tandem text. in l. fi. C. de hæred. inſtit. non facit feſtucā: quia ibi Imperator illa uerba, Sempronius Plotii hæres eſto, dicit ex natura uerborum importare uulgarem, quia non aliter quàm ut mera uulgaris ibidem per Imperatorem exponuntur. Vnde illic nec uerba, nec mens, nec diſpoſitio, quoquā modo in pupillarem ſonāt.

Nec obſtat quod Alex. uolens defendere errores Doctorū, dicit, quòd § . ſed etſi. quando aliter intelligeretur, eſſet ſuper indubitabili, &c. quia hęc eſt miſera ratio: infantiles enim leges ſunt quæ ſuper modica dubitatione emerſerunt, ſicut ipſe Alex. in aliis pleriſq; pro ſuo commodo, ſæpe hoc genus argumentandi confutat. Præterea ſatis dubitatur hic: uidebatur enim cum ſubſtitutio pēdeat à teſtamento paterno, quòd debebat attendi tempus facti teſtamēti: ſed hic deciditur ſufficere quòd pupillus ſit in poteſtate, tempore quo ei condunt ur tabulæ pupillares: & in hoc text. eſt notabilis & ſingularis. Ego poſtquam ita iudicabam ſentiendum, ut præſcripſi, inueni in Alex. quòd ipſe adducit Paul. de Caſt. ita ſentientem. Imò & Iaſ. comperi, qui & Raph. & Ang. Aret. pro ea aſſertione allegat, quam etiam ipſe ſequitur, & d. § . ſic, ut præfixi, dubitabilem fecit.

Memorabilia in ſequenti intellectu obſeruanda.

Donatio inter uirum & uxorem non reuocatur niſi ex cauſis in iure expreſſis.

Donationem rite factam reſcriptum principis non irritat.

Donatio facta uxori per amicos mariti, eſt ualida.

Donationis dominium ex eo contractu competens, in perſona hæredis non ceſſat.

Donatio facta uxori contemplatione mariti, non poteſt dici facta marito, contra Bart.

Donatio facta uxori ab amicis mariti, cenſetur ab ipſo marito facta: & hæc donatio non eſt prohibita, & iuſte fieri poteſt.

Doct

7 *Doctorum aſſertionibus non facile ſubſcribendum.*
8 *Zaſij inſtitutum in profitendis legibus.*

De l.ſed ſi plures.§.in arrogato.ff.de uulg. & pup.ſubſtit.

BAR. in hoc tex. inter alia decidit, quòd ſicut ea quæ ab amicis et cognatis arrogatoris, ad filium arrogatum ueniunt, cenſentur ab ipſo arrogatore profecta, cum magis contemplatione ipſius data ſint: ita ſi ab amicis uel conſanguineis mariti gratia eiuſdem, aliqua donantur uxori, illa bona poſt mortem uxoris marito reddi debere, ea ratione, quòd magis uideantur marito donata quàm uxori: & è diuerſo, ſi conſanguinei uxoris marito donent, &c. Hanc adſertionẽ tanquam apertè falſam condemnant Raph. Cum. Lud. Rom. & Franciſ. Aret. ut hic latius Iaſ. adducit, per ineuitabilem text. in l. ſi ſeruus communis. in fin. de don. int. uir. & uxor. ubi quòd à fratribus mariti uxori donatur, remanet uxori: & dicit ibi expreſſe text. non debere eam id reddere. Franciſcus Aret. allegat quoque text. in l. ſi conſtante. in l. ſi te in uacuam. C. de don. int. uir. & uxor. ubi clarè deciditur, ſi à matre uxoris quiddam donationis titulo ad maritum peruenire contingat, eandem donationem non tam reuocari non poſſe, quàm ratam manſuram. ad §. in arrogato. reſpondent prædicti domini, quemadmodum diffuſe apud Iaſ. uidere licet. Sed Alex. uolens defendere Bartol. miſerrimis utitur effugiis, calumniando & corrumpendo text. in d. l. ſi ſeruus communis. cum tamen textus ibi ſit clarus, quòd fratres mariti ratam habendo donationem factam uxori per ſeruum communem, ipſi donaſſe cenſeantur, & non debeat uxor huiuſmodi donata reddere: neque refert, fratres donauerint, uel ratum habuerint. l. uice. C. de don. Iaſ. poſt multa quæ ultro & citro uoluit, lectori haud parum faſtidii excitantia, tandem dicit, dict. §. in arrogato. intelligi debere de donis quæ fiebant ab amicis arrogatoris: huicq́; intellectui ſubſcripſiſſe ait Raph. Cum. Quòd ſi res ita ſeſe haberet, certè is text. noſtri §. in arrogato. nihil faceret pro Bartol. licet Iaſ. denique inclinare uideatur in opinionem Bartol. nihil tamen perfecti decidendo. Ego uno uerbo negocium abſoluens, dico Bartol. opinionem eſſe falſam omnino, & non poſſe aliquo modo defendi. Certum enim eſt, quòd donatio inter
uiuos

iiuos quę iuſtè fit,reuocari nunquam poteſt,niſi ex cauſis in
ure expreſsis.text.eſt ad literam in l.fin.in prin.C.de reuoc.
lon.& dicit text.in l.j.in fin.cod.tit.fas non eſſe inquietari
illo modo donationes, quas donans non reuocauerit. fa. l.
j.l.uelles.cod.tit.Imò uſqueadeò ualida eſt donatio ritè fa- 2
ta,quòd nec per principis reſcriptum reſcindi poſſet.l. ſi do
iationem. cum gl.ibidem & concord.C.cod.tit. Præterea ſi
lonatio quæ in perſona uxoris rata eſt, ſubinde in perſona
æredum ſuorum infirmaretur,tunc hæc obligatio eſſet tem
oralis,contra l.obligationum.§.placet. ff.de act, & oblig.
naxime cum manifeſti iuris, & nemini dubium ſit,contractũ
onationis tráſitorium eſſe ad hęredem,niſi fortè uſufructus
lonatus ſit,&c.Veritas itaq; eſt, quòd ſi donatio facta ſit u- 3
ori per amicos mariti,etiam eius intuitu,ualet,quemadmo-
um breuiſsimis,ſufficienter tamen,ſuprà probatum eſt: un-
e erit perpetua,& ualebit etiam in perſona hęredum uxoris.
t per hoc tollitur ſolutio Alexan.& Iaſ.qui dicunt,quòd iu
a ſuprà allegata decîdant quidem donationem prædictam
on eſſe prohibitam,ſed non decîdãt cuius ſint ea bona poſt
nortem uxoris. Quæ ſolutio planè ridicula eſt: contractus 4
nim donationis cum transferat dominium facta traditione,
er iura uulg.unde dominium ex eo contractu quæſitum, in
erſona hæredis nõ ceſſat, qui certè totius iuris defuncti ſuc
eſſor eſt.l.quædam.§.nihil intereſt.de ædend. Omnino i-
itur improuidè, &, ne quid durius dicam, imperfectè lo-
uũtur dicti Doct. qui diſcutere uolũt, an donatio in perſo-
a uxoris rite facta,quo ad hæredes ipſius ualeat. Sed dicent
ortè, in præſenti caſu non eſſe conſiderandum, an donatio
aleat uel non:præſupponitur enim donationem ualere:imò
oc eſſe inueſtigandum, cuius contemplatione fiat dona-
o. Nam ſi cognati ipſius mariti propter eundem maritum
onauerunt uxori, tunc potius marito quàm uxori cenſetur
icta iſta donatio: tum quia regula eſt, Propte[illegible]od unum-
uodque tale, & ipſum magis tale, &c. tum denique, quia
.in arrogato. innuit, quòd cum cognati arrogatoris fi-
o arrogato donent, perinde eſſe ac ſi arrogatori donatum
ſſet, & poſtea arrogator in filium contulerit: quod ſatis
robatur, ſi textum in dicto §. in arrogato. perpenderimus,
um dicit, ea ſola uenire in ſubſtitutione, quæ arrogator
ſe filio dederit. Ibi ponitur uerbum præciſum, ſcilicet,
ipſe

ipſe arrogator: & tamen poſtea ſubiungit Iurecõſ. quòd imò
amplius ea ueniunt quæ cognati largiuntur. Ex quibus con-
ſequens eſt, quòd cognatorum largitio habetur pro largitio-
ne arrogatoris, ſic quòd fingantur illa bona per cognatos fi-
lio data, primo ad arrogatorem, & pòſt ab arrogatore ad filiũ
perueniſſe, ut ita ſit donatio facta breui manu. In hac ſola cõ
ſideratione Bart. ſe fundat, ſuamq; opinionem hoc unico ful-
cimento roborat (quamuis Doctores nõ perpenderint, quod
miror) Dicit enim Bartol. hanc donationem per conſangui-
neos mariti in uxorem exhibitam, magis maritò quàm uxori
factam uideri. Quod ſi ita foret, non mirum eſſet, ſi hæredes
uxoris ea bona marito reddere cogerentur, tanquam nunquã
perfectè quæſita uxori. Sed tantum abeſt ut prædicta conſi-
deratio Bartol. proſit, quòd etiam ſuum errorem inexcuſabi-
5 liter prodat. Non enim uerum eſt quòd donatio facta uxori
contemplatione mariti, ſit magis marito facta: nã & hoc nul-
lo iure probatur, & actus contrahentium in contrarium ſo-
nat. Si enim conſanguinei mariti uoluiſſent ei donaſſe, non
equidem uxori donaſſent: & multum diuerſa ſunt, mei intui-
tu quid fieri, & mihi fieri. Porrò cum filio meo donantur cen
tũ principaliter, propter me, ita quòd ſum cauſa immediata,
quis eſſet ita male ſanus qui diceret dicta centũ mihi eſſe do-
nata? potuit enim, ſi uoluiſſet, mihi, non filio donauiſſe. Si
ergo d. §. in arrogato. ritè uelis inducere, & applicare ad xe-
nia ſeu munera data uxori ab amicis mariti, ſic dices: Quòd
6 ſicuti munera à cognatis arrogatoris filio arrogato facta, cẽ-
ſentur ab arrogatore in filium profecta, ſic munera ab amicis
mariti in uxorem collocata, cenſentur ei à marito facta. Hæc
eſt iuſta & uera inductio: quo caſu inueſtigari conueniet, an
hęc donatio, quia à marito prodiiſſe iudicatur, reuocari à ma
rito poſt mortem uxoris poſſit, tanquam inter maritum & u-
xorem prohibita, & morte uxoris infirmata. per c. fin. de dot.
inter uir. & uxor. Hic dico, talem donationem non eſſe pro-
hibitam, ſed ritè & iuſtè fieri poſſe. d. l. ſi ſeruus communis.
d. l. ſi te in uacuam. d. l. ſi conſtante. C. de don. cum ſimil. Et
tali reſpectu ueniunt huiuſmodi iura optimè ad propoſitum,
quæ Alex. tanquam impertinentia reiecit. Addo optimũ tex.
in l. ſi mater ueſtra. C. de don. an. nup. & text. in l. hæc ratio.
§. poteſtatis. §. ſocrui. de don. int. uir. & ux. ubi illę donatio
nes à cognatis coniugũ factæ, dum non ſit impedimento pa-
tria

tria poteſtas, ualent. Nec obſtat quod dicitur, huiuſmodi donationes à marito cēſeri proceſsiſſe, atque ita prohiberi: quia dupliciter reſpondeo. Primo, quòd fictione iuris hæc recipiuntur, quæ hoc loco nō operatur, cum ille caſus, in iure donationes maritales prohibente, non ſit expreſſus, imò contrarium decidatur. Secundo reſpondeo, quòd non omnis donatio uxoris uel mariti eſt prohibita, ſed tantum illa quæ facit donantem pauperiorem, uel cum qua concurrit una ex cauſis in l. j. ij. & iij. in prin. de don. int. uir. & uxo. deſcriptis. Nam inuenio donationes uxoris in maritū eſſe ualidas, & è diuerſo, in caſu qui doctrinam Bar. prorſus ſubuertit, in l. ſed ſi uir. §. quod legaturus. de don. int. uir. & ux. ubi dicit tex. id quod tu mihi legaturus uel hæreditatis nomine relicturus es, potes rogatus à me uxori meæ relinquere: & non uidetur ea eſſe donatio, ſcilicet quæ prohibeatur, quia nihil ex bonis meis diminuitur, &c. Nec obſtant eidem l. quæ traduntur in l. iij. in fin. cum l. ſeq. eod. tit. quia ſolutio ibidem per glo. ponitur. Nec obſtat hoc quod ſuprà oppoſueram de regula, qua dicitur, Propter quod unūquodq; tale, &c. quia illa regula nō eſt perpetua: non enim procedit ubi eſt dare diuerſam rationem, uel ubi oriretur abſurdum. At in præſentia, ſi hæc regula ueritatem haberet, oriretur abſurdum: nam in eum cuius contemplatione donatur, dominiū ſine traditione transferretur: in eum uero cui fieret traditio, nō transferretur. Sed quid tam anxiè, tam prolixè, pro ueritate eruenda, me diffundo? cum tex. in l. ſi ſeruus communis. apertè dicat uxorem non debere res dotatas reddere, taceo plura alia iura. Nempe propterea, ut teſtatum relinquam, nihil eſſe in omni doctrina, & præſertim in iure noſtro, peſtilentius, quàm ſic ſe in cuiuſpiam doctoris aſſertionem innectere, ut etiam praua & erronea defendantur. Equidem fateor, ſicubi fieri cum ueritate poteſt, ex officio eſſe, ſi Accurſii, ſi Bartoli dogmata ſubſequamur, ut qui uiri fuerint & docti in primis, & iuris ſcripti cognitione famigerati: uerumenimuero quando certum eſt & eos errare potuiſſe, & in multis erraſſe (homines enim fuerunt ſubiecti erroribus) quæ te circunferat mentis ſiniſteritas, ut apertos coneris errores defendere? Si te oſtentationis ampulla ſeducit, quid periculoſius? Videri cupis Bartoli eſſe defenſor etiam in aperte prauis; ſed nō perpēdis, quòd ita quaſi per manus acceptum errorē diffundis in alios, & ſic pro ſynceritate ſanctiſsimarum

marũ legũ denſiſsimarũ tenebrarũ nebulas,erroris caligine,offundis,tandẽq; eueniat,ut pro uerbis Terẽtii, ſummũ ius fiat ſumma iniuſtitia.Nos non ita,nullius iuramus in uerba magi
8 ſtri,ueritatẽ ſequimur quã textuũ nobis doctrina aperit, uel toto leguleiorum cõuentu obſtrepente,quos ſicut in eorũ ſanis traditionibus(quas innumeras quotidie haurio) pro officio ueneror,ita in eorum erroribus ab ipſis audens recedo, ut cui ſola ſit in omni ſtudio, ipſa ueritas, uel probabilis receptio,deciſionum autor & comes.

Memorabilia in ſequenti intellectu aduertenda.

1 *Inſtituto qualiter poſsit ſubſtitui.*
2 *Inſtitutus ſibiipſi non poteſt ſubſtitui ſine cauſæ mutatione.*
3 *Duobus propoſitis,ſi de uno tantum deciditur,aliud obmiſſum uidetur.*
4 *Libertatis & hæreditatis ſerui tractatus quoties in iure ſimul cõtingit,ſiq; ſuper ſola libertate deciditur, adempta cenſetur hæreditas.*
5 *Subſtitutio non ualet,ſi liber homo uel ſeruus cum alio cohærede ipſe ſibi ſubſtituatur.*
6 *Subſtitutio ualet ubi duo cohæredes inſtituuntur, & alter in ſuã & cohæredis partem ſubſtituitur.*
7 *Seruus cum inſtituitur,& ſibiipſi ſubſtituitur,& libertas in ſubſtitutione ſaltẽ exprimatur,cauſa non dicitur mutari,& irritatur ſubſtitutio.*
8 *Libertas ſubſtitutioni adnexa quid reſpiciat.*

Intellectus §.fin.in l.ſed ſi plures. & §. Titius.in l.fin.ff.de uulg.& pup.quo errores gl. ibidem euidenter aperiuntur.

1 EXPEDITI iuris eſt,quòd nemo poteſt inſtitui,& ſibiipſi ſubſtitui,niſi cauſa inſtitutionis mutetur, ſcilicet quòd inſtitutio ſit conditionalis, & ſubſtitutio pura:uel,niſi duo hæredes inſtituantur,& alter ex cohæredibus in ſuam &ſocii ſui repudiantis partem ſubſtituatur. hæc clarè deciduntur in l. ſed ſi plures. §.fin.& in l.fin. §. Titius.ff.de
3 uulg.& pup.ſubſt. Quid autẽ ſi teſtator Stichum ſeruũ ſuum & Titium hæredes inſtituat,ſeruum autẽ cum libertate ſibiipſi ſubſtituat? ſic dicendo, Stichus ſeruus & Titius hæredes ſunto:ſi Stichus hęres non ſit,idẽ Stichus liber & hæres eſto. quo caſu in ſubſtitutione libertas adiecta eſt,& non in inſti-

tutione

tutione. Tex. in d. l. ſed ſi plures. §. fi. dicit ſubſtitutioné non ualere. Sed gl. ibid. in uerb. ſubſtitutus. & in uerb. non ualere. dictum tex. intelligit, quòd libertas nõ ſolum in ſubſtitutione fuerit in perſonam ſerui expreſſa, unde ſubſtitutio ualere meritò non debeat, &c. Hæc gl. prorſus errat, & hoc ſuo errore ambas ll. noſtras fœdè inuoluit, contaminat & inuertit, iiſdemq́; textibus alioqui claris, tenebras & nebulas offundit. Nam quod gl. ad d. §. fin. ſupplet, quòd ſcilicet ibidem libertas etiam in inſtitutione ſit in perſonã Stichi expreſſa, eſt mera diuinatio: ex uerbis enim tex. hoc ibidem non conſtat, imò è cõtrario clarè probatur, quòd libertas Sticho tantũ in ſubſtitutione fuit adiecta, & non in inſtitutione. Dicitur enim ibidem, ſi Stichus hæres non erit, ſcilicet ex inſtitutione: ecce hic non ſit mentio de libertate: cur ergo tu ad tex. ſupples ex tuo ſtomacho, id quod uerba text. abnegant? Deniq; quod in inſtitutione libertas ipſi ſeruo adiecta nõ fuerit, patet ineuitabiliter per tex. in l. fi. §. Titius. Nã ibi ſic dicitur: Titius hæres eſto, Stichum Meuio lego, Stichus hæres eſto. & ſi Stichus hæres non erit, idem Stichus liber & hæres eſto. In quo exemplo, rectè ſicut in d. §. fi. Stichus cum Titio hæres inſtituitur, non facta mentione libertatis, quæ tamen in caſu ſubſtitutionis exprimitur. Nec ad rem pertinet quòd in d. §. Titius. quidam legatarius intercurrat, cui idem Stichus fuerat legatus: hoc enim utroſq; caſus non diuerſificat, cum tale legatum ſit inutile, ut ibid. tex. clarè docet, qui dicit, libertatẽ Sticho datam huic legato præualere, & ſic habebitur pro nõ adiecto. Si ergo caſus ambarum ll. ſunt ſimiles, quod quidẽ negari non poteſt, neceſſe erit concludere, quòd ſicuti in d. §. Titius. libertas in perſonam Stichi in inſtitutione nõ fuit expreſſa, ſed tantum in ſubſtitutione, ita etiam nec in d. §. fin. libertas in inſtitutione adiecta fuit. Quapropter ſuppletio illa Accurſii de qua ſuprà error eſt, & impertinens diuinatio. Per quod & alius error gl. in §. Titius. in gl. fin. apparet, ubi Accurſ. exiſtimat caſus utrobiq; eſſe diuerſos: quã tamen (ut dixi) diuinationem tex. illi nõ recipiunt. Errauit prætcrea gl. in d. §. Titius. in uerb. libertatem. ubi cum tex. diceret, ex ſequẽtibus uerbis, id eſt, ex ſubſtitutione ipſi ſeruo libertatẽ cõpetere, adiecit glo. ei etiam libertatẽ deberi. In quo Accurſ. Bar. Bal. & omnes Doct. eũ ſequentes, mihi à uia declinare uidentur. Cũ enim tex. ibid. clare dicat, ex uerbis ſequẽtibus, id eſt,

ex ſubſtitutione libertatem ſeruo cõpetere, & de hæreditate tacuit, diffiteri nemo debet, quin ab eodem ſeruo hæreditaté euidéter abnegauerit, tum quia tex. ibid. de hæreditate nihil exprimit, tum deniq; quia I.C. in eo ſe fundat, quòd in tali caſu unus gradus eſſe uideatur: unde meritò ſubſtitutio uitiatur per regulam d. §. fi. Deniq; quia tex. in d. §. Titius. in uer. quid ergo. Stichum ſeruũ in eo tantũmodo caſu quo Titius non adiret, liberũ & hæredem eſſe uult: ergo in altero caſu, ſcilicet Titii adeuntis, Stichus à portione hęreditatis abſtinere iubetur: ſiq; aliud diceremus, tunc caſus à caſu nihil differret, & ſuperuacaneè I.C. tam anxiè quęſiuiſſet, quid ergo iuris eſſet, ſi Titius non adiret, & fruſtra ita laborioſe ibidē de-
3 cidiſſet. Faciat ad pręmiſſa quod uulgò dicitur, Duobus propoſitis, ſi de uno tantum deciditur, aliud obmiſſum uideri. l. ſi cum dotem. in prin. ſuprà ſol. matr. l. ſi uero. §. de uiro. eo.
4 tit. cum multis ſimil. Sed quid multa? Conſtat eſſe euidenté & expreſſam iuris doctrinam, quòd cum in iure noſtro ſuper libertate & hæreditate ſerui tractatur, ſi ſuper ſola libertate deciditur, hæreditas adempta eſſe intelligitur. ita eſt tex. ineuitabilis in l. & ſi ſine. §. ſed quod ait Papi. ff. de minoribus. & ibi gl. in uerb. remanere. hoc expreſſe tenet, licet ſatis incõſideranter in noſtro §. Titius. in uerb. libertatem. cõtrarium decidat. Quæ unica doctrina adſertionem prædictam gl. & Doct. euidenter ſubuertit: & mirum eſt tantos uiros huiuſmodi caſum non adſequutos. Vt igitur ſemel finiam, pro claro intellectu horum textuũ, ſcilicet l. ſed ſi plures. §. fin. & l. fin. §. Titius. aliquas in ſumma recipe ueritates. Prima ueritas: Non ualet ſubſtitutio, cũ inſtitutus ſibiipſi ſubſtituitur, ſine cauſæ mutatione. hoc apertè uolunt prędicti tex. noſtri in §. fi. & in §. Titius. Quando auté dicatur cauſa mutari, ibidem
5 habetur. Secunda ueritas: Non ualet ſubſtitutio, ſi liber homo uel ſeruus cum alio cohærede inſtitutus, ipſe ſibi ſubſtituatur. habetur in ij. reſpõſ. §. fin. Tertia ueritas: Valet ſub-
6 ſtitutio, ſi duo cohæredes inſtituũtur, & alter in ſuam & cohæredis partem ſubſtituitur. Decidit hoc §. fin. ad fi. & fa. l. quod ſi uiuo. in fi. de in diem addict. Et hæ tres ueritates uſ-
7 queadeo ſunt ueræ, ut dubiũ non habeant. Quarta ueritas: Cum ſeruus inſtituitur, & ſibiipſi ſubſtituitur, ſi libertas tantum in ſubſtitutione exprimitur, cauſa nõ dicitur mutari, nec ualebit ſubſtitutio. Ita uoluit tex. in §. fi. & §. Titius. in uerſ.

ſecũdum hæc.ubi hoc dicitur, quemadmodũ ſuprà latius deduxi. Et pro hoc facit uiua ratio. Nam annexa ſubſtitutioni libertas, nõ reſpicit nec inſtitutionem, nec ſubſtitutionẽ quo ad ſe, nec bona hęreditaria, ſed eſt qualitas quæ perſonã ſerui reſpicit, prout hoc uulgò cognitũ eſt. Eſſe enim ſeruum uel liberũ, perſonis adhæret. Vnde cauſa mutari nõ dicitur, cum libertas in ſubſtitutione adiicitur: eadẽ enim inuenitur portio in ſubſtitutione, quę in inſtitutione: item & ambæ inſtitutiones inueniũtur purę, contra §. Titius. Sed poſſet obiici, prædicta fortè procedere quando Stichus cohæredẽ haberet, qui pro ſua perſona adeat, ut in §. Titius. ad fin. princ. tunc teſtamentũ cohæredis aditione cõfirmatum eſſet: ſed longè aliud fore cum hæreditas non aditur, ſicuti eſt cum ſolus ſeruus inſtituitur, & ſibiipſi cum libertate ſubſtituitur. Nam quia in inſtitutione adire non poteſt, & ſic hæreditas non aditur, uidetur quòd libertatem non conſequatur, iuxta tex. in l. ſi nemo. de teſta. tut. Hoc argumentum eſt difficile. Reſponderi tamen hoc pacto poſſe reor, quòd ſeruus adhuc ſit liber & hæres. Probo per text. præſentem §. noſtri Titius. in fin. uerſicu. Quid ergo ubi Stichus ſeruus fuit cum Titio cohærede inſtitutus, & Stichus ſibiipſi cum libertate ſubſtitutus? Dicit text. quòd ſi cohæres Titius repudiet, ſeruus autem ex inſtitutione hæres non ſit, & ſic hæreditas teſtatoris non eſt adita, nihilominus idẽ Stichus ex ſubſtitutione liber & hæres erit, ut ibidem eſt clarus text. ſi non cauilletur. Nec memoratur illa diſceptatio, qua ibidem cõtrouertitur, quòd ille Stichus ſeruus cuidam Meuio legatus fuerat, & propter perplexum impoſsibile iuberi non potuit per Meuium ut adiret: quia ſufficit mihi, quòd Stichus ex inſtitutione non potuit eſſe hæres, ut eſt apertus text. illic, quomodocunq; hoc contigerit: & Titius etiam non adiuit, quo caſu hæreditas ex inſtitutione non fuit adita: nihilominus deciditur ibidem, Stichum liberum & hæredem eſſe. Nec poteſt, ut ſuprà dixi, dictum legatum Meuio factum quiddam diuerſificare, cum tale legatum, ut ibidem dicitur, ſit inutile. Per quam deciſionem pertinentiſsimè infertur, quòd in §. finali, licet ſubſtitutio non ualeat in perſonam Stichi, qui ſibiipſi fuerat ſubſtitutus cum libertate, tamen liber erit ſi Titius cohæres adeat: at uero ſi Titius repudiet, idem Stichus hæres & liber erit, ut eo caſu ſubſtitutio ualeat, & §. finalis determinatur

per §.Titius.ita ut quod in uno deficit,per alium ſuppleatur.
Præmiſſa omnia iudicio peritiorum ſubiicio, eo ſolo ſaluo,quòd non dubito quin in iuribus ſupradictis gloſſa utrobiq; errauerit,per rationes præmemoratas.

Intellectus l.ſed & ſi ſic.ff.de leg.iij.

BART.hanc l.male ſummat, cum uult, hæredem hæredis poſſe grauari fideicommiſſo ſub nomine appellatiuo, non ſub nomine proprio. Nam expreſsio nominis proprii uel appellatiui, ibidem non diuerſificat caſus: ſed hoc ſolum,quòd qui fortuitu, non iudicio teſtatoris capit,non poteſt grauari, ſiue utamur proprio, ſiue appellatiuo nomine. Vnde ſi teſtator ita ad hæredem diceret: Peto à te Luci Titi,ut petas ab illo qui tibi ſuccedet, decem dari Seio: ecce hic non eſt nomen appellatiuum, quia pronomina, ſcilicet,ille,iſte, habent uim nominis,ſunt enim termini ſingulares, & tamen ualet fideicommiſſum. E' diuerſo ſi teſtator ita diceret:Si aliquis hæres Titio factus hæreditatem adierit, rogo det,&c.Ecce ibi ſunt nomina appellatiua,& ſine dubio non ualet.Vnde ſic diſtingue: aut teſtator grauando talibus uerbis utitur, per quæ certum eſt bona ſua ad grauatum peruenire,& tunc grauari poteſt quiſquis ille ſit.ita procedit d.l. ſed &ſi ſic.in princip. quia ibi grauauit hæredem hæredis, quo caſu neceſſe erat bona ad eum peruenire, iuxta communes regulas.Et dato quòd hæres ſit nomen apppellatiuum, tamen eſt reſpectiuum, quia reſpicit bona hæreditaria teſtatoris.Aut teſtator huiuſmodi uerbis non utitur quibus certum ſit perueniri,& non poteſt per dict.text.in l.ſed &ſi ſic.& fa. iuxta uerum intellectum l.j.§.penult.ſuprà eod.tit.de leg. iij.Quare contra Bart.concludo,quòd filii filiorum iuxta traditionem ſuam grauari non poſſunt.

Intell.l.qui ſe debere.ff.de cond.ob cauſ.

ISTA l.dicitur eſſe difficilis à Doct. Quorum dicta non morando,ſeu ſuperuacaneè eorum ſcripta recitando, credo hanc l.ſic debere intelligi: Quòd ſi is qui putabat ſe mulieri obligatum, eius iuſſu putatiuum debitum nomine dotis promiſerit,& ſoluerit ſponſo,nec nuptiæ ſequutæ ſint, poſſe eundem debitorem repetere quod ſoluerat, tanquam cauſa non ſequuta.Cuius rationem Nerua & Attilicinus ponunt.

nunt. Nam ſi putatiuus debitor promiſiſſet tantummodo, nõ etiam ſoluiſſet, & nuptiis non ſequutis, dictus aſſertus ſponſus ui promiſsionis debitum ab eo peteret, is debitor aduerſus eum exceptione doli ſe tueri potuiſſet, quaſi dolo faceret, qui cauſa non ſequuta id debitum peteret, in quo promiſſor mulieri in ueritate non eſſet obligatus. Et cum ea ſit mens textus, fruſtra diſceptatur de uarietate lecturarum, an intelligatur de exceptione doli quæ competat contra mulierem, an contra ſponſum: illa enim exceptio cõtra ſponſum dirigitur, & mulieris cauſam concernit, cum non ſolùm ex facto ſponſi, ſcilicet cauſæ non ſequutæ, ſed etiam ex defectu putatiuæ obligationis excipi debeat. Ex quo colligendum puto, quòd debitor putatiuus, ſi cõtra eum ex promiſsione ageretur, neceſſe haberet in exceptione ſua, duobus copulatiuè ſe defendere, ſcilicet, cauſam non eſſe ſequutam, & debitum fuiſſe putatiuum: nam neutrum per ſe ſufficeret. Si enim is qui ſcierat ſe non debere, promiſiſſet, exceptio cauſæ non ſequutæ eum non adiuuaret, per text. l. noſtræ, qui ſe debere. §. ſi cum ſciret. Et hoc quaſi per tranſennam uel ſub ſomnio attigiſſe mihi uidetur Paul. de Caſtr. cum dicit: Vbicunq; debitor ſi ſoluiſſet mulieri, cum repeteret ut indebitum, ibi ſi ſoluat, alter non repetet ex cauſa non ſequuta. E' diuerſo ſi promiſſor exciperet tantum de putatiuo debito, de cauſa autem non ſequuta excipere non poſſet, quia eſſet ſequuta, tunc nõ audiretur. per l. ſi donaturus. infrà eod. tit. Idem ſi cauſa eſſet per mulierem remiſſa. Conſequens igitur erit, quòd in caſu l. noſtræ in princip. promiſſor nõ ſoluens, ſi ab eo peteretur, dictis duobus copulatiuè ſe defendere cogeretur. Ex quo latius infero, putatiuum promiſſorem ſi ſoluiſſet, ſolutum repetere non aliter poſſe, quàm ſi dicta duo copulatiuè concurrerent, quorum alterum ſi ceſſaret, repetitio ſoluti locum non haberet.

Memorabilia in ſequenti intellectu aduertenda.

1 *Præpoſitio, cum, habet uim copulæ.*
2 *Poſſeſsio ciuilis ſola quando ſufficiat ad uſucapionem.*
3 *Vſucapi res poteſt quæ non capitur uſu.*
4 *Fundum meum in quo Titius habet uſumfructum, qui peruenit ad tertium, qualiter & quando uendicare queam.*
5 *Rem meam, quæ in poteſtate mea eſt, uti uolentem, ui poſſum repellere.*
6 *Res mea in qua Titius habet emphyteoſim uel ius feudi, ſi de facto ad te perueniat, quid iuris.*

7 *Emolumentum nõ debet ſentire, qui propter uim illatam damnari debet.*

8 *Turpitudinem allegans non eſt audiendus.*

Intell. §. ſed etſi numi. in l. indebiti. ff. de cõd. indeb.

IN fin. huius §. dicit text. Sed etſi uſufructus cum re ſolutaalienus ſit, &c. Gl. final. exponit hunc text. quòd intelligatur de re mea propria quæ ſoluta ſit, cum uſufructus ſit alienus. Bartolus & Doctores communiter, nemine, quem ego uiderim, diſcrepãte, hanc gl. expoſitionem ſequuntur. Ego illum text. aliter intelligo, uidelicet quòd ibi Iurecõſ. de re aliena ſoluta ſentiat, cuius & uſufructus alienus ſit. Fingamus enim: Poſſedi rem alienam bona fide, cuius uſufr. ad Titium pertinuit: cum crederem me eſſe obligatum in decem Valerio, ſolui ei proprietatem dictæ rei quam meam credidi, certum eſt quòd hac ſolutione nõ competeret mihi condictio indebiti, quia nõ transtuli dominiũ. Quid ſi Valerius longo tempore poſsideat hanc proprietatẽ, & poſtea de errore indebitæ ſolutionis comperiatur? Profectò quia tunc uſucapione eſt in eum translatũ dominium, licet reuocabiliter, ut ſuprà proximo reſponſo eſt oſtenſum, ergo dabitur mihi condictio proprietatis. Et quòd iſte ſit uerus & indubitatus intellectus, probo per duo. Primò, quia ſuperius reſpõſum de poſſeſsione rei alienæ meminit quæ poſt uſucapionem condicitur: nunc annectitur hoc reſponſum per clauſulã, *ſed etſi*, quæ, ut ſuprà dixi, denotat caſum ſequentem cum præcedente conuenire in genere, licet in aliqua qualitate differat. de quo eſt in ſimili bonus tex. in l. ſed & ſi quis ſtipuletur. iuncta l. præ-
1 ced. cum multis ſimilibus. ff. de uſufr. Secundò, quia præpoſitio, *cum*, habet uim copulæ. l. Titiæ. §. nihil. de leg. j. l. illi cũ illo. de uſufruc. leg. Erit ergo hic ſenſus: Sed etſi uſufructus & res ſoluta aliena ſit, &c. Et ſi diceres, cũ res eſſet Titii, & fructus Sempronii, quomodo ego eam rem bona fide meam eſſe credens, proprietatem ſoluere poteram? Facilis eſt reſponſio. Nam fundũ qui tuus eſt, poſsidere pro meo potui, cuius uſufructum Valerio dedi, dehinc proprietatem ſoluo alteri, ſed indebite, &c. Ex prædicto intellectu collige ſecundum eos
2 qui diſtinguunt poſſeſsionẽ naturalem à ciuili, quòd hic ſola ciuilis poſſeſsio ſufficit ad uſucapionẽ, & ad hoc tex. eſt nota-
3 bilis. Secũdo collige, quòd uſucapi res poteſt, quæ nõ capitur uſu:

uſu:nam uſufructus fuit apud alterũ,& tamẽ nudam proprietatẽ alter uſuceperat. Proinde nõ ſequitur ea arguendi ſeries: Titius uſucepit,ergo cepit uſu:nã uis appellatoria ſecundum logicos,ambas propoſitiones diuerſificat:quod ignorãt quidam Iuriſtæ,cõtra quos Budæus aciem ſtrinxit. Gl.finalis hic ponit duas quæſtiones quaſi inter ſe differẽtes. Primò,cũ fundum meũ cuius uſufructus ad Titium pertinet, qui tamen nunquàm poſſedit,ſimpliciter,nõ deducto uſufructu, indebitè ſoluo,qualiter hoc caſu cõpetat condictio.Gl.quærit,& ſe remittit ad l.fructus.ſuprà de rei uend. Secundò quærit:Si fundum meũ cuius uſufruct.fuit Titii,Sẽpronio ſoluam deducto uſufr.quẽ Titius poſſederat: Sempronius autẽ Titiũ expellat,qualiter condicã.Reſpõdet,proprietatẽ cõdici,& pòſt contra Semproniũ actionẽ negatoriam intendi debere.Circa prædicta aduertendum eſſe arbitror, quia me iudice præſcriptæ duæ quæſtiones inter ſe nihil differũt,ſed eiuſdem & iuris ſunt & deciſionis.Probo:nã in caſu primæ quæſt.licet fundũ plenũ ſoluã nõ deducto uſufructu,tamẽ quo ad cõdictionem indebiti intentandam nihil aliud cenſeor ſoluiſſe, quàm nudam proprietatem:in illa enim tranſtuli dominiũ:in uſufr. uero qui alterius fuerat,nihil trãſtuli:& ſic quo ad hoc,ut mihi condictio indebiti cõpetat,nõ uideor uſufructũ ſoluiſſe: & ita quo ad ſolutionem proprietatis ambæ quęſtiones pares ſunt.Deniq; & dictę quæſtiones inter ſe non differũt quo ad uſufructuarios:in prima enim quæſt.uſufructuarius ab initio non poſſederat:in ſecũda quæſt.ex poſt facto, utpote expulſus,non poſſederat:unde conſtat,quòd ambo quo ad tertium cui proprietas ſoluta erat,non poſſederũt. Nam in effectu paria ſunt,ab initio non poſſediſſe,& nõ poſſediſſe ex pòſt facto:ſicut paria ſunt,ab initio transferri dominiũ,& ex pòſt facto reconciliatione.l.ſi filius.ff.ſi cer.pet. Porrò & non differunt quo ad reſtitutionem fructuum perceptorum : nã in caſu ambarũ quæſtionum,fructus à tertio percepti,reſtitui debent mihi cõdicenti. quod probo:dicti enim fructus apud tertium remanere non poſſunt,cum natura condictionis ſit, ut nihil lucri apud eum remanere debeat,cui indebitè ſoluitur, per quod effectus eſſet locupletior,per princip.text.in l.noſtra. Nec uſufructuarius eos petere poteſt, quia fundum ſequuntur.l.ſi fur decerpſerit,ſuprà de uſufruct. Ergo in utroq; caſu ſequentur me condicentem. Conſtat igitur dictas quæſt.nec

t 5 quo

quo ad ſoluentem, nec quo ad accipientem, nec quo ad uſufru ctuarios, inter ſe differre. Vnde dimiſſa gloſſ. pro doctr. ual-
4 de utili Collige: Cũ fundus meus in quo Titius habet uſumfruct. peruenit ad tertium, qui dicto meo fundo fruatur, ſiue à principio ſit uſufructuarius excluſus, ſiue ex pôſt facto expulſus, ego fundum cum fructibus perceptis uendicare poſſum. Nec neceſſe eſt negatoriam contra eum intendere: aut enim mihi uendicanti obiicit ſeruitutem uſufructus, aut non obiicit. Si obiicit, tutus ſum replica, quia nihil ad eum de hac ſeruitute, cum fundum habeam liberum quo ad ſuam perſonam. l. loci corpus. §. competit. ff. ſi ſer. uend. Si non obiicit,
5 ſed condemnatus reſtituit, hic iterum mihi non eſt opus negatoria: nam ſi uellet uti re mea, quam in poteſtate mea haberem, poſſum eum ui repellere. l. quemadmodum. ad l. Aquil. ubi de hoc eſt tex. ualde not. quando negatoria competat. fa. l. ſi uitem. §. ſi ad ianuam. ff. quod ui aut clàm. Quòd ſi ei reſiſtere non poſſem, & per uim me moleſtaret, agere contra eum interdicto Vnde ui. per tex. not. in l. uim facit. ff. de ui & ui ar. quam gloſ. non intellexit: quæ l. ſicut infinitæ aliæ, egent lucubratione uel noſtra, uel alterius docti, qui in medullam introſpiciat. Circa quartam quæſtionẽ dictæ gl. cum de eo loquitur qui nudam proprietatẽ indebitè ſoluerat, cuius emphyteoſis Titii erat qui expellitur, gl. tenet condicẽti non poſſe opponi emphyteoſim: ubi Iaſ. colligit durã, ut ipſe dicit, deciſionem: quòd ſi res mea in qua Titius habet emphyteoſim uel ius feudi, de facto ad te perueniat, non poſſem eam uendicare quandiu duret ius emphyteoticũ ſeu feudi: utile enim do
6 miniũ mihi uendicãti obſtaret. Nos circa illud aliquãto aliter decidimus, ſic diſtinguẽdo: Aut enim dominus uult nudã proprietatẽ uendicare, & tũc, quia per hoc detinentẽ uidetur recognoſcere pro emphyteota ſeu uaſallo, arg. l. iij. §. falſus. ff. rem rat. hab. credo quòd poſsit, & recipiet iſte poſsidẽs ſeu detinẽs à domino inueſtiturã. Puto tamen ſaluũ eſſe ius ueri emphyteotæ qui expulſus erat, cõtra eum qui detinet. Aut dominus uult plenũ fundum uendicare, hicq; rurſus diſtinguo. Nam emphyteota ſeu uaſallus aut eſt expulſus modo illicito & improbabili, aut modo licito. Si illicite expulſus erat, ita quòd ei facta ſit uis iniuſta, tũc ſine dubio credo quòd dominus fundũ ad ſe uẽdicare iure directi dominii poſsit, ita quòd probato dominio directo, alter reſtituere cogatur. Nec poſ-

ſet iſte detentator excipere de utili dominio:abſurdum enim 7
eſſet: quòd qui propter uim illatã damnandus ſit, emolumẽti
ex eo ut fiat capax.l. ſiue hæreditaria.in fin.cũ gl.ibi ſuprà de
neg.geſt.Deniq; cũ ſine turpitudine ſua excipere nõ poſſet, 8
non eſſet audiẽdus ſuã turpitudinẽ allegans.l.tranſactionẽ.
& ibi Doct.C.de trãſact.cũ uulg. Vendicabit igitur hoc caſu
dominus totũ fundũ,procedetq; ſua actio defectu ſaltẽ exce-
ptionis in perſona eius qui detinet, ſicut in ſimili dixi in l.nã
etſi fur. §.j.ſuprà ſi cer.pet.quod eſt ſingulare. At uero ſi fue
rit emphyteota ſeu uaſallus expulſus modo licito & probabi
li,puta iure belli liciti,uel quia erat bãnitus,hic dico quòd do
mino feudi uẽdicãti obſtaret ius utilis dominii tãquam reale.
Secus in uſufr. quia ſi uſufructuarius etiã modo licito, ſcilicet
iure belli uel banni expelleretur,dominus fundi uendicãs hu
iuſmodi exceptione ſeruitutis nõ repelleretur.d. §. cõpetit.
in l.loci corpus.ſi ſer. uend.attento etiã quòd uſufr. perſonã
reſpiciat,& nõ rem,ut hic per gl. Vnde gl. ſic intellecta bene
& not.loquitur.Hæc poſſent applicari ad prętęrita tempora.
Princeps enim Palatinus lapſis annis, cũ quædã feuda poſſi-
deret,quorũ directũ dominium ad Epiſcopos Bambergen. &
Argentinen.pertinebat, iſq; princeps Palatinus per ſereniſſ.
principẽ diuum Cæſarẽ iure belli exueretur,certè quãdiu du-
rant feuda,huiuſmodi domini feudorum non uendicabunt,
per dictam gl.quam ſic nouiter ornauimus.

Memorabilia in ſequenti intellectu aduertenda.

1 *Contractus emptionis & uenditionis ſi fiat, & ſimplex finium demonſtratio intercedat, hæc habet uim pacti.*

2 *Venditor ſua deſtinatione poteſt conſtituere fines.*

3 *Verba non præſumuntur ex errore prolata, quorũ uerificatio pendet ex uoluntate proferentis.*

4 *Probaturus errorem non ſufficit ſi probet rem aliter ſe habere.*

Intell. l penult. ff. fin. reg. contra gl. & Doct.

GLOSSA in l.pen.ff.fin.reg.multum facili,clara,nota
bili,&expedita,male errauit: quod certè (abſit inuidia
ueritati) magnam inaduertentiam arguit Doctorum,
qui potius gloſſæ dicta tenent,& ſine delectu ſequuntur,nõ
præuidentes quid textus exigat. Caſum igitur iuxta literæ ue-
ritatem ego ſic fingo,miſſam faciendo prætallegatam gl.Flac
cus dominus duos contiguos fundos habebat, quorũ uterq;
proprijs

propriis ab antiquo limitibus, diſtinctus fuerat. Is Flaccus dominus horum bonorum, alterum fundum uendidit Titio, & in uenditione monſtrauit fines, non ſecundũ antiquum modum, ſed qui ſibi placuere: & ea demonſtratio apparuit per teſtes uel inſtrumenta, quod neceſſariò præſupponitur. Orta pòſt controuerſia inter emptorem & uenditorem iſtum, emptore contendente latiores ſui fundi fines ab antiquo fuiſſe, uenditore cõtrà allegante ſe fines emptori à principio demõſtraſſe, quibus meritò acquieſcere debeat, dubitabatur, an fines iuxta antiquum modum definiendi ſint, demonſtratione uenditoris reiecta, tanquam contra antiquum modũ, & ſic ex errore facta. Reſpondet multum eleganter & notabiliter Iureconſ. non debere obſeruari terminos qui ſingulos fundos, id eſt, fundum emptoris à fundo uenditoris, prius ſeparabãt, ſed ſtandum demonſtrationi uenditoris, quæ nouos fines cõſtituere debet. Ex prædictis patet, quantus & quàm pudendus ſit error gloſſæ & Codiciſtarum, in l. omnibus. C. de teſta. & Odof. cũ Bal. in hac noſtra l. qui eam intelligunt, quod inter duos emptores uenditor de fin. depoſuerit, quod manifeſtè falſum eſt. Bartolum tamẽ inueni in l. noſtra uerius præ cæteris ſentiẽtem, licet nec ipſe ueritatem ex aſſe adſequutus
2 uideatur. Secundo colligo, quòd in contractu emptionis & uenditionis ſimplex demõſtratio finium habet uim pacti, & cõſtituit nouos fines, etiam contra antiquum modum: quod
2 eſt notabile & ſingulare. Sed ratio eſt, quia ea demonſtratio pependit à uoluntate uenditoris, qui ſua deſtinatione fines conſtituere poterat. l. quod in rerum. in fin. ff. de leg. j. & poteſt per hanc l. pulchrum exemplum poni in l. in traditionib.
3 ſuprà de pact. Tertio collige, uerba non præſumi ex errore prolata, quorum uerificatio ex uoluntate proferentis pende-
4 bat. Quarto collige caſum ſingularem, quòd ad probandum errorem non ſufficit probare quòd res aliter ſe habeat: nam in caſu l. noſtræ emptor probauerat quòd antiquitus aliis terminis fines ſeparabantur, tamen non præualuit.

Memorabilia in ſequenti intellectu aduertenda.

1 *Aedificans uel in meo uel in ſuo, cum iactura tamen mea, qualiter impediri poßit.*

2 *Vim facere dicitur qui in ſolo aliquid facit.*

3 *Aedificans in ſolo quod meum eſt, tametſi poßideat, prohibetur uerbo, aut lapillo, uel ſimplici nuncio.*

Aed

4 *Aedificans in ſolo quod ſuum eſt, alius tamen poßideat, dicitur in alterius ædificare.*

5 *Aedificans in fundo ſuo quem poßidet, tametſi noceat iuri meo, nō ideo poſſum eũ prohibere interdicto quod ui au clàm, & qualiter illi debeat nunciari.*

6 *Aedificanti in ſolo uel ſuo uel noſtro, quando amittatur uel retineatur poſſeßio, & quæ nunciatio neceſſaria.*

Intell.§.meminiſſe.in l.de pupillo.ff.de op.no.nunc.

NISI me fallit iudicium, §. iſte aliũ habet intellectũ, quàm qui uulgò circunfertur. Verus intell.ita attentari poſſe uidetur: Quòd cum aliquis in noſtro ædificat, eundem, per prætorem, manum, nunciationem arceri poſſe. Cum uerò in ſuo quis ædificet, is nec prætore, nec iactu lapilli amoueri, ſed ſolam nũciationem eſſe neceſſariã. Habeo ergo triplex remedium, qui te prohibere uolo, ſi in meo ędificas: unum tãtum cum te prohibere tendo in tuo ædificãtem, ex quo ædificio mihi damnum aliquod immineat. Quòd iſte tex. ita intelligatur, uerba eiuſdem aperiunt. Nam ille caſus, cum tu in tuo ædificas quod mihi noceat, clarè & manifeſtè à ſuperiori caſu diſtinguitur, ut patet cuilibet legenti. Præterea quòd utrobiq; diuerſa ſit deciſio, facit ad hoc. Nam in ſuperiori caſu tria admittuntur remedia, in poſteriori unum tãtum: ex quo apparet alia duo arceri per regulam nobis in allegando peculiarem, qua dicitur, Duobus uel tribus in ſuperiori oratione propoſitis, ſi in poſteriori tantum de uno diſponitur, cætera excluduntur, &c. Sed ratio diuerſitatis difficilis eſt, quare eo caſu cum quis non citra damnũ meum in ſuo ædificat, non etiam prætoris nunciatione, & iactu lapilli prohibeatur: niſi dicas prætorem non ita laxare habenas uoluiſſe contra eum, ex eo quòd ipſe eſt poſſeſſor: & cõtra eum qui in noſtro ędificat, quod uel noſtrum eſt, uel nos poſsidemus. Nec poſſet obſtare l. j. §. ſed ſi quis iactu. infrà quod ui aut clàm. quia ibi intelligitur, quando ædificans non ædificabat in ſuo quod ipſe poſsidebat: & ille totus tit. ſi in toto proceſſu percurratur, nullo loco mentionem facit de eo caſu, quando aliquis in ſuo proprio, quod ipſe poſsidet, ædificat. & gl. in l. j. §. & parui. eo. tit. ſic intelligit, quòd tunc prohiberi eo interdicto nemo poſsit: ut certè eo caſu nullo remedio huic ſubueniri poſsit, qui cum iactura ſua alium in alio ædificantē proh

prohibere uelit, niſi unica nunciatione. & pro hoc uidetur aliquo modo inclinare Alex. in apoſtilla ad Bart. in d. l. j. §. & parui. quod ui aut clàm. Præterea cum in eo toto tit. is tantũ
2 dicatur uim facere, qui in ſolo aliquid facit, l. ſi alius. §. notauimus. eod. tit. quod ui aut clàm. oportet de neceſsitate intelligi de ſolo tuo, uel de eo quod tu poſsides: aliàs quomodo in ſolo uim faceret quod ſuum eſt, uel quod ipſe poſsidet? Ergo id quod in d. l. j. §. ſed ſi quis. de iactu lapilli ſcribitur, intelligendum ſuadeo ſecundum tex. §. noſtri, meminiſſe. ita quod quando in noſtro tu ædificas, tunc & nunciare tibi triplici uia, & prohibere te uerbo uel lapillo potero. Non ita ſi in tuo, quod tu poſsides. Hæc ſi uera ſunt, ſicut neceſsitas textuum efflagitat, licet nihil pro conſtanti ponam, poſſent aliquæ memorabiles doctrinæ elici, quarũ prima hæc eſſe po-
3 teſt: Si tu ædificas in ſolo quod meum eſt, etiãſi poſsideas, prohibere te uerbo potero, aut lapillo, uel etiam ſimplici nunciatione, ut ſic illa duo interdicta cumulentur, iuxta tex. in noſtro
4 §. meminiſſe. Secunda doctr. Si tu ædificas in ſolo quod tuum eſt, ego tamen poſsideo, iam ſatis diceris in meo ædificaſſe, idq; propter cõmodum poſſeſsionis. §. cõmodum. Inſtit. de interd. unde te prohibere, & nunciare tibi nouum o-
5 pus poſſum, modis quibus ſuprà, &c. Tertia doctr. Si tu in tuo fundo ędificas quę tu poſsides, mihi autẽ noces in aliquo iure meo, puta ſeruitute, hic te prohibere nõ potero, quòd teneaeris interdicto quod ui aut clàm, quia uim nullam mihi in ſolo meo facis: & hoc percurrẽti totum tit. quod ui aut clàm, facile fit perſpicuum, ubi nullus talis caſus tractatur: quapropter recurrendum hoc loco eſt ad noui operis nunciationem ex cauſa impoſititia, ſecũdum §. Sextus. in l. de pupillo. hoc tit. noſtro. Sed nec nũciabitur per prætorem, qui non ita utitur iuriſdictione contra eum qui in ſuo ædificat: nec iactu lapilli, per quẽ ſoli ipſius, id eſt, terræ ius aſſeritur in quo ædificatur, nõ ius quod ad domum meam pertinet: erit ergo neceſſaria noui operis nunciatio. & hoc uult text. in noſtro §. meminiſſe. qui eſt quo ad ueram uerborum uim, intellectus,
6 ut ego tentare audeo. Quarta doctr. Cũ ei nunciatur qui in noſtro ſolo ædificat, hoc eſt, quod ad nos pertinet, uel quod nos poſsidemus, hic nunciando per prætorem, uel iactu lapilli, poſſeſsionem non perdimus. Et quæ ſit ratio diuerſitatis, alibi dixi. Si uero ei nunciatur qui in ſuo ædificat, quod ipſe

poſ

poſsidet, nobis tamen in aliquo iure noſtro nocetur, hic quia ſolo uerbo ſimplici nũciare poſſumus, ſemper perdimus poſſeſsionem, ſi modo illud ius quaſi poſsidemus, non ita ſi non quaſi poſsideremus. Elicio adhuc aliã doctr. quòd cum ei no ceatur qui in noſtro ædificauit, & per hoc poſseſsio perditur, illa poſſeſsio per me nũciantẽ recuperari iure non poteſt, nec etiã facto proprio, licet Bar. poſt Dyn. in noſtro §. meminiſſe cõtrariũ docuerit. Ratio eſt, quia facto meo uolũtario perdidi, & ſic ipſe mihi ipſi damnũ feci, per iur. uulg. & eſt quod mihi imputetur, quia nũciare aliis modis potui: & ſic regula, Quod quis. & regula, Factum. bene locum habent, quod eſt contra Bartol. Nec obſtant iura per Bartol. adducta, quia nihil faciunt, loquuntur enim de ui expulſiua, quæ poteſt incõ tinenti aſſeri: hic autem poterat caueri perditio poſſeſsionis, & commode poterat. Hęc in publicum dimitto ſine alio tuto re, niſi ut ipſa periculũ ſui faciant: credo tamen ea teneri poſſe quouſq; probabiliora adferantur.

Memorabilia in ſequenti intellectu aduertenda.

1 *Pupilla ſi ut hæres patris, ex contractu paterno, per tutores defenſa, condemnatur, uel ſi tutores non bene defenderint, quid iuris circa ſubſtitutum cohæredem.*

2 *Dictionis exceptiuæ uirtus.*

3 *Dictio, niſi, ſemper excipit, ſuiq; contrarium ponit.*

4 *Pupillus non defenſus ſi contra eum feratur ſententia, nulla eſt.*

5 *Defenſio mala, non defenſioni æquiparatur.*

Intell. l. ex contractu. ff. de re iud.

GLOSSA tenet opinionem Mart. quòd actio iudicati detur effectualiter cõtra ſubſtitutũ uel cohęredẽ, ſi pupilla quæ cõdẽnata fuit, poſtea abſtẽta eſt, etiã ſi pupilla male fuit defenſa, quo caſu ſentẽtia cõdẽnationis nõ ualeret. Debẽt ergo ſubſtitutus uel cohæres excipere de mala defenſione tutorũ, ut ſic ab actione iudicati liberẽtur. & ita intellexit gl. tex. noſtrũ in fin. E' diuerſo fuit opinio Hugonis, quòd eo caſu ſubſtitutus uel cohæres nullo modo teneatur cũ pupilla, quæ male defenſa fuit. per l. acta. §. fi. eo. tit. Tametſi Bart. & poſt eũ reliqui, ſequãtur opinionẽ gl. & Martini, nec uideã cõtradictorem. Ego tamen diuerſum teneo, & puto opinionẽ Hugonis ſine dubio eſſe ueriorẽ, pro qua pono iſtã cõcluſionẽ: Si pupilla ut hæres patris, ex cõtractu paterno, 1

per

per tutores defenſa, condemnatur, & poſtea abſtenta ſit, tunc actio iudicati contra ſubſtitutum uel cohęredem porrigitur. Si uero tutores pupillam male defenderint, ita ut culpa eorū condemnatio emerſerit, hoc caſu ſubſtitutus uel cohæres actione iudicati conueniri nullo modo poſſunt, ſed contra tutores noua actio inſtituetur. Hæc cõcluſio patet primo per hunc noſtrum text. in fin. ubi ſunt uerba rotunda, quod ſucceſſores tenentur, niſi culpa tutoris, &c. Ex quibus uerbis ſine dubio à contrario ſequitur, quòd iſte ſubſtitutus uel co-
2 hæres eo caſu non teneantur. Illa enim eſt uirtus dictionis exceptiuæ, quòd caſum exceptum à regula eximit, & contrariũ regulæ importat, maxime quãdo oratio affirmatiua præcedit, per communem doctr. quã ponit Bart. in l. actione. C. de tranſact. Et quòd dictio, *niſi*, ſemper excipiat, ſuiq; cõtra-
3 rium ponat, latius proſequitur Alber. in ſuo dictionario, in uer. niſi. & allegat l. ij. §. fi. ĩ. de cuſtod. reor. & l. ſi me in uacuam. infrà de acquir. poſſeſſ. Et hæc unica ratio ſufficit, ut expreſſus error Martini, gloſſæ & Doct. conuincatur, per rotundum tex. in hac noſtra l. ex contractu. Secundo probo per
4 d. l. acta. §. fin. Nam ibi contra pupillos indefenſos ſententia
5 lata nulla eſt: ſed male defendere, & nõ defendere, ſunt paria. l. quoties. ſuprà qui ſatiſd. cog. & non dicitur defendiſſe, qui nõ defendit boni uiri arbitratu. l. pen. & fin. ſuprà de procur. Igitur ſi culpa tutoris condemnatur pupillus, iam dicitur indefenſus, quia male defenſus: ergo ſententia condemnatoria nulla erit, & ſic meritò non ligabit nec ſubſtitutũ, ſi extabat: nec cohæredem, ſi non extabat ſubſtitutus. Et iſta fuit fundamentalis ratio per quam Hugo mouebatur. Per prædicta nõ obſtat, quòd gl. in l. noſtra præſupponere uidetur, aliud eſſe male defendere, aliud non defendere: nam ego per rationem ſuperius adſignatam nõ moueor, qua apparet gl. erraſſe. Nec obſtant iura per gl. allegata, ſcilicet l. fin. de in integ. reſtit. l. ait prætor. §. nõ ſolum. ſuprà de minoribus. l. cũ & minores. ſuprà ſi aduerſus uendit. quia iſta iura loquuntur quando pupillus iuſte eſt defenſus: tunc enim ſi læſio probetur, nihilominus datur in integrum reſtitutio. Et quòd ſic intelligãtur, patet expreſſe per d. l. cum & minores. ij. reſponſ. in uer. iuſte defenſos. per quam l. etiam tertia ratio inferri ad noſtrũ propoſitum poteſt: quia ſi ibidem iuſte defenſis pupillis ſeu minoribus datur reſtitutio, ergo per argumentum à contrario

ſenſu

ſenſu non iuſte defenſis non dabitur reſtitutio, ſed ſententia ſimpliciter nulla erit ſicut in indefenſis, id quod uult text. in d.l. cum & minores. in primo reſponſ.

Memorabilia in ſequenti intellectu aduertenda.

1 *Iniuriam facere conſtituens etiam ignoto, tenetur iniuriarum.*
2 *Iniuria ſine affectu iniuriandi non conſtat.*
3 *Iniuriare uolens aliquem, ſi errando iniuriet alium, quem ſi cognouiſſet, minime iniuriaſſet, ad quid uel cui teneatur.*
4 *Animus ſine uerbis nihil operatur.*
5 *Delictum deſignando ſufficit, ſi adſit dolus in genere, tametſi erretur in ſpecie.*
6 *Iniuriando aliquem, quem iniuriare uolebat, atq; ita pudore eum ſuffudit, an teneatur ob hanc pudoris ſuffuſionem.*

Intellectus ad §. ſi iniuria. in l. eum qui. ff. de iniur.

SI conſtitui tibi facere iniuriam, etiamſi mihi ſis ignotus, 1 & facio, teneor iniuriarum, nõ obſtante quòd dicerem, Non cognoui hominem: nam iniuriam facere uolẽs inſpicitur. Quibus conſequenter, Cum tibi iniuriari uolo, & ad hoc ſum propenſior, quia credo te Seium eſſe hominem mediocrem, at tu fueras Titius ſenator fortaſsis, iam tenebor iniuriarum: uolui enim ibi iniuriari, quãuis putauerim te alium eſſe quàm eras. Ad quod alludit illud Iuuenalis:

Atq; mero feruens cauet hunc quem coccina leua
Vitari iubet, & comitum longiſsimus ordo:
Me, quem luna ſolet deducere uel breue lumen,
Contemnit, &c.

Quid autem? Tu mihi iniuriari noluiſti, ſed Titio: credebas autem me Titium, & ſic iniuriaris, nõ iniuriaturus niſi erraſſes, an hoc caſu locũ habeat tex. noſtri §. ſi iniuria? Et uidetur non habere locum, quia text. ibi fundat ſe in eo, quòd principale fuerit, ei iniuriari uelle, ad quem uerba dixerit, licet alium putarit. At hic non erat principalis intẽtio, iniuriã mihi, ſed Titio faciendi: imò ſi me noſſet, coluiſſet fortaſſe. Eo certè loci non uidetur te teneri mihi, quia iniuria ſine affectu iniuriandi non conſtat. l. illud. de iniur. l. ſi 2 non conuicii. C. eo. & fa. l. ſi cum ſeruo. ff. de iniur. cum ſimi. E' diuerſo quòd teneatur, fa. l. ſciente. §. ſed ſi defendendi. ad l. Aquil. Bar. in l. reſpiciendum. §. delinquũt. de pœnis. & fa. l. diuus. ad l. Cornel. de ſicar. Difficilis eſt nodus ex eo, quòd omnino negari non poteſt, quin iſte iniurians, animum mihi 3

iniuriandi nullum prorſus habuerit, meq́; ſi cognouiſſet uenerandi potius. Credo, ſalua meliori deliberatione, quòd is iniurians neutri teneatur. Mihi non, quia animus iniuriandi abfuit, licet uerba citra conſenſum protulerit. Titio nõ, quia
4 uerbis iniurioſis eum non adfecit, licet animus adeſſet, qui tamen animus ſine uerbis nihil operatur. l. ſi repetendi. C. de condi. ob cau. Poteſt tamen res uel per me uel per iudicem deferri, ut iudex ex officio eũ propter huiuſmodi iniurioſa uerba puniat extra ordinem. & ita intelligo Ange. in d. §. delinquunt. & Bal. in l. ſi quis non dicam rapere. col. pen. C. de epi.
5 & cler. dum dicit, in delictis ſufficere dolum in genere, etiam ſi erretur in ſpecie. Niſi fortè quis putet mihi ideo dari actionem iniuriarum, quòd iniurians me pudore ſuffuderit, meq́; iniuſtis appetierit conuitiis, & fuiſſe ſaltem in culpa, qui non diligentius meam conditionẽ, ſtatum meum perquiſiuit, antequã me iniuriis appeteret. arg. l. ſi putator. ad l. Aquil. quod certe nõ eſt improbabile. Verum iudex ex perſona, ſtatu, uerbis, tempore, loco, qualitate, ſeſe ad ſententiam attemperabit. per iur. uulg.

Memorabilia in ſequenti intellectu aduertenda.

1 *Iuriſdictio præuenitur citatione, & præuentus coram primo iudice cœptum iudicium debet perficere.*

2 *Mulier contrahendo matrimonium, ſicq́; forum mutando, ante lit. conteſt. non dicitur præueniri, hocq́; qua ratione.*

3 *Mulier liberta contrahendo matrimonium ab operis excuſatur.*

4 *Proprii homines Germaniæ non ſunt ueri ſerui, & poſſunt ſtare in iudicio.*

De l. cum quædam. ff. de iuriſdictio. omn. iudi.

1 LICET regulariter iuriſdictio præueniatur citatione, ut ita præuentus licet mutet forum, tamẽ coram primo iudice cœptum iudiciũ perficiet. l. ſi quis poſtea. infrà
2 de iudic. hoc tamen non procedit, ſi mulier forum mutet contrahendo matrimonium: quia nõ diceretur præuenta citatione, niſi cũ eſſet uel lis cõteſtata, uel proceſſum ad ſententiã: & in hoc l. noſtra, cum quędã. eſt ſingularis, prout eam etiam intelligit Bar. & Iaſ. Ratio differentiæ eſt, quia cũ ex pronunciatione litis in alieno territorio, mulier uel damnificaretur cõſtituendo procuratorẽ, uel ſubtraheretur perſonaliter comparens à miniſterio uiri, arg. l. j. §. item reſcripſerunt. infrà ad municip.

municip. unde difficilius & nõ niſi ex neceſsitate litis præuenitur. facit quòd mulier liberta propter eam cauſam etiam ab operis excuſatur, ſi cõtrahat matrimoniũ. l. ſed ſi hac. §. etiã. infrà de ope. liber. l. quòd ex liberta. C. eod. l. ij. C. de obſeq. quod nota, quia alii non tangunt. Nec obſtat quòd tex. noſter in iij. reſponſ. dicit generaliter ita ſeruari, quæ generalitas Iaſ. adflixit: quia nõ dicit abſolutè, ſed ſuppoſitiţiè, generaliter ita ſeruari, nempe in huiuſmodi caſibus, ſcilicet ſimilibus, ut ſic ab hypotheſi ad theſim inferatur, ſeruata conditione ciuilis quæſtionis, ut docui in primo Rhetoric. in princi. Imò puto quòd etiã abſolute generaliter poſsit l. noſtra procedere in omnibus caſibus, in quibus cum fori mutatione cõcurreret ſubiectio: ut, ſi aliquis citatus à ſuo iudice, pòſt in alieno foro adoptaretur uel arrogaretur, quo caſu ſubiiceretur manui patris adoptiui, quia tunc nõ puto quòd citatione diceretur præuentus, niſi litis conteſta. uel ſententia ſequuta eſſent, per tex. noſtrum. Et ſic cum homines proprii Germaniæ noſtræ nõ ſint ueri ſerui, poſſunt enim actiue & paſsiue ſtare in iudicio, & habere propria, ut docuit Cornel. in lib. de moribus Germaniæ: unde ſi aliquis poſt citationem efficeretur homo proprius monaſterii, iam citatio nõ operaretur præuentionem, per ſupradicta. In quo tamen, licet id uerum putem, non pono temerarium calculum. Poſſet tamen hæc adſertio, ſi benignum haberet ęſtimatorem, uſu increſcere, ſicut aliàs loquitur I. C. in l. quæſitum. §. ſed ſi fundus. in fi. infrà de fund. inſtru.

Memorabilia in ſequenti intellectu obſeruanda.

1 *Nunciatio quando conſideretur quo ad ueritatem facti.*
2 *Nunciatio quando conſideretur an ſit legitime facta.*
3 *Nunciatio legitime facta non tollitur niſi remiſsione.*
5 *Iaſonis ſubtile ingenium.*

Intellectus ad l. j. in fin. ff. de ope. no. nunc.

EST tex. affirmatiuus & negatiuus, quia duplici litera legi poteſt, uidelicet, quòd eatenus remittitur nũciatio, quatenus is qui nũciat, ius prohibendi haberet. Poteſt & è diuerſo ſtare, ſcilicet, eatenus remitti, quatenus is qui nũciat ius prohibendi non haberet. & ita cõmuniter textus habent. Iſta confragoſa contradictio eiuſdem text. ad unam &

eandem remiſsionem, flagellauit Iaſonē, ut quid diceret neſciret, & ſatis impertinentes, ne dicam improuidas faceret ſuppletiones, ut per eum. Tu uero attende, quia nunciatio dupliciter conſideratur. Vno modo quo ad ueritatem facti, quæ tamen adhuc dubia eſt: eo enim caſu nunciatio, ſi ſaltem ſeruatus eſt iuris ordo, ſemper habet ius prohibendi: & hoc modo intelligēdo, tex. negatiuus procedit: quia ſi apparet nō fuiſſe ius prohibendi in ueritate facti, cauſa cognita remittitur nunciatio. Alio modo conſideramus nunciationem in eo tantūmodo, an ſit legitimè facta, id eſt, an ex ſolenniis ei nihil deſit: quia ſi nō eſſet legitimè facta, iſta nunciatio non haberet ius prohibendi, ſed ſtatim ſperni & elidi poſſet. Si ergo legitimè ex ordine iuris facta eſt, tunc conſequitur ex ea ius prohibendi, quod non poteſt tolli, niſi per remiſsionem: & hoc caſu procedit textus affirmatiuus, uidelicet, eatenus, id eſt, tūc remitti nūciationem, hoc eſt, remiſsione opus eſt, quatenus, id eſt, in quantum is qui nunciat ius prohibendi haberet, hoc eſt, quatenus nunciatio legitimè facta eſt, ex qua cōſequatur ius prohibendi: quaſi diceret, ſi nunciatio nulla eſt, nō oritur ex ea ius prohibendi, & ſic nō erit opus remiſsione. Si autem legitimè facta eſſet, ut ex ea ius prohibēdi conſequeretur, eā nunciationem nō tolli niſi remiſsione. Et hunc ultimū caſum declarat l. j. §. j. infrà de remiſſ. Hunc meum intell. ſignificat gl. finalis in tex. noſtro, in prin. ſi ſaltem expendatur ſubtiliter. Mirum eſt Iaſonis ſubtile ingenium, hanc ſubtilitatē non potuiſſe adſequi, uel alium quempiam ex Italis Doctoribus: ſicque ueniam mihi homini non prorſus acuti ingenii, ab ipſis poſco.

Memorabilia in ſequenti intellectu aduertenda.

1 *Poßidendo aliquid tribus uel quatuor annis, ſi deinde ex cauſa aliqua alii cedam eam poſſeſsionem, ut reſtituatur poſt certum tempus, ſi reſtituitur datur mihi acceßio.*

2 *Dominium non poteſt ita tradi, ut repentè reſtituatur.*

3 *Poſſeßio poteſt tradi ut mox reſtituatur.*

4 *Vi deiectus ab aliquo, ſi tertius uſurpet poſſeßionem, poteſt per deiectum arceri poſſeſſorio retinendæ.*

5 *Recuperandi facultatem habens, debet ea uti, & non quieſcere.*

6 *Recuperandi facultatem non habens, uel ſaltem commodè agendi, proteſtari debet ſe à iure ſuo non deſtiturum, cum primum ei facultas competat.*

De l.ſi quis ui.§.differentia.ff.de acquir.poſſeſ.

TEX. iſte in fine,cum dicitur, quòd is deſinat poſside-
re,qui ita tradit ut ſibi reſtituatur, non debet ſine uti-
litate à ſtudioſo legi. Quid enim tẽpore belli,puta ru
ſtici tumultus,dum plebs graſſabatur per uniuerſam ferè Ger
maniã,cõtra clerum & nobilitatẽ: quid inquã ſi iam res ſit in
cardine ut expugnetur ciuitas,ego timẽs impreſsiones & in-
curſus,uni de popularibus cedo poſſeſsionẽ fundi uel ædiũ,
ita quòd mihi reſtituat lapſis aliquot diebus? Ecce iam uerè
deſii poſsidere, nec mihi ullũ poſſeſſoriũ edictũ cõpeteret:
& credo eas leges in bellis ciuilibus eſſe excogitatas. Ex di-
cto igitur tex.licet Doct.ſicco pede trãſeant, poſſunt aliqua
noua elici.Primo,quòd ſi ego tribus aut quatuor annis poſ- 1
ſediſſem bona fide, deinde ex aliqua cauſa tibi traderem ut
mihi reſtitueres poſt quinq; uel ſex annos, certè reſtituta poſ
ſeſsione datur mihi acceſsio.arg.l.Pomp.§.præterea.§.ſi is
qui.ſuprà eo.Et nõ obſtat ſuperuacanea obiectio gl.in d.§.ſi
is qui.quaſi qui dat precario,amittat poſſeſsionẽ,& ſic ſit in-
terrupta poſſeſsio:quia ex natura cõtractus ſperatur poſſeſ-
ſio reditura.Et eſt certè infantilis obiectio,meritò admirãda:
licet enim deſinat poſsidere,tamẽ mox,è ueſtigio,alter preca
rius poſsidere incipit,ut ita poſſeſsio nũquã deſinat: tametſi
enim in perſona cõcedẽtis deſinat,non tamẽ deſinit in perſo
na recipiẽtis,qui ex uolũtate cõcedẽtis recipit. Vnde ſicut in
reſolutione cõtractus uẽditionis,in redhibitoria datur acceſ
ſio,ita & in reſolutione precarii:& nõ eſt opus ulla fictione,
quę nõ habet locũ, ſi nulla ſubſit ęquitas. Tandẽ aduertendũ
eſt quòd ex tex.noſtri §.in fi. alia differẽtia relucet inter do 2
miniũ & poſſeſsionẽ:quia dominiũ nõ poteſt ita tradi, ut re
pentè reſtituatur.l.qui ſic.infrà de ſolut.Sed poſſeſsio poteſt 3
tradi,etiã ſi cõueniat ut mox reſtituatur,ita quòd traditio in
momento amiſsionẽ poſſeſsionis operetur,eatenus,ut ei qui
tradidit poſſeſsionem,nulla interdicta poſſeſſoria compete
rent,etiam ſi ſpem recuperandi habeat. Et nõ obſtat l.noſtra
in princ.quia ibi ex æquitate fingitur poſſeſſor qui non eſt,
ad cõmodum ſuum,ſi quidem uim paſſus fuit: hic autem ceſ-
ſat ea æquitas,cum uoluntariè tradiderit. Ex quo contra gl.
& ſequaces colligo,& uerũ puto,quòd ſi aliquis tertius uſur- 4
paret ſibi eam poſſeſsionem, intraret, fructus colligeret pa-

tiente eo qui uim fecerat.& fortè colludēte,hoc loco deie&o competeret poſſeſſorium retinendæ: & ad hoc eſt facta iſta lex,licet Doctor.non animaduerterint,& ſic habet conſuetū do. Quid enim ſi potens aliquis me deiecerit, contra quem non daretur facile mihi facultas agendi, & is tyrannus indulgeret priuato alicui ut fundo uteretur, an cogerer pati alienū uſurpare meam poſſeſsionem? certe non. Et non obſtat quòd hic in l. ſi quis ui.text. loquitur de illo qui habet facultatem recuperandæ,quia intelligitur quòd de iure habeat,non de fa
5 cto:multa enim impedit factum,quæ ius non impedit.Credo tamē duo eſſe neceſſaria: primum, quòd ſi habeat facultatem recuperandi etiam de facto, quòd ea facultate utatur, & non
6 quieſcat.l.ſciendum.de uſucap.Deinde, ſi non habeat facultatem agendi ſaltem commode,quòd proteſtetur ſe non deſtiturum à iure ſuo, cum primum ei facultas competat. argum.l. de pupillo. §.ſi quis ipſi prætori.de oper.nou.nunc.& his caſibus ei concedo interdicta poſſeſſoria,alioqui tex.noſter in l.j.plus noceret deiectis,quàm prodeſſet.

Memorabilia in ſequenti intellectu aduertenda.

1 *Iudex poſt ſententiam non poteſt augere uel minuere pœnam.*
2 *Pœnæ ſunt molliendæ.*
3 *Princeps propenſior eſt ad indulgendum,quàm condemnandum.*
4 *Ampliare pœnam,qualiter intelligendum,per Zaſium.*

Intell.l.acta.§.j.ff.de re iudic.

1 TEXT.noſtri §.ita orditur: De amplianda uel minuēda pœna, &c. Cōmuniter tenetur hic à Doct.iudicē poſt ſententiā non poſſe augere uel minuere pœnā: qui ſenſus de augmento pœnæ indubitatus eſt,quòd iudex hoc non
2 poſsit.Si enim pœnæ ante ſententiā ſunt molliendæ, & non aſperandæ.l.pen.infrà de pœn.quāto fortius poſt ſententiā, ubi aliàs quieſcit officiū iudicis? Nec credo principem eo loci conſulēdum eſſe,qui ultro propenſus eſt ut indulgeat,potius
3 quàm aſperet.l.reſcripta.in fi.C.de precib.Imper.off. Tu ergo intellige de amplianda,id eſt, differēda pœna. Nam olim
4 cum non liqueret circa reum,iudices differebant condemnationem,& tunc dicebatur reus ampliari.Rectè ergo hic,ſi incidat cauſa, ob quam pœna per ſententiā illata differri debere uidebatur,ut in l.ad beſtias.de pœn.cōſulēdū eſſe principē diſpoſitū eſt.Idem ſi pœna debebat minui. Et is eſt uerus intellectus,quia differri pœnā,non multū abhorret à pœnæ diminutione:

minutione: & rectè aditur princeps, cuius natura eſt non exaſperare, ſed differre uel minuere pœnas. d. l. reſcripta.

Intell. l. quidam conſulebant. ff. de re iud.

TAMETSI hæc lex ſit facilis & expedita, miſerè tamen diſtrahitur & diſtorquetur. Dic breuiter iuxta ueritatem literæ eius ſenſum. Primo dicitur eum qui minor natu ſit, decimumoctauum tamen annum expleuerit, iudicem eſſe poſſe, uel ſaltem ſententiam eius tueri: quod ipſum mox determinatur, in eo qui minor natu magiſtratum gerat, id eſt, ſit ordinarius iudex, tunc enim eius iuriſdictio non improbabitur. Sicq; eliditur Doct. adſertio nimirum erronea, qui putant hoc l. noſtræ principium, de ordinario, iudice delegato loqui. Quid autem ſi is minor, qui decem & octo annos habet, datus, id eſt, delegatus ſit? Reſpondet Iureconſ. rectiſsimè id fieri, ſi partes cōſentiant. Per quod innuitur, minorem XVIII. annorum citra conſenſum dari non poſſe iudicem: quòd hodie iure Canon. eſt expreſſum & determinatum, in c. cum uigeſimum. de off. deleg. Tandem reuertitur Iureconſ. ad primum reſponſum, & infert ex eo: Quòd cum minor, decem & octo tamen annos natus, magiſtratū poſsit gerere ordinarium, rectè & prætor fieri & conſul poteſt in eiſdem annis, & maximè quòd à principe hi magiſtratus dātur, qui cum ſciēs crearit, decreuit omnia agere. Et is eſt uerus intellectus, quem nemo niſi ueritatis inimicus improbabit: ſi interim taceam quòd & Ius Canon. eum text. bona ex parte ſic intellexit. Igitur ultimum reſponſum ad primum infertur: ſecunda particula primam determinat, & intercurrentē dubitationem de delegato ſuſtulit. Quæ autē ſit ratio, cur minor qui XVIII. annos habet, ordinarius eſſe poſsit, & non delegatus, niſi cō ſenſu partium, nō parum mihi laboris fecit: & licet certi quid adfirmare debeam nō ſit obuium, tento tamen ſi ueritati conſonum ſit, dicere, hoc ideo fieri, quia is qui ordinarius loci eligitur, ab omnibus inhabitantibus iudex eſſe cognoſcitur, qui ſi non oppugnatur à principio, rectè in eum omnes conſentiunt: quod non eſt in delegato. Verum hæc ratio non eſt uniuerſalis, propter alienos, qui eo loci litigare aliquando coguntur. Vnde potius dicas, id quod ætati deeſt, propriam ſupplere iuriſdictionem in iudice ordinario: delegatum uerò nihil proprium habere, & eſſet ignominia deleganti, puerum

delegare,cum delegatio requirat induſtriam,&c.

Intell.l.j.ff.de ſeparat.in prin.

ACCVRS. hunc text.non ſatis aſſequutus eſt. Cum enim dicitur,fieri poſſe ut Seius quidam ſoluẽdo fuerit,potueritq́; ſatisfacere creditoribus ſuis, uel ita ſemel, etſi non aſſem, in aliquo tamen ſatisfacere, &c.Gl.cum uerſic. *uel ita ſemel*, exponit,id eſt, in ſolidum : orationemq́; eam ſic putat perfici. quod non puto uerum,quia nunquàm lectum eſt,ſemel poni pro ſolido. Porrò cum ſtatim pòſt Iureconſ.de ſolido debito loquitur, aſſem nominat : cur ergo in eodẽ uelut ſtructu orationis ita uariaret, ut cũ, ſemel, pro ſolido uſurparet,mox à latere, aſſem, pro ſolido poneret, nõ tã barbarè quàm impertinenter? quod quàm eſſet caſtiſsimo Iureconſultorum loquendi uſu contrariũ, te doctum cenſorem eligo. Deniq; aduerbia pro nominibus poni, aut nullibi, aut uix paucis in locis inuenias. Igitur ne ab eloquentia Iureconſultorum recedere uideamur,dicas hoc loco, *ſemel*, pro certe, uel pro tandem, eſſe poſitũ:ut ſenſus ſit huius orationis:Fieri poſſe ut Seius quidẽ ſoluendo fuerit,potueritq́; creditoribus ſuis ſatisfacere,uel ita ſemel,etiam ſi non aſſem,in aliquo tamen.quaſi diceret,uel ita certe, aut tandem, ita quòd principium orationis ſequẽtis in hoc uerſ.uel ita,incipiat. Eſt enim uerbi uaria elegantia, quemadmodũ hi qui Latinæ linguæ cognitione nõ ſunt deſtituti,probè norũt. Sic apud Quintil. Et ut ſemel,id eſt tandem,cõplectar. Mitto alios ſcriptores, quibus nihil æquè atq; hæc dicendi forma peculiaris eſt. Nemo enim dicet inelegantem loquendi ductum eſſe, ſi quis dicat: Cum rarò ſoleas uirtutem ſequi,uel nunc ſemel, uel nũc tandem egregiis te exerce factis, &c. Hæc & ſimilia his ſaltem, quos in re Latina uerſatos eſſe cõſtat,ſcripta uelim,ut qui norim probè,barbaram cohortem grammaticalia, ſi non puerilia,huiuſcemodi & iudicaturam,& pronunciaturã, propriam nimirum prodituri inſcitiam:quorũ ſtimulos uſqueadeo non moror,ut planè illos non exiſtimem dignos mea reluctatione. Quid enim gloriæ,quid laudis merebor quæſo, ſi cũ mortuis,cum mutis,cum cæcis,certamen ſim initurus?

De l.patrem.ff.quæ in fraud.cred.

HAEC l.docet patrẽ non fraude facere, ſi ante diẽ filio reſtituat,&c.Sed quia ualide obiici poteſt de l.ait prętor.

tor. §.ſi cum in diē.& l.omnes. §.fi.eo.tit.unde gl.& Doct. aliter legūt, quòd pater ibi nō fuerit grauatus reſtituere poſt mortem ſuam, ſed fuerit ſimpliciter grauatus, quo caſu ui ipſa dilationem habuit uſq; ad mortē ſuam, cum filiū emancipare non teneretur. per l.fideicōmiſſa. §.ſi filio. de leg.iij. Hæc ſolutio me iudice text.noſt.deſtruit. Nam uerba ſic habēt: Patrem qui nō expectata morte, &c. quibus uerbis ſignificatur, quòd poſt mortem reſtituere grauatus erat. Et nō obſtat d. §. ſi cum in diem. quia ibi apertè tex. innuit, quòd in eo caſu de fraude conſtabat: ſed in tex. noſtro nō conſtabat ulla fraude fieri, nec poterat præſumi fraus, cū alia & fortior præſumptio eſſet pro patris pietate & fide præſtanda, id quod ex tex. colligitur. Alia lectura, ſcilicet, quòd grauatus fuerat pater ſimpliciter, & non poſt mortem, &c. licet uera ſit per d. §. ſi filio. tamen ex text. noſtro in l. patrē. minime colligitur. Deniq; per eam lecturā non eſt ſatisfactū alteri contrario, quod etiā ualide obſtat. Nam uideri poſſet pater in fraudem feciſſe ſaltē in eo, quod non ſeruauit quartā Trebellianicæ, quam meritò ſeruare debebat, cum ſciret ſe creditoribus non fuiſſe ſoluendo. Nec poteſt dici quòd pater nō tenebatur acquirere, uel locupletior fieri. l. qui autē. eo. tit. quia quarta nō dicitur acquiri, ſed tanquam ſua hæredis retineri. Deniq; quando fraus in eo fit per quod acquiri poterat, fraudator nō excuſatur. l. ait prætor. §. præterea generaliter. eo. tit. Vnde ut omne contrarium ceſſet, uera & ſola eſt hęc ſolutio quam ſuprà dixi, quòd fidei nexus, & pietatis paternæ affectus, fraudis præſumptionē excludūt. quod certe confirmari optime poteſt per tex. in l. ſeq. quæ incip. debitorē. Nam ibi is qui erat grauatus reſtituere alteri ex fideicōmiſſo, ſi totam hæreditatē reſtituit quarta non retēta, nihil intelligitur fraudis nexuiſſe, ſed potius fideliter facere: quod nulla alia ratione recipitur, quàm quòd fidei præſtitæ ſplendor umbram fraudis excludit: alioqui ſi eo loci fidei præſtatio non excuſaret, rectè cenſeretur debitor in fraudem feciſſe, qui cum ſe ſciret habere creditorem, & non eſſe ſoluendo, obmiſit retinere eam quartā per quam creditorū ſolutio facilior futura erat. Dic ergo, cum ſoluitur ante diē, uel cum diminuitur patrimoniū, aut cōſtat de fraude, & tunc ſemper omni caſu reuocatur. Aut nō cōſtat de fraude, & in dubio fraus præſumitur cōcurrētibus duobus ſcilicet, quòd ſciat ſe habere creditores, & non ſit ſoluēdo. l. ſi quis cum haberet.

eod.tit. niſi præſtandæ fidei ratio, aut pietatis affectus eam præſumptionem excludat.per text.noſtrum hic, & l.ſeq.

Declaratio ad l.iure ciuili.ff.de condit. & demonſtr.

VVLGO dicitur, quòd in l.ſi quis arbitratu.ff.de uerb. oblig.ſi per promiſſorem ſtet, cõditionem haberi pro impleta.per text.noſtrum in l.iure ciuili.ff.de cond. & demõſtr. Quo loco Iaſon & moderni perpendũt, quòd per hoc nõ ſit prouiſum ſtipulatori: quia ſi conditio pro impleta habetur, tunc neceſſe eſt cauſam perinde haberi, ac ſi foret arbitratum. Sed cum adhuc incertum ſit quid debeat haberi pro arbitrato, & quale ſit huiuſmodi arbitrium, dicũt Bart. & quidam alii, accerſiri oportere bonum uirum qui arbitretur, potiſſimè ſi circa accidentalia arbitrandum ſit. Hæc quomodo explicari poſsint, non uideo. Nam qualiter cauſa reducitur ad arbitrium boni uiri, in qua nemo eſt arbitratus? cum non entis nullæ ſint qualitates. Porrò ſi cõditio pro completa habetur, quid opus eſt uberiori arbitrio? Id enim quod completũ eſt, nihil plus deſiderat. Ego ergo dicerem, quòd hoc caſu conditio habebitur pro non adiecta, & cõtractus habebitur purus, ac ſi de arbitrio non eſſet uſquam facta mentio: quo euentu ſi ſtipulatori aliquid circa accidentalia contractus deficit, conueniet debitorem coram iudice ordinario actione perſonali ex contractu. de quo eſt tex.apertus in uulgata l.hæc uenditio.ad finem prin.de contrah.empt. Et ſi dicas, nihil intereſſe ſiue reducendo, ſiue aliàs adeundo cauſa ad iudicem deuoluatur, cum ex utraq; uia adeatur tanquam ordinarius: Reſpondeo multum intereſſe, quia quod ad bonum uirũ reducitur, laxiores habet æquitatis habenas: quod per iudicem explicandum uenit, non libertate æquitatis, ſed iuris ordine tranſigendum eſt. Porrò reductio ad arbitriũ boni uiri extraiudicialis eſt, ſicut fuerat arbitratoris laudum, quia ſubrogatum, &c. at ordinarii proceſſus iudiciales ſunt. A reductione non appellatur, ſed à ſententia iudicis. Reductioni non perit inſtantia, quam non habet: in iudicio contrà.

De l.eum qui ita.§.finali.ff.de uerb.oblig.

PERICVLOSVS hoc loco non modo ſcholaribus, ut Bartol.putat, ſed & ipſis Doctor. textus nobis proponitur. Verum uerba, natura conuentionis, & ipſe ſtatus

tus exigunt, ut in præſenti text. animo nouandi ſit facta conuentio. Nam ſi non fuiſſet eis nouandi animus, certè ſtipulator acceptum ferendo hominem, liberaſſet Seium ſecundum promiſſorem, per ea quæ habes Inſtitut. quibus modis tollit. obligatio. §. penultimo. in gloſſ. ad finem, quæ allegat l. bona fides. de regulis iuris. & huic intellectui non poteſt contradici. Stat ergo ſententia, quòd animo nouandi Seius ſub conditione promiſerat, quæ promiſsio moram primi promiſſoris antea contractam, non purgauit, id quod iuxta ſanum intellect. text. docet. Sed ad contraria quid dicimus? ad l. quoties. l. ſi Stichum. in princip. de nouat. l. qui decem. §. ſi cum mihi. de ſolut. in quibus iuribus mora per ſecundam ſtipulationem, etiam conditionalem, animo nouandi factam, purgata eſt, nec in eandem deducitur, & eſt primus promiſſor periculo liberatus. Difficilima ſunt iſthæc contraria, & paulò minus implacabilia. Gloſſ. & Doctores fideliter laborant, ut ab his ſentibus ſeſe euoluant. Equidem uereor pleraſque omnes ſolutiones eſſe diuinatorias, & ita diuinatorias, ut ab oſoribus noſtris ſine acri morſu euadere non poſſint. Quapropter confugiendum mihi puto ad l. quoties nihil. infrà de regu. iur. ut ita eligere in tantis periculis cogar, quod minus habet diuinationis. Igitur quartam ſolutionem gloſſ. cæteris præfero, & dico iura contraria intelligi, quando principalis promiſſor ſecundario animo nouandi promiſerat: tunc enim ſine dubio mora purgata eſt, ipſo ſtipulatore hoc proprio ſuo facto adprobante. Nam ad quid promiſſor moroſus iterato promiſiſſet, ſi per hoc mora non fuiſſet purgata? Cur ſe duplici promiſsioni ſine effectu adſtrinxiſſet, cum eo caſu ſiue conditio ſecundæ promiſsionis extitiſſet, ſiue non extitiſſet, ſemper tamen reatu moræ tenebatur? Melius eſt miſerum eſſe, quàm miſerias duplicari. Iura ergo contraria procedunt, quando idem promiſſor poſt moram iteratò ſub conditione animo nouandi promittit: tunc enim in neceſſariam conſequentiam mora eſt purgata. Secus eſt, ſi id quod Titius promiſerat, poſt morã Seius promittat, etiam nouandi animo: quia credibile, imò ueriſimile eſt, quòd creditor pendente conditione, non uelit ita facilè Titium à mora liberare, niſi certus ſit nouationem iam extitiſſe. Quid enim ſi creditor ſub ſpe exiſtentis conditionis, potius alium reum habere uelit, quàm primum promiſſorem, & nihilominus

nus tamen pendente conditione, antequam nouatum ſit, à primo promiſſore non recedere, ut faciunt prouidi fœneratores? Et poſſunt etiam ex communiter accidentibus ſimul ſtare, quòd primi promiſſoris mora non ſit purgata, etiam ſi ſecundus ſub conditione nouatoria acceſſerit, quod certè in uno promiſſore non recipias. Sed opponas contra primam partem huius ſolutionis, quòd imò etiam ſi idem promiſſor poſt moram iteratò ſub conditione promittat, mora non purgetur, quin exiſtente conditione promiſſor ex nouatione obligetur, etiam ſi homo debitus pendente conditione deceſſerit. l. ſi rem. in princip. ij. reſponſ. de nouat. quod contrarium omnia interturbat, & gloſ. illic ſe ita inuoluit, ut neſciat unde ueniat, aut quò uadat. Ego probabiliter dico, ibi moram improbiorem eſſe cōtractam, ita quòd mora cauſam dedit ut homo decederet, quod ex uerbis ibidem ſubtiliter expenſis ſatis apparet. Cum enim text. dicit, Etſi priuſquam decederet, cum iam mora facta eſſet. moxq; ſubiungat, Et ſeruus poſtea deceſſerit, &c. ſatis apparet ſeruum ex dicta mora in ſtatu fuiſſe decedendi, ex quo ſtatu poſtea deceſſerat: nec poteſt aliter intelligi. Iam uerò & contra alteram partem ſolutionis meæ ualide pugnatur de l. qui decem. §. ſi cum mihi. uerſic. ſed quid ſi ignoran. infrà de ſol. ubi ſi ignorāte debitore moroſo, alius & ſecundus rem ſub conditione promiſit, adhuc tamen primus debitor etiamſi hoc ignoraſſet, periculo & mora liberatus eſt. Sed iſte §. ſeipſum in fin. reſoluit: quia ibi cum alter ſub conditione promiſerat, ſeruus præſens erat: niſi enim præſens fuiſſet, dictæ deciſioni locus non fuerat, ut dicit ibidem text. At in l. noſtra abſens erat, quod (ne dicas eſſe diuinationem) præſumitur in dubio, niſi præſentia ſerui doceatur. per dictum text. in §. ſi cum mihi. Cæterum ſi idem promiſſor iteratò promittat ſub conditione, ſemper mora purgatur, ſiue ſeruus præſens ſit, ſiue abſens. l. parui. ff. de cōdict. furti. l. ſcire debemus. in fi. hoc noſtro tit. Et hanc puto ueritatem expeditam in iſtis difficultatibus, per quã uides, quòd aliquæ ſolut. gloſſæ tolerari poſſunt. Sed opponas iterũ. Cum enim primus promiſſor purè eſſet obligatus, & deinde ſecundus eandem rem ſub conditione promiſerat, nónne iam etiam prima promiſsio ſub contraria conditione expenſa eſt? per l. pecuniam. ff. ſi certum pet. quo caſu ſine dubio ex mea ſuperiori ſolut. mora quoq; purgata eſſet,

ac ſi

ac ſi primus promiſſor ſub contraria conditione promiſiſſet. Reſpondeo, quicquid gloſſ. & Doctor. uelint, dicta l. pecuniam. hîc locum non habere, id quod cognitiſsimum eſt. cum omnino in diuerſis caſibus loquatur. Nam in dicta l. pecuniam. idem promiſſor duobus promiſerat, uni purè, alteri eandem rem ſub conditione. At hîc è contrario unus erat creditor, & duo promiſſores. unus purè, & alter ſub conditione: in quibus utriſq; caſibus magna eſt differentia. Nam cũ unus & idem promiſſor, id quod purè debebat uni, alteri ſub conditione promittit, neceſſe eſt quòd pura promiſsio in conditionem contrariam ſuſpendatur. Impoſsibile enim eſt, quòd aliquis in eandem rem purè & ſub conditione obligetur. Sed in caſu noſtro nõ eſt impoſsibile, quòd primus promiſſor purè ſit obligatus, alter promiſſor ſub conditione, etiam in eadem re, & animo nouandi: quia quãdiu pẽdet nouatio, quælibet promiſsio in ſuo ſtatu uerſatur. Cætera quæ de acceptilatione in dicto §. ſi hominem. diſceptantur, ſatis bene per Iaſonem ſunt circa finem elucidata, unde ea tranſeo.

Memorabilia in ſequenti intellectu aduertenda.

1 *Libertus à patrono prohiberi non poteſt, ne ſtatum ſuum defendat.*

2 *Liberti ſtatus præcipua defenſio principaliter non ſpectat ad patronum, niſi in caſu colluſionis.*

3 *Proportionis inter ſeſe inæqualis, ſubtilis æquatio per Zaſium.*

4 *Temperamentum pro eo quod exuperat, eò uſque inducendum eſt, donec in ſymmetriam res uindicetur.*

5 *Patronum præſentem fuiſſe liti ſufficit, tametſi libertum nec defendiſſet nec adiuuiſſet.*

Intell. l. ſæpe. uerſ. nam etſi. ff. de re iud. 1

INTER alia deciditur in l. ſæpe. ff. de re iud. quòd ſi maritus ſocerum, emptor uenditorem, ſuper dominio rei emptæ, uel in dotem datæ, coram iudice diſputare cõcedant, ſententia contra autores lata eis ſciẽtibus præiudicabit, propter tres rationes: tum quòd potior defenſio emptori & marito competat: tum quòd autores ab eis prohiberi poterant: & tandem quòd hi cenſentur uolũtatem ſuam interpoſuiſſe, qui eos à quibus cauſam habẽt, de ſuis iuribus diſputare permittunt. Et hæc uidentur confirmari exemplo ſumpto à liberto & patrono. Nam ſi libertus interueniente patrono, al-

terius

terius libertus uel ſeruus eſſe contendatur, ſententiam contra ſeſe latam prçiudicare patrono,&c.Hic inexplicabilis nodus emergit:quomodo enim Iurecõſ. deciſionem ſuã exemplo liberti & patroni probare aggreſſus eſt, cum inter utraq;
nulla ſit ſimilitudo? Nam libertus à patrono prohiberi non poteſt, ne ſtatum ſuum defendat.l.principaliter.ubi eſt text.
C,de liberal.cauſ. Nec prima ſeu præcipua defenſio ad patronum pertinet,niſi in caſu colluſionis,id quòd aperte cautum eſt in dict.l.principaliter.quæ lex nullam calumniam pati poteſt.Et tandem libertus non habet cauſam à patrono,id quod notorium eſt,& qui contrarium audent dicere, euidentem ueritatem oppugnare non uerentur.Qualiter ergo à ſuperioribus caſibus,& è diuerſo, ulla poteſt ſumi ſimilitudo, cum omnia ſunt diſsimilia,& nulla rationum ſupradictarum concurrat?Durus eſt hic ſcrupus.quamuis Bartol.cum exigua quædam,quæ,ut ciuiliter loquar, parum ad noſtrum rhombum faciunt, ſignificaſſet, eundem ſcrupum fortiter tranſilit,Alexand.cum tangit, ſed ſeductus Bartoli erroribus,aliqua miſcet,quæ lucem ferre non poſſunt. Tu dic,rectè ſumptam eſſe ab utriſq; ſimilitudinem ſub proportione hinc &
illinc æquata. Nam ſicut neceſſe eſt, quòd patronus ad hoc ut ei præiudicetur in iudicio liberti interueniat, id eſt, adſit liti,ideo quòd nulla eſt alioqui ratio quæ ei noceat:ſic in exẽplis ſuperioribus ſufficit ſola ſcientia ſucceſſorũ, ex eo quòd tres rationes ſupradictæ in eis concurrunt,quæ ſcientiam adiuuant. Habet ergo in exemplo liberti ſola interuentio patroni,etiam ſine concurſu trium rationum,tantum efficaciæ, ut ei præiudicetur, quantum habet in exemplis ſuperioribus ſimplex ſcientia cum concurſu trium rationum. Et ſic paria ſunt,patronum in poſteriori exemplo interueniſſe ſine concurſu trium rationũ, & in ſuperioribus exemplis ſimpliciter ſciuiſſe cum earundem concurſu.Ecce ſubtilem æquationem proportionis inter ſeſe inæqualis, quam Galenus eleganter lib.VII.de methodo medendi, ſignificaſſe uidetur, dum temperamenta actionum cuſtodiri docet, ſi id quod ad calidius eſt conuerſum,refrigerabit: & quod ad frigidius inclinatum eſt,calefaciet: ſemper enim pro eo quod exuperat, inducen-
4 dum eouſq; temperamentum eſt,quoad in ſymmetriã res uindicetur.facit l.ab emptione. ibi, nec quidquam intereſt. de pact.fa.l.ſi in qualitate.de act.empt. Ex prædictis ſequitur primo,

primo, quòd ſufficit interueniſſe patronũ, id eſt, præſentem fuiſſe liti, etiamſi libertũ nec defendiſſet nec adiuuiſſet: hoc enim ipſum uerbum, Interuenire, apud Ciceronẽ & alios Latinos, ſignificat. Per quod tollitur oppugnatio quæ Alexandrum torſit, quaſi ea deciſio quoad patronum eſſet indubitabilis: quia imò adhuc dubitari poterat, an ſola præſentia patroni præiudicaret. Secundo inferimus, falſum eſſe quòd gloſſa in d.l.ſæpe.in uerſic.nam & ſi.putat ſolam etiam ſcientiam patroni nocere, quod & Bart.& Doct.communiter ſequuntur. Sed hoc, ut dixi, planè falſum eſt, tum quia hoc nullo iure eſt relatum, & propterea tanquam fœtura uenti, uento cõmittitur: tum quòd gl.& Doct.ratione manifeſtè falſa mouentur, arbitrati, liberti defenſionẽ ad patronum pertinere: hoc enim rotundo textu in d.l.principaliter.ſubuertitur, ubi dicitur defenſionem præcipuam eſſe liberti, quamuis patronus, ſi colluſionem cerneret, inuitum libertum poſſet defendere, ut ibid.in fin. Et tandem, quomodo ſciẽtia patrono noceret, contra uulgatas iuris regulas, cum is libertum litigantem prohibere nõ poſſet? Cui uni rationi adhæret tex.in l.noſtra, ſæpe.in uerſ.cur autem.dum ponit inter quoſdã alios caſus differẽtiam. Cum ergo prima defenſio ad patronum non pertineat, item & is prohibere regulariter non poſsit, ſed nec cauſam ullam patronus è liberto habeat, quicquid hic Bart. & Doct.impertinenter hallucinentur: conſequens eſt, ut ſimplex ſcientia patrono non noceat. Cæterum quia litigando libertus etiam iura patroni adfricat, ſcilicet quòd iuri patronatus per hoc præiudicari poſſet, rectè Iureconſ. uoluit, ut nõ alia uia patrono incommodaretur, quàm ſi interueniſſet, id eſt, liti præſens adeſſet. Sed quid fatigamur? Cum enim is ipſe tex.uerbis expreſsis interuentionem exigat, ut patrono incõmodetur, cur à textu diſcedimus? cur ex ingenio, impertinentia ſine iure, ſine ratione comminiſcuntur? Quis dedit Accurſio facultatẽ falſo addendi id quod tex.pati no poteſt? Iureconſ.ubi interuentionẽ nominauit, poterat æqua facilitate ſciẽtiam ſcripſiſſe, ſi uoluiſſet, ut in ſimili Imperator pugnat in l.j. §.ſinautem ad deficientem.C.de cad.tollend.

Intell. ad l. ſi familia. ff. de iuriſd. omn. iud.

ACCVRSIVS & Doct.intellectũ d.l.ſi familia.nõ ſunt ex ſolido adſequuti, ſcilicet quòd uerba Pauli Iurecon

Iurecõſ.nõ ubiq; clara ſint. Primo enim deciditur, ſi familia domini albũ corrumpat, nõ audiri dominũ, ſi familiã defenſurus, unius nomine, exemplo furti per familiam commiſsi, tantum præſtare paratus ſit, quantum ſi liber homo corrupiſſet: in omnes enim actionem dari. Ratio ſubditur ſub elegãti ſchemate dubitandi, quòd in albo à pluribus corrupto maieſtas prætoris uindicatur, & plura facta intelliguntur. Cui tamen rationi Iurecõſ. ſub interrogatione occurrit: Quemadmodum enim iſta recipias? cum & in damno, & iniuria, plura facta intelligantur, non ut in furto unum, & tamen pro uno facto plures puniuntur. quæ interrogatio hic ſub modo obiectionis facta eſt. Proinde Octauenus Iureconſ. hac obiectione motus, putabat domino etiam in albo corrupto ſubueniri, ſi unius nomine ſatisfacere paratus ſit. Cæterũ Iurecõſ. eam ſententiam non adprobat, niſi uno caſu, ubi familia curaſſet album corrumpi, tunc enim propter unum conſilium plura facta non intelligi. quam deciſionem & Pomp. probat. Hoc intellectu nihil eſt planius & facilius, ſi uerſiculũ, Quẽadmodum, &c. ſub interrogatione legas, quaſi Paulus quærat, Quemadmodum ſcilicet iſta recipias? Cum enim plures ſerui damnum dant, uel iniuriam inferunt, plura facta intelliguntur. non ut in furto unum, & tamen pro unico facto puniuntur, unde Octauenus ea ratione mouebatur, ut contra Pauli ſententiã decideret. Is eſt noſter intellectus ad ea quæ per Doctor. minus clarè in l. ſi familia. ff. de iuriſd. omnium iudic. tractantur, qui tametſi ex litera durè extorqueatur, & compluria ueniant ſubintelligenda, tamen ſanior ſine literæ uiolatione haud colligi poteſt: ſeries enim text. cum ipſum meum intellectum efflagitat, ut male uerendum ſit literã eſſe corruptam. Gloſſ. certè Accurſii nihil proficit, in ea maximè parte quæ communiter per Doct. adprobatur, uidelicet quòd in dicto uerſic. Quemadmodum. ſit ſimilitudo facti, non iuris. Hoc enim contra apertam Iureconſultorum intentionem pugnat, qui ita ocioſe tempus perdidiſſe non creduntur, ut adinſtar fabulatorum nudis factis comparandis ſeſe fatigarent: ſi enim ex facto ius oritur, quomodo ſola facti ſimilitudo adduceretur iure obmiſſo?

Memorabilia in ſequenti intellectu aduertenda.

1 *Putatiuus debitor ſi delegetur tertio, & is ex promiſſione agat, exceptio putatiui debiti nõ attẽditur circa eũ cui facta eſt delegatio.*

Dictio

2 *Dictio,ſed,ponitur quandoq; adiunctiuè,non aduerſatiuè.*
3 *Putatiuus debitor tertio ob cauſam delegatus, cauſa non ſequuta ſe tuetur doli except.*
4 *De except.intentionis quædam ſingularia noua.*
5 *Intentio,pro actione.*
6 *Reus qui repulit actionem,uti dicitur exceptione intentionis.*
7 *Exceptio intentionis opponitur,ubi actio ipſo iure præceßit.*
8 *Moralia & ciuilia in iure noſtro tractantur, non mathematica.*
9 *Actionem,quæcunq; illa ſit,oportet ut color aliquis ſaltem obligationis præcedat.*
10 *Exceptio in ſtatu cõiecturali aliter inſtituitur quàm in iuridiciali.*
11 *Exceptiones peremptoriæ ſunt intentionis.*
12 *Exceptiones Velleiani & Macedoniani,dici poſſunt intentionis.*
13 *Exceptiones dilatorias eſſe intentionis.*
14 *Exceptiones incidentes in proceſſu non ſunt intentionis.*
15 *Negationem eſſe exceptionem contra Doct.*
16 *Exceptio intentionis,impropriè dicitur exceptio.*

Intellectus l.qui ſe debere.de condi.cauſ.dat. cauſ. non ſecut.

TEX.iſte in primo reſponſ.obſcuratur per gl.& malè intelligitur per Bar.In quo ſpecies facti ſic habet:Titius cum putaret ſe debitorem Valeriæ mulieris,iuſſu & delegatione ipſius,debitum putatiuum Lucio ſponſo dotis nomine promiſit,& ſoluit:nuptiis non ſecutis,deciditur ſolutã pecuniam per Titium à ſponſo rectè repeti.Si enim non ſoluiſſet,& ſponſus nuptiis nõ ſecutis pecuniam promiſſam petiiſſet,poterat exceptione doli ſe tueri. Sed an ea exceptione Titius contra ſponſum,an contra mulierẽ defendi potuiſſet, gl.uariat.Bar.putat Titium ideo repetere, quia ſi non ſoluiſſet,erat contra mulierem tutus exceptione doli, cui putabat ſe debere.Sed hoc à recentioribus rectè improbatur, non tamen bona omnino ratione. Nos ueram rationem addimus: Siquidem regulare eſt, ſi putatiuus debitor delegetur tertio, 1
& is ex promiſsione agat, exceptionem putatiui debiti quæ contra delegantem competeret,non attendi circa eum, cui facta eſt delegatio.l.ſi non debitorem.ff.de nouat.Iſthæc igitur exceptio doli,de qua hic tractatur, nõ ſolum ex putatiuo debito,ſed etiam ex capite nuptiarum non ſecutarum competiſſet:& ſic neceſſariò contra ſponſum,& non contra mulie-

rem dirigebatur. Nam ſi nuptiæ ſecutæ fuiſſent, ea putatiui
debiti exceptio, quæ contra mulierem delegantem competie
rat, non ſuffeciſſet. l. ſi donâturus. §. j. de cōd. cauſ. dat. Pro-
inde in caſu tex. noſtri promiſſor ſi non ſoluiſſet, duplici ca-
pite contra ſponſum defendebatur: tum quòd debitum erat
putatiuum, tum etiam quòd is ſponſus dolo fecerat, petendo
pecuniam cauſa non ſecuta. Et is eſt uerus intellectus ad tex.
2 in uerſ. quoniam. ubi dictio. *ſed*, adiunctiuè ponitur, non
aduerſatiuè, ſicut etiam aliàs in l. ij. in princ. uerſ. ſed Seruius
quidem. & ibi gl. ff. ad l. Rhod. de iact. Et poſſet fortaſſe hęc
doctrina ad omnem putatiuum debitorem manus porrigere
qui tertio delegatur. Quamuis enim ſi iſte tertius ex delega-
tione egerit, putatiuus debitor ſe ea exceptione, quam contra
delegantem habet, defendere non poſſet. d. l. ſi non debito-
rem. l. doli mali. ff. de nouat. attamen ſi putatiuus debitor ali
3 cui tertio ob certam cauſam delegaretur, & cauſa ſecuta non
eſſet, credo exceptione doli defendi promiſſorē. Et hæc mo-
dica ad d. l. qui ſe debere. in primum reſponſ. addere uolui.
Nam quod gl. obiicit de l. qui exceptionem. ff. de cōdi. inde.
& plura impertinenter inculcat, ad recentiores Doct. te remit
to, qui eam obiectionem recte diſſoluunt. Quod autem Ac-
curſ. inter alia genera exceptionis doli, exceptionem inten-
tionis enumerat, operæ precium putamus de ea exceptione
altius ordiri, quando uideo naturam ipſius à nemine ex iuſto
perpenſam: at hoc ſequenti cap. tractabitur.

CVM in capite præcedente de exceptione intentionis fa-
4 cta ſit mentio, neceſſariū eſt docere, quæ, & cuius naturæ ea
ſit exceptio. Nam nec ulla Accurſ. gl. eſt, nec ulla Doctorum
doctrina, quotquot unquam uiderim, quæ eam rem aperiat,
licet uaria adferantur, omnia tamen impertinētia ſunt, & nul-
5 lius rei. Nouiſſe ergo conueniet, intentionē, quāuis etiam
alia ſignificet, apud Rhetores tamen & Iureconſultos pro
actione uſurpari. Intendere enim hi dicuntur, qui rei diligen
ter incumbunt: ut apud Verg. Intenti ſignū expectant. Vnde
cum actor multa cum opera intendere & incumbere ſuæ peti
tioni debeat, intentio pro actione uſurpata eſt. Sic in Actis
Apoſt. cap. xxi. Iudæi ſcribuntur crimina intendiſſe in Pau-
lum. Et apud Ciceronem, Quintil. & alios, ſtatus uel contro-
uerſia cauſæ ex intētione & depulſione naſcitur, id eſt, actio
ne & reſiſtentia. Sic & Iureconſulti in l. ſi quis intētione am-
bigua.

bigua.ff.de iud.item l.ij.in prin.ubi eſt tex.elegans.l.generaliter.ff.de excep.l.fi.§.fi.ubi eſt expreſſum.ff. ſi cer.petat. Inſtitu.de actio. §.ſi quis agens.tex.apertus in l.j.poſt prin. ff.ſi menſ.fal.mod.dix.ubi dicitur, ſi ex locato actum fuerit, dicendum erit nec tenere intentionē.fa.l.lite.C.de litig.cum multis ſimil.Eſt ergo exceptio intētionis,prima & præcipua excluſio & depulſio,quæ directò deſtinata eſt,& ad hoc ſolùm opponitur,ut agētis propoſitum in iudicium deductum eliminetur,caſſetur,annulletur,& reiiciatur actio,nulla habita differentia,an aliqua obligatio an nulla actionē præceſſerit.Reus enim ſua exceptione ad hoc nō tetendit, ut quicquā 6
eorum uel confiteatur uel ſupponat,quæ actor propoſuit.l. non utiq;.infrà de except.cuius tex.& originem & rationem pauci nouere.Proinde non refert cuius conditionis ſit actio, an præcedat uel nō pręcedat aliqua obligatio:dum enim euicit reus, ut is qui egit à ſua intentione ceciderit & reiiciatur, 7
iam uoti potitus eſt.Et quòd exceptio intentionis eo loci opponatur,ubi actio ipſo iure præceſsit,tex.eſt in l.uendicante. ad fin.ff.de euict.cum dicitur, intentione,id eſt, actione per intentionem eliſa.& hoc uoluit l.ij. de except. dum decidit exceptionē eſſe actionis excluſionē: hoc enim intelligitur, ſiue actio iuris adminiculo inſtructa ſit,ſiue nulliter & de facto agatur.Nec obſtat definitio actionis,Inſti.eod. Nam ex communiter accidentibus, & ex frequentia obſeruatum eſt, quòd actionem præcedat obligatio. Sic & quicquid in iure in uniuerſum uel definitur uel deciditur,ad communiter acci 8
dentia,non ad punctum naturæ reſpicit.Moralia enim & ciuilia tractamus,nō mathematica.l.nā ad ea.ff. de ll. Tametſi 9
etiam hoc conſtet,nullam eſſe uel inſtitui actionē poſſe, cuius non ſit aliquis ſaltem color, aliquod prætextum, umbra aliqua,ex facto uero uel confictо, extincto uel durante, cui ea actio ſaltem fronte aliqua tanquam coloratæ obligationi niti poſsit,& hoc ſufficit,ut exceptione actio excludatur.Recte ergo exceptio intentionis nominabitur ea,quæ necem & interitum ipſi actioni intentat, ſiue iure, ſiue facto actum fuerit.Et hoc eſt quod Rhetores dixere,&maximè Cicero in uet.Rhet.primum conflictum cauſæ ex depulſione intentionis proficiſci,ut ſic non ſit alia intentionis depulſio, id eſt, exceptio,quàm quæ primo conflictu in ipſam ſæuiat actionem,ſiue hoc directò fiat,ut in cōiecturali:ſiue ex obliquo,

 ut in

ut in iuridiciali ſtatu. quod tamen maiori apud Rhetores explicatione tractatur. Habes nunc quæ ſit intentionis exceptio, & ſimul deprehendis quantas nugas Innoc. Spec. Abb. & Canoniſtę ea in re ſparſerint, & quàm omnino ſibi nõ conſtiterint Bar. & Legiſtæ, cum tamẽ res ex Rhetoricis doctrinis, ex quibus Iura noſtra ciuilia magna ex parte radicantur,
11 non ſit ita difficilis. Ex prædictis primò inferimus, exceptiones peremptorias, quæcunq; illæ ſint, includi ſub exceptione intentionis: uti eſt rei iudicatæ, tranſactæ, & item pręſcriptionis, deſertionis, actionum extinctarum exceptio: quarum aliquæ litem conteſt. morantur, aliquæ non morantur, ut c. j. de lit. cõteſt. lib. v i. quas peremptorias, Trapez. lib. i i. ſuæ Rhetor. tranſlationi perfectæ & conſtanti, eleganter annumerat.

Secundo inferimus, quòd exceptio pacti de non petendo, quia peremptoria eſt, intẽtionis exceptio iuſtę nominabitur. Quòd autem ſit peremptoria, fa. glo. & Iaſ. poſt Doct. in l. ſi quis iniquũ. §. ſi is pro quo. ff. quod quiſ. iur. in alt. Ipſi enim intẽtioni, id eſt, actioni opponitur, eamq; repellit, ciuili obligatione eliſa, id eſt, perempta, ut ſuprà declarauimus. Quibus conſequẽs eſt, exceptiones Macedoniani & Velleiani in-
12 tentionis nominari poſſe, quòd actionibus obiectæ agentẽ repellant, non habita ratione an obligationes tollantur, an non tollantur. Nec tibi hoc inopinabile, aut abſurdum uideatur, cum ex ui uocabuli, exceptio intentionis nihil ſit aliud, quàm actionis excluſio, ſi ſaltẽ ſua rhetoricis doctrinis ueritas conſtiterit. Errorem autem Doctorum, ignorantia huiuſmodi pulcherrimarum doctrinarum peperit, ſine quibus Ius ciuile multis in locis ex iuſto nõ intelligitur, ut Cicero & Fa-
13 bius rectè tradidere. Tertio inferas: exceptiones dilatorias, quibus ſæpenumero actionum exercitia propter diem, perſonam, forum, tempus, locum, differuntur, non eſſe intẽtionis, ſcilicet quòd differunt, non enecant: quas exceptiones Trapez. tranſlationi imperfectæ, poſt Cic. ſcitiſsimè connumera-
14 uit. Quarto inferas: exceptiones quaſcũq;, quæ in tractatu, aliàs proceſſu controuerſiæ incidũt, & nunc ab actore, iam à reo, nunc replicando, triplicando, &c. proponuntur, nempe contra teſtes, inſtrumenta, & quæ eius ſunt generis, non dici exceptiones intentionis, ſed ſimplici exceptionum nomine contineri, utpote quòd ex primo conflictu, directò & principaliter intentioni & actioni propoſitæ non opponuntur: & de illis

de illis intelligitur d.l.ij. §.j.&ij.quos text.nunc aliquanto fundatius intelligis. Vltimo inferas,errorem eſſe,cum per Doct.traditur negationem non eſſe exceptionem:hoc enim & contra rhetorica præcepta,contra ius & contra rationē dicitur. Quid enim tam excludit actionē quàm negatio? Quid quòd &gl.in d.l.j.eod.tit.uult reum dici,qui non ponat,ſed poſitum neget,ut in except. pec. non num. Deniq; quò perueniet ſtatus coniecturalis, qui ex ſola negatione conſiſtit? Eſt ergo negatio actioni oppoſita,uerißima intentionis exceptio. Porrò & alium errorem intolerabilem Doct. miſcuerunt,cum putant exceptionem intentionis impropriè eſſe exceptionem,& in ſtatuto, quòd ſuper exceptionibus factum eſt,non contineri: per prædicta enim eius erroris manifeſta falſitas uſqueadeò conuincitur,ut pudor ſit in eo errore confutando fatigari.

* Additio. Ex prædictis &c. *Hanc additionem inuenies ſuprà pagina 145.uerſ.ult.*

VDALRICHI ZASII INTELLE-
ctuum ſingularium libri ſecundi finis.

VDALRICHI ZASII IVRECONSVLTI, GLOSSARVM IN ALIQVOT LEGES TRACTATVS.

L.Quod Nerua.ff.depoſiti. CELSVS.

QVod Nerua dicit[a] latiorẽ culpam,[b] dolũ eſſe, Proculo diſplicebat, mihi ueriſsimum uidetur. Nã etſi quis non[c] ad eũ modum, quem hominũ[d] natura deſiderat,[e] diligẽs eſt,[f] niſi tamen[g] ad ſuũ modum, curam in depoſito[h] præſtet,[i] fraude non caret. Nec enim[k] ſalua fide, minorem ĳs quàm ſuis rebus diligentiam præſtabit.

Gloſ.l.quod Nerua.ff.depoſ.

LATIOREM.a) Latã intellige, ornato loquẽdi ſchemate. ſic in l. ſi longius. ff. de iud. comparatiuum pro poſitiuo ſumitur. Eſt autem duplex lata culpa, altera ignauiæ, quæ ex naturali uitio & ſua & aliena negligenter habet, improuidoq; eſt & ſupino iudicio, de qua in l. late. ff. de uer. ſig. Altera uerſutiæ, quæ cũ in propriis ſit diligens, aliena diſſolutè negligit: de qua hic in principio ſenſit. & pro ea differẽtia eſt l. mulier. §. ſi hęres. ff. ad Trebell. cũ cõcord. quę ſuprà in tract. latæ culpæ allegauimus. Bartoli errorem hic non moramur.

Culpa ignauiæ, lata eſt.

Culpa uerſutiæ lata eſt.

b DOLVM ESSE.) Id eſt, dolo proximã, & ſic in depoſito uenire. Et nota, latam culpam dolum nominari per hyperbolen, id eſt, exceſſum rhetoricum: ut apud Terentium, Vbi illic ſcelus eſt: cum ſceleratum ſeruum intelligeret. & in l. libertus qui operarum. in fine. ff. de operis libertorum. ubi inopia pa-

tron

troni, pro inope patrono accipitur. Et Paulus apoſtolus: Vos eſtis circunciſio. cum multis ſimil. Nec intelligas hic de latio re culpa ſub cōparatiuo mentionē fieri, ut iam ſuprà declarauimus. Nā & Iurecōſul. alibi latam etiā culpam ſub poſitiuo dolum nominat. l. is cui. §. dolum. ff. ut in poſſeſſ. leg. non quòd lata culpa uerè dolus ſit, ſed eſt dolo proxima: cæterū ſub exceſſu, ut dixi, dolus nominatur. Cum enim in tractatu culpæ & doli, culpa pro negligentia culpata intelligitur, non poteſt uerus dolus nominari. l. ſi idem. C. de codicill. de quo alibi plura diximus.

Primigenia pro deriuatiuè ſumi.

Lata culpa ſub poſitiuo dolus nominatur.

c AD EVM MODVM.) Rationem uiuendi, formam, inſtitutum, menſurā. Sic Cic. in Epiſt. ſe factur ū intra modum ſcribit, id eſt, temperatius facere, quàm ſua fuerat uiuendi ratio ſeu inſtitutum.

d NATVRA.) Cōditio. ſic enim apud Latinos ſæpe accipitur. fa l. j. in prin. ff. ad Maced. cum ſimilibus.

Natura pro conditione.

e DILIGENS eſt.) Huic orationi cōiunge uerſic. ſcilicet, Fraude non caret. nam interpoſita uerba, cum dicitur, niſi tamen ad ſuum modum, &c. parentheſim faciunt: ut ordo literæ is ſit: Si quis non ad eum modum, quem hominum natura deſiderat diligens eſt, fraude non caret, niſi tamen ad ſuū modum curam in depoſito præſtet. Nec enim ſalua fide, &c. Et eſt ſenſus, depoſitarium ſi in re depoſita iuxta eam diligentiæ rationem, quam communis hominum cōditio deſiderat, nō ſit diligens, fraude non carere, ſed eſſe in lata culpa diſſolutæ negligentiæ, niſi fortè iuxta ſuum quoq; modum, id eſt, iuxta proprium negligentiæ inſtitutum ſeu rationem, incuratam curam adhiberet, nam tūc excuſatus eſſet, alioqui nō excuſari: nec enim ſalua fide minorem, &c. qui eſt uerus intellectus, planus & facilis, quem nec Accurſ. nec Doct. ſunt ex ſolido adſecuti. Quòd enim Accurſ. hic in uerb. ad eum modū. putat depoſitarium non excuſari, ſi ſit minus diligens quàm alii homines, per l. ſi conſtante. non eſt uerum, & eſt contra apertum tex. Inſtit. quibus mod. re. con. oblig. §. præterea. ubi depoſitor ſuæ facilitati imputare debebit, qui negligēti rem amico cuſtodiendam dedit. Nec obſtat d. l. ſi cōſtante. ff. ſol. matr. imò nihil facit: niſi fortè allegare uoluerit §. ſi maritus. Sed nec is text. pro Accur. ſtat, quia non loquitur de negligētia, ſed de ſæuitia in dotalibus coērcenda. Cæterum ſi Accurſ. culparum genera diſtinxiſſet, errorem uitare facile poterat.

Depoſitor ſibi imputabit, ſi apud negligentem depoſuit.

f NISI tamẽ.)Hæc uerba(ut dixi) per parentheſim leguntur. Quo loco I.C. eam culpã excipit, qua depoſitarius in ſuis etiã rebus negligẽs eſſet, quam nominauimus culpã ignauię.

Modus pro ratione.

g AD ſuũ modũ.)Id eſt, ad rationẽ & inſtitutũ, quo in ſuis quoq; rebus negligens eſſet. Modũ enim uitæ rationẽ & inſtitutũ eſſe ſuprà diximus. fa. l. ſi. ff. de hæred. inſtit. ubi modus inſtitutionis pro ratione ſumitur.

h PRAESTET.)Si ergo in re depoſita eũ modũ ſeruat, quẽ in ſuis, etiam ſi in ſuis negligenter uerſetur, excuſatus eſt: hoc enim dictio exceptiua, *niſi*, euidẽter ſignificat. fa. gl. in l. actio ne. in fi. C. de trãſact. & eſt tex. Inſtit. quib. mo. re cont. ob. d. §. præterea. Notãdũ ergo quòd hæc lata culpa qua aliquis ex naturali uitio, ex ingenii craſſitudine, ſupinè negligẽs eſt, ab alia lata culpa quæ fraude non caret, hic clarè diſtinguitur, quòd hæc dolũ repręſentat, illa à dolo remota eſt, quod ſuprà in tractatu culparũ latius fundauimus: qua una diſtinctiõe recepta, cõpluria toto iure ciuili, germanæ ueritati reſtituũtur.

Dictio, Niſi.

Culpæ latæ duo genera.

i FRAVDE nõ caret. Ergo ea lata culpa fraudẽ, & ſic dolũ habet per figurã lyptoten. Quomodo ergo fieri poſſet, ut his caſib. in quib. dolus uenit, nõ etiã culpa ueniret quæ dolũ habet? & cõſequẽter, quomodo in actione depoſiti ob dolũ in litem iuraretur, & non ob culpam quæ dolum habet, licet uelamine negligentiæ contectum? Proinde errorem quem gl. in l. in actio. ff. de in lit. iur. Bar. & Doct. hic docuere, quis bonus uir uel excuſare, uel diſsimulare queat?

k SALVA fide.)Ergo arg. ab oppoſitis, ſalua eſt depoſitarii fides, ſi parẽ in re depoſita, quã in ſuis rebus curã adhibet, etiãſi ſit culpatiſsimè negligẽs. d. §. præterea. contra Accurſ. Voluit ergo totus hic text. depoſitarium, ſi is res depoſitas ut ſuas curet, etiamſi negligẽter curet, fraude carere, quæ eſt lata culpa deſidiæ. Sin in propriis diligẽs ſit, nõ ita in alienis, ſed in eis negligenter uerſetur, fraude non carere, adeoq; incidere in latam culpam uerſutiæ, ut ſic duo illa genera latæ culpæ ex noſtro text. manifeſtè colligantur: quę tamen etiam ſuprà alio loco latius attigimus.

§. Libertus. l. Si non ſortem. ff. de cond. indebiti. VLPIANVS.

L[a] Ibertus cum ſe putaret [b] operas patrono [c] debere, ſoluit. [d] Condícere eum non poſſe (quãuis

uis putãs ſe obligatum ſoluit) Iulianus libro deci-
mo Digeſt. ſcribit: [e] Natura enim operas patrono
libertus debet. Sed & ſi non [f] operæ patrono ſunt
ſolutæ, ſed cum [g] officium ab eo deſideratur, cum
patrono [h] decidit pecuniam & ſoluit, [i] repetere
non poteſt. Sed ſi operas patrono exhibuit [k] non
officiales, ſed [l] fabriles, ueluti pictorias [m] uel alias,
dum putat ſe [n] debere, uidendum an poſsit [o] con-
dicere. Et Celſus libro decimo Digeſt. [p] putat eam
eſſe [q] cauſam operarum, ut non ſint eædem, neque
[r] eiuſdem hominis, necꝫ [s] *eædem exhibeantur: Nã *eidem
plerunꝗ robur hominis, ætas, [t] temporiſꝗ oppor-
tunitas, naturalem cauſam operarũ mutat, & ideo
nec uolens quis reddere [u] poteſt. [x] Sed hæ, [y] inquit,
[z] operæ recipiunt [a] æſtimationem, [b] ut interdum li
cet aliud præſtemus, [c] inquit, [d] aliud condicimus:
utputa fundum indebitum dedi, & fructus condi-
cam: [e] uel hominem indebitum, & hunc ſine fraude
[f] modico diſtraxiſti. [g] Nempe hoc ſolum refundere
debes, quod ex precio habes. [h] Vel ſi meis ſumpti-
bus precioſiorem hominem feci, nõ [i] æſtimari hæc
debent. Sic & in propoſito [k] ait poſſe [l] condici quã
ti operas eſſet [m] conducturus. [n] Sed & ſi delegatus
ſit à patrono in [o] officiales operas: apud Marcellũ
lib. xx. Digeſt. quęritur. Et dicit Marcell. [p] nõ teneri
eũ, [q] niſi fortè [r] in artificio ſint: hæ enim iubẽte pa-
trono & alij [s] ædendæ ſunt. Sed ſi [t] ſoluerit officia-
les delegatus, nõ poteſt cõdicere eas, necꝫ ei cui ſo-
luit [u] creditori, cui [x] alterius contemplatione ſolu-
tum eſt, quiꝗ [y] ſuum recepit: necꝫ [z] à patrono, quia
natura ei debentur.

Gl.noua in §.Libertus.

LIBERTVS.a) Qui manumiſſus operas nec promiſerat, nec iurauerat: quo caſu ciuiliter ad operas non tenetur. d.l.operis.de op.lib.

b OPERAS.Officiales intellige,& id ſine dubio, ex regula eleganti quam ſuprà diximus,ſub operis à Iureconſulto ſimpliciter ſeu indeterminate nominatis, ſæpenumero, & quidē frequentiſsimè,officiales intelligi.

Qualiter repetantur officiales operæ.

c DEBERE.) Nō ex promiſsiōe.Errore enim iuris ductus, putabat ſe patrono operas officiales debere,etiā non promiſſas: quo caſu ſolutas nō repetit:naturaliter enim debebat: repeteret autē,ſi errore facti ductus ſoluiſſet. l.error.C.de iur. & fa.ig. Accurſ.hic multū improuidè lapſus, putat hoc principiū de obſequiis loqui, quas impertinēter nominat obſequiales operas, cū tamē obſequia cū operis nihil cōmune habeāt: hæc enim obſequia quocunq; errore ſoluta, non repetuntur, quòd naturalis obligatio in eis ad præſtādi neceſsitatē ſit redacta.l.j.§.cum patronus.ff.de off.præf.urb.

d CONDICERE.) Conditione indebiti.Ea enim conditio ceſſat,ſi id quod errore iuris ſolutum eſt,naturaliter debebatur.d.l.error.

Officiū quid, & quare à liberto præſtandum.

e NATVRA.) Naturali quodam gratitudinis uinculo. Cū enim officium id ſit,quod pro ſua quiſq; conditione præſtare debet, recte operas officii à liberto exhiberi domino, naturalis docet obligatio, ſcilicet quòd ab eo nouus homo factus ſit.l.inter omnes.ij.reſpon.ff.de fur.l.eum actū ſuprà de neg. geſt.cum uulg.

f OPERAE.)Officiales,ut iā diximus.Suprà enim libertus operas officiales putabat ſe debere, & ſoluit: hic uero patronus à liberto petebat, qui errore ductus, cum patrono tranſegerat ut pecuniam daret pro operis, quam ſi ſoluit, non repetit.

Officium pro officialibus operis.

g OFFICIVM.)Operas officiales. primitiuo abuſus pro denominato.nam officiales ab officio ſpecialiter accepto denominantur. Suprà enim docuimus, officium aliquando generaliter ſumi, & tunc artificiales & officiales ſimul complecti: ſin uero in ſpecie intelligatur,tunc recte ab officio officiales deduci.Et habes hic ſimilem tropum, cum officium pro officialibus ſumitur,ſicuti in l.ij.ſuprà ſi cert. pet.ubi genus ponitur pro rebus ſub eodem genere,ut alibi docuimus.Accurſ.

cum

cũ hunc facilẽ text. non intelligeret, tenebras erroris offudit.
h DECIDIT pecuniam.) Tranſigendo promiſit. & eſt ornata loquẽdi figura, cum ſub compendio uerba ſubaudimus, ut apud Perſium: Cum ſapimus patruos: id eſt, ſapiendo imitamur. & eſt hoc loquendi genus Latinis hominibus peculiare.

i REPETERE non poteſt.) Quod & in omni obligatione & opera receptum eſt: nam tranſactio repetitionem impedit. l. in ſumma. ij. reſponſ. ff. de cond. indeb. quod Accurſ. hic bene notauit.

k NON officiales.) Hic Iureconſul. ad ſpeciem explicat, de quibus operis ſuprà à principio ſub genere locutus, intellexerit. fa. l. ſi cum emptore. §. fin. ſuprà de pact. ubi cum de re uendita in principio mẽtio fit, pòſt ad ſpeciem determinatur homo eſſe uenditus. Quòd autem Accur. omnes operas officiales ab officio dici poſſe putat, poteſt uerum eſſe, ſi de officio in genere intelligas, ut iam ſuprà declarauimus. Sed cum officium in ſpecie ſumitur, ſecus eſt: officiales enim à fabrilibus apertè diſtingui, nemo ignorat. Vnde non protinus uerum eſt operam eſſe officialem, propterea, quòd opera diurnum ſit officium. Sicuti enim opera in genere, ad officium in genere reducitur: ita officiales operæ in ſpecie, ab officio ſpecialiter ſumpto ducuntur. Vtrobique enim denominationis natura retinenda eſt, ut & generis ex genere, & ſpeciei ex ſpecie ductus attendatur, & non ſpecies generi permiſceatur. *An omnes operæ ab officio officiales dicantur.*

l FABRILES.) Quas ſuprà declarauimus. Accurſ. hic & in aliis gll. dum ſuo errori hæret, totam inuoluit materiã, eamq; miſerè torquet & lancinat, operas alias certas, alias incertas partiendo.

m VEL ALIAS.) Artificiales fortè. Nam eadem eſt ratio & obſeruatio fabrilium & artificialium, quod ipſum ſuprà ſatis executi ſumus.

n DEBERE.) Siue in iure, ſiue in facto erret. Nam in operis fabrilibus utrobique eſt ius repetendi, ut poſtea docebitur.

o CONDICERE.) Condictione indebiti, ſi fortaſſe libertus non impoſitas errore ſoluiſſet.

p PVTAT.) Opponendo. Cum enim illud idem repeti debeat, quod indebitè ſolutũ eſt, l. quod indebitũ. ſuprà eo. uidebatur operas ex habitudine uariabilis naturæ repeti non poſſe.

poſſe. Nam plerunq;, &c. Sed nõ eſt ita, ut poſtea deciditur.

q CAVSAM.) Statũ, cõditionem. Sic & in l. permiſceri. infrà de acquir. poſſ. cauſa ſumitur: & infrà in text. noſtro, naturalis cauſa operarum.

Opinio Heracliti & Plutarchi de homine in horas mutabili.

r EIVSDEM hominis.) Dicebat Heraclitus, hominem alio eſſe & alio habitu. Iuuenem enim in uirum corrumpi, uirum in ſenem: eamq; eſſe ſuccedaneam alterationem, ut nemo idem bis in fluuiũ intrare poſſet. teſtis Euſeb. lib. x. de Euãg. præparat. ubi & Plutarchi ſententia deducitur, negantis uerba ſubſtantis eſſentiæ in homine uerificari poſſe. Hoc eſt quod Iureconſul. in l. proponebatur. ſuprà de iudic. quorundam Philoſophorum meminit, qui putabant ex quibus minimis particulis conſiſteremus, eáſque quotidie ex noſtro corpore decedere, aliaſq; extrinſecus in earum locum accedere.

Operarum uariatio in hominum uariatione.

s EAEDEM.) Alias enim eſſe operas iuuenis, alias ſenis, alias eiuſdem hominis dum feruet, alias ſi frigeat, rerũ docet experientia. fa. l. pen. ℣. de præſcr. uer. Nec obſtat l. nemo. ℣. de duobus reis. quia ibi partium conuentione duo fabri eadem cenſentur peritia. licet Accurſ. hic aliter ſoluat.

Temporis opportunitas.

t TEMPORIS opportunitas.) Nam quod commodo tempore officii fuerit, alieno moleſtum eſt. l. cum patronus. in princ. l. ſi libertus. in fin. ff. de oper. liber. Et dicit Iſocrates ad Demonicum, iniucundum in omni re eſſe quicquid intempeſtiuum ſit, adeò cunctis in negociis plurimum habere momenti, temporis & opportunitatis obſeruationem.

u POTEST.) Dominus liberto, qui indebitas ei operas fabriles præſtitit. Et hactenus obiecit I.C. indebitas operas exhibitas repeti per libertum non poſſe, ideo uideri, quòd eaſdem quas dominus acceperat, reddere nequeat: ſed nõ eſt ita, ut mox ſubiicietur. Per hunc tex. Bart. in l. & ideo. de uer. oblig. dicebat, quòd electus in magiſtratum ad ſex menſes, ſi impediatur tribus menſibus, non reponi ei tempus impedimenti, ſcilicet quòd operæ ex tempore uariarint, &c. Mihi ea ratio ſubſiſtere non poſſe uidetur. Cum enim impoſſibile ſit ſemper eaſdem eſſe operas, ut hic per text. & gloſſ. ergo uariare operas eſt neceſſarium, ſed conditio neceſſaria ex natura rei non attenditur. l. impoſſibilis. de uerborum oblig. Deniq; ſi attenderetur uariatio operarum in eo qui impeditus eſt, pari ratione etiam in eo attendi deberet, qui magiſtratum

Hæc fuſius ſuprà lib. ij. ſingul. reſpõſ. c. 36.

tum legitimi temporis gerit, ut qui non erat impeditus, cum etiam ipſius non ſint eædem operæ.arg. d.l.proponebatur. hic in gloſſ.alleg.ex quo conſequi poſſet, magiſtratus ſemper amoueri poſſe. Porrò quid ſi impedito tres menſes operarum habitus uertiſſet in melius, ita quòd magiſtratus lapſis menſibus impeditis eſſet aptior, an non eſſet abſurdum impleri tempora? Equidem credo, ſi magiſtratus ad ſex menſes electus, tribus menſibus iuſta cauſa impediatur, & reipublicæ municipalis non interſit, tempora ei ſuppleri oportere, arg.dict.l.& ideo in fin.

x SED hæ.) Diſſolutio eſt eorum quæ per Iureconſul.obiecta ſunt.

y INQVIT.) Celſus.

z OPERAE.) Indebitè per libertum pręſtitæ. Accurſ.hic de certis & incertis operis quædam hallucinatur ex Ioan.& ita ſe implicat, ut quid dicat non habeat. Tu reiecta diſtinctione certarum & incertarum operarũ, de officialibus & fabrilibus ſeu artificialibus text.noſtrum intellige, ut ſuprà in proceſſu operarum declarauimus. Et ſic Accurſii apparatus toto hoc text.cum Bart.etiam ſententia ceſſabit.

a AESTIMATIONEM.) Ergo cõdicetur ęſtimatio, ut infrà ſubiicit: quam condictionem Bal.non ineleganter ſucceſſoriam nominat, quia loco operarum ſuccedit, diuerſimodè tamen: nam in operis fabrilibus ſeu artificialibus pro modo operis facti: in officialibus uero ſecundum conditionem miniſterii attemperatur æſtimatio.per elegantem tex.in l.fi.ſuprà de op.ſer.ubi mediaſtini ſerui fit mentio. Sunt autẽ ſerui uiles, ideo ſic dicti, quòd in medio ædium conſtituti omnibus pareant. Horatius in epiſt. Tu mediaſtinus tacita prece rura petebas. Cicero in exercitum Catilinæ cauillatur, quòd ex ruſticis mediaſtinis fuerit collectus. Nos in d.l.fi.ſub mediaſtini miniſterio, abiectiora ſeruitia intelligimus. Hoc autem non eſt ignotum, operas liberti non æſtimari niſi præteritas: ſi tamen duobus patronis opera debeatur, pars operæ pręteritæ æſtimabitur.d.l.ſi quis hac.§.iudicium.d.l.ſi quando.in prin.ff.de oper.lib. Quòd ſi patronus artifex eſſet, puta medicus, & haberet libertos paris artificii, qui in artificii exercitio patrono nocerent: & proinde patronus prohibendo artificii labores, eis operas officiales imponeret, ut impediti miniſterio, laborare in eorum profectum non poſſent,

Differẽtia æſtimationis in utriſq; operis.

Mediaſtini ſerui, ſpetknecht.

Præterita operæ æſtimãtur.

Patronus ſi ſit medicus, & habeat libertos ſub ſe medicos.

liberti

liberti autem æſtimationem offerrent, fructus æſtimabitur, quem patronus ex officio ſeu miniſterio libertorum conſequeretur: commodum uero lucri quod habiturus eſſet, ex incommodo uel damno eorum, ſi prohibenti patrono acquieuiſſent, non æſtimabitur. text. eſt ſingularis in l. medicus. in fi. ff. de oper. lib. ſecundum uerum & notabilem intellect.

b VT interdum.) Iureconſul. exemplis oſtendit, non eſſe abſurdum, quòd cum aliquid indebitè ſolutum eſt, non tantum illud idem, ſed & aliud repetatur.

c INQVIT.) Celſus. licet Accurſ. ad Iulianũ referat: ſed Celſum intellige, hoc enim natura ſermonis exigit.

d ALIVD.) Primũ exemplũ eſt in fundo indebitè ſoluto, ubi fructus cũ fundo repetũtur. Ponitur autẽ cõiunctio, &, implicatiuè pro etiam: quaſi diceret, non ſolum fundum, ſed etiam fructus condici, quam Bald. eleganter condictionem acceſſoriam nominauit. Nota hic ornatam figuram loquendi, ubi altera pars implicatiuè ſubintelligitur, nempe ea de qua minus dubitatur. fa. l. dedi. §. j. ibi, defuncto quoq; eo. ſuprà de cond. ob cauſ.

Implicatiuæ nis.

e VEL HOMINEM.) Aliud exemplum Iurecõſulti. Siquidem cum homo indebitus ſolutus ſit, quem is qui accepit uendidit, iam non homo, ſed precium condicitur, etiam ſi modico fuerit diſtractus. Nec habetur ratio, ſi is qui indebitè ſoluerat, ſuis ſumptibus hominem precioſiorẽ feciſſet antequam indebitè ſolueret: hi enim ſumptus nõ repetuntur. qui eſt uerus intellectus, licet gloſſ. & Doct. text. miſerè uiolent, dum adulterinum defendunt intellectum.

f MODICO.) Cur in uerbis uẽditionũ & permutationum, ablatiuum abſolutum, aliquando genitiuum, pluris, minoris, &c. adiungamus, Valla non illepidè docet.

Nempe.

g NEMPE.) Pro certo hic accipitur. Quintilian. Nempe in hoc plurimum laboris exhauſimus, ut rhetoricen oſtenderemus bene dicendi ſcientiam. Nos ex obſeruatione doctiſſimi ERASMI ea dictione aliter utimur: eleganter enim expoſitiuè ſumitur.

h VEL ſi meis.) Implicatiuè ſumas, id eſt, etiam ſi meis. ſic in l. quòd ſi. infrà de eo quod certo loco. & eſt ſenſus: etiã ſi hominẽ quẽ Titio ſolui, antea meis ſumptibus precioſiorem feciſſem: tamen nõ condicerem eos ſumptus, ſed preciũ duntaxat hominis uenditi. Qui eſt intellectus facilis, expeditus, & eleg

& elegantiæ Iureconſulti accommodus.pro quo fa.l.in ſumma.§.penult. infrà eodem tit. Accurſ.quamuis hunc uerum intellectum quaſi à remotis,non tamen ex fundamento attigiſſet, alium tamen peregrinum & nihili intellectum adducit,uolens hic perſonas mutari, quaſi is qui hominem acceperat,ſumptum feciſſet: quòd non eſſe uerum, ipſa text.ſeries oſtendit:licet Iaſ.ut ſæpe ſolet,prauiorem iſtum intellectum ſequatur,& neſcio quid impertinentis ex eo notet contra d.l. in ſumma. §.pen.infrà eod. quem tex.& male corrumpit.

i AESTIMARI.) Sumptus quibus hominẽ precioſiorem fecit,ut iam diximus.Natura enim conditionis indebiti eſt, ut ea includat,in quibus ſolués eſt factus locupletior, ut not. in l.indebiti.in princip.ſuprà eod.

k AIT.)Celſus.licet Accurſ.Iulianũ intelligat,& male:nec enim uel elegantia, uel ordo tex.eum intell.patiuntur.

l CONDICI.)Quodcunq; errore ſoluti,etiam ſi iuris eſſet error.Nam fabriles ſeu artificiales,niſi ſint per patronum impoſitæ,ne natura quidem libertum obligant: recte,ſicut nec donum,munus: ſcilicet quòd officii cauſam uel obſequii reuerentiam non reſpiciant, ſed uelut in præſtatione pecuniæ conſiſtunt.l.fabriles.infrà de oper.lib.

m CONDVCTVRVS.)Patronus qui operas recepit indebitas. Cum enim libertus æſtimationem operarũ repetit, non reſpiciet ad id,quanti ipſe operas locaturus:ſed tanti æſtimabit,quanti patronus ſimiles operas conducturus fuiſſet. Sic in quolibet facto quod indebitè ab his præſtaretur, qui putantes ſe obligatos,alteri laborant,ſcribendo fortaſſe libros, uel aliud faciendo:quia æſtimatio ad id refertur,quanti dominus ſimiles operas conduxiſſet,non quanti laborator ſuas locaſſet operas. Et in hoc text.noſter eſt ſingularis,licet Doctor.hic tranſeant uelut ſuſpenſo pede. quod miror. fa. tamen quæ alio caſu parum abſimili traduntur.in l.in ſumma. §.in frumento.ff.de conditione indeb.E diuerſo ſi patronus æſtimationem operarum præteritarum à liberto, uel alio petat, ex modo conductionis fiet æſtimatio:id eſt,quanti iſta opera conduceretur:nec audiretur patronus,ſi æſtimationem ideo maiorem peteret,quòd fortè operarius uel labor ator ſimiles operas aliis pluris locaſſet. per text.cedro dignum,in dicta l.medicus.in fi.infrà de oper.lib.qui fortè in hoc unicus eſt.ad quem tamen nullus Doct.aduertit. Sed ad

Aeſtimatio operarum.

textuum medullam & elegantiam raro recurritur.

n SED & ſi.) Alium hic caſum Iureconſul. ponit, diuerſum iure & facto à ſuperioribus. Nam ſuperius libertus operas non promiſerat, quapropter cõdicuntur, ex diſtinctione officialium & artificialium, ut illic declaratum eſt. Hic autem de operis officialibus patrono promiſsis ſermo fit: alioqui niſi promiſſæ eſſent, non delegarentur. l. j. C. de nouat. Accipitur autem hæc dictio, *ſed*, pro præterea, ut ſit ordinis. Simile eſt Inſtit. de uſucap. §. quod autem. uerſic. ſed nec alius. Quo nomine uulgares doctrinæ limitantur, quibus dicitur per clauſulam, *ſed etſi*, diuerſitatem facti ſignificari, non iuris. de quo per gl. in l. ij. ſuprà ne quis eum. cum uulg. nam hic diuerſitas & facti & iuris ſubtexitur.

De operis officialibus patrono promiſsis.

Coniunctio, Sed, ordinis eſt quandoque.

o INOFFICIALES.) Hoc uerſu clarè patet, textũ noſtrũ principio de officialibus fuiſſe locutum, ut antiquorum intolerabilis error elimineur.

p NON teneri eũ.) Nã officiales delegari alteri nõ poſsũt. Cum enim à perſona exhibẽtis ad perſonale cõmodum patroni, quaſi ſeptis quibuſdam circũcludantur, facilè infertur extrinſecus ad alios extendi nõ poſſe. Si tamen libertus ex delegatione per errorem ſolueret, nõ repeteret, ut mox ſubditur. Proinde qui famulũ uel operariũ cõduceret, ut officiales domino operas præſtaret, is famulus inuitus alteri delegari non poſſet, per tex. noſt. Quòd autẽ Bar. putat bubulcos & agrorũ aratores delegari poſſe, nõ credo uerũ, ſcilicet quòd huiuſmodi operæ potius officiales ſunt quàm fabriles, ut ſuprà à prin. declarauimus. Doct. hoc latius tractãt in l. ij. ꝗ. ſol. mat.

Famulus domini nõ poteſt alteri delegari.

q NISI fortè.) Hæc exceptio regulam non reſpicit. ſuprà enim regula poſita eſt de officialibus, hic autem de artificialibus parum commodè excipitur, quæ pro uulgatis doctrinis limitandis notari poſſunt.

r IN artificio ſint.) Vides hic operas artificiales nominari, quas ſuprà à princ. fabriles dixit, ut ſic inter fabriles & artificiales I. C. non faciat differentiam.

Fabriles operas & artificiales eſſe ſimiles.

s AEDENDAE.) Quæ differentia aperta eſt, fabriles ſeu artificiales aliis ædi poſſe, iubente patrono: quòd nõ eſt in officialibus. fa d. l. operæ in rerum. §. j. ꝗ. de op. lib. rationẽ ſuprà in proceſſu diximus. An autem uaſallus in ſeruitiis ſuis alteri delegari poſsit? Certè non: tum quia ratione feudi ſeruit: tum quia ſeruitia ſua officialia ſunt, non fabrilia. Quid autem

autē ſi ius feudi dominus alienaret, an uaſallus ſeruire empto ri teneretur? Moderni hic tangunt: ſed quia impertinens eſt ad rem noſtram, tranſimus: credimus tamen uaſallū non compelli, ut inuitus mutet dominum, niſi natura & cōditio feudi aliud exigeret. Verum nihil firmamus.

Vaſſallus alteri inuitus delegari nō poteſt.

t SOLVERIT.) Libertus errore facti uel iuris: credebat enim libertus ſeſe promiſiſſe, uel ad hoc iure teneri.

u CREDITORI.) Subaudi, non condicet, ſiue errore facti, ſiue iuris ſoluerit, quia creditor quod ſuū eſt recepit, ut ſubiicit: delegatio autem non fit niſi creditori. l. delegare. infrà de nouat.

x ALTERIVS.) Vel domini, uel patroni, qui delegauerat.

y SVVM.) Sibi debitum: nihil enim refert à quo ſoluatur, dum debitum recipiat. fa. l. repetitio. infrà eod. quia licet in contractu errauerit, non tamen in debito. Bal.

Delegatio ſoli creditori fit.

z A' PATRONO.) Cōdicet. quod tūc uerū eſt, ſi errore iuris ſoluiſſet. & hoc eſt quòd ſubiicit, quia natura ei debētur. Sin uero errore facti ſoluiſſet, quòd credebat ſe operas promiſiſſe, credimus repetitionem competere. d. l. cū quis. ut & ſuprà à principio diximus, & eſt quaſi expreſſum in l. ſi non debitorem. infrà de nouat. Et ſic diligenter notabis, non eſſe nouum, ſi generalis deciſio Iureconſulti ad ſpeciem determinetur. l. quæſitum. infrà de teſta. Habes autem hic dilemma Rhetoricum, id eſt, argumentum complexiuū, quod ex iuſtis finibus ſumptum, rectè procedit. Alia quæ Accurſ. hic in gl. magna cōmentatus eſt, in ipſo capite partitionis operarū erronea ſunt, ſunt & in ſeſe imperfecta. Nos uero omnia plenius, uerius, & perfectius ſuprà tractauimus.

Generalis deciſio ad ſpeciem determinatur.

L. Pater inſtituto. cum l. ſeq. ff. de capt. & poſtl. reuerſ. PAPINIANVS.

Pater[a] inſtituto impubere filio ſubſtituerat, & ab hoſtibus[b] captus, ibi[c] deceſsit: poſtea [d] defuncto impubere, [e] legitimum admitti quibuſdam[f] uidebatur, neque tabulas ſecundas in[g] eius perſona locū habere, qui[h] uiuo patre ſui iuris effectus fuiſſet. Verum huic ſententiæ iuris ratio refragatur: [i] quoniam ſi pater qui non rediit, [k] iam tum

deceſsiſſe intelligitur [l] ex quo captus eſt, ſubſtitutio ſuas uires [m] neceſſariò tenet. [n] Si mortuo patre capiatur impubes inſtitutus, uel [o] exhæredatus, [p] in promptu eſt dicere legem Corneliã de ſecundis tabulis nihil locutam eſſe, & eius dũtaxat perſonam demonſtraſſe, qui [q] teſtamẽti factionẽ habuiſſet, [r] planè captiui etiam impuberis legitimam hæreditatẽ [s] per l. Corneliam deferri; [t] quod uerũ eſt: nec impuberem quidem teſtamenti factionem habuiſſe: [u] & ideo non eſſe alienum, prætorem [x] ſubſequi nõ minus [y] patris quàm [z] legis uoluntatem, & [*] utiles actiones in hæreditatem ſubſtituto dare.

Gll. in l. Pater inſtituto.

INSTITVTO. a) Idem ſi exhæredaſſet, quia & eiſdẽ ſubſtituitur, ſecundum illa tempora. infrà ead l. Inſtit. de pup. ſubſt. §. non ſolum.

b CAPTVS.) Pater, & ſeruus eorum factus: proptereaque ſuſpenſa fuit patria poteſtas.

c DECESSIT.) Et ſic teſtamentum ſuum inſtauratur per l. Corn. quaſi ante capturam deceſſerit, l. lege, ſuprà de teſt.

d DEFVNCTO.) In ciuitate, & conſequenter in libertate.

e LEGITIMVM.) Opinionem quorũdam allegat, quibus uidebatur ſecundas tabulas cecidiſſe, eoq; nomine ſubſtitutum excludi: legitimos autem hæredes ad patris & filii bona admitti, quod tamen reprobat.

f VIDEBATVR.) Et malè.

g EIVS.) Pupilli.

h VIVO patre.) Captus enim ab hoſtibus naturaliter uixit: ſed quia filium captiuitatis tempore in poteſtate habere non potuit, Inſtitu. quibus mod. ius patro. pot. ſol. §. ſi ab hoſtibus. rectè ſui iuris cenſeri iſte impubes poterat, ut ex eo tabulæ ſecundæ cecidiſſe dicerentur. Verum quia pater quandiu uixit, redire poſtliminio poterat, unde filius non fuit interea incommutabiliter ſui iuris factus. arg. d. §. ſi ab hoſtib. cum ſimilibus.

i QVONIAM.) Sententiam prædictã reprobat, ut ſtatim diſces.

IAMTVM

k IAMTVM.) Vna dictio eſt, quæ hoc loco ſignificanter fictionem importat tranſlatitiam: mors enim patris, quæ poſteriori tempore facta eſt, fingitur priori eueniſſe. Sed & aliàs apud Latinos tractum quendam actus cõtinuati ſignata figura loquendi hoc uerbo, *iamtum*, denotatur. Cicero pro A. Licinio: Ita ſe iamtum geſsiſſe pro ciue iis temporibus, quæ tu criminaris. Idem pro Cluentio: Qui omnes in iudiciis publicis iamtum florente Romano populo floruerunt. *Dictio, iamtũ.*

l EX quo.) Scilicet tempore, ut ſic tẽpora captiuitatis ad diẽ quo mortuus eſt, transferantur.

m NECESSARIO.) Nam l. Corn. hoc uoluit: quæ cum fingat patrem qui apud hoſtes moritur, hora præambula captiuitatis obiiſſe, & eo tempore impubes uixerat, meritò is impubes in poteſtate patris mãſiſſe, & ſic morte patris factus ſui iuris fingitur. Et hoc eſt quod dicit, neceſſariò ſubſtitutionẽ ſuas uires tenere. Et eſt hæc argumentatio more Iureconſultorum conciſa, in qua conſequens ex antecedente non bene infertur, niſi conſequentiam ſub ſumpto fulcias: de quo diximus in l. iu ratione. §. quod uulgò. ad fi. in gll. noſtris, ubi eſt ſimilis imperfectio, ſuprà ad l. Falcid. Sed oppo. contra tex. de l. quod ſi. infrà eod. ubi in uerſ. quoniam in re uerſo. licet pater fingeretur hora præambula mortuus, filius tamẽ in poteſtate manſiſſe nõ fingitur. Dic ut ibi: nec enim legis Corn. fictio tabulas confirmare poteſt, ſi repugnet ueritas naturæ. quod eſt ſubtile. *Argumentatio Iurecõſultorũ conciſa.*

n SI mortuo.) In ciuitate: pater enim nõ erat captus, ſed in ciuitate obierat, poſtea capitur pupillus. Secus eſſet, ſi uiuo patre filius caperetur. l. lex Cor. §. ſi uerò uiuo. §. ſeq. ſ. de uul.

o EXHAEREDATVS.) Poterat enim de iure Digeſt. exhæredari, ut ſuprà notauimus.

p IN promptu eſt.) De rigore legis: nam l. Cor. hunc caſum non complectitur, & ideo quo ad uim l. Cor. ſecundæ tabulę in irritum ducerentur. fa. l. ſi quis filio exhęredato. §. irritum. ſuprà. de iniuſt. teſt.

q TESTAMENTI factionem.) Actiue, qui teſtamentum facere poteſt: eius enim duntaxat perſonã adiuuat l. Cornelia, qui teſtamentum facere poteſt.

r PLANE.) Modificat quod ſuprà dixit. quamuis enim tabulæ ſecundæ per l. Corn. hoc caſu non fulciantur, tamen legitimam hæreditatem defert lex; quia uerum eſt impuberem

non habere factionem teſtamenti: & ſic lege omnia continentur.

s PER l. Corn.) Quæ cum plura capita habeat, inter alia etiã bona pupilli apud hoſtes ab inteſtato mortui, legitimis hæredibus detulit, ut hic, & l. bona. in prin. infrà eodem.

t QVOD.) Id eſt, quia: ſiquidem uerum eſt, impuberem non poſſe teſtari, ut iam diximus.

u ET ideo.) Infert nunc ex præd. uerſ. in promptu. quia ſi legitima hæreditas defertur l. Cornelia, non alienum eſt ſecundarum etiam tabularum ſucceſsionem adiuuari.

Verbum, Subſequor.

x SVBSEQVI.) Roborare, fouere, firmare, & eſt uerbum elegans. Subſequi enim tua dicor, ſi ea approbem. Sic alibi Iureconſult. non immoderatam cuiuſque luxuriam ſubſequendam eſſe dicit. l. ex damni. in principio. ſuprà de dam. infect.

y PATRIS.) Qui filio impubi teſtamentum fecerat: cuius uoluntatem ita prætor ſubſequitur, ut impubere etiam apud hoſtes mortuo, tabulæ ſecundæ inſtaurentur. Et ſic licet l. Corn. hunc caſum non complecteretur, prætor tamen l. effectum ad hunc caſum porrigit, ut ſic tam ſuſtineatur patris quàm legis uoluntas.

Arg. à legitima hæredi. ad teſtamentum.

z LEGIS.) Corneliæ cuius uoluntas quę ſit, ſuprà ſæpe meminimus. A' legitima autem hæreditate ad teſtamentariam argui, non eſt abſurdum.

* VTILES.) Cum enim l. Corn. nec uerbis nec mente hunc caſum complecteretur, prætor autem uim legis ex æquitate ad eundem extendiſſet, recte dicitur utiles dari actiones. Ea enim proprie dicitur utilis, quæ nec ex uerbis, nec mente legis tribuitur, ſed ex quadam æquitate ad l. extenditur, ut non ineleganter dicit Bart. in l. actio. ſuprà de neg. geſto. licet multi in hoc errent. An autem impubi ex ſecundis tabulis iure uel ciuili uel prætorio ſuccedatur, Accurſius hic in ſua gloſſ. mag. uariat. Nam primo putat iure prætorio ſuccedi, deinde uidetur ſentire quod ex interpretatione l. ſuccedatur. Bart. & plerique alii tenuere hanc ſucceſsionem eſſe iuris prætorii. Tu inhærendo textibus dic iure ciuili ſuccedi, utili tamen actione, non directa, ut ſuprà declarauimus. Siquidem prætor hunc caſum ad ius ciuile extendit. fac. quæ not. in l. ij. ſuprà de poſſ. hæred. pet. fa. tex. expreſſus in l. lex Corn. uerſ. ſed ſi pater. in uerb. ex ea lege. ſuprà de uulg.

Actio utilis.

PAP.

PAPINIANVS.

Q[a] Vòd ſi[b] filíus[c] antè moriatur in ciuitate, [d] nihil eſt quod de ſecundis tabulís tractari poſsit, ſiue quoniam uiuo patre filiusfa. mori [f] intelligitur, ſiue quoniam [g] non reuerſo eo, exinde [h] ſui iuris uidetur fuiſſe, ex quo pater hoſtium [i] poti tus eſt. Sed ſi ambo apud hoſtes ſunt, & [k] prior pater [l] decedat, [m] ſufficiat lex Corn. ſubſtituto, [n] non aliàs quàm ſi apud hoſtes patre defuncto, poſtea filius [o] in poteſtate deceſsiſſet.

Gll in l. Quòd ſi.

QVOD SI. a) Nodoſa hæc l. eſt in princ. Difficultatem autem nõ tex. facit, ſed partim legum, partim concurrentis fictionis obſtaculum, ut infrà dicetur. Accurſ. explicuit uires ingenii quantum potuit.

b FILIVS.) Impubes. Et referes hanc l. non ad §. ſuprà poſitum, ſed ad prin. l. præced. ut quia ibid. dixit de patre ab hoſtibus capto, cuius filius impubes poſtea in ciuitate mortuus eſt, quo caſu tabulæ ſecundæ non cadunt: nunc de filio dicit, qui antequam pater apud hoſtes deceſſerat, moritur, cuius tabulæ non ſuſtinentur. Ea ergo quæ in §. ſi mortuo, ſuprà proxi. interpoſita ſunt, melius poſt huius l. princ. & ante §. ſed ſi ambo. infrà eo. ponerentur, id quod & ordo rei, & ſeries deciſionũ expoſcere uidetur. Vnde hic, ſicut in pleriſq; locis, ordinatiorẽ diligentiã Tribuniani & cõpilatorum deſideramus. *Compilatores non ubiq; ordinẽ obſeruarũt.*

c ANTE.) Patrem, qui iam ab hoſtibus captus erat, & apud eos pòſt deceſſerat, quàm filius in ciuitate moreretur. Nec obſtat l. ſi pater. poſt princ. ſuprà eod. quia ibi filius in ciuitate poſt patrẽ apud hoſtes mortuũ deceſſerat. Rationẽ mox dicã.

d NIHIL eſt.) Quod uerum eſt quo ad pupillarem. Sed an ex tacita uulgari ſubſtitutus admittatur? Certe non, quia locus eſt hęredibus ab inteſtato. l. pen. infrà de ſuis & leg. Quid autẽ ſi pupillus uiuo patre non capto moriatur? Dyn. in l. lex Cornelia. ſuprà de uulg. nec eo quidem caſu tacitam uulgarem admitti dicit, per tex. noſt. ubi dicit, nihil eſſe, quod ſuper ſecundis tabulis tractari poſsit. Nos ex mente Bartoli credimus diſtingui poſſe: quia aut imputari poteſt patri,

quod non mutauit teſtamentum cum tempus habuit, tunc l. præſumit contra ſubſtitutum, ut ita nec ex tacita uulgari admittatur. Aut nihil ei imputatur, quia fortè non mul[illegible] poſt filium uitam ſoluit, & admitti ex tacita uulgari ſubſtitutum, quòd iam dicta ceſſet præſumptio. quæ colligi arg. euidenti poſſunt ex l. tractabatur. ſuprà de mil. teſt. & ex l. iij. C. de inoff. teſta. Quòd autem Bartol. text. noſt. pro hac diſtinct. allegat, ineptum eſt, cum facultas mutandi teſtamenti in caſu noſtro in patrem ab hoſtibus captum non cadat. Ex prædictis credo fundari poſſe quòd alibi Accurſ. in l. lex Corn. ad fin. in uer. non exiſtimo. dixerat, ſubſtitutum ex tacita uulgari admitti, ſi impubes ab hoſtibus captus ibidem uiuo patre deceſsiſſet. Nam patri imputari non poterat, cur non mutarit teſtamentum, qui filium rediturum poliminio ſperabat. Quicquid hic tenuerim, ſecutus gl. Accurſ. tamen poſt meliorem deliberationem uerius puto, locum eſſe ſubſtituto uulgari, ut in tract. meo ſubſtitutionum infrà annexo, in quinto effectu ordinis mei circa uulgarem ſcripſi. Quod de pupillo, qui ante patrem non captum moritur, ex ſententia Bartol. diſtinxi, non eſt tutum, nec lege probatur: unde ſine diſtinctione, ſi pupillus moritur ante aditam hæreditatem patris, ſiue mortuo teſtatore, uel eo uiuo moriatur, ſubſtitutus ex tacita uulgari ſuccedet: quod & Iaſ. in l. j. col. x vj. & ſeq. audacter defendit, & ego latiùs attigi in d. tract. ſubſtit. loco præall. Nec mihi quiſquam imputet, ſi in hoc paſſu, quem Iaſ. dubiū nominat, uariarim, cum & Paul. de Caſt. ut dicit Iaſ. in hoc ſæpe uariauit. Nec nouum eſt mutari ſententiam, cum (ut eleganter Bal. dicit in l. j. C. de his qui ante aper. tab.) in intellectu nouas generari opiniones ex nouis motiuis manifeſtum ſit.

Sententiā mutare non indecorum.

e SIVE quoniam uiuo.) Cum duo ſint præcipua, quibus tabulæ pupill. intereunt: alterum ſi uiuo patre impubes moritur. l. ſi pater filium. in fi. ſuprà de uulg. & l. ij. eo. tit. alterū ſi ſui iuris impubes in uita patris conſtituitur. d. l. ij. unde Iureconſ. per duas rationes ſub dilemmate, id eſt, argumento complexiuo, eleganter colligit tabulas pupillares cecidiſſe. Mortem enim filii, aut ex ueritate accipimus, aut ad fictitiam mortem reflectimus. Si ueritatem uelis, ut ſic filium uiuo patre naturaliter mortuum intelligas, iam tabulæ ceciderunt. Sin ad fictionem recurràs, qua uidelicet pater apud hoſtes præam

Pupillariū tabularum interitus.

præambula die captiuitatis, quo tempore filius uixit, deceſſiſſe fingatur, at tunc filius ex ea die iuris ſui factus erat, ut iterum tabulæ ceciderint. qui intell. planus eſt & apertus. Accurſius hic in duabus gll. putat priorem rationem de patre intelligi ab hoſtibus reuerſo, quod non eſt uerum, & text. euidenter cõtrarium docet, ſiue cum ſeorſim legas, ſiue ad l. ſi pater. prox. ſuprà continues: de caſu enim reuerſionis neuter text. ne uerbum quidem meminit.

f INTELLIGITVR.) Verè. Et licet hoc uerbũ plerunq; fictionem ſignificet, hic tamen ueritatẽ denotat: alioqui prior iſta ratio dilemmatis à ſequenti non diſtingueretur.

g NON reuerſo.) Poſterior ratio argumẽti cõplexiui: quòd ſi uel præambula die captiuitatis paternæ mortuus pater fingatur, quo tempore filius uixerat, adhuc tamen tabulas pupillares interire, quòd filius ſui iuris fuerit, &c. ut ſuprà utranque ſpeciem ſatis explicuimus. Nec obſtat l. penult. ſuprà de ſuis & legit. hær. ubi hæredem etiam eo loci habeat filius. Sed dic legitimas hæreditates filii ibidem conſeruari, quibus nihil obſtat impedimenti: hic uerò tabulæ pupillares morbo infectæ intereunt. Et nota caſum quo non bene arguitur à legitima ſucceſsione ad teſtamentariam, argum. contra l. ſi pater. §. ſi mortuo. ſuprà eod. Verum uel diuerſa uel eadem ratio nodum ſoluit. Sed opponas fortius contra text. noſt. Nam qua ratione impubes ſui iuris ex die præambula captiuitatis paternæ fingitur, eadẽ ratione & in poteſtate patria eo tunc fuiſſe uideri, ut ſic fictio l. Corn. ex patria poteſtate filiũ ſui iuris conſtituat, atq; adeò tabulas pupillares cõſeruare meritò debeat, arg. l. ſi pater. ibi, quoniam ſi pater. ſuprà eo. quæ eſt contra. Reſpondemus uim fictionis legis Corn. in perſona filii hoc caſu non eſſe integram. Cum enim is impubes ante patrẽ naturaliter ſit mortuus, declarauit iſta mors, filium uerè & incommutabiliter ſui iuris deceſsiſſe: quo tamen tempore adhuc penderet fictio legis Corn. patre needũ mortuo. Itaque licet pater poſtea moriatur, eumque dicta lex Corn. præambula die captiuitatis pro inſtauratione ſui teſtamenti obiiſſe fingat, ſuper patria tamen poteſtate fingere non potuit. Filius enim à die capturæ paternæ, & ſic in uita patris, ſui iuris, licet à principio pendenter, conſtitutus uideretur: mors tamen ſua, qui ante patrem deceſsit naturaliter, declarauit eum à principio uerè & incommuta-

Arg. à legitima hæreditate ad teſtamentariã, non eſt perpetuum.

biliter in ſuum ius tranſiiſſe, ut ex eo appareat filium in uita naturali patris, perfectè ſui iuris factum: quapropter tabulæ pupillares non iniuria in nihilum reciderunt, quòd fictio legis Corn. hoc loco operari non poſsit. At in dict. l. ſi pater. aliter res habet: nam patre capto impubes in ciuitate remanens, non erat perfectè ſui iuris factus: redire enim pater poſtliminio poterat: poſtquam autem pater apud hoſtes deceſsit, iam à die capturæ filio uiuente nihil impediebat, quin quaſi à patris poteſtate filius in ius ſuum erupiſſe fingeretur, cum nullum proprium ius, incommutabiliter in eo reluceret, quod fictionem impediret. Hæc ſolutio & eſt uera, & in huiuſmodi ſubtilitatibus admodum quàm expedita. Accurſ. ad hanc ſolutionem à remotis, & ueluti per tenebras nonnihil reſpexiſſe uidetur: cæterum cum nihil certum haberet, miſerè conflictatur. Primo enim textum ex ſententia Bulg. negatiuè legit, quaſi filius non uideatur ſui iuris, ſed dubio ſtatu deceſsiſſe: quod eſt falſum, & contra d. l. pen. ſuprà de ſuis & leg. ambiguitatem enim ſtatus mors diſtinxerat. Deniq; nemo eſt qui literam negatiuam habeat. Deinde pro ſolutione alia diuerſificat utraſq; rationes, quaſi prima de patre reuerſo poſitiuè, altera de non reuerſo remotiuè intelligatur. Sed eſt impertinens diuinatio. Quis enim Accurſio dixit, quòd Ireconſ. qui utriſq; rationibus nititur, unam poneret, aliam remoueret? uel cur non primam remouit potius quàm ſecundam? Cæterum acumen argumentationis bicornis non perpendit Accurſ. Sed nec Bart. in l. ſi is qui pro emptore. in materia fictionis tranſlatiuæ, ſuprà de uſuca. ſibiipſi conſtat: fatetur enim turbari ſibi ſpiritum ſuper Accurſii gll. & tamen uel ipſe hærere uidetur in ſalebris, licet quædam nō omnino impertinentia ibidem docuerit.

h SVI iuris.) Supple, incommutabiliter. Licet enim filius mox à captura patris, ſui iuris uideatur, d. l. lege. in fine. ſuprà de teſt. hoc tamen commutabiliter fuit, quandiu pater apud hoſtes uiuit, reuerti enim poſtliminio poterat: at patre apud hoſtes decedente, filius iam retro ſui iuris incommutabiliter & uerè fuiſſe cenſetur: quod ſuprà latius declauimus.

Hypallage. i POTITVS eſt.) Conuerte orationis ſtructum per hypallagen, id eſt, ſubmutationem, ut ſenſus ſit, hoſtes patris potitos fuiſſe. Similis figura loquendi in l. ſeq. §. codicilli. infrà

frà eod.ubi dicitur pro eo haberi, ac ſi nunquam iſte hoſtium potitus fuiſſet. Similis figura colligitur ex l.apud Celſum. §. aduerſus.ibi Accurſius in uer.cõueniatur.ſuprà de dol.excep. Rarum alioqui ſchema in oratione ſoluta, poëtisq; quàm oratoribus magis aſſuetũ: ut apud Vergil. Perflauit fiſtula buccam. & alibi: Date claſsibus æquor: id eſt, æquori claſſes. Cice. hypallagen alia ſpecie Rhetoribus tribuit, ut eſt apud Fab.lib.VIII.

k PRIOR.) Habet rei Latinę doctrina, quòd uerb. *prius*, abſolute tẽpus ſine ordine perſonarum reſpiciat: ueluti ſi dicas, Priuſquã princeps ueniret, pax facta eſt. Prior autem & Poſterior, inter perſonas uel res duas, aut quæ loco duorũ habẽtur, ad ordinẽ perſonarum reſpicit: ut, prior apud te cœnaui: & de duobus, nõ refert utro priore cultro utare. Itẽ, priores te alloquimur. Vnde Iurecõſ. hic ſignatè loquitur, ubi fortaſſe barbari Prius dixiſsẽt. Sed nõ eſt omnibus cõperta hęc differẽtia. *Prius.* *Prior.*

l DECEDAT.) Apud hoſtes.

m SVFFICIAT.) Ad inſtaurandas ſecundas tabulas. Et licet Iureconſ. uideatur effuſe decidiſſe, quòd l. Cor. tabulis ſecundis ſufficiat, mox tamen uelut à tergo ſeſe limitat, quòd ea deciſio non procedat, niſi filio in ciuitatem reuerſo. Arg. quòd non dicitur ſe corrigere, qui cum ſit de indeterminato ſermone locutus, in continenti ſalem addat temperamentum. Quod & in iudice receperis, qui ſententia pronunciata, ilico quædam reponat, addat, ſuppleat, adiiciat: de quo tamen per Accurſium & Doct. in l.actorum. l.iudex. ſuprà de re iud. Eſt etiam arg. quòd generalis deciſio præcedens, per ſpeciem adiectam moderatur. l.cum in teſta. §. fin. ſuprà de hæred.inſtit. *Deciſio generalis præcedens, p ſpeciem adiectam moderatur.*

n NON aliàs.) Tunc enim l. Corn. ſubſtituto ſufficiet, ſi cum pater apud hoſtes deceſſerit, filius in ciuitatem reuertatur: quia ope l. Cornel. quæ patrem præambula die captiuitatis deceſsiſſe fingit, non ſolum teſtamentum patris, ſed etiam ſecundæ tabulæ adiuuantur. Nam & pater in ciuitate uitam ſoluiſſe iure l. Corneliæ, & filius reuerſus ſemper in ciuitate fuiſſe, iure poſtliminii cenſebitur. fa. d. l. pater. uerſ. uerum. ſuprà eod. Quòd autem Accurſ. hic in fin. dicit tabulas pupillares tenere ſine auxilio l. Corneliæ, non puto uerum, cũ tex. hic apertè dicat ſufficere l. Corn. pro quo & alius eſt text. in l. ſi pater. ij. reſponſ. ſuprà de uul. niſi fortè gl. hic corruptã di-

cas. Sed pone, patrem primo, deinde filium capi ab hoſtibus, eoſque ambos, patrem tamen ante filium ex interuallo illic deceſsiſſe, certum eſt patris teſtamentum l. Cornel. inſtaurari, quòd fingatur hora præambula mortuus. De ſecundis tabulis an adiuuentur, dubitari poteſt. Et uidetur eis ſubueniri, cum eadem hora præambula, quæ in patre fingitur, etiam filius in ciuitate necdum captus uixerit. arg. d. l. pater. ij. reſponſo. ſuprà eo. d. l. lex Cornel. §. ſed ſi pater. ſuprà de uulg. Sed text. noſter contradicit, & idem in l. ſi pater. ſuprà de uulg. in quibus manifeſtè deciditur, tabulas pupillares non ualere, ſi ambo apud hoſtes deceſſerint. Nodus eſſe impeditus uidetur. Accurſ. in d. l. lex Corn. dicit iura contraria de patre uerè mortuo intelligi: at hic fingi mortuum. Sed hoc nihil eſt, cum fictio ueritatem imitetur. Inſtit. de adop. §. maiorem. Bart. putat tabulas ſecundas ideo cadere, quòd hæreditas patris hic non fuerit adita. quod certè euidenter non procedit, tum quòd hæreditate etiam adita in caſu filii exhæredati, tabulæ non confirmarentur, per textus noſtros, qui generaliter loquuntur, nec ad unam ſpeciem coërceri debent: tum quòd textus noſtri in eo ſolo ſe fundant, quòd ambo apud hoſtes deceſſere. Caſus autem Bartol. etiam extra hoſtilem capturam procederet. Semper enim hæreditate non adita cadunt tabulæ, niſi ſuitate ſuſtineantur. dicta l. ij. §. adeò. ſuprà de uulg. Vnde iſte caſus hic ſuperuacaneè tractaretur, & ſic remanet nodus. Nos eum uno (quod dicitur) digito diſſoluimus. Nam in caſu noſtro fatemur non ſolum teſtam. patris, ſed & filii tabulas inſtaurari, quippe qui eo tempore quod in patre fingitur, uixerat. per dict. l. pater. ij. reſponſ. Sed quia is filius poſt patrem ab hoſtibus captus, ibidem deceſsit, tabulæ pupillares iterum in irritum reductæ ſunt: quo caſu per l. Cornel. non plus ſubleuantur, ut quæ ſuper pupilli tabulis ſeorſim non fingat, quòd is teſtamenti factionem non habeat. de quo eſt text. apertus in dict. l. pater. §. ſi mortuo. ibi, & eius duntaxat, &c. ſuprà eodem. unde meritò remanent irritæ. Quæ ſolutio quàm ſit uera, facilis & fundata, nemo eſt qui non uideat, niſi qui nihil uel uideat, uel ſi uiderit, diſsimulet. Porrò ſi filius antè, & pater pòſt hoſtium potiti, ibidem decedant, indubitato interitu tabulæ enecantur: ſiquidem quo tempore pater fingitur domi mortuus, filius iam captus erat. Quòd ſi ambo

uno die capti apud hoſtes decedant, teſtamentum quidem patris propter fictionem horæ præambulæ ſuſtinetur, at tabulæ pupillares concidunt, quòd fictio l. Corneliæ utriuſque mortem una hora complectatur: ut ſic nec in poteſtate, nec extra, filius mori intelligatur, propter cõcurſum tẽporis. arg. l. qui duos. ſuprà de reb. dub. l. Titio cum morietur. ſuprà de uſufr. l. ſi Titius. ſuprà de cond. inſt. Ex quibus patet ueriorẽ eſſe opin. Azo. & Bulg. quam Accurſ. in d. l. pater. in gl. mag. recitauit. Collige ergo: Aut enim pater captus moritur apud hoſtes, filio in ciuitate manente, & utræq; tabulæ confirmantur, ut d. l. pater. niſi filius antè moriatur, quàm pater apud hoſtes deceſſerit, ut hac l. in prin. Aut filius capitur patre in ciuitate manente, & euaneſcunt ſecundæ tabulæ, quia non efficitur, &c. d. l. lex Cor. §. ſi uerò. niſi filius poſtquam pater in ciuitate deceſſerat, capiatur, tũc enim l. Cornelia ex prætoris extenſione adiuuantur. d. l. pater. §. ſi mortuo. Aut ambo capti apud hoſtes decedunt, & quid iuris ſit, ſuprà diximus.

O IN poteſtate.) Reuerſo eo in ciuitatem, ut d. l. ſi pater. ad fin. ſuprà de uulga. Tunc enim poteſtatem ſui habere dicitur, cum eſt in libertate: & ſic uerbum Poteſtatis hic accipe. fa. l. quoties. §. in poteſtate. ſuprà de noxa. Non autem intelligas de patria poteſtate, quæ hic locum habere nõ poteſt, cum iam pater defunctus eſſe dicatur, argu. contra l. poteſtatis. in princ. infrà de uerbo. obliga. Sed eſt hic ſpecialis caſus, quem fortè non alibi habes, quòd poteſtas filii pro libertate & poteſtate ſui, actiuè, non paſsiuè, pro patria poteſtate quę in eum competit, inſumitur. *Filius quãdo dicatur habere poteſtatem ſui.*

§. Quod uulgo, cum §. ſeq. l. In ratione. ff. ad l. Falcidiam. PAPINIANVS.

QVod[a] uulgò dicitur,[b] in tabulis patris &[c] filij[d] unam Falcidiã ſeruari, quam poteſtatem habeat, uidendũ eſt.[e] Quãuis enim ſubſtitutus, quæ à pupillo relicta ſunt, cum filius hæres extiterit, ut æs alienũ quodlibet[f] debeat: tamẽ propter ea quæ data ſunt ſecũdis tabulis[g] contributioni locus eſt.[h] Secundum quod poteſt euenire, ne ſubſtitutus quicquã[i] retineat, uel ut longè plus habeat quarta

paternæ

[k]paternæ hæreditatis. [l] Quid ergo, ſi non ſufficiat [m]pupilli hæreditas legatis,cũ patris[n] ſuffeciſſet:[o]de ſuo quadrãte [p] nimirum dabit ſubſtitutus,quæ pater legauit[q]de ſuo. [r] Nec ad rem pertinet, quòd ex nullo teſtamento præſtatur ultra uires patrimonij:[s]cum in hac parte iuris,legata quæ ſecundis tabulis relinquũtur,quaſi in primis [t] ſub conditione relicta intelligantur. Si[u]filio ſuo duos ſubſtituerit, &[x] alterius portionẽ onerauerit,tractari ſolet, an[y] ex ſua perſona Falcidiam poſsit inducere ſubſtitutus,[z]quã pupillus non haberet,[a] uel unus pupillo ſubſtitutus. Et facile[b]quis dixerit[c]cõſequenter prioribus quæ de patrimonij ratione dicta ſunt, nõ eſſe Falcidiæ locũ,[d]& ultra uires portionis cõueniẽdũ alterum ſubſtitutũ. Sed[e]uerior eſt diuerſa ſentẽtia, perinde[f]huic quartã relinquẽdam exiſtimãtium, atq; ſi ita[g] patris hæres extitiſſet. Vt enim[h]opus patris &[i]cõtributio legatorũ[k]uim capiũt & formam & originem:ita plures ſubſtituti[l]ſubducta perſona pupilli,reuocãdi ſunt[m]ad intellectũ ſubſtitutionis. Quid tamen dicemus de[n] altero ſubſtituto,qui nõ eſt oneratus,ſi fortè nondũ legata[o]pupillus à ſe relicta ſoluerit,&[p]aliquid ultra dodrantẽ ſit,[q]in omnibus[r] & ipſum Falcidiã habiturũ:[s] Atqui[t]quartã habeat,[u]nec idem patitur[x]inſtituti comparatio. Rurſum[y]ſi negemus,[z]aliud apertè quàm[a]quod uulgò probatũ eſt[b]reſpondetur. Itaq;[c]uarietas[d] exiſtet,ut is[e]qui proprio nomine oneratus eſt[f]uelut inſtitutus deſideret quartam:[g] alter autẽ qui non eſt oneratus[h]ut ſubſtitutus ([i] licet portio largiatur[k] eius) [l]non in ſolidũ[m]cõueniatur,[n]propter calculi confuſionem.

ſionē.[o] Huic cōſequēs eſt, ut ſi[p] pupillo de Falcidia [q]cautū fuerit,[r] duobus committatur[s] ſtipulatio, ui delicet in ea quantitate quam unuſquiſq; ſibi detinere potuiſſet.

In §. Quod uulgo. cum §. ſeq. ff. ad l. Falcid. gloſſæ nouæ, quæ rem obſcuram pulchrè aperiunt.

QVOD. a) Hunc text. gll. ex ueritate literæ elucidabimus, ſecuri uariorū cum intellectuum, tum opinionum. Docebit tamen ſeries, ubi Accurſ. aut alios uel ſequamur uel ſeponamus, etiam ſi nō ſemper allegentur. Nec enim id agimus, ut quid illi dicant, ſed quid text. uelit perquiramus.

b VVLGO.) In uulgaribus iuris doctrinis. aliàs dicunt per manus tradi. l. quod per manus. ſuprà de iur. codicill.

c IN tabulis.) Quæ dicuntur unum teſtamentum, propter unum teſtatorem, & propter unam in utriſq; ſolennitatem ſeptem teſtium: licet etiam duo teſtamenta quo ad quid uideantur. l. patris & filii. ſuprà de uulg. Inſtit. eod. §. igitur. l. in duplicibus. infrà eod. & Accurſ. hic in j. gloſſ.

d VNAM Falcidiam.) Ne labores ad quid hæc regula recitetur, facti ſpeciem uel caſum ſic finge: Inſtituerat filiū impubem, eiq; Titium pupillariter ſubſtituit, reliquit ab utriſq; legata: exiſtente ſubſtitutionis conditione, legatarii legata pupillaria tanquam æs alienū ſolida petunt: ſubſtitutus contribuere omnia legata in utriſq; tabulis relicta pergit, ut ab omnibus Falcidiā deducat, innitēs uulgatæ iuris doctrinę, quę hoc recipit. Iureconſ. nodū diſſoluit, declarans quā uim hæc regula ſeu doctrina habeat: cętera ſequētibus patebūt. Accurſius impertinēter fingit caſum exemplis uariatis: licet enim in ſeſe uera ſint quæ dicit, tamen ad §. noſtrū non conferunt.

e QVAMVIS.) Vnus effectus regulæ, quòd licet ſubſtitutus pupillariter ſuccedens, legata pupillaria ut quodlibet æs alienū debeat: hoc tamen non ſimpliciter eſſe accipiendum, ſiquidē cōtribui legata in utriſq; tabul. relicta debere: ut ſi ultra legata quadrans hęreditatis ſit reliquus, uel eo amplius, iā legata pupillaria ęs alienum ſapiant: ſin nō ſit quadrans reliquus, nō ſapiant, ſed una ex omnibus Falcidia deducatur. Vide quàm nulla neceſsitate totus propè orbis in hoc §. confligetur, qui tamē, ſi ueritatē ſequare, planꝰ eſt & nō impeditus. *Legata pupill. non ſemper ſonare æs alienū.*

f DEBEAT.) Text. diſsidere ſibi ipſi uidetur ſecundū Accurſ.

curſ. Si enim ea legata æris alieni uim habēt, quomodo contribuuntur cū aliis legatis, cum æs alienū ante omnia deducatur? l. in imponenda. C. eod. Sed dices nō ſimpliciter & abſolutè deberi, ut æs alienū, ſed tunc cū hæreditas teſtatoris, ſaltem quadrāti ſufficiat: quod ex cōtributione apparebit. Aeris tamen alieni contributio inter creditores plerisq; caſibus recipitur. in l. procuratoris. §. tributio. ſuprà de trib. l. & ſuum. in fin. ſuprà de pact. gl. l. inter eos. infrà de re iud. cū ſimilib.

Aes alienū ante omnia deducitur.

Aeris alieni cōtributio.

g CONTRIBVTIONI.) Legatorum in utriſq; tabulis relictorum, ut onere cōperto, Falcidia deducatur: bona tamen patris & filii non contribuuntur, ſecundum Paul. & Alexan. quod filiusfam. impubes, propria bona tempore Digeſt. non habuit, per iur. uulg. & pro eis eſt l. in duplicibus. infrà eod. l. filium. in princip. infrà de leg. præſt. cum ſimilibus. Accurſius tamen in §. quęſitum. infrà hac eadem l. è diuerſo tenet, patris & filii bona contribui. quod Bartol. & Ang. hic ſecuti ſunt, & propterea hunc text. de filio impubere milite intellexerunt: poteſt enim eſſe miles qui impubes ſit. l. fin. C. de teſtam. mil. ut ita caſtrenſia bona propria habeat. Sed nos eam opinionem non probamus. Abſurdum enim eſſet, tex. noſtr. generalem ad unam tantum ſpeciem, & eam infrequentem coërceri: eo accedente, quòd in bonis caſtren. nō ſit locus Falcidiæ. l. in teſtamento. C. ad l. Falſ. Vnde priorē aſſertionem ueram putamus: ſed non ea ratione, quòd pupillus propria bona non habuerit, ſiquidem is mox à die paternæ mortis propria bona, nempe aduētitia ſeparata à paternis habere potuit: ut ſi mater, ſi cognatus, uel alius impuberi reliquerit bona à die paternæ mortis ad eum deuoluenda. l. mulier. l. Imperator. infrà ad Trebell. l. j. §. ſi ab ipſo. infrà de coll. bon. arg. l. ex his. C. quan. di. leg. cum ſimilibus. Vnde alia ratione mouemur, nempe quòd huiuſmodi bona aduentitia nūquam fuere acquiſita patri, uel in eius redacta patrimoniū: quapropter quia in cōtributione ea tantum bona ſpectantur, quæ pater habuit cū moreretur, d. l. in duplicibus. cū ſimilibus: meritò pupillaria non ueniunt, ne ea quidem quæ ex patris morte ad eum deuoluerentur. Nec obſtant l. ſed ſi plures. §. filio. l. cohæredi. §. cum filiæ. uerſ. nec fideicōmiſſo. l. ſi filius. ſuprà de uulg. & pup. ubi mentio fit bonorū pupillariū: probabile enim eſt de aduentitiis intelligi ex die paternæ mortis competentibus.

Falcidiæ nō eſt locus in bonis caſtrenſibus.

SECVN

h SECVNDVM quod.)Proſequitur eũdem effectũ quem ſuprà adduxerat:& eſt ſenſus, Secũdum id quod iam dictum eſt,contributioni locum eſſe in legatis, &c.euenire poſſe ut propter onera legatorũ ex utriſq; tabulis debitorum ſubſtitutus,nihil retineat de bonis paternis,niſi Falcidiam deduxerit:hoc enim legatorũ urget contributio,ut tunc meritò legata pupillaria,alieni æris iure nõ cenſeantur:fieri etiam poteſt ut multò plus habeat quarta parte, quo caſu pupillaria legata tãquam æs alienũ ſoluentur:& erunt tunc in tex.duæ dictiones,*uel ut*.Poteſt etiam aliter intelligi. Nam ex contributione legatorum euenire poterit, quòd ſubſtitutus nullam Falcidiam retineat,utpote qui longè plus habeat quarta parte hæreditatis:quo pariter euentu legata pupillaria iure æris alieni obligabunt,& erit una dictio, *uelut,* quæ ueritatis eſt expreſſiua.Cæterum ambo intellectus in idem recidunt. Hanc facilem,planam,expeditam,& uériſsimam text.elucidationem ſi receperis (recipies autem neceſſariò, ſi ueritas tibi cordi eſt) iam multa,inuolucra,multa ambigua,quæ hic Accurſ.ex alienis uocibus inculcat,tollentur,& clarè patebit hoc contextu non tractari ſecundum effectum,ut Bart.Ang.Paul.Alexan. non bene putauerunt.

i RETINEAT.)De bonis paternis,niſi Falcidiam deducat. Vel iuxta aliam ſententiam,nihil retineat iure Falcidię,quaſi longè plus habeat,&c.Et dic de legatis pupillaribus utroque caſu, ut ſuprà declarauimus.

k PATERNAE hæreditatis.)Arg.pro Doctor.qui dicunt in cõtributione legatorum tantummodo deſiderari patris bona & non pupillaria,quæ pupillus tempore Digeſt.nulla habuerit. Sed nos eam rem ſuprà temperauimus.

l QVID ergo.) Accurſ.hic ſecundum effectum ſcienter & rectè ponit:licet Ang.Paul.Alex.aliter ſentiant,malè tamen, ut ſuperius patuit.Quęrit autem Papin.quid iuris ſit, ſi bona teſtatoris(quæ hic dicũtur pupilli hæreditas propter ſucceſſionem)legatis ſic,ut dicitur,contributis non ſufficerẽt,quæ tamen ab initio tẽpore mortis teſtatoris ſuffeciſſent, utpote quæ ſub pupilli ſortè manu ſint diminuta. Deciditur id non nocere legatariis, quin in ratione Falcidiæ bona patris ad eã quantitatem quæ ex die mortis extabat,reduci debeant:ut ſi ex ea æſtimatione ſubſtitutis quadrantem habere potuiſſet, quem nunc habere non poſsit,nihilominus ſoluere legata teneatur,

Patris bona ad eã quãtitatẽ quæ ex mortis die erat, reduci.

neatur, iuxta quantitatem quæ à principio fuerat, etiam ſi de propriis bonis, ad menſurã tamen prædicti ſui quadrantis, ei ſit expendẽdum: & id nõ immeritò, cũ pater de ſuo ea patrimonio legauerit. Qui mihi euidenter uerus intellectus uidetur, nec uideo quo alio caſu is contextus ad ueritatem literæ explanari poſsit, licet Accurſ. ex Al. & aliorum opin. uariet. Exemplo tamen res patẽre poterit. Teſtatoris hæreditas cc. ualuit dum moreretur: relicta fuere c. à filio, deniq; & à ſubſtituto c. legatorum nomine. Impubes cum ſucceſsiſſet patri, bona diminuebat, in centum fortaſſe, & obiit mortem intra pupillaria, ut ita ex patrimonio paterno ad ſubſtitutum tantummodo centum peruenerint. Certè in legatis præſtandis patrimonium paternum ad diem mortis ſuæ, & ſic ad ducenta quæ eo tempore extabant, æſtimabitur, & deducetur Falcidia quæ tunc competiiſſet, ſcilicet quinquaginta: quo caſu centum & quinquaginta reſtabunt, quæ tota debebuntur legatariis. Et licet ſubſtitutus duntaxat centum in bonis paternis inuenerit, tamen de ſuis bonis addet quinquaginta ad menſuram quadrantis, quem habere poterat, ſi bona nõ fuiſſent diminuta. Quòd ſi plura eſſent legata, puta cccc. ab utriſq; relicta, omnia tamen reducentur ad uires patrimonii: & tunc Falcidia deducta, reſiduum ſoluet ſubſtitutus ex bonis propriis, non tamen plus quàm pro modo quadrantis ſibi competituri, ſi bona patris non decreuiſſent. Et hunc puto uerum & expeditum eſſe intellectum, quem & Alexand. in hoc uerſic. ſenſiſſe uidetur. Accurſ. ex gloſſatorum opinionibus uariat. Tandem quod de diminuto teſtatoris patrimonio diximus, è diuerſo & de aucto dicemus, & non niſi ad diem mortis quantitas pro legatis præſtandis ſit æſtimanda, deduciq; ad eũ modum Falcidia poſsit, nõ obſtante augmento pòſt acquiſito. l. in quantitate. in princ. infrà eodem.

m PVPILLI hæreditas.) Paterna bona, quæ iam dicuntur pupilli eſſe, ut qui in eis ſucceſſerit. ut not. in l. j. §. ueteres. infrà de acquir. poſſeſſ. & ibi diximus. Intellige autem ideo non ſufficere, quia ſub pupilli manu diminuta erant.

n SVFFECISSET.) Ab initio, ex tempore mortis paternæ. Nam ſi pupillus ſtatim à ſucceſsione legata ſoluiſſet, recepta à legatariis cautione, ſi cui plus quàm per l. Falcid. &c. tunc patris hæreditas omnibus legatis ſuffectura fuerat.

o DE ſuo quadrante.) Id eſt, ſecundum ſuum quadrantem, qui ex

qui ex bonis paternis ex die mortis ei competere poterat: ſiquidem ad modum, menſuramque ipſius ſoluet ſubſtitutus de propriis bonis legata, ut ſuprà declarauimus. Similis expoſitio in c. de libellis. xx. diſtin. Et dic Suo, id eſt, ſibi debito. ſic l. j. & ibi not. ſuprà quod cum eo. *Suum, id eſt, ſibi debitum.*

p NIMIRVM.) Meritò. Diminutio enim patrimonii ita nõ debet ad necem legatariorum operari, ſicuti & augmentũ eis non prodeſſet. arg. l. fi. in fi. ſuprà. de leg. iij.

q DE ſuo.) Id eſt, de eo quod ſuum erat: & ſic ſub neutro lege. Omnia namque legata ex utriſque tabulis relicta, de ſuo teſtatoris & patrimonio & teſtamento proceſſere, ut ſtatim dicet.

r NEC ad rem.) Senſus eſt, Licet hæres ultra uires patrimonii in legatis non teneatur, l. j. §. ſi is qui. infrà ad Trebell. æſtimatio tamen patrimonii ad diem mortis teſtatoris reducta, ſi fortè patrimonium poſtea diminueretur, hæredem in eo non ſubleuaret, quin ex æſtimatione ſuprà dicta, non ex ratione diminuti patrimonii ſoluere legata teneatur, non attento quòd ſupra uires ſoluat: quod & in duplici teſtamento patris & filii procedit, cum legata ſecundis tabulis, &c. Iſta tamen clades diminuti patrimonii, hæredem non amplius flagellat, quàm ordinaria æſtimatio ei cõſuluiſſet, ſi nihil eſſet diminutũ ei. Vnde ſi ab initio ſolida legata præſtari ſine Falcidia potuiſſent, & nunc quoq; in diminutione ſolida præſtabuntur etiam de propriis bonis. Sin uero ratio Falcidiæ habenda ab initio fuerat, & nunc ratio eius habebitur, ut nõ ultra eius modũ fatigetur. Non ergo patrimonii cauſa, ſed decrementi occaſio ſubſtitutum premit. arg. l. Labeo. in fin. infrà de riuis. quod eſt not. dignum, nec ab ullo alio, quod uiderim, declaratum. Hodie tamen hæres ſi non faciat inuentarium, ultra uires hæreditatis ſimpliciter tenebitur, ut hic Accurſius ſcienter tenuit, & not. idem in l. j. §. in quibuſdam. in uerſ. ſufficiunt. infrà titu. j. per auth. de hær. & fal. §. ſi uero non fecerit. quæ eſt cõmunis opinio Bart. & Doct. licet Ray. male cõtrariũ tenuerit. facit tamẽ ratio euidẽs. Lex enim præſumit qui inuentarium obmiſit, bona ſubtraxiſſe. d. authen. de hæred. & fal. §. ſancimus. quæ eſt præſumptio iuris & de iure. Cæterum ſi legatarii confiterẽtur hæredem non ſubtraxiſſe, iam obmiſsio inuentarii non noceret, ſecundum Bald. in l. filium quem. C. famil. erciſc. quia confeſsione aduerſarii,

Hæres grauatus ex diminuto patrimonio, nõ intelligitur grauatus ultra uires.

Inuentarii beneficium.

Inuẽtarii omiſſio onerat hæredem.

præſumptio iuris & de iure tollitur. Doct. in auth. ſed iam neceſſe.C.de don.an.nup. Confectio autem inuentarii hæredem ſubleuat, iuxta modum æſtimationis bonorum ex die mortis. Diminuto autem patrimonio, ſuſtinebit hæres quod de iure cõmuni ſuſtinere cogitur, inuentario non ſubueniente, ſecundum Paul.hic.

s CVM in hac parte.) Elegans argumentatio, quæ tamen lateat: uerũ ratiocinatione rhetorica explicari poteſt, hac ferè ſerie. Hæres ex ſimplici teſtamento ad omnia quidem legata, ſed non ultra uires patrimonii tenetur. Vires autem patrimonii ad quantitatem bonorum ex die mortis teſtatoris, & non ex diminutione ſeu augmento poſtea emergente æſtimabuntur. At in duplicibus teſtamentis legata ſecundis tabulis relicta, quaſi in patris, ſub cõditione legata intelliguntur, ut hic eſt tex. atq; ideo omnia illic legata iuxta modum prædictæ æſtimationis ſolui debent. Proinde conſequens eſt, nõ eſſe impertinens, ſi ſubſtitutus hoc caſu ultra uires patrimonii ex pôſt facto diminuti grauatus inueniatur. Nec tumultueris quod I.C. hic non omnes iſtas ratiocinationis partes explicuit: tractantem enim ciuilia, arguta decebat breuitas. Nam & apud Rhetoricos id genus ratiocinationis præciditur, ut docet Fab.lib.v.cap.XIIII.

Argumenta latere poſſe.

t SVB conditio.) Quæ enim in ſubſtitutione relinquũtur, ex conditione pendent quæ ſubſtitutum reſpicit: & meritò in patris tabulis relicta intelliguntur, cum ſubſtitutio ſit conditionalis inſtitutio.d.l.j.ſuprà de uulg. Collige per modum epilogi, quòd licet ſubſtitutus impuberi hæredi intra tempora pupillaria mortuo ſuccedens, ad legata pupillaria teneatur tanquam ad æs alienum: ſi tamen in utriſq; tabulis legata ſint relicta, contributioni legatorũ locus eſt: quæ ſi Falcidiam exigunt, una deducetur Falcidia, non habita ratione quòd æris alieni uicem legata pupillaria referant: ſin uero nõ eſt deducenda Falcidia, pupilli legata inſtar æris alieni ſoluẽtur. Debet autem in legatis præſtandis quantitas paternæ hæreditatis ex die mortis æſtimari: quòd ſi ea quãtitas ſit ex pôſt facto diminuta, non nocebit legatariis, quibus ſecundũ æſtimationem ordinariam, id eſt, quæ ex die mortis facta eſt, legata (Falcidia ſalua) ſoluentur. Quæ ſi non ſufficient, ſubſtitutus ex propriis bonis iuxta modum quadrantis ſibi debiti ſatisfaciet. nullo in legatis diſcrimine habito, cum relicta in

ſecundis

ſecundis tabulis cenſeantur ſub conditione in patris contineri. Et licet ultra uires patrimonii diminuti ſubſtitutus ſoluat, tamen ultra uires ordinariæ æſtimationis grauari non cenſebitur. Non enim ſequitur, hæres grauatus ultra diminutum patrimonium, ergo grauatus ultra patrimonium. Et erit ſimilis omnino ratio de augmento bonorum ex pòſt eueniẽte, ut illud ſubſtituto, non legatariis, ſi quid ultra ordinariam æſtimationem excurrerit, prodeſſe debeat.

u FILIO ſuo.) Impubi. Vt caſum habeas, qui tex. noſtro in omni parte accommodetur, finge patrem qui cccc. in patrimonio habuit, inſtituiſſe impubem, & ab eo aliquid legaſſe, fortè ducenta, eidemq; filio ſubſtituiſſe pupillariter Caium & Seium: Caium in ducentis oneraſſe nomine legatorũ, Seium in centum. Nunc eueniente ſubſtitutione hac lege quæruntur tria. Primo, an Caius legatis oneratus deducat Falcidiam, id eſt, quartam. ſecundo, an Seius qui non erat oneratus, deducat, ſi fortè impubes legata ſua non ſoluit. tertio, ſi ſoluiſſet & per ſtipulationem Falcidiæ cauiſſet, cui ea ſtipulatio ſubueniat. Declaratio omnium membrorum infrà patebit per diſcurſum. Et eſt ſanè is tex. etiam ex Doct. ſententia admodum quàm difficilis, rhetoricis tamen argumentationibus, reiq; Latinæ puritate totus elegans.

x ALTERIVS.) Caii.

y EX ſua.) An poſsit detrahere Falcidiã, dum legata ex ſuo ſemiſſe ſoluere pergit.

z QVAM.) Falcidiam. Hanc particulam lege ſub modo obiectionis: quaſi dicat, uidetur Caium nõ poſſe detrahere Falcidiam· nam & pupillus cui is Caius ſuccedit, eam non detraheret, ut qui eo caſu tantummodo in ſemiſſe grauatus eſſet, & proinde tota hæreditas non grauaretur. Cum autẽ iſte Caius pupillum repræſentet, igitur, &c.

a VEL unus.) Alia obiectio. nam ſi unus eſſet pupillo ſubſtitutus, & grauatus in ſemiſſe, non deduceret, cum non eſſet grauatus alius ſemis. Sic hi duo ſubſtituti qui ſuccedunt in locum impuberis, debent haberi pro uno, ut ſic non mutetur cauſa obligationis in eis. arg. l. ij. §. ex his tamẽ. de uerb. obl.

b QVIS.) Tertia obiectio, quę ſumitur ab ipſo patrimonio.

c CONSEQVENTER prioribus.) Conſequentia ſumpta à prioribus quæ dicta ſunt de patrimonii ratione, in §. quod uulgò. proxime ſuprà. ubi deciditur, ſubſtitutũ ratione patri-

monii diminuti in præſtandis legatis conueniri poſſe ultra uires hæreditatis, quaſi hoc & in præſentia non ſit abſurdũ. Accurſ. putat de patrimonii ratione hoc loco ideo opponi, quòd in præſtandis legatis in d. §. ſit contributioni patrimoniorum locus, quod non aliter recipimus, quàm ſicut ſuprà explicauimus. Et nota hic elegantem modum loquendi, quòd aduerbia eundem caſum trahunt, quem ſua primigenia.

Aduerbia quã doq; eundẽ caſum quem ſua primigenia, trahunt.

d ET ultra uires.) Si enim dictæ tres rationes, utpote quòd pupillus non deduceret, item nec unus ſolus ſubſtitutus, denique & ratione computationis totius patrimonii contra Caium ſubſtitutum pugnent, iam ultra uires portionis ſuæ ſubſtitutus grauabitur legata ſoluere. Sed non eſt ita, ut ſtatim diſces.

e VERIOR.) Hic decidit I.C. quid obtineat: uolens eam eſſe ueram ſententiam, quòd is ſubſtitutus Caius deducat Falcidiam, perinde ac ſi ipſe à patre eſſet hæres pro dimidia inſtitutus, & legatis ſua dimidia grauatus: tunc enim ſine dubio deduceret. l. in ſingulis. infrà eo.

f HVIC.) Caio ſubſtituto onerato legatis.

g PATRIS.) Teſtatoris. Et ſic eodem iure cenſentur hæredes pupilli intra pupillaria mortui, ac ſi patris hæredes fuiſſent: quæ tamen ſimilitudo in pluribus ſubſtitutis nõ eſt perpetua: unde quo ad contributionem legatorum hoc caſu accipienda eſt, ut infrà declarabitur.

Hæredes pupillares intelligi hæredes patris.

h OPVS patris.) Teſtatio qua ſibi & filio teſtamentum fecit. & dicitur operatio & labor patris. In condendo enim filii & ſuo teſtamento, opus ultimæ ſuæ uoluntatis fecerat: licet Accur. ad huiuſmodi uerba, opus patris, ſuppleat, ſcilicet, & opes pupillares. ſed hoc ſuprà improbauimus. Alii, ut Ang. legunt, opes patris, & tunc ſenſus eſt, patrimoniũ patris, & contributionem legatorum, ſimul uim & originem capere: & in idem recidit. Eſt tamen argumentum euidens ex ea litera, quod patrimonium & opes tantummodo patris, nõ etiam pupilli, in contributione legatorũ perpenduntur, ut quæ ſimul uim & formam & originem capiant. cum quo cõcord. l. in duplicibus infrà. eod.

Teſtamentum opus patris.

i CONTRIBVTIO legatorum.) In utroq; & patris & filii teſtamento relictorum, quæ contribuuntur, iuxta ea quæ habes in d. §. quod uulgò. proxi. ſuprà.

k VIM, formam, & originem.) Supple, ſimul capiunt, ut ſit ſenſus:

ſenſus: Sicuti opus patris, id eſt, patriæ & ſecundæ tabulæ, & legatorum contributio, ſimul uim, formam, & originem accipiunt, eademque ui, eadem origine, eadem forma cenſentur, utpote quòd horum robur ex illis pendeat: ita & plures ſubſtituti poſt mortem pupilli, quaſi ſubducta eius perſona pro inſtitutis habentur quo ad legata contribuenda. Quæ autem ſit uis, forma, origo teſtamenti, in quo ſunt primæ & ſecundæ tabulæ, Accur. hic declarat. *Patrimonium patris, ſecũdæ tabulæ, contributio legatorũ, eandem originem habent.*

l SVBDVCTA perſona pupilli.) Per fictionem, non ex ueritate. Cum enim pupillus hæres fuerat, uerè ſubduci non poterat: unde fingitur ſubduci, ut ſubſtituti ex perſona ſua, quaſi inſtituti deducant Falcidiam. Et per hoc omnia ſoluuntur argumenta ſuprà facta. Non enim obſtat prima obiectio quæ de pupillo ſumitur, quia hic non in locum pupilli, ſed ex ſua perſona cenſetur, uelut ſubducto pupillo. Nec obſtat ſecunda obiectio, quia unus ſubſtitutus ideo non deduceret Falcidiam, quòd haberet totum patrimonium: at hic tantum dimidiam habet. Eadem ratione nec tertia obiectio obeſt, quia in prioribus, hoc eſt in §. quod uulgò. proxime ſuprà, ideo ex toto teſtatoris patrimonio fit contributio legatorum, quia unus erat ſubſtitutus, in quem totum patrimonium deuenerat, & ſic totum habuit. At hic duo ſunt ſubſtituti, ut ſic contributio legatorum, quæ ex opere, id eſt, teſtamento patris, uel ex opibus eius originem & uim ſumit, non habet locum: ſicut nec locum haberet pluribus in teſtamento paterno inſtitutis: quo caſu ſuccederet alia regula dict. l. in ſingulis. infrà eodem.

m AD intellectum ſubſtitutionis.) Si habes *inſtitutionis*, textus planus eſt, quia pluribus inſtitutis & grauatis, non fit contributio legatorum uel bonorũ patris, ſed quilibet per ſe deducit Falcidiã. d. l. in ſingulis. Aliàs eſt in textu *ſubſtitutionis*, & tunc ſecundũ Accurſ. dic, ſcilicet unius. & ſit ſenſus, Plures ſubſtitutos reuocãdos eſſe ad intellectũ eius ſubſtitutionis, quę de uno facta eſſet: ut ſicut unus omnia cõtribuit deducta Falcidia, quia ſolus omnia habet, ita duob. ſubſtitutis, uterq; dimidiã ſuã cõputare ut deducat Falcidiã. Qui ſenſus in ſeſe uerus eſt, ſed tex. eũ nõ patitur: quia hic dicitur, deducta perſona pupilli. At ſi ſubſtitutio duorũ ad intellectũ unius reuocaretur, non ſubduceretur perſona pupilli: ad quod Accurſ. non aduerterat. Vnde tu uerius expone, duos ſubſtitutos ad *Quomodo ſubſtituti ad intellectum ſubſtitutionis reuocentur.*

intellectum ſubſtitutionis reuocari, id eſt, perinde cenſeri, ac ſi ſubducta perſona pupilli eſſent inſtituti. Nam ſubſtitutio in intellectu ſuo nihil aliud eſt, quàm inſtitutio, cum perſona præcedens de medio ſubducitur. l. j. ſuprà de uulg. Vnde ſicut in ſubſtitutione uulgari, perſona inſtituti qui non eſt hæres, uerè ſubducitur, ut ſic ſubſtitutus pro inſtituto habeatur: ita in pupillari, ſi pupillus hæres ſit, & intra pupillaria moriatur, eius perſona ficte ſubducitur, ut in deductione Falcidiæ, plures ſubſtituti pro inſtitutis habeantur. Et hoc eſt quod text. uoluit, cum dicit, plures ſubſtitutos ad intellectũ ſubſtitutionis reuocandos, id eſt, ad uim, ad effectum quem habet ſubſtitutio. ad quod fa. l. qui fundum. §. cohæres. ibi, licet enim, &c. infrà eod.

Perſonam inſtituti in uulgari ſubſtitutione aliter ſub duci quàm in pupillari.

n ALTERO.) Seio qui ſucceſsit pro dimidia: & licet ab eo legata fuiſſent relicta, tamen non multa, ut ſic ultra dodrantem ſuæ dimidiæ non erat oneratus.

o PVPILLVS.) A' quo fuere relicta legata, ſed nõ ultra dodrantem.

p ALIQVID ultra dodrantem.) Nam teſtator reliquit filio quadringentos, & fortè in ducentis uel minus eum grauauit, quo caſu dodrans, id eſt, nouem unciæ non ſunt exhauſtæ. ea legata impubes non ſoluerat dum uixit, unde per ſubſtitutos ſunt ſoluenda: quorum alter Caius erat ita grauatus, quòd non poterat habere quartam partem dimidiæ, ſcilicet ex ducentis florenis quinquaginta: ad hoc legata pupilli non ſoluta in eum pro ſua parte aduoluuntur, is ſine dubio detrahit, ac ſi eſſet inſtitutus, ſubducta perſona pupilli: & eum caſum text. antè fuit executus. Nunc autem de alio ſubſtituto Seio, qui cum ſucceſsiſſet impubi in altera dimidia, hoc eſt in ducentis, & eſſet grauatus fortè in centum florenis uel minus, & ſic non dicebatur oneratus, attamen legata pupilli pro altera parte ſoluenda in eum deuenere: quæritur, an is omnibus, hoc eſt, pupilli & ſuis legatis, ſit Falcidiam habiturus.

q IN omnibus.) Id eſt, in utriſq; legatis, tã à pupillo quàm à ſubſtituto relictis. Et lego interrogatiuè, ſecundum Ang. & bene. Quærit enim I. C. an in omnibus ipſe ſit Falcidiam habiturus.

Omnia pro utriſq; ſumi.

r ET ipſum.) Non ſolum alterum ſubſtitutum Caium, qui grauatus erat, de quo non dubitabatur quin in omnibus poſſit

ſit deducere:ſed an & ipſum quoq; Seium eo iure cenſeamus? Et lege interrogatiuè,ut prædiximus: licet Accurſ. uelit etiã planè legi poſſe, quod Alex. ſequitur: ſed non eſt uerum, & elegantia text. hoc non recipit, cum ſtatim in utranq; partem diſceptet Iureconſ. antequam decidat.

s ATQVI.) Legendum, licet paſsim in iure *at quin* legatur: ſed hoc apud autores idoneos non inuenias. Philoſophus primo animalium lib. Theodoro interprete: Atqui (inquit) facile per diſſectiones uideretur, ſi eſſet. Et habet hęc dictio uim aduerſatiuam. Sic in l. atqui. ſuprà de neg. geſt. eleganter. §. ſeruus. ſuprà de dol. l. fi. in fi. ſuprà de cond. ſin. cauſ. cum ſimil. Quapropter hic ſub modo obiectionis ritè ponitur. *Verbũ, Atqui.*

t QVARTAM habeat.) Opponitur enim Seium ſubſtitutum, quartam ſaltem ex eo habere, quòd non ſit ultra modum pro ſua perſona oneratus, Falcidiamq́; non poſſe deducere.

u NEC idem.) Alia obiectio: & eſt ſenſus: Si hunc ſubſtitutum inſtituto comparaueris, ea comparatio adhuc non patitur idem, id eſt, deduci Falcidiam: nam & pupillus inſtitutus non erat ultra modum grauatus. Et ſic colligis argumentum dilemmaticum. Aut enim dices hunc ſubſtitutum Falcidiam deducere ex perſona ſua, & non poteſt, quia quartam, & fortè plus quarta habet. Aut ex perſona pupilli inſtituti: at is quoq; ſibiipſi non poſſet deducere, cum uel ſua legata ſint intra modum: igitur neutrobi deducet. Sed hæc obiectio uel ideo non ſtringit, quòd eodem ſeruato arguendi tenore, in legatarios retorqueri poterit. Dicet enim ſubſtitutus: Aut ex perſona pupilli ſoluendum eſſe, & deducam Falcidiam, cum & legata adhuc propria me onerent. Aut ex perſona propria uelis ſolui, & iterum deduco, cum legata à pupillo debita me grauent. Sic olim complexiuo Protagoras argumento Euathlum diſcipulum appetiit. Cæterum Euathlus eadem arguendi ſerie ita referiebat, ut nodum iudices explicare non poſſent. quæ argumentorum genera Antiſtrephonta dicuntur, ut eſt apud Gellium lib. v. cap. x. Et licet iudices non explicarent, nos tamen ibidem explicuimus. Hoc itaque genus argumenti, quod legiſtæ ſyllogiſmum cornutum, neſcio an eleganter uocant, uitium habet, & infirmum eſt, quoties diſſolui poterit, licet prima fronte utrinq; pugnare uideatur, ut ex ſecundo Rhetoricorum Cicer. patère poteſt. Diſſoluitur autem non difficile, ſi extremorum natura, qualitas, ratio, cõ- *Argumentum dilemmaticũ* *Protagoras cũ Euathlo.* *Antiſtrephon.*

ditio, non uniformis, ſed uaria eſſe reperiatur. Id quod I. C. hic non ignorauit, qui ſola uarietate conditionis in utriſque ſubſtitutis obiecta tollit.

x INSTITVTI.) Pupilli. Et eſt ſenſus: Cõparatio ſubſtituti, ut habeatur pro inſtituto, non patitur deduci Falcidiam.

y SI negemus.) Nunc pro parte affirmatiua diſputatur. Si enim negauerimus hunc Seium ſubſtitutum poſſe deducere Falcidiã, iam contradicimus regulæ, quæ uulgò probata eſt, ſcilicet contributionem poſſe fieri relictorum in patris & ſecundis tabulis, ut ita una Falcidia deducatur. Et ſic reſpondebimus contra d. §. quod uulgò. proximè ſuprà.

Aliud, pro contrario.

z ALIVD apertè.) Id eſt, planè diuerſum dicemus contra uulgatas doctr. Et nota hic, Aliud, poni pro contrario.

a QVOD uulgò.) Scilicet circa contributionem legatorũ, quæ uulgò probata eſt in patris & ſecundis tabulis, ut d. §. quod uulgò.

b RESPONDETVR.) Deciditur. Et ſic impropriè dicitur reſponderi, ubi nemo interrogabat. quod adnotauit Eraſmus in ſcholiis ſuper Matthæo.

c VARIETAS.) Dirimit utrinq; obiectiones, decidẽs quòd uarietas in ſubſtitutis exiſtat, id eſt, operetur, efficiat quod Caius ſubſtitutus, qui oneratus erat, Falcidiam deducat, ac ſi eſſet inſtitutus in dimidia & grauatus: ſed Seius alter ſubſtitutus licet portio ſua largiatur quartam, cum non fuerit oneratus, nihilominus tamen deducet Falcidiam tanquam ſubſtitutus, ex eo quòd onus ſoluendi legata, non ſolum ſua, ſed etiam pupilli, ei pro ſua parte incumbat: atque ita in calculo ſoluendorum legatorum confundet & commiſcebit utraque legata, ne in ſolidum ſuper præſtatione conueniatur. qui eſt uerus & facilis intell. hoc loco. Colligit Accurſ. hic admitti uarietatem, ut iura in unis & eiſdem ſubſtitutis uarient. ſic l. Papin. §. ſed nec impuberis. ſuprà de inoff. teſta. arg. contra l. Titiæ. ſuprà tit. j. Sed certè uaria conditio ſubſtitutorum eam uarietatem excuſat, utpote quòd alter legatis oneratus eſſet, alter non eſſet: & concurrerent legata pupilli, quæ uel nõ oneratum premere poterant. Cæterum tota hæc diſceptatio & deciſio plus eſt in ſubtilitate quàm in utilitate, ut eleganter dicit Accurſ. Nam licet in deducenda Falcidia ſit quædam uariata ſubtilitas, quòd is qui oneratus eſt, quartam ex legatis deducet, ac ſi eſſet pro dimidia inſtitutus: alter uero qui in ſua

Varietas an quandoq; admittatur.

ſua portione non erat oneratus, ſed per accumulationem legatorum pupilli, is deducit quartam tanquam ſubſtitutus: primo in legatis à ſua dimidia relictis, deinde à legatis quæ nomine pupilli ſoluit: utrobiq; tamen eſt eadem utilitas, quia uterq; non retinebit niſi quartam Falcidiæ. Vide quàm ſe prudentiſsimi I.C. oblectarint libidine in utraſq; partes tam eleganter diſceptandi, plus ut ingenii diuitiis indulgerēt, quàm quòd ea res concertationem exigeret. Arg. quòd non dedecet etiam ingenii uires diſputando periclitari, dum feliciter, dum argutè, non ex illota barbarie, & ſine ulla arte, quod tamen plerunq; fit, contenderis. *Iurecõſulti aliquando diſceptando ſeſe oblectant.*

d EXISTET.) Efficiet, operabitur. qui eſt ſignatus modus loquendi, elegantia Iureconſultorum dignus: ut ſi de ſuperbo aliquo doctorculo dicas, Diuitiæ exiſtunt, non ingeniũ, ut is faſtu intumeat. Cic. in lib. j. Diuinat. pro apparere uſurpat: ſcribit enim equũ Dionyſii antequam regnare cœpiſſet, in flumine uoraginibus ſubmerſum non extitiſſe, id eſt, apparuiſſe. Niſi ab extare deduxeris. *Exiſtere.*

e QVI proprio nomine.) Id eſt, ex cauſa propria. quod etiã non ineleganter dicitur. Intellige autem Caiũ, qui ex ſua perſona erat in c c. oneratus, cũ ſua dimidia non plus eſſet quàm ducẽti, & inſuper cogeretur partem legatorũ pupilli ſoluere. *Proprio nomine.*

f VELVT inſtitutus.) Nam hoc loco fingitur inſtitutus in dimidia, ſubducta perſona pupilli, ut ſuprà declarauimus. ut ſic deducat Falcidiam ex l. in ſingulis.

g ALTER.) Caius ſubſtitutus, cuius dimidia onerata quidem non erat legatis, ſed pars legatorum pupilli in eum cumulata grauauerat.

h VT ſubſtitutus.) Hic nomine proprio tanquam ſubſtitutus deducit, non ſub umbra inſtitutionis, ut ſocius ſuus.

i LICET portio.) Lege per parentheſim, & textus planus eſt. Licet enim ſua ſubſtituti portio dimidia quadrantem largiatur, ut ſic non eſſet locus Falcidiæ, tamen propter legata pupilli deducet, &c. Accurſ. hic fruſtra laborat ſuper uerbo, largiatur, cum text. clarus ſit.

k EIVS.) Scilicet Caii ſubſtituti.

l NON in ſolidũ.) Sed deducta Falcidia, propter legata pupilli.

m CONVENIATVR.) A' legatariis contendentibus ſolida præſtari legata: tum nomine pupilli, quia intra modũ dodran

tis manent: tum à ſeſe tāquam ſubſtituto, cum ſua dimidia nō ſit grauata. Sed hæc argumentatio fallaciam habet diuiſionis, ut ſtatim dicam: quia in ſenſu diuiſio non procedit.

Fallacia diuiſionis.

n PROPTER calculi confuſionem. Nam in calculo & computatione legatorum præſtandorum, confundentur & commiſcebuntur, ſeu contribuentur legata à ſubſtituto & à pupillo relicta, quibus coniunctis apparebit Falcidiæ neceſsitas. Ergo in ſenſu cōpoſito bene arguitur, ut ſit locus Falcidiæ: in ſenſu diuiſo nō, ut per hoc euitetur Falcidia: legatorū enim ratio in hoc ſubſtituto, coniunctim, non ſeparatim habebitur.

d HVIC.) Quod ſuprà decidimus.

p PVPILLO.) Qui ſolidum ſoluerat ex perſona ſua, cū tamen alia eſſent à perſona ſubſtitutorum, ſi in pupillari moreretur, legata expectanda.

q CAVTVM.) Hoc enim prouiſum eſt, ut ſi & à pupillo & à ſubſtitutis ſuis ſint legata relicta, pupillus ſi ſua ſoluat legata, cautionem recipiet à legatariis, ſi fortè caſu ſubſtitutionis euueniente ex onere legatorum à ſubſtitutis relictorum, appareret eos plus recepiſſe, reſtituāt. l. is cui. infrà eod. l. j. §. tit. j.

Cautio Falcidiæ.

r DVOBVS.) Vtriſq; ſubſtitutis, ſi duo ſint: uel omnibus, ſi plures, cuilibet ſecundum modum ſui oneris.

s STIPVLATIO.) Vtpote quòd ex ea ſtipulatione agere poterūt ſubſtituti cōtra legatarios ſuper eo quod plus acceperunt: poſſunt tamen & legatarii ſi uel ſtipulatio non eſſet per pupillum interpoſita, ſuperfluum repetere. d. l. is cui. in fine. Epilogare autem hunc §. ſic fortè poteris. Nam duobus aut pluribus ſubſtitutis impuberi hæredi ſuccedentibus, ſi in utriſque tabulis legata ſint relicta, in quibus alter ex ſubſtitutis oneratus ſit, alter non ſit oneratus, denique & legata à pupillo needum ſoluta concurrerint, eum qui oneratus eſt, ſine dubio Falcidia uſurum: nam ſi in partē inſtitutus fuiſſet, deduceret. Alter nō grauatus, licet nec ex ſua, nec ex pupilli perſona ſeparatim deduceret, quòd neutrobi grauatus ultra dodrantem appareat, accumulatio tamen legatorum ſuorum cū pupilli grauamen facit: illic enim proprio, hic pupilli nomine ſoluēdum eſt, unde Falcidiā deducet. Cæterū ſi pupillus propria ſua legata ſolida ſoluiſſet, cautione tamē propter ſubſtitutorum legatarios recepta de reſtituendo, ſi quid plus quàm per l. Falcidiam, &c. ſolutū eſſet, ea ſtipulatio utriſq; pro modo cuiuſq; ſuffragabitur.

L.j.ff.*Si quis ius dicenti non obtemperauerit.* VLP.

O[a]Mnibus[b]magiſtratibus([c]non tamē Duumuiris) ſecundū ius[d]poteſtatis ſuæ conceſſum eſt, Iuriſdictionem ſuā defendere[e] *pœnali iudicio coſtituto.[f] Is[g] uidetur[h]ius dicenti[i]non obtemperaſſe,qui quod[k]extremū in iuriſdictione eſt,non fecit: [l]ueluti ſi quis rem mobilē uendicari à ſe paſſus non eſt,ſed duci eam & auferri [m] paſſus eſt.[n] Cęterum ſi & ſequentia recuſauit, [o]tunc non obtemperaſſe uidetur. [p] Si procurator tuus, uel tutor, uel curator ius dicenti non obtemperauit,hoc edicto ipſe punitur,non dominus,uel pupillus. Non ſolum autem reum,qui non obtemperauit,hoc edicto teneri Labeo ait,uerum etiam[q] petitorem. [r] Hoc iudicium nō ad id quod[s]intereſt, [t] ſed quanti ea res eſt, [u] concluditur:& cum [x] meram pœnam contineat, [y] neq; poſt annum,neq; in hæredem datur.

** Audi,lector, uerba apertiſſima intereſſe partis excludētia.*

Gloſſ.ad l.j.ff.Si quis ius dicenti non obtemp.

OMNIBVS. a) Vertebatur in dubium qualiter magiſtratus iuriſdictionem ſuam,ſi fortè contemneretur,aſſerere ab iniuria poſſet pœna inflicta.Reſpondet Vlpi.omnibus magiſtratibus,maioribus,ſecundum ius poteſtatis,id eſt,iuxta modum imperii,defendere iuriſdictionem poſſe, ut pœnam ſiue magnā, ſiue mediocrē, iuxta qualitatē contemptus ingerāt. quod tamen nō poſſunt Duumuiri,inferiores magiſtratus, ut quibus non ſit ius poteſtatis, tametſi eis modica coërtio pro tuenda eorum iuriſdictione non denegetur.

b MAGISTRATIBVS.) Conſulibus,Prætoribus, Præſidibus,& aliis id genus præfectis,qui quoniam auſpicatò creabantur,teſte Gell.maiori magiſtratu pollebant. Hodie ciuitatibus imperii per Germaniam idem ius uel priuilegio, uel conſuetudine tribuitur:non ita uillis & uicis,id quod quotidiano uſu cognoſcitur.

Maiores magiſtratus auſpicatò creari.

c NON tamen Duumuiris.) Exceptiuè legas, non incluſiuè,ne elegantia tex.in abſurditatem corrūpatur. Intelligun-

tur

Duumuiri qui, & eorum coërtio. tur autem ſub Duumuiris, magiſtratus municipales. l. dies. §. ſi fortè. infrà de dam. infect. l. fi. C. de iud. cũ ſimil. Qui cum ſeueriores mulctas non indicant, arg. l. defenſores. ij. C. de defen. ciuil. imperii poteſtate ſuam iuriſdict. tueri non poſſunt, modica tamen mulctatione tuentur, ut ſuprà diximus.

Poteſtas ad maiores. d POTESTATIS.) Quo uerbo, maiores magiſtratus intelliguntur. l. eũ qui. §. j. ſuprà de iur. omn. iud. l. poteſtatis. infrà de uerb. ſignif. In Duumuiris autem poteſtatis appellatio locum non habet. l. nec magiſtratus. ad fin. infrà de iniur.

e POENALI iudicio.) Sententia uel iudicio propriè intelligas, quod fiſcus exerceat. Poteſt tamẽ magiſtratus etiam ex officio punire, id quod uſu quotidiano patet. Quòd autem Accurſ. hic in fin. actionem litigantibus ad intereſſe competere docet, nõ eſt uerũ, & eſt cõtra tex. ut infrà probabimus.

f IS.) Totum hoc edictum ad intereſſe partium nullo pacto reſpicit, ſed tantummodo id agit, ad hoc unum tendit, ut contemptores maiorum magiſtratuum pœnali iudicio coërceantur, declarando, quando dicantur iuriſdictioni non obtemperaſſe: id quod text. à principio uſq; ad finem clariſsimè docet: ad quod ſi gloſſatores reſpexiſſent, multa intermiſiſſent impertinentia, quæ partim erronea, partim inepta ex ludo puerorũ de maiori & minori extremitate ſumpta, in apparatum inutiliter inculcantur.

Verbum, uidetur. g VIDETVR.) Proprietatem ſermonis, non fictionem importat. Nam uerè non obtemperauit, qui id quod extremum, &c. Sic & in fi. §. uerbis uidetur. intelligi debebit.

Ius dicere. h IVS dicenti.) Maiori magiſtratui. Hoc enim uerb. ad maiorem referri magiſtratũ, Accurſ. bene docuit in l. j. §. tit. ij.

i NON obtẽperaſſe.) Reſtitiſſe executioni, recuſaſſe eam. & eſt mollior figura loquendi per lyptoten.

Extrema. k EXTREMVM.) Vltimum ſine dubio intelligit: extrema enim ultima nominari nemo ignorat. Et quamuis duo aliquando extrema rebus aſsignentur, hoc tamen fit, cum non ad numerum ordinalem, ſed ex finibus ſuis res conſideratur. Id eſt, in quantitate continua, quilibet terminus extremum dicitur: at in quantitate diſcreta, ut eſt numerus, extrema ultima dicuntur, ſicuti apud logicos latius habetur. At in caſu noſtro iudicium ex principio ordimur, & ita deinceps ordine procedimus uſque ad extremum, ſcilicet cuius eſſentia (ut uerba Themiſtii in phyſicis uſurpem) in prioris alicuius

cuius ad aliquod poſterius tranſitu conſiſtat: quo caſu impoſsibile eſt, ut quæ prima ordine ſunt, ultima dici poſsint, uel rerum natura ſalua, ne Latinitatem dicam. Quapropter intolerabilis error eſt Accurſii & communiter Doctorũ, qui ſub Extremo, ea etiam complectuntur quæ prima ſunt. Porrò cum iudicii proceſſus opus ſit ſucceſsiuum, quod non ex ipſo tractatu, ſed ex fine conſummatum dicitur: nam nihil actum eſſe dicitur, &c. l. j. in fin. C. ad Syllan. unde non poteſt contemptor dici iuriſdictionis iudicialis, qui in princip. uel in medio non obtemperarit, niſi recuſet id quod in iudicio eſt ultimum: eamq́; ob rem ad pœnam edicti litigantes teneri non debẽt, niſi certum ſit eos non obtemperaſſe. At certum eſſe, pendente iudicio, non poteſt: conſummato poteſt. Quamuis enim inter procedendum in aliquo non pareatur, ſufficit tamen parère ſententiæ definitiuæ, quæ ſi recuſetur tanquam extremum iudicii, iam tunc rectè dicetur nõ eſſe paritum. argumen. dict. l. j. in fin. Vel fingamus duos, quorum alter à principio citatus compareat, & toto proceſſu obediẽs ſit, executionem tamen ſententiæ recuſet, eiq́; reſiſtat: alter citatus principio contumax ſit, & porrò in proceſſu uel rarò uel nunquàm compareat, cæterum executioni ſentẽtiæ non reſiſtat, pareat enim iudici exequẽti: uter ex eis dicetur iudici non obtemperaſſe? uter in pœnam edicti incidet? Certè is qui quod extremum in iuriſdictione eſt non fecit: & hoc ratione naturali, imò & ſenſu percipitur. Sed & autoritate Euangelii firmari poterit: nam Matth. cap. XXI. pater cum duos haberet filios, unum ex eis ut in uineam iret iuſsit: qui recuſauit, ſed poſtea iuit tamen. Alter cum iuberetur ire, dicebat ſe iturum, & non iuit: rectè prior paruiſſe ſcribitur. Nec obſtat d. l. ij. §. j. infrà ſi quis in ius uoc. quia ad hoc ſuprà reſpondimus, illic contumaciam citati non comparentis hactenus puniri, quatenus interſit aduerſarii: quod intereſſe ſi ceſſet, & pœna ceſſabit. hic finalis contemptus etiam ſi aduerſarii non interſit, punitur. Illic in ius uocatus comparere poteſt, & nihilominus non obtemperare: hic uocatus poteſt non comparere, & parère tamen iudicis ſententiæ poterit.

1 VELVTI.) Duo proponit Iureconſult. Vnum, ſi reus à ſeſe rem mobilem uendicari non pateretur: alterum, ſi pateretur à ſeſe abduci, ſignificando hos duos caſus propoſitos ad edictum non pertinere, niſi & ſequentia, &c.

m PASSVS eſt.) Quòd ad pœnã edicti non pertinet, quia obtemperat in eo quod extremum eſt.

n CAETERVM ſi & ſequentia.) Iureconſult. per ſeiunctionem infert, duobus illis caſibus ſuprà poſitis in edictum non committi, niſi & ſequentia reus recuſaret, nempe ſi rem à ſeſe abduci non pateretur: tunc enim diceretur non obtemperaſſe. Igitur hoc uerbum, *ſequentia*, ex præcedentibus determinatur: intelligas enim ea quæ paulò antè Iureconſult. ſecundo loco propoſuerat: ſiquidem duo fuiſſe propoſita, iam proximè declarauimus. Vide quàm eleganter, planè & facilè text. noſter ſine omni ſcrupulo, doceat tunc committi in edictum, ſi quæ ultima ſunt iuriſdictionis recuſentur. Accurſius, & Doctor. dum elegantiam text. noſtri non aſſequerentur, ſub uerbo Sequentium, media iudicii: & ſub uerbo Extremi, principium & finem intellexerunt: omnia fortaſsis more ruſticorum ſimul inculcare uolentes, cum alterum ab altero ſeparare non poſſent. Sed quis non uideat apertam fieri uiolentiam text. noſtro? Nemo enim unquam ſub uerbo, Sequẽtium, media intellexit: uel ſub uerbo Extremi, primum. Verum elegantia ſermonis Latini eos decepit: quia ſæpenumero duobus propoſitis, ea nominari ſequentia ſolent, quæ ſecundo loco ſunt poſita: ut ſi quis, exempli gratia, diceret, nihil pulchrius eſſe rhetoricis præceptis, ſi cum legalibus doctrinis ſint coniuncta: ſequentia tamen (id eſt, legales doctrinas) reipublic. magis conducere. Ad hanc figuram loquendi fa. l. ſæpe. §. ſed ſcientibus. infrà de re iudic. & text. elegans in l. final. §. Titius. uerſicul. nos dicimus. de uulgari & pupillari ſubſtitut. ubi cum duo propoſuiſſet, ſcilicet, Stichus hæres eſto: ſi Stichus hæres non erit, Stichus liber hæreſq; eſto, &c. deinde dicit Iureconſult. ex ſequentibus uerbis libertatem illi competere, id eſt, ex uerbis inſtitutionis ſecundo loco propoſitis. Sic in l. Titia Seio. §. Seia libertis. ff. de legat. ij. cum fundum duobus libertis legaſſet, & deinde legatum aliis libertis reſtitui cauiſſet, dicitur duos gradus ſubſtitutionis eſſe factos: unum, ut prius nominati alter alteri ſuccederent: alterum, ut is qui nouiſsimus decederet, fundum reſtitueret eis quos poſtea numerauit, id eſt, quos ſuprà ſecundo loco numerauerat, licet gloſſ. ibi uariet. Addimus, quod à ſequendo ſecunda nominantur. Sic enim ſecundas nuptias, ſequentes appellamus, etiam ſi tertiæ ſint uel

Verbũ, ſequentia.

Sub uerb. ſequentium, media malè intelligi.

uel quartæ.per iur.uulg. Quòd ſi quis putaret text.noſtrum implicatiuè loqui propter copulam, &, proptereaq; concurſum primi & extremi implicari: non obſtat: ſiquidem iſthæc implicatio remotiuè fieri intelligitur, non poſitiuè. quaſi diceret, non ſufficere priora, niſi etiam ſequentia recuſentur, ut uis recuſationis non ex primis, ſed ex ſequentibus reluceat. Et hunc intell. Iureconſ. manifeſtè denotat, cum dicit, Tunc non obtemperaſſe, &c. ut ita recuſatio ad extremum temporis punctum redigatur. Vel dicemus implicationem eſſe facti, non iuris: de facto enim proponebatur reum priora recuſaſſe: cæterũ de iure ſufficeret ſequentia tantum recuſari. Vel dices copulam hic non poni implicatiuè, ſed ad ornatum ſub quadam epitaſi, ut in l. ſi cum dotem. §. ſi maritus. in uerb. & illud. infrà ſol. matr. Sed prima uerior. *Implicatiua uis.* *Copula, &, interdum non ponitur implicatiuè.*

o TVNC non obtemperaſſe.) Vides hic quàm manifeſtè Iureconſ. ultima requirit. Nam dictio, *tunc*, ad ultimum punctum temporis rem ipſam redigit, ut ſuprà diximus. l. iiij. in fin. infrà de condit. & demonſtrat. l. uxori. iij. ff. de uſufruct. leg. cum ſimilibus. *Dictio, tunc.*

p SI procurator.) Clarus eſt hic §. & per Bar. bene elucidatus, quapropter ad commenta te relegamus.

q PETITOREM.) Actorem intelligit. Sed quia de rei uendit. hic exemplum dedit, rectè petitoris appellatione actorem nominauit. l. actio. infrà de action. Et licet hic de re mobili uendicanda mentio fiat, tamen & de immobili text. procedit, ex paritate rationis. Porrò quod hic dicitur, non ſolum reum, ſed & actorẽ teneri hoc edicto, eo patêre exemplo poteſt quod ſuprà declarauimus: nẽpe ſi actor qui fundum ſibi reſtitui petit, monimenta & inſtrumẽta ad fundũ pertinentia apud ſeſe habeat, is ſi in iudicio ſuccubuerit, quòd reus ſe dominum probauerat, & iuſſus reſtituere inſtrumẽta fundi, non obtemperet, certè iam in edictũ incidit: ut ſic Accurſ. improuidè errauerit, putans intellectum Bulg. (quem & nos defendimus) actori non conuenire, cum rectiſsimè ad eum accommodari iam docuerimus.

r HOC iudicium.) Pœnale, quod fiſco datur contra non obtemperantem. l. mulctarum. C. de mod. mulct. Quod tamen aliquando controuerſiæ ſubiici poteſt, ſi is qui edicto urgetur, ſeſe obtemperaſſe contendat. Accurſius & Azo putant etiam aduerſario actionem in factum competere ad intereſſe,

tereſſe,contra text.noſtrum,qui clariſsimis uerbis cõtrarium decidit,ut mox ſubiiciemus.

S INTEREST.) Audis Accurſi, quàm apertè te ſubuertat Iureconſul.hoc enim iudicium nõ datur ad id quod intereſt: cur tu ex directo repugnas textui? Quòd ſi ferendus non eſt, qui uerba clara pro ſuo arbitrio interpretari pergat.l.quicquid.iij.reſponſ.infrà de uerbor.obligat. quomodo feremus Accurſium & Doctor. apertiſsima text. noſtri uerba in totum deſtruentes? Nulla ergo, fratres, nulla prorſus parti actio ex hoc edicto ad intereſſe datur, id quod Iureconſ.hic manifeſtè aſſeruit.

Verba clara pro arbitrio nõ interpretãda.

T QVANTI ea res eſt.) Hic occurrit Accurſio & Doctor. nodus paulò minus inexplicabilis. Nam hic non uenit intereſſe, & tamen conſideratur quanti ea res eſt. Nunquid paria ſunt intereſſe, & quanti rem eſſe? l.fin.infrà de præt.ſtipul. cum ſimilibus. quomodo ergo hic intereſſe iterum reducitur,quod iam antè ab hoc iudicio remotum eſt? Vel quomodo attenditur hic quanti res eſt,cum hoc iudicium merã pœnam contineat?Hoc perplexum torſit gloſſatorum capita,& in diuerſas diſtraxit lecturas.Sed non eſt hic ulla tanta difficultas,quæ propius rem intuenti non facilè explicetur. Cum enim deciditur edictum non ad id quod intereſt cõcludi,intereſſe priuatum partis intelligitur, quod in edicto noſtro prorſus non attenditur.Cæterum cum ſubiungitur, conſiderari quanti ea res ſit,intelligas quanti ſit contumacia,ſeu contemptus non obtemperantis.Cum enim rei uocabulum ſit latiſsimum,l.j.in fi.ff.ſi certum pet.l.rei.j.ff.de uerb. ſign.rectè hic appellatione rei,contemptus uenit non obtemperantis:ſicut in ſimili in l.arbitrio.ij.reſponſ.infrà de dol.in l.ij. §.fin.ſuprà qui ſatiſd.cog.Sic alibi in l.ſi procuratori falſo. ff.de cond.cau.dat.dum dicitur id quod ob rem datum eſt repeti.Paul.& Alexand. appellatione rei, liberationem interpretantur.Et hunc meum intellectum his diebus inueni tenere Iaſ.poſt multa ſua commentitia,in hac præſenti l.§.fi.col. iiij.qui allegat Iacob.de Ra.Cyn.Alb.Ang. Paul, & ita uides me non prorſus paradoxa ſcripſiſſe. Eſt ergo ſenſus planus & facilis, in edicto noſtro non eſſe reſpiciendum quid interſit partis,ſed hoc duntaxat aduertendum, quanti ſit contumacia non parentis; ut ita pro magna uel parua cauſa recuſationis,maior infligatur pœna uel minor. Et hoc eſt quod

Quanti ea res ſit, ut intelligatur.

in tex.

in text. noſtro pœnalis iudicii mentio fit, quòd huiuſmodi pœna cum cauſæ cognitione, pro qualitate, negocio, perſona, tempore, & aliis circunſtantiis imponitur. Hoc uerißimo intellectu cadent uariæ lecturæ, ceſſabunt opinionum ſomnia, & tex. noſter à principio ad finem, iuſta & cõcordi ſerie conſtabit.

u CONCLVDITVR.) Abſoluitur, comprehenditur. Vnde apud Rhetores concluſio, peroratio ſeu orationis abſolutio dicitur. *Cõcluſio quid.*

x MERAM pœnam.) Rectè hoc iudicium meram pœnam habet, ut ita appareat, nullum priuatum partis intereſſe permiſceri oportere. Quod ergo Accur. putat merã eſſe pœnam reſpectu ſoluentis, tortura eſt & uiolentia quæ ſyncero text. infertur. Nec minori errore labitur Azo, cum hunc finem ad reipublicæ pœnam, principium autem ad intereſſe partis referri debere docuit. Hæc enim diſſeparatio, à phraſi, à ſerie, à natura, à germano ſenſu textus noſtri quàm maxime abhorret: quamuis Bar. & communiter Doct. ſequantur, non curantes quid tex. exigat, ſed quid gloſſarum corruptelæ diſtorſerint. Totus ergo textus de mera, & nihil aliud quàm de mera, & omnino de mera pœna locutus, intereſſe partis manifeſtè excludit. Quòd ſi Doct. ad uim & uocabulum *meri* reſpexiſſent, facilè uitare iſthæc abſurda poterant.

y NEQVE poſt annum.) Iſthæc ſequentia uſque in finem plana ſunt. Hoc enim eſt de natura pœnalis iudicii, ut nec poſt annum, ſi à prætore deſcendat, nec in hæredes competat. l. in honorariis. infrà de actio. reiectis prorſus quæ Accurſ. Azo, & alii in eorum gloſſa magna in hanc partem comminiſcuntur. Eſt autem hic totus titulus à moribus Romanorum uetuſtis ſumptus. Nam ſæpenumero ſuper rebus uendicandis, magnæ oriebantur controuerſiæ, dum poſſeſſores etiam per ſententiam condemnati, reſtituere res occupatas nollent. Hoc eſt quod cõqueritur Ennius apud Aul. Gell. Non ex iure manu conſertum, ſed mage ferro Rem repetunt. Gell. lib. xx. capite i x. Solennes autem ritus, qui in rei uendicatione fiebant, pulchrè, ſed amariuſculè attigit Cic. in orat. pro Muræna. Non ergo iniuria, cum hic titu. contra eos qui non obtemperant magiſtratibus, diſtringitur, exemplum ab his ſumptum eſt qui uindiciis rerum obſiſtant, id eſt, res ab eis auferri non patiuntur. *Pœnalis iudicii natura.* *Solennes ritus rei uend.* *Tit. ff. ſi quis ius dic. non obtemp. quare ſit inuentus.*

L. Triplici. ff. de uerb. & rerum ſigni. PAVLVS.

TRiplici [a] modo intelligi [b] coniunctio poteſt. Aut enim [c] re per ſe coniunctio cõtingit, [d] aut re & uerbis, [e] aut uerbis tantum. Nec [f] dubium eſt quin coniuncti ſint, quos [g] & nominum & rei cõplexus iungit, [h] ueluti, Titius & Meuius ex parte dimidia hæredes ſunto. Vel ita, Titius Meuiusq; [i] hæredes ſunto. [k] Vel ita, Titius cum Meuio ex parte dimidia hæredes ſunto. ¶ [l] Videamus autẽ, ne etiam ſi hos [m] articulos detrahas, &, que, cum, [n] interdum tamen cõiunctos [o] accipi oporteat: [p] ueluti, Lucius Titius, Publius Meuius hæredes ſunto [q] ex parte dimidia. Vel ita, P. Meuius, L. Titius [r] hæredes ſunto, Sempronius ex parte dimidia hæres eſto: ut & Titius & Meuius ueniant [s] in partẽ dimidiam, & re & uerbis coniuncti [t] uideãtur. [u] Lucius Titius ex parte dimidia hæres eſto: Seius ex parte [x] qua Luciũ Titiũ hæredẽ inſtitui, hæres eſto: Sempronius ex parte dimidia hæres eſto. Iulianus dubitari poſſe ait, [y] an tres ſemiſſes facti ſint, an Titius in eundẽ ſemiſſem cũ Caio Seio inſtitutus eſt. [z] Sed eò quòd Sempronius quoq; ex parte dimidia ſcriptus eſt, ueriſimilius eſſe in eundẽ ſemiſsem [a] duos coactos, & [b] coniunctim hæredes ſcriptos.

Gll. ad l. Triplici. ff. de uerb. & rerum ſignifi.

TRIPLICI a.) Quatuor hæc l. facit. Primo cõiunctorũ diuiſionem proponit: eſſe enim aliquos uerbis coniunctos, alios re, quoſdam re & uerbis. Deinde exẽpla ponit de his qui re & uerbis copulatiuè iũcti ſunt. Tertio loco de eiſdẽ, ſolutè iũctis: & tandẽ de cõiũctis re. Verbalẽ autẽ cõiunctionẽ hic nõ tractat, ſed in l. re cõiuncti. ij. reſp. ſuprà de leg. iij.

b CONIVNCTIO.) Quæ à teſtatore fit, dum teſtator plures uel inſtituit hæredes, uel legato honorat; eã coniunctio-

nem

nem triplicem eſſe docet.

c RE per ſe.) Præciſa eſt loquendi figura, ac ſi diceretur, re ipſa: ueteres dixere reapſe. Vult autem Iureconſul. coniuctio nem eſſe quæ tantummodo re conſtaret, ut ſi inſtitueretur. Titius hæres in ſolidum, & deinde Caius in eadem hæredita te in ſolidum. arg. l. coniunctim. ſuprà de leg. iij. *Cōiunctio realis ſola.*

d AVT re & uerbis.) Iſtam coniunctionem mixtam nomino, quia & re quæ legatur, nempe fundo, iunguntur. Verbis autem eatenus connectuntur, quòd per copulam eodem orationis ſtructu ſunt colligati: ut, lego Titio & Sempr. fundū. *Coniunctio re & uerbis, etiā mixta dicitur.*

e AVT uerbis tantum.) Quod idem eſt ac ſi dixiſſet, uerbis per ſe, ſicut ſuprà loquebatur. Sunt autem iuncti uerbis tantum, qui ſub expreſſa partitione copulati ſunt, & in quibus copula uerbo quidem unit, cęterum re ipſa diuidit: ut ſi legetur fundus Ciceroni & Salluſtio æquis partibus. Paria de hæredis inſtitutione dixeris. l. Meuio. in prin. ſuprà de leg. ij. *Cōiunctio uerbalis ſola.*

f DVBIVM.) Proſequitur de his qui re & uerbis iūcti ſunt: ut cum teſtator fundum Titio & Sempronio legat. Nec ideo dicit non eſſe dubium, quaſi de eo dubitaretur: ſed argum. à fortiori, probat eos ueros eſſe coniunctos. quaſi diceret: Si eos qui re tantum, aut qui uerbis tantum colligati ſunt, coniunctos nominamus, qui tamen in altero caſu disiuncti ſunt: quanto fortius hi coniuncti probabuntur, quos & nominum & rei complexus iungit? Eos enim qui re coëunt, uerba diſtinguūt: è contrario qui uerbis iunguntur, re ſeparati ſunt. Hāc eſſe ueram tex. noſtri ratiōnē cum dicit, Nec dubium eſt, &c. nemo controuertet, cui ſanitas cordi ſit.

g ET nominum.) Hæc uerba notanda ſunt, ut quæ communes errores potenter proſternant. Nam ex eis apparet, coniunctos re & uerbis, re ipſa tantiſper cōnecti, ut etiā nominis cōplexu uniātur: quod certe à re cōiunctis prorſus abhorret.

h VELVTI.) Secunda pars, in qua exemplum ponitur de his qui re & uerbis iuncti ſunt. Nā teſtator Caium inſtituerat in dimidia, & ex altera parte dimidia Titium & Meuium: hi duo, nempe Titius & Meuius iunguntur re, ſcilicet dimidia hæreditatis: & uerbis, ſcilicet cōplexu nominis. Vnde Caius primus hæres ab aliis duobus disiungitur re & uerbis: nam in dimidia hæreditatis ſeparatim inſtitutus, & orationis ſtructu ab aliis eſt ſeiunctus. Verus ergo intellectus eſt, quòd Titius & Meuius utrique in eadem dimidia hæreditatis, & ſic re &

uerbis coniunctim ſint inſtituti: non autem in tota hæredita te ex æquis partibus, ut quidam gloſſatores, quos Accur. reci tat, infantiliter & impertinentiſsimè errando uoluêre, qui ut eorum errorem defenderent, tex. apertū corruperunt. Accur. ad noſtrum intellectum accedit.

i HAEREDES ſunto.) Repete, ex dicta parte dimidia, de qua ſuperius exemplum poſuimus. Non enim ſunt hæc uerba ſimpliciter accipienda, cum & antè & pòſt mentio fit partis dimidiæ. arg. l. talis ſcriptura. in fin. ſuprà de leg. j.

k VEL ita.) Repete etiam hic caſum, quem ſuprà poſuimus: nam tria hæc exempla eundem caſum proſequuntur, ubi tertio quodam ſeparatim in dimidia inſtituto, deinde in altera dimidia Titius & Meuius, uel Titius cum Meuio inſtituuntur: nā dictio, *cum*, copulat. l. Titiæ textores. §. nihil. de le. j.

Dictio, cum, eſt copulatiua.

l VIDEAMUS.) Tertia pars l. noſtrę, in qua coniunctos re & uerbis, per orationem ſolutam explicat.

m ARTICULOS.) Dictiones copulatiuas, *&*, *que*, *cum*, quas hic more Græco articulos nominat. Quamuis enim Titium & Meuiū inſtitutos in dimidia, ſine huiuſmodi articulis ſolutè enuncies, coniuncti tamen re & uerbis dicentur.

n INTERDUM.) Philoſophico temperamento dicit, ut in l. metum. §. ſed quod prætor. ſuprà quod met. cauſ. Vel expone pro interim, ut ibidem. Nam hæc inſtitutio in caſu propoſito ſemper facit coniunctionem realem & uerbalem, cum ſoluta oratio pro coniuncta accipiatur etiam apud rhetoricos. fa. l. ſæpe cum. ſuprà eo. tit.

Soluta oratio pro coniuncta.

o ACCIPI oporteat.) Sub dubitationis figura, quid iuris ſit ſignificat: nam ipſa quærendi phraſis uim habet deciſionis. quaſi diceret, utique etiam hoc caſu pro coniunctis haberi. Is loquendi modus Iureconſultis peculiaris eſt, ut ſub dubitationis prætextu deciſum uelint. ſicuti fuſius probauimus in l. iij. §. Cato. ſuprà de uerb. oblig. in gl. noſtra, in uerb. ſed uideamus. Vnde Accur. hic labitur, dum putat hanc quæſtionem non ſolui: ſub dubitationis enim ſchemate ſignificanter diſſoluitur.

p VELUTI L. Titius, P. Meuius.) Eoſdem hic prænomine ſub ſoluta oratione intelligit, quos ſuprà, nempe Titiū & Meuium ſine prænomine nominauerat, retento ſemper caſu à principio poſito, ut de coniunctis re & uerbis loquatur.

q EX parte dimidia.) Subaudi, tertio aliquo in altera dimidia

dia ſeparatim inſtituto,ut in exẽplis ſequẽtib.clarius patebit.
r HAEREDES ſunto.) Intelligas ex parte dimidia, ut ſic præſens exemplum ea declaret, quæ ſuprà generaliter ſunt poſita. Sic ergo Sempronius adiectus ſeparatim ſuam feret dimidiam,& è regione Titius & Meuius alteram dimidiam, in qua re & uerbis iuncti ſunt, licet tota iſthæc inſtitutio ſine coniunctione,&,ſolutè ſit poſita. Quid autem ſi intelligas Titium & Meuium ſimpliciter inſtitutos, non adiecta ulla parte,& mox Sempronium in parte dimidia:an Titius & Meuius in altera dimidia tacitè inſtituti intelligantur, ac ſi eſſet ea pars expreſſa,ut ſic nihilominus dicantur re & uerbis iuncti? Cum enim in Sempronio pars dimidia nominata eſt, rectè alteram partem in Titio & Meuio tanquam expreſſam haberi: ut talia ſint ſubiecta, qualia permittantur ab eorum prædicatis.& fa.ad hoc l.qui non militabat. §.filiis. §.nihil. ſuprà de hæred.inſtit.
s IN partem dimidiã.) In qua erãt expreſſe inſtituti,ut præſumi poteſt. Vel ſecundũ aliũ intellectum non erat expreſſa, ſed tacite intelligebatur propter expreſsionem alterius dimidiæ Sempronio datæ,ut ſuprà declarauimus.
t VIDEANTUR.) Veritatem denotat, non fictionem: nam uerè ſunt iuncti re & uerbis.fa.l.quid tamẽ.§.ſi arbiter.ſuprà de arbi. Cæterum hoc uerbum, *uidetur*, ſæpe ſine operatione adiungitur,ſed ut ex Ciceronis phraſi claudatur periodus,ut Politianus docuit. *Verb.uidetur, denotat ueritatem.*
u LUCIUS Titius.) Quarta pars,in qua nõ ſolum exẽpla ſolutæ inſtitutionis,ut Accur.putat,ſed etiã ſeparatus caſus tractatur ab eo,quẽ ſuprà per aliqua exẽpla habuimus. Nam ſuprà de cõiunctis re & uerbis,hic autẽ de eis ſit mẽtio,qui ſunt coniuncti re,non uerbis:quod euidenter liquet cũ in fine dicit,duos in eundem ſemiſſem coactos.
x QUA Luciũ.)Id eſt,ex dimidia qua Lucius,&c.quo loco ſi relatiua dictio,ſimplici relatione dimidiã in genere referat,nõ habito reſpectu ad ſemiſſem Lucii,tres adſcripti forẽt ſemiſſes. Sed relatio hic perſonalis eſt,&ſpecifica, quę in indiuiduo ſemiſſem Lucii reſpicit,unde rectè duo tantũ ſemiſſes erunt:& ſic tota dubitandi ratio in relatiua dictione,*qua*, cõſiſtit. Nec hic attenditur an inſtitutio ſit ſolutis uel copulatiuis uerbis facta:ut ex ipſo textu apparet.
y AN tres ſemiſſes.)Sed cum totus as duos tantum ſemiſſes

continear, quorum uterq; facit dimidiam hæreditatis, id eſt, ſex uncias, quomodo dubitabatur de tertio ſemiſſe, qui in aſſem hæreditatis uenire non poterat? Sed credo in ea inſtitutione in qua tres ſemiſſes darentur, probabiliter dici poſſe, intra modum aſsis partes hæreditarias perputatas: ut reſectis in quolibet duabus unciis Sempronio ſoluendis, reliquũ hęredibus aliis competeret. arg. l. interdum. § j. ij. reſponſ. ſuprà de hær. inſtit. Vel ſi teſtator aſſem excedere & in xviij. uncias diſtribuere uoluiſſet, iam quilibet ſex uncias habere poterat. d. l. interdum. §. & ſi duos. l. ſi ita ſcriptum. §. j. de hær. inſtit. Niſi eo caſu diceres tertium hæredem æſtimationẽ ſemiſsis laturũ fuiſſe. arg. l. planè. § j. ſuprà de leg. j. Sed hæc difficultas hic ceſſat, quia in ſpecie ſupradictæ inſtitutionis, nõ niſi duo ſemiſſes intelliguntur, ut mox ſubiicitur.

Tres ſemiſſes multiplicato aſſe dari.

z SED eò quòd.) Rectè ſanè I. C. uerborum uim põderat: Cum enim Sempronius in dimidia eſſet inſtitutus, ſatis apparet quòd teſtator aſſem excedere noluit, ut d. l. interdum. §. j. cum ſeq. quapropter & in aliis duobus hæredibus non niſi altera dimidia uenire potuit. Per naturam enim fuiſſet impoſsibile tres dari dimidias, licet multiplicato aſſe, poſsibile fuiſſet tres dari ſemiſſes, ut ſuprà declarauimus. unde hic ſcienter & peritè ponderatur uerb. *dimidiæ*. Et eſt in hoc textu egregius locus, ubi à ui uerborum quæ cum natura conſonat, certiſsima ſumuntur argumenta, imò ueritatis euidentia colligitur.

Tres ſemiſſes dari poſſe, non tres dimidias.

Certiſsima ſunt argumenta, quæ ex ui uerborum ſumuntur.

a DVOS coactos.) Titium & Seium. Coacti enim, id eſt, in eandem dimidiam contruſi fuere: per quod apparet eos re tãtum coniunctos. Nec poterat I. C. elegantiori uerbo coniunctos re exprimere, quàm quòd coactos diceret: qui enim concurſu partes faciunt, rectè in eãdem rem quaſi per obſtantiam cogi intelliguntur. Cæterum eos qui uerbis coniuncti ſunt, in unã & eandẽ rem coactos eſſe non dices, quando ſua cuiq; pars diſtribuitur à principio. Sed an in hoc caſu Sẽpronius, tertius ille, ſupradictis duobus aliqua ſpecie iunctus ſit? Accurſ. bene docuit non eſſe iunctum, per l. Iulianus quoq;. ſuprà de hær. inſt. cum ſim.

Re coniunctos, in rem legatã coactos dici.

b CONIVNCTIM.) Hæc autem dictio uariè accipitur: aliquando pro his qui re cõiuncti ſunt, ut hic & d. l. coniũctim. ſuprà de leg. iij. Aliquãdo pro his qui re & uerbis iuncti ſunt, ut d. l. planè. §. ſi coniunctim. ſuprà de leg. j. quo ultimo ſenſu Imp. coniunctos ſignificauit in toto tit. C. de caduc. toll.

Deniq;

Denique & in hac noſtra l. exempla omnia quæ ſuprà deducta ſunt, de eiſdem qui re & uerbis connexi ſunt, intelliguntur, & non de aliis: excepto dũtaxat exẽplo nouiſsimo, quicquid gloſſæ uariando inuoluant, & text. facilem & clarum obſcurent. Quod autem Accurſ. hic re & uerbis iũctos, partes cõcurſu facere putauit, ſuprà improbauimus, euincentes non poſſe eam opinionem ulla ueritate ſubſiſtere.

GLL. IN L. TRIPLICI. FF.
De uerb. & rer. ſignif.
finis.

VDALRICHVS ZASIVS BONIFACIO AMERbachio L L. Doctori S. D.

QVAE ſuperioribus annis ſcholia in l. ij. ff. de orig. iuris. ædidimus, præſenti operi ſubnexuim⁹: ita enim ſuaſiſti: non quòd tantopere mihi placeant, quæ illic collecta ſunt, ut quæ in mediũ ultro doctis ſint uiris expoſita: ſed quia reſolutiones antinomiarum, eaq; gloſſemata quæ in §. Cato. & l. frater à fratre. fecimus, rurſus ædere conſilium erat, leuicula iſta in iuris originem adiecimus, ſine tamen præfationum pompa, utpote quod Intellectus noſtri in iura ciuilia anteriorẽ locum occupaſſent. Totam hanc rem ad te refero, cuius conſilium, ut in cæteris, ita in his quoq; denuò ædendis haud grauatè ſum ſecutus. Vale.

LECTOR *noueris interea me beneficio* Bilibaldi *magni uiri, tex.* Iuris *ciuilis ueros, ut uir doctiſsimus* Haloãder *teſtatur, obtinuiſſe: ex quibus pleraq; in hac l. ij. de orig. iur. recognitione poſtea facta, caſtigauimus.* Itaq; *ſicubi me textus* Noricos *allegantem compereris, uerum (ut nominant) archetypum intelligito.*

VDALRICHI ZASII IVRECONSVLTI, IN IVris ciuilis originem ſcholia: quibus l.ij.ff. De orig. iur. elucidatur.

VERBA POMPONII.

N[a]Eceſſariũ itaq; uidetur nobis, in primis ipſius iuris originem atq; proceſſum demonſtrare. Et quidem[b] in initio[c] ciuitatis noſtræ, populus[d] ſine certa lege, ſine certo iure primũ agere[e] inſtituit: omniaq;*[f] manu à regibus gubernabantur. Poſtea aucta ad aliquẽ modũ ciuitate, *ipſum Romulum traditur populum[g] in triginta partes diuiſiſſe, quas partes[h] curias*appellauit, propterea quòd tunc reipub. curam per ſententias partium earum expediebat. Et ita leges quaſdam & ipſe[i] curiatas ad populum tulit: tulerunt &[k] ſequentes,*leges: quæ omnes conſcriptæ extant in lib. Sex. Papyrij,[l] qui fuit illis temporibus, quibus Superbus[m] Demarathi Corinthij filius, ex principibus uiris: isq; liber, ut diximus, appellatur Ius ciuile Papyrianũ:[n] non quia Papyrius de ſuo quicquam ibi adiecerit, ſed quòd leges ſine ordine[o] latas in unum compoſuit.

**manu regis*

**ipſe Romulus*

**appellarit*

**Tex. Nor. reges*

Iuris originem ſcire operæpretium.

NECESSARIVM. a) Ex hoc ſine dubio colligitur, iuris originem ignorari ab eo non oportere, qui iuris peritiam ſibi adſerat.

b IN initio.) Hic ſtatim à fronte ſcrupulus ingerit. Videtur enim fieri non potuiſſe quòd populo Roman. à regibus gubernato, poſtea Romulus ſuperuenerit, trigintaq; curias diuiſerit: cum is ipſe Romulus, & conditor urbis, & primus rex Rom. fuiſſe ſcribatur. Sed reſponderi poteſt, Iureconſultum pro eorum fortè opinione ſenſiſſe, qui urbem Romam

non

non à Romulo, ſed ab anterioribus cõditam fuiſſe ſcribunt.
Multa enim (ut ait Dionyſius Halicarnaſſ.libro 1.Romana-
rum antiquitatum)dubitatio de conſtitutionis urbis tempo-
re, eiusq; conditoribus fuit: quibuſdam uolentibus, ſocios
Aeneæ eã ædificaſſe: aliis mulierem Troianam incenſis naui
bus,autorem fuiſſe:nonnullis putantibus à filio Aeneæ Ro-
mo,Romam conditam,& quindecim ætatibus pòſt,à Romu
lo eſſe inſtauratam. Itaq; ſi Pomponius I. C. alteram *ex his
ſententiam ſecutus fuiſſet,res eſſet plana,quòd Romulus in-
ſtauraſſe, non condidiſſe urbem diceretur. Sed uereor ut iſta
reſponſio non ſit tuta.Nam idem Pomp.in l.fin.infrà de rer.
diuiſ. communem hiſtoriam ſecutus, originem urbis Romu-
lo adſcribere uidetur. Quippe narrat Romuli fratrem Remũ
occiſum,quòd muros recèns ædificatos tranſcenderat. Vnde
aliter reſpondendo,credimus,quòd hæc uerba,Poſtea aucta,
&c.nõ ad proxima,ſed ad ſuperiora referri debeant, ut ſit ſen
ſus: Cum populus ab initio incerta lege uiueret, Romulum
poſtea triginta curias deſcripſiſſe, &c. Nec enim in iure no-
ſtro nouũ eſt, ut ſequens oratio,nõ ad proxima, ſed ad ſupe-
riora referatur.Accurſ.in l.ſi idẽ.in fi.infrà de iur.om.iud.gl.
in l.j.§.item acquiritur.uer.igitur.infrà de acquir.poſſeſ.gl.
not.in l.nunquam.§.ſi ſeruus.uerſ.uel etiã. infrà de uſucap.
Inſtit.de hæred.ab inteſt.§.ſui autem.cum §.ſeq.cum ſimil.

Romanæ urbis originis uariæ ſententiæ.

**Additio. Hac expoſitione ideo nõ egemus, quòd uerior textus habet, manu regis, ſubaudi Romuli. Et quòd ita intelligi neceſſe ſit, faciũt uerba ſequentia, ſcilicet, ipſe Romulus.*

Oratio ſequẽs quò frequenter referatur.

c CIVITATIS.) Romanæ. Eſt autem ciuitas communio
ſeu multitudo ciuium,gratia uitæ,ut quàm maxime fieri poſ-
ſit,optimæ. Philoſophus III. & VII. Polit. quæ certè non ex
quorumcunq; inhabitãtium, ſed ex eorum multitudine coa-
leſcit,qui uelut propriam ciuitatis partẽ referant,qui ſunt ci-
ues:ut idem Philoſophus VII.Polit.Itaq; ſerui,inquilini,ho-
ſpites,item & opifices,tabernarii,& alii qui munerum ciuiliũ
non ſint capaces, & quos Cic.in oratione pro L.Flacco, fæcẽ
ciuitatis nominat,licet multi in ciuitate ſint,populoſam qui-
dem,non autem magnam ciuitatem faciunt, ut idem Philoſo
phus. Sanciſſe traditur Socrates, lege prouideri à gubernãti
bus debere,ut nec parua ſit ciuitas,nec magna,ſed una & ſuf-
ficiens. Hecatonomiarum lib.1. Magni olim momenti erat, ſi
quis ciuitate Romana donaretur: & qui ciuis erat,mutare ciui
tatẽ nõ potuit,niſi in alia ciuis aſſumptus eſſet. in utraq; ciuẽ
eſſe nõ licebat. Cic.in oratione pro Corn. Balbo: Caius Cali
gula negabat ciuitatẽ Romanã uſurpare eos debere, quorum

Ciuitas non ex omnibus incolis conſtat.

Calumnia Caligulæ.

maiores ſibi poſterisq; eã impetraſſet, quòd poſterorũ nomine non niſi filios uenire, per nequitiam interpretaretur. Claudius peregrinos, qui ciuitatem Romanam uſurparant, ſecuri percuſsit. autor Sueton. Quot ſecuribus hoc tempore opus eſſet, quibus imperiti qui ciuitatem Rom. uſurpant, percuterentur? Regiam ciuitatem Aegyptii, popularẽ Attici inuenerũt: teſtis Plin. lib. VII. Cæterum parum cõmodi habet, quòd differentia à nõnullis Canoniſtis, inter urbem & ciuitatem tam anxiè inueſtigatur, cum alterum uideas accipi pro altero. Diſtingui tamen ab oppido ciuitatem quidam putant, quòd illud ſolennibus legibus proprio iure inſtitutis uti non poſſit, hæc uero poſsit: quod non eſt improbabile.

d SINE certa.) Sed quomodo populus ſine certa lege agebat, cũ Romulus mox ab initio leges curiatas tulerit? ut infrà iij. reſpõſ. uerſ. & ita leges. Reſpõdemus Iurecõſultum ad id reſpexiſſe, quod ab initio urbis frequẽtius uſuuenerat. Licet enim leges curiatæ, de quibus mox dicetur, à regibus ferrentur, illæ tamẽ modicæ erãt, & maxime ad res ſacras, ad publica pertinebãt. Nulla erant iudiciorũ certa, legitimáue: nec in priuatis ciuiũ actis, certa lege res gerebatur. Hoc eſt quod dicit, ſine lege. Sed & Dionyſius Romanis ante legẽ XII. tab. nullas certas leges, ſed conſuetudines fuiſſe ſcribit: quod ipſum non ſimpliciter, ſed pro cõmuni frequentia accipiendũ eſt. Sæpe enim in iure noſtro non præciſe, ſed ex frequentia uſus deciditur. gl. in l. moribus. §. ſed & ſi extraneum. uerſ. filio. infrà de uulg. & pupill. cum ſimil.

e INSTITVIT.) Elegit. Terent. Optime uitam inſtituit. Sed uidetur hic text. ſibiipſi diſsidere. Si enim populus Romanus ab initio ſub manu regia gubernabatur, quo caſu non erat ſui arbitrii, quomodo hoc uel illud uiuendi genus inſtituere poterat? Qui enim ſub manu alterius eſt, is potius parendi neceſsitate premitur, quàm ei inſtituendæ uitæ facultas pateat. Verum hunc nodum ex hiſtoriis facile diſſoluas. Romulus enim (ut autor eſt Dionyſius libro II.) condita iam urbe, populo Romano tres propoſuiſſe ſcribitur rerum publicarum formas, regiam ſcilicet, item paucorum, & porrò popularem dominationem: eiſque optionem reliquiſſe, quam ex eis eligerent: paratum enim uel imperare, uel eſſe ſub imperio. Qui gubernationem regiam elegerunt, ut quam dicerent ſibi uideri optimam, qua eis

Rerum pub. formæ tres à Romulo propoſita.

eis libertas, & in alios pararetur imperium. Iurecõſultus itaq; non ocioſe, imò ſignatè uerbo inſtituendi uſus eſt. Quod autem dixit, eos iure incerto uiuere inſtituiſſe, accuratè refertur ad id quod ſtatim infert, omnia ſcilicet manu ab regibus gubernata. Satis enim incerta ſunt, quę gubernantis arbitrio explicantur.

f MANV.) Arbitrio, ſecundum Accurſ. quod placet. Bartol. tamen in l. frater à fratre. infrà de cond. indeb. intelligit ſub manu regia poteſtatem: quod nec ipſum diſplicet. Nam & Hiero. in Eſaia dum dicitur, Cognoſcetur manus Domini: manum pro potentia exponit. Verum ubi Bartol. ſignificare uidetur, ſine iudicio auferri manu regia potuiſſe ſi quid deberetur, non recipimus. Nam ab initio ciuitatis (ut docet Diony. lib. II.) ius litigantibus dictum fuit, licet nõ ea ſolennitate, non ex iure ſcripto, uti poſt legẽ. XII. tab. ſeruabatur. Romulus enim quos patres elegerat, iuſsit ut ſacra curarẽt, & ius dicerent. Hoc tamen non negamus, controuerſias à prin. ſæpenumero regiis iuſsibus fuiſſe diremptas, ſed citra uiolentiam. Regi enim æqua iubenti facile parebatur. Attamen Seruius Tullius rex, ſanciuit publica tantummodo, regis arbitrio: priuata uero iudicia, ſententiis expediri: ut tradit Dionyſ. lib. III. Manus itaq; regia, pro ea poteſtate regis accipitur, qua celſitudo principis conſpicitur: quæ etiam hodie in Romanis principibus pollet. Nam & princeps ſola negocii ueritate inſpecta, ſine alio ordine iudiciario, parte tamen citata, ut pòſt proſequemur, cognoſcit. Itaque manus regia nihil plus potuit ab initio, quàm hodie Imperatoris poſsit: finem enim controuerſiis manu regia fieri, uel nunc ab optimo maximo Cæſare poſtulatur: id quod experientia didicimus. *Seruius Tull. ſextus Romanorum rex.*

g IN triginta partes.) T. Liuius lib. I. populum in triginta curias à Romulo diuiſum eſſe ſcribit, & curias à matronis Sabinis raptis nomina accepiſſe, quòd ipſis autoribus bellũ Sabinum ſedatũ erat. Dionyſ. Halic. lib. II. populũ in tres partes, quas tribus uocat, & rurſum quamlibet tribũ in decẽ diuiſam, eaſq; partes, decurias, & duces earũ decuriones nominatos eſſe ſcribit. Trapezõtius lib. III. Rhetor. teſtatur à multis relatum eſſe, Romæ non antè fuiſſe rempub. quàm Sabinæ raperentur, quòd niſi ſint familiæ, reſpubl. dici nõ poſsit. *Pop. Romanus in XXX. curias diuiſus.*

h CVRIAS.) A'cura dictam eſſe, ſatis conſtat per text. noſtrum,

ſtrum, quòd reipubl. cura per ipſarum ſententias expediretur. Curia apud Romanos, non ſolum is locus erat in quem Senatores pro reipub. utilitate conuenerant, ſed & ubi ſacrorum cura tractaretur. Deniq; & ſacerdotes, in ſua quiſque curia, ſacra fecere, feriasq́; obſeruauere: teſtes Varro & alii uulgati. Curiarũ ſacerdotes, flamines curiales, item & curiones nominati ſunt. Illi enim in curiis familiarum, ut Varro inquit, ita res diuinas curarunt, ſicuti Senatus Romanus res humanas in curia Hoſtilia. Nos noſtra ætate, curiam pontificis, porrò & Cæſaris curiam dicimus. Quondam ſuæ cuiq; ciuitati uel municipio curia fuit, à prædictis forſan Romanorum decuriis uſurpata, quæ hodie magna ex parte abierunt. In pagis tamen & uillis Curiæ dominicales ſunt, quæ uetuſtatis uelut umbram referunt: de quibus altius ordiendum uiſum eſt. Romulus, ut eſt apud Dionyſium Halicar. libro 11. urbe condita, prouiſurus ne iniuria locupletum in humiles, uel uiciſsim egenorum inuidia in potentes, diſcordiam pareret, plebeis permiſit, quem ſibi ex patritiis patronum eligerent. Hi clientes dicebantur: eratq́; ciuilis illa coniunctio, nihil aliud quàm ſuſceptum pro pauperibus humilibusq́; patrocinium. Habuiſſe eos legitima quædam inſtituta, quibus ultro & citro præſtabant, hi officia, illi beneficia. Nam patroni pro clientibus ea fecere, quæ patres pro filiis: pecuniarum, contractuúmue rationes explicabant: cauſas pro iniuſtè oppreſsis ſumpſere, omnemq́; eis quietem publice & priuatim exhibuere: quod hodie cardinales pro commendatis uel monaſteriis uel eccleſiis facere tenentur. E' diuerſo clientes, patronis egentibus ad dotem filiarum contribuere, captos uel ipſos uel liberos eorum ab hoſtibus redimere, nexos à creditoribus uel ære mulctatos propria pecunia liberare, deducere eos, eis adoſſe debebant: Nec phas erat, uel accuſare inuicem, teſtimoniúmue aut ſuffragium aduerſus ferre: nec porrò cum inimicis adnumerari: erantq́; huiuſmodi cõiunctiones haud abſimiles ſanguinis neceſsitudini, uſqueadeo, ut clientes in officiorum ordine affinibus præferrentur. Magna eos laudis ornabat acceſsio, ut Gell. libro v. docet, qui clientes haberent quàm plurimos. Qui mos & ipſam Italiam peruagabatur. Nam Appius Claudius, à quo Appiorum familia proceſsit, à Sabinis Romam cum quinq; millibus clientum migraſſe traditur, ut eſt teſtis Valerius. Ab his patronorum, clientumq́;

Curia quid.

Clientũ origo.

App. Claudius

clientumq; inſtitutis, operas, obſequia, & officia liberto-rum, quorum in iure noſtro crebra fit mentio, radicem ſumpſiſſe non eſt dubium: & niſi nos coniectura fallit, I.C. ad hanc ueterem patronorum in clientes humanitatem, reſpexiſſe uidetur, in l. ſi uero plures. ij. reſponſ. infrà de his qui deiec. uel effud. ubi clientes libertis & hoſpitibus connumerantur: licet gl. & Doct. ibi ad honeſtam illam clientum conditionem non aduerterint. Nec Porrò otioſe Imperator in l. rem non nouam. §. patroni. C. de iud. clientes eos nominauit, quorum patrocinium aduocati inſumerent: hoc honeſto uocabulo ſignificare uolens, qua humanitate, qua fide, qua obſeruantia, clientibus aduocati obligarentur, utpote quòd eorum negocia ex uetuſtis moribus, affinium cauſis, ut prædiximus, ſint prælata. Sed in contrarium omnia agi uideas: aduocatorum enim perfida nequitia (iniquos intelligo) hoc maxime quæſtu paſcitur, ſi clientum frugem depaſcitur. de quo ſuo ordine plura. Ad propoſitum igitur reuerſi, credimus curiarum dominicalium iura, & feudorum (ſi ita loqui liceat) hinc uelut impreſsis ueſtigiis, quædam duxiſſe ſimulacra. Quo enim tempore Romani uictricia ubique terrarum ſigna circumtuliſſent, multi eorum remanſiſſe in prouinciis creduntur, pars præſidio relicti, pars agri ubertate capti: deniq; dum coloniæ deducerentur, bona Romanorum pars eo loci commigrarunt: quibus cum multum agri, multum fundorum eſſet, ne pro Romano more, carerent clientibus, ueriſimile eſt incolas terræ in ſuum inuitaſſe patrocinium, ſuosq; eis fundos (prout cuiuſq; erat conditio) in beneficium diſtribuiſſe. Tractu tamen temporis, quod omnia uariat, clientelarum nomine commutato, feuda à fœdere forſitan, curiasq; dominicales nominari cœptas: ut qui clarioribus eſſent natalibus, feuda: alii ex uulgo, curias haberent dominicales: conſtitutis certis iuribus, quæ dominos, quæ clientes (quos uaſallos uocant) reſpicerent: quorum aliqua conſuetudine, ut in feudis: aliqua pactis, ut in curiis, conſtare dinoſcuntur. Hanc noſtram coniecturam, haud parum adiuuat magna utrinq; ad priſcorum cliẽtum iura ſimilitudo. Nam ut olim patroni clientibus, & uiciſsim iſti illis mutua obligatione nectebantur, ſic in feudis & curiis, paria recepta ſunt: ſiquidem & uaſallus domino, & è diuerſo dominus illi debet. Porrò & clientuli uel hodie nominantur, qui domino beneficii debẽt, ueluti

Libertorum operæ unde originem ſumpſerint.

Feudorum & curiarum dominicalium origo.

In tit.de alien. feud.c.ſi clientulus.

Vaſalli de iure Romano originem duxerũt.

ueluti in uulgatis feudorum uſibus perſpicuum eſt: licet Aluar.homo à bonis literis alienus, in quodam feudalium capite, clientulum imperitè pro ſeruitore exponat. His conſequẽs eſt, ueram eſſe ſententiam Doct. qui in uſibus feud. in tit. de alien.feud. uaſallos de iure Rom. emerſiſſe tenuerũt: licet ea aſſertio, cõmuni opinione, ex uetuſtatis ignorantia non probetur: ueritas tamen pro ea eſt, errantq́; diuerſa ſentientes, ſicuti ex prædictis euidenter colligitur. Cæterum fateor, conſuetudine & moribus multa eſſe in uaſallis nouata. Curiarum iura, licet bona ex parte in ciuitatibus noſtræ Germaniæ antiquata ſint, nonnulla tamen à priſcis moribus ad præſentia, ſimilitudo relucere uidetur. Nam ſicut olim curiales curiis fuere adſcripti, ita hodie ciuitati cum ſolennibus & iuramẽto ſpeciali adſcribuntur, qui ciues eſſe uelint. Nec temere omnes incolæ ciuitatis in ciues recipiuntur, niſi qui ſe legitimis ortos natalibus doceant: id quod in ciuitatibus bene inſtitutis pro lege ſeruatur. Deniq; ſicut olim prædia curialiũ ſine decreto alienari non licebat, C.de præd.cur.lib.x. ita hodie in quibuſdam ciuitatibus alienari immobilia nõ cõſueuere, niſi prætoris interpoſito decreto. Porrò quõdam quarta pars bonorum curialis uita functi, curiæ pendebatur. C. quando & quibus quar. eod.lib. cuius etiam hodie imago quædam relicta eſt. Nam ſi qui ex municipibus demigrent, certam bonorum partem ciuitati relinquere coguntur: quod ius migrationis, uulgò *abzug*, uocant. & multa id genus per ocium congerere poſſis, ſi eius te rei cura ceperit. Curiales Præpoſ. Alexandrinus cap.j. & ij. diſtinct.lib. à cruore, ſordidis uſus autoribus tam ineptè quàm ridiculè nominatos autumat. Sed ad text. reuertor.

Ius migrationis.

i CVRIATAS leges.) A curiis dici ex hiſtoriis liquet. Conuocato enim per triginta curias populo, ſingulisq́; curiis (ut Merula ait) in ſeparata ſepta conſtitutis, & ſententiam rogatis, leges olim ferebantur. Quæ populi congregatio, comitia curiata dicebantur, à coẽundo, quòd populus coiret, & uiritim leges ferret. hoc eſt quod I.C. ſuprà dixerat, reipubl. curam per ſententias partium earum, ſcilicet curiarũ, eſſe expeditam. & licet in creãdis magiſtratibus Seruius Tullius rex hũc moré immutaſſet, ut poſtea fortè dicetur, tamẽ populo ea poteſtas relicta eſt, ut plebiſcita & leges comitiis curiatis ferrentur. Huiuſmodi itaq; leges I.C. pro maiorũ more curiatas nominat.

Curiatæ leges unde dictæ.

minat. Sueton. in Auguſto, ait Tiberiũ à Cæſare, in foro, lege curiata eſſe adoptatũ: hoc eſt, ſuffragiis populi per curias collectis. Cicer. in epiſtolis ad Lentulum, narrat Appium lege curiata prouincias ſortiturũ, ſi licuiſſet. Eaſdem curiarum leges Cicer. in orationibus, populares nominat.

k SEQVENTES.) Scilicet reges. quæ autem leges regiæ ſint, mox dicemus.

l QVI.) Liber Sex. Papyrii. Is enim fuit de principalibus libris iuris eo tempore. Is Sextus Papyrius tempore Tarquinii Priſci fuiſſe traditur.

m DEMARATHI.) Tradunt Liuius & Dionyſius Demarathum natione Corinthium fuiſſe, mercatura nobilem: is cum opibus polleret, Italiam demigrans, duos filios Aruntem & Lucumonem, qui poſtea Lucius, ſuſtulit: quorum alter Lucius, patri ſuperſtes & fratri, Romam ſe tranſtulit: ibi ſucceſſu temporis rex factus, Lucius Tarquinius nominatus eſt, & duos reliquit filios, Lucium & Aruntem. Lucius occiſo Seruio Tullio rege, cum regnum inuaſiſſet, & tyrannũ gereret, Superbus nominari cœptus eſt: de quo text. meminit. Fuit autem Demarathi nepos, non filius, ut ex hiſtoriis patet. Proinde cum Iureconſ. eum filium nominet, non modicum præſtat arg. filiorũ appellatione nepotes intelligi, etiã ſi nulla extrinſecus ratio ſuadeat: quod mihi in caſu dubio ſemper placuit, dũ materiæ ſubiectæ ratio nihil diuerſum exigat. *Demarathus Corinthius.* *Filiorum appellatione, nepotes comprehenduntur.*

n NON quia.) Accurſ. hic pro ruſticis argum. colligit, qui agrum quem colunt, ſuum eſſe dicunt. allegat l. cum aliquis. C. de iur. delib. Porrò hunc text. facere pro compilatoribus rationum & gloſſarum, ut eius dicantur qui compilet: quod non improbamus, ſi uerbum compilandi, eiusq; elegantiam intellexit.

o LATAS.) Quæ fuerint leges regiæ, à ſcribentibus non tangitur: at hoc ex hiſtoriis colligi poteſt. Nam Dionyſ. Halicar. lib. II. inſtituta & leges Romuli, aliorumq; regum ſatis diligenter enarrat, quarum aliquas hic inſerere placuit. Ante omnia Romulus diuiſis cuiq; officiis, templorum ipſe, ſacrorumq; & legum cuſtodiam, & principatum, item & iniuriarum quæ maximæ eſſent, cognitionem retinuit. Senatui poteſtas erat decernendi, quæ ex regno ad eum referrentur. At uerò leges ſciſcere, magiſtratus creare, bella decernere, ſuum plebis erat. Sacra facere, magiſtratus gerere, ius dicere ſo- *Romuli aliorumq; regũ leges regiæ.*

lis

Plebs Rom. agricultura & militia exercebatur.

lis patritiis permittebatur. Plebs Rom. duobus potiſsimè, agricultura & militia exercebatur, nec fas erat Romæ oriundo, ſedentarias, ſordidasq; exercere artes. Erat & lex Romuli, ne proles necaretur, niſi eſſet monſtroſa. Ne porrò captæ bello urbes euerterentur prohibuit. De diis immortalibus nō niſi optima & ſentire & loqui iuſsit: nec eis ſtupra, homicidia, aliaq; ex Græca leuitate uitia opprobrari. Sacerdotes qui publica ſacra diis facerent (præter curiarum priuatos curiones) ſexaginta inſtituit, ſupra annum quinquageſimum natos, genere excellentes, ſimul uirtute præſtantes: nec tamen inopes aut corpore ulla ex parte trūco: perpetuos eos eſſe honores, militaribus ciuilibusq; ſolutos moleſtiis. Sacerdotia (quæ nos beneficia parum Latinè nominamus) uetuit eſſe uenalia: quod utinam noſtræ Chriſtianæ fidei capita, ſeruari facerent. Sed iam olim quęſtuarius iſte ſacerdotiorū abuſus increbruit. Nam & Gregor. Nazianzenus ſcribit, pigere ſeſe, quòd ſacerdotia ſeu miniſteria, ambitione potius & gratia, quàm meritorum iudicio deferrentur. Eſt & mulieribus, lege Romuli, propterea quòd Sabinum bellum ipſis autoribus ſopitum fuerat, honos datus. Nam ſtatutum ut mulieri deambulanti, prior à uiro locus concederetur, & ne quid turpe muliere adſtante, uel impudicum loqui liceat, néue uiri nudi ab ulla conſpicerentur: & cætera ſimilia. Præterea & matrimoniorum rationem haberi cenſuit. Siquidem uxorem rerum omnium ſociam eſſe cum marito, alterum quoq; alteri ab inteſtato morienti, non extantibus liberis, in totum ſuccedere: eis autem extantibus, unà cum liberis æqualem partem accipere conſtituit. Quæ leges conſuetudine Germaniæ noſtræ magna ex parte obſeruantur: licet ius noſtrum diuerſum tradiderit. Porrò ſanciuit, ne qua mulier à marito diuerteret, neq; propelli poſſet, niſi deliquiſſet: ut ſi aut ueneficio in filios, aut clauium adulteratione, aut ſtupro caperetur, uel uinum bibiſſe deprehenſa eſſet: hæc enim delicta maritus unà cum cognatione coërcebat, & uel ab ea diuertit, retentis bonis delinquentis, uel morte mulctabat. Qua lege factum eſt, ut intra quingentos uiginti annos Romæ diuortium nullum fuerit. Item & patribus in filios, uitæ & necis poteſtas erat: poterant & filii à patribus uendi: qui ſi poſtea ab emptoribus manumitterentur, in poteſtatem patris redibant, niſi tertia ſecuta eſſet uenditio; tunc enim manumiſſos pater in poteſtatem

Sacerdotes à Romulo inſtituti.

Mulieribus à Romulo delatus honos.

Patrum in filios uita & necis poteſtas.

poteſtatem reducere non potuit. Et hæc quidem lex à regibus, Romulo & aliis ſeruata eſt. Cæterum in lib. 1. Inſtitutionum Caii Iureconſ. tit. quib. mod. filii exeunt de poteſt. pat. qui nouiſsimè in monaſterio Norbacē. à clariſsimo uiro Hieronymo Baldugno, utriuſq; iuris doctore celeberrimo, Cæſareæ maieſtatis cōſiliario, in humanioribus literis primario adſertore, inuētus, & (quę ſua eſt ſingularis humanitas) mihi cōmonſtratus eſt: in eo inquam libro modus, forma, ſolēnia, qualiter uenditione imaginaria olim filii ex patris poteſtate exirent, graphicè & eleganter continentur: quem librum niſi quis legat, conſtitutionem Imperatoris, Inſtit. quibus mod. ius pat. pot. ſol. §. præterea. nō intelliget. Porrò filiifamiliâs, quantumuis amplos magiſtratus gererent, à poteſtate patris non eximebantur. Quod uero ad crimina attinet, cauſas iniuriarum, non diuturnis, ſed ſubitaneis iudiciis, uel ipſe expediebat, maximè in militibus, uel aliis cōmittebat. Locus damnatorum in ſpectatiſsima fori parte erat, electique trecenti terribiles aſpectu milites qui regē ſequerētur, ex quibus duodecim erant qui uirgas & ſecures, quos faſces poſteritas nominauit, ferrent, ut qui uerberibus digna feciſſent, mox uirgis cęderentur: in obnoxios maioribus delictis, ſecures animaduerterent. Fuere & Numæ Pompilii ſecundi regis nonnulla inſtituta, ſed ad rem maxime diuinam pertinentia. Nam deos ſine ſimulacris colere docuit. Primum enim principium mentem inuiſibilē & increatam eſſe cenſuit. Proinde in centum & ſexaginta annis, in templis Romæ ſimulacrum corporeum nullum extitiſſe traditur: quod & Euſebius in libris de Euangelica præparatione, ex ſententia Clemētis teſtatur, opinatus eam legem ex Moſis præceptis emerſiſſe. Porrò ſacrificia non ſanguine animalium, ſed farina & libo fieri iuſsit. Sacrorum ordinem in octo partes diuiſit, quas Dionyſius latius proſequitur. Deæ Veſtæ ſacra cōmunia, uirginesq; Veſtales inſtituit, cum antehac ea ſacra priuatim in curiis, per curiones fierent. Pontifices primus introduxit, quòd in magnis rebus perficiendis potentes eſſent, teſte Plutarcho. Erant enim (ut Dionyſ. dicit) magnarum rerū domini, & moderatores. Porrò & collegiū Fœcialium cōſtituit, quorum officium erat cuſtodire ne alicui confœderatæ urbi bellum à Romanis iniuſtum inferretur. quòd ſi fortè ab aliis fœdera uiolarentur, repetere res: & ſi non redderentur, bellum decernere. Ibat enim

Hieronymus Baldugnus.

Faſces.

Numæ inſtituta.

Simulacra.

Fœcialiū officium.

ad fœdifragam ciuitatem Fœcialis, & admonitis ut iuſta facerent, niſi paruiſſent (diis fœderum inſpectoribus inuocatis) bellum comminabatur. Modum, ordinem, uerba, geſtus, & compluria pulchra, apud Dionyſ. Liuium, Feneſtell. Plutarchum, latius uide. Hinc emerſiſſe uſum repreſſaliarum uerisimile puto, ut non cõſuetudine nouitia (quod Bar. uoluit) ſed à uetuſtiſsimis Romanis legibus radicem ſumpſiſſe appareat: eo ſaluo, quòd repreſſaliarum fœdum & barbarum uocabulum ciuitate Rom. non ſit donatum, licet apud Iuriſtas (ita enim uulgus nominat) peculiariter uſurpetur. Deniq; & Numa definitiones poſſeſsionum inſtituit, ut fundos quiſq; ſuos circumſcriberet, lapidesque finibus (quos ſacros, id eſt, inuiolabiles eſſe uoluit) apponeret: quos ſi quis mouiſſet, occîdi impunè poterat: licet hodie alia ſit terminos mouenti pœna prodita, ut infrà de ter. mot. l. fin. Fidem in contractibus, qui ſine teſtibus fierent, tam uoluit eſſe ſanctam, ut Fidei templum primus erigeret: & quoties de contractu diſceptaretur, iureiurando ex fide lites diiudicarentur. Adeò apud Romanos teſtimonium ualidiſsimum ſua cuiuſq; fides erat, quæ in dubiis ſola lites dirimebat. Hinc originem ſumpſiſſe non eſt dubium, quòd uel hodie ex bona fide, quædam conuentiones nomen induerunt. Item & fidem alicuius ſequi dicimur, rémue fide noſtra eſſe iubemus. Sic & fideicommiſſa ſuborta eſſe credo, quæ tamen cũ poſteritas fefellerit, in obligationem ſunt innexa. Ex prædictis puto diſſolui reſponſa Iureconſulti, quæ uidentur pugnantia, in l. fideicommiſſaria. ij. de fideicõmiſſ. libertatibus. ubi cum in principio dicitur, libertatem ita dari poſſe, Hæres ſi uolueris fidei tuæ committo, &c. pòſt autem in uerſ. quod ſi ita. contrarium decîdi uidetur, uidelicet libertatem quæ adſcribitur, ſi hæres uoluerit, non ualere. Sed ex tex. apparet reſolutio: nã priore reſponſo, uoluntas hæredis ad fidem adſtricta eſt: dicitur enim, hæres ſi uolueris fidei tuæ committo: & ſic non erat libera uoluntas; ſed poſteriore reſponſo data fuit hæredi libera & omnimoda uoluntas, ut tex. ibidẽ aperit. Præterea idem Numa agrum Romanum in pagos diuiſit, cuſtodesq; ſeu inſpectores, qui agrorum culturam, ne quid per negligentiam admitteretur curarent, adhibuit. Supereſſent aliorum regum ſcita elucidanda. Nam & Anchus Martius claſsium ordinem inſtituit, ut pro cenſu, id eſt, patrimonio cuiuſque munera, uel pace

Repreſſaliarũ uſus.

Numæ inſtitutio de fundorũ limitibus.

uel pace, uel bello ſcriberentur, & alia nonnulla: ſed procedendum eſt.

¶ [a] Exactis deinde regibus [b] lege tribunitia omnes [c] exoleuerunt: [d] iterumq; cœpit populus Romanus incerto magis iure & conſuetudine aliqua uti, quàm* per latam legem, idq; propè uiginti annis [e] paſſus eſt. Poſtea, ne diutius hoc fieret, placuit publica autoritate, [f] decem cõſtitui uiros, per quos [g] peterentur leges à Græcis ciuitatibus, ut ciuitas [h] fundaretur legibus: quas [i] in tabulis eburneis præſcriptas, [k] pro Roſtris compoſuerunt, ut poſſent leges [l] apertius percipi. [m] Datumq; eſt eis [n] ius [o] eo anno in ciuitate ſummum, uti & leges corrigerent, ſi opus eſſet, & interpretarentur: neq; [p] prouocatio ab eis ſicut à reliquis magiſtratibus fieret. Qui & ipſi animaduerterunt aliquid deeſſe iſtis primis legibus: ideoq; ſequenti anno [q] aliàs duas * eiſdem tabulis adiecerunt: & ita ex accidenti appellatæ ſunt leges XII. tabularum: quarum ferendarum autorem fuiſſe decemuiris [r] Hermodorum quendam Epheſium exulantem in Italia, quidam retulerunt.

Tex. Nor. per lata lege

Tex. Nor. ad eaſdē tabulas.

a EXACTIS.) Vulgò cognita eſt hiſtoria. Nam cum impotenter ſe gerendo Tarquinius Superbus, omnes in odium ſui duxiſſet, & tandem Sextus filius eius ornatiſsimæ matronæ Lucretiæ nocturna ui ſtuprum attuliſſet: proindeq; mulier, uocatis patre & marito, dedecus ferro expiaſſet, imperium Bruto autore regibus ademptum, atque ita Tarquinius cum filiis expulſus eſt. propterea dicit text. exactos eſſe reges, ut intelligas patrem & filios. Vel ſecundum Accurſium ideo in plurali ſcribuntur reges exacti, quia decretum ſit, ne deinceps reges Romæ eſſent: quod recipi poteſt. Nam Liuio autore, Brutus primus conſul, populum iuramento adſtrinxiſſe traditur, neminem regnare Romæ paſſurum: ut ſic propriè intelligas exactos reges. Sed nec improbamus ſi

Tarquinius Superbus.

Lucretia.

hic plurale pro ſingulari, ornata figura loquẽdi uſurpetur: nã & uiciſsim ſingulare pro plurali accipi uideas, ut docuit Auguſtin. ſuper illud Exodi, Venit muſca grauiſsima. & in hiſtoriis hoc peculiare eſt, cum dicitur, expedito milite rem geri. Quapropter cum in ſtatutis cauetur occidentẽ occîdi licere, niſi pacem cum hærede habeat: hæredes intelliguntur, ut uoluit alibi ſanior opinio, contra Oldr. Ad materiam enim ſubiectam tota hæc res redigitur, cum numeri libertas, teſte Fabio, tanta ſit, ut neget ſub grãmaticis cõſtringi præceptis.

b LEGE tribunitia.) Accurſ. tribunos plebis intelligit. At quia illi non ſtatim, ſed decimoſeptimo anno poſt exactos reges creati ſunt, uerius puto tribunum Celerum intelligi, qui tunc Brutus erat, regũ expulſor: ut eam legẽ accipias, quã Tribunus Brutus per curias de regibus exigẽdis, eorũq; inſtitutis abolẽdis tulit: quod & Dio. Halicar. ſignificaſſe uidetur.

Tribunus Celerum.

c EXOLEVERVNT.) Eas potiſsime leges abiiſſe credimus, quæ ad mores, ad ritus regios pertinerent. Cæterum ſi quæ leges diuina reſpicerent aut humana, duraſſe ueriſimile eſt. atque ita uniuerſalẽ propoſitionẽ hic cum tẽperamẽto accipimus: quod certe in iure noſtro ita uſuuenit, ut ea tẽperatio uelut pro doctrina recepta ſit. de quo eſt gloſ. in l. omnes C. ſine cenſ. uel reli. Arg. tamen contrà in l. ſi is qui ducẽta, §. utrũ. infrà de reb. dub. quod nos alibi diffuſius tractauimus.

Iura cum temperamento intelligenda.

d ITERVM.) Sicuti enim ab initio ciuitatis, ita & poſt exactos reges, populus catenus dicitur incerto iure uſus fuiſſe, quòd frequentius conſuetudine uteretur: & ſi quãdo, ut etiã prædiximus, lex aliqua ferretur, ea publici potius quàm priuati iuris erat. Nam fidem hiſtoriarum ſequuti, Romanos eò tunc ſub nulla prorſus lege uixiſſe non credimus, cum & Imperator Romuleas leges fuiſſe fateatur. l. j. §. j. C. de uet. iur. enuc. Porrò & Romanis nec pura fuit popularis gubernatio, cuius tamen plures enumerantur ſpecies per Philoſophum lib. IIII. Polit. Mixtam potius receperim, cum & pauci gubernarint, & tamen populo eligendorum magiſtratuum facultas remanſerit.

Quo pacto pop. Rom. incerto iure uſus dicatur.

e PASSVS eſt.) Id eſt, conſenſit, admiſit, adprobauit: ut cũ dico, Remunerari ſeſe paſſus eſt.

f DECEM.) Accurſ. hic fabulam narrat tam ridiculam quàm falſam, quaſi ſtulto interueniente, qui prætenta manu, trinitatem ſignificauerit, leges legati Romani obtinuerint. Sed

iocos

iocos miſcuiſſe exiſtimandum eſt: nam nec Græci, nec Romani, uel unitatem Dei, uel trinitatem, eo tempore cognoueré, falſorum deorum ueneratione præſtricti. Dedit tamen bonus ille uir, anſam cæteris Doctoribus & maximè Odofredo, errandi: ut mirum ſit uiros in tam elegantibus ciuilium rerum literis uerſatos, inermes meliorum doctrinarũ, ad eminentia ciuilia ſtudia acceſsiſſe. Quod autem text. noſt. dicit, decem uiros conſtitutos, qui leges peterent, non eſt ſimpliciter accipiẽdum. Nam ueritas hiſtoriæ habet, tres tantũmodo legatos ad Græciam pro legibus ferendis miſſos. Siquidem Feneſtellã autore (ex quo Pomponius noſter bonam partem præſentis legis ſumpſiſſe, imò uerba tranſcripſiſſe uidetur) cũ plebs Romana quotidianis ſeditionibus æſtuaret, & nunc magiſtratus ex ſuo etiam corpore creari, iam connubia cum nobilibus concedi, debitores à creditoribus nexos ſolui, agros diuidi, & tandem communes etiam leges ferre contenderet, tres legati, inſtructis ex publico triremibus, Athenas mittuntur, qui inclytas Solonis leges ſcriptas referrent, iuraq; & mores aliarum ciuitatũ noſcerent. Hi fuere Sp. Poſthumius, P. Sulpitius, Aulus Manlius. Allatis uero legibus, decem uiros conſtitutos eſſe ſatis conſtat, qui ex eiſdem Græcis legibus patriiſq; conſuetudinibus, Romanas leges & conderent & ſcriberent, ut diffuſe apud Dionyſ. lib. x. ſuccinctius à T. Liuio lib. III. eleganter à Feneſt. traditur: & ea moderatione tex. noſtrum accipiendum puto. Quorum decem uirorum nomina ideo hic nõ ponimus, quòd in decretis, c. ij. & iij. diſt. vij. facile cognoſci poterunt.

Quomodo accipiendũ, decem uiros conſtitutos, ad petẽdas à Græcis leges.

g PETERENTVR.) Id eſt, petitæ & allatæ ſcriberentur. Suprà enim docuimus, tres tantum fuiſſe, qui à Græcis ciuitatibus leges mutuarentur: decem autem poſtea conſtitutos, qui allatas ad iura, conſuetudineſque Romanas accommodarent, conderent, ſcriberent, publicarent: quod & expreſſe docetur dicto capi. iij. diſt. vij. ubi text. ex ſententia Iſidori planius loquitur. Vt ergo Iureconſultus cum hiſtoriis concordet, uerba per ſuppletionem accipienda ſunt. Sic & Accurſ. in l. cum qui. ij. §. ſi à te. infrà de uerbo. oblig. ubi tex. dicit, rectè fundi uſufructum petam: exponit gl. petendo fundum, conſequar uſufructum. Et ea ſuppletio in iure noſtro non eſt noua. Nam & idem Pomponius in l. Labeo. infrà de ſtatulib. uer. uidebitur, exponit, id eſt, uideri poterit,

Verba per ſuppletionem in iure noſt. accipiẽda.

dicens in l.xii.tab.uer.nocet, ſic accipi. Et alibi gl.in l. ſi rem ęſtimatam. infrà de iur.dot.exponit uerb.dederit, id eſt, dare cōuenerit. Et in gl.l.ij.C.de fid.inſtrum.uer.retractas, id eſt, retractare intēdis. multaq; id genus ſimilia inuenias. Eſt porrò hic argumentum pro teſtibus, ut non facilè eorum teſtificata calumnientur, ſi ſuppletione aliqua, quæ tamen ueritatē non oppugnet, adiuuari poſsint.

h FVNDARETVR.) Et meritò ciuitates legibus fundari dicuntur. Nec enim uel ciuitates, uel alii hominum conuentus, ſed ne regna quidem conſiſterent, niſi lege fulcirentur. Proinde Cicero in Offic. lib.ii. certam uiuendi diſciplinam, qua bene & beate uiueretur, legibus adſcripſiſſe uidetur. Et Dionyſ. legum præceptis beari uitam hominum cenſuit. Quapropter Philoſophus in Polit. lib.iiii. & alibi, ſicuti rempublicā commendabat, cui lex dominaretur: ita deterrimam eſſe, in qua leges non pollerent. Hieronymus contra Ruffinum illud Pythagoræ exponens, Coronam non carpendam: coronam, ciuitatis legem uocat. Quo nomine ciuitas Friburgum commendari iure poterit, quæ antiquata priſcorum imperfectione, remp. eorum nouis legibus municipalibus, iuri communi magna ex parte conformibus, ope noſtra, ſuperiori anno ita inſtruxit, ut nomine & incremento, quod bonum, fauſtum, & felix ſit, auctius eam propagari ſperemus.

Friburgum.

i IN tabulis eburneis.) Dionyſ. lib. x. & Liuius lib.iii. ad fin. tradunt in æs inciſas fuiſſe. Sed & fœdera Latinorum, in columnā æneam inciſa eſſe poſt Roſtra, Cic. in oratione pro Cor. Balbo meminit.

Roſtra quæ ſint.

k PRO Roſtris.) Ante Roſtra. & eſt ſignata loquendi figura, ſecundū Caprum. Sic Proſceniū, locus ante ſcenā. Et Salluſtius: Pro curia ſignū ſociis dare, id eſt, ante curiā. Sunt autem Roſtra, forum ante curiā Hoſtiliam, quæ Senatorū erat, ubi pulpitum porrigebatur ornatū roſtris nauium ex Antiatibus captarū, ut Liuius tradit. Naues autē roſtratas eſſe nemo ignorat. Itaq; decem tabulæ in foro ad curiam ſenatoriam affigebantur. Accurſ. hic in prima expoſitione, ueritatē uelut in tenebris affricuit. Ea tamen roſtra in alium locū tranſlata fuiſſe traditur, cū corpore Clodii in prædicta curia cremato, etiā ipſa curia conflagraſſet. autor Aſcon. Hoc eſt quod poſtea in §. poſt hos. dicitur, ſtatuam Sulpitii extare pro roſtris Auguſti: quòd ea roſtra, quæ cōmutata fuerant, cœpta fortaſſe ſunt

nom

nominari roſtra Auguſti. Siquidē Aug. cum uita eſſet defunctus, pro roſtris huiuſmodi à Druſo Tiberii filio laudatus fuerat, ut Suetonius ſcribit.

l APERTIVS.) Nota, ſtatuta eſſe publicanda, ut à ciuibus ſciantur: id quod in pulcherrimæ noſtræ urbis Conſtantiēſis politia, quotannis ſolenniter obſeruatur. Liuius lib. III. ubi de iſta legum publicatione differit, ingenti, ait, hominū expectatione populo ad concionem aduocato, decem tabulas propoſitas eſſe: &, quod bonum, fauſtum, felixq; reipub. & ipſis foret, iuſſiſſe ut publicatas legerent: ſe enim, quantum decem hominum ingeniis prouideri potuerit, omnibus, ſummis, infimisq; iura æquaſſe, &c. Porrò apud Cic. in libro de Orat. Craſſus bibliothecas omniū philoſophorū unum ſibi libellū XII. tab. uideri dicit: ita legum fontes & capita, autoritatis pondere, & utilitatis ubertate præſtare. *Statuta publicanda.*

m DATV'M QVE.) Liuius, Dionyſ. Feneſt. & cæteri tradūt, Decemuiros cæteris diſſolutis magiſtratibus ſumma in urbe poteſtate polluiſſe, ut nec ab eis eſſet prouocatio: eisq; ius fuiſſe, ex patriis conſuetudinibus, & Græcis, nuper allatis legibus, optima eligere, & quas ſcripſiſſent leges perpetuas fore, ſi & Senatus probaſſet, & populus firmaſſet. Non tamen diu eam mutationem duraſſe Liuius docet, quòd his legum autoribus nimis luxuriantibus, res eorum citius lapſa, & conſulare imperium repetitum fuerit. *Decemuirorū ius.*

n IVS.) Poteſtatem uel facultatem accipe. Sic apud Lucanū, Iusq; datum ſceleri.

o EO anno.) Anniculam eis fuiſſe hanc poteſtatem, ex hiſtoriis ſatis conſtat: ipſos tamen ſub uelamento legum perficiendarum etiam altero anno electos tertii porrò anni magiſtratum proprio ingenio uſurpaſſe omnes tradunt.

p PROVOCATIO.) Prouocationem ad populum, etiam tempore regum fuiſſe conſtat. Nam Tullo Hoſtilio regnante, ſuperſtitem ex Horatiis, cum Curiatios Albanos ſingulari certamine uiciſſet, & Romam ingreſſus, ſororem fata alterius ex Curiatiis ſponſi ſibi deſtinati lugentem, indignatione motus interfeciſſet, & propterea perduellionis reus iudicaretur, prouocatione uſum fuiſſe inuenio: quod Tit. Liu. lib. I. tradidit. Exactis pòſt regibus, Valerius Publicola primus lege ſtabiliuit, ut aduerſus magiſtratus prouocare liceret. hoc prouocationis remedium, in quo uno ſalus populi

reſidebat, lege ſublatum eſſe, decemuiris conſtitutis, textus noſter docet. At uero ea decemuirali poteſtate euerſa, legem prouocationis populus non reſtituit modo, ut ait Liuius, ſed etiam in poſterum muniuit, nouam ſanciendo legem, ne quis ullum magiſtratum ſine prouocatione crearet: qui creaſſet, eum ius phasque eſſet occidi. Dictatorem tamen, ſi quando neceſsitas exigeret, hac ſolutum lege fuiſſe ſatis compertum eſt, ut ab eo prouocare non licuiſſet: de quo poſt dicam. Philoſophus IIII. Polit. ſignificare uidetur, omnes diſſolui magiſtratus, ubi prouocatio ad populum ſit recepta.

Prouocatio ad populũ quibus tẽporibus fuerit, quibus & ſublata.

q ALIAS duas.) Quas Decemuiri, cum iam poteſtas eorũ in tyrannidem uerti cœpta eſſet, adiunxerunt, ne nihil feciſſe uiderentur. Accurſ. hic colligit accidens origini præualere. l. ſi eadem. infrà de aſſeſſor. l. j. §. beſtias. infrà de poſtul. adducit tamen arg. contrà l. fin. C. de his qui uen. ætat. impet. Inſtit. de rer. diuiſ. §. pauonum. Eius perplexi, quod barbari brocardum uocant, diſſolutio uulgò eſt cognita.

r HERMODORVM.) Cic. lib. v. Tuſc. quæſt. hunc Hermodorum principem Epheſiorum fuiſſe ſcribit: cuius integram uitam, quia Epheſii uitiis corruptiſsimi, ferre non poterant, in exilium egiſſe traduntur, dicentes neminem apud ſe uirum frugi uiuere paſſuros. Quapropter Heraclitus (ut eſt apud Cicer. loco prædicto) uniuerſos ait Epheſios eſſe morte mulctandos, quòd cum ciuitate expellerent Hermodorum uirum bonum, ita locuti ſunt: Nemo de nobis unus excellat, ſed ſi quis extiterit, alio in loco & apud alios ſit. quam rem & Ariſtidi obiectam Probus Aemilius ſcribit. Cum enim decennali exilio mulctatus, cauſam inquireret, reſponſum dicitur, Diſplicuiſſe quòd elaboraret, ut præter cæteros iuſtus appellaretur. Tiberius Cæſar licet uitia odiſſet, eminentes tamen uirtutes non ſectabatur. teſtis Cor. Tacitus lib. I. ad fin. *Heliogabalus turpiſsimus Rom. Imperator, ideo infenſus fuiſſe Alexandro adoptato legitur, quòd impudicus non eſſet: qui tyrannus & Vlpianum officio ſuo remouit, quòd eſſet uir bonus. autor Lampridius. Cicero ad Lentulum ſcribens, Romani, inquit, in principibus te eſſe facile paſsi ſunt, euolare altius noluerunt. Et in oratione pro Cor. Balbo, ſeculi ſui labẽ eſſe inquit & maculam, uirtuti inuidere, ipſumq́; florem dignitatis infringere: adeò omnis excellentia multitudini eſt infen

**Additio.) Grecinum Iulium uirũ egregiũ Xerxes occidit ob hoc unum, quòd melior uir erat, quàm eſſe quẽquam tyranno expediret. autor Seneca lib. II. de beneficiis.*

infenſa. Huius Hermodori Strabo lib. xiiii. meminit, qui dicit eum leges quaſdam Romanis uideri ſcripſiſſe. Plin. quoq; lib. xxxiiii. ſtatuam Hermodori Epheſii, legum decemuiralium interpretis, in comitio publicè dicatam docet. Liuius lib iii. Dionyſ. lib. x. de hoc Hermodoro nihil meminerũt: duas tamen legum tabulas, parte ſequentis anni trāſacta, adiectas fuiſſe ſcribunt, in quibus una maritandis ordinibus ſcripta erat, quæ patritios cum plebeis matrimonio coniungi uetuit. Bald. hic cum ignoraret hiſtorias, male colligit arg. ab Hermodoro ad bannitos, cum ii iuſtè excludātur, ille iniuſtè exulauerit. Idem pari errore labitur in l. cum quædam. infrà de iur. om iud. ubi putabat eum qui in ciuitate ſua facinus patraſſet, ſi in alium locum perueniſſet, accuſari de crimine non poſſe, exemplo Hermodori: ſed erraſſe eum hoc exemplo ſuperiora probant. Dicebat Apollonius ad Ionas lib. iiii. Philoſtrati, Bonos uiros quocunq; terrarum peragrarent, præclaros uideri, eſſeq; Ioui ſimiles. Et Socrates in Apologia Platonis, Viro bono nihil mali accidere poſſe, neq; uiuenti neque defuncto, neq; res illius à diis negligi.

¶ [a] His legibus latis, cœpit (ut [b] naturaliter euenire ſolet) ut interpretatio deſideraret [c] prudentum autoritatem, neceſſariamq́ue [d] diſputationem fori. Hæc diſputatio, & hoc ius quod [e] ſine ſcripto uenit, compoſitum à prudentibus [f] propria parte aliqua non appellatur, ut cæteræ partes iuris ſuis nominibus deſignantur, (*[g] datis proprijs nominibus cæteris partibus) [h] ſed communi nomine Ius ciuile appellatur.

*Expungenda ſunt hæc uerba, ut quæ in archetypo non inueniantur.

a His legibus.) Quæ modicæ erāt: eas enim xii. tabularũ libello contineri, Craſſus & Cæcilius docuere. Sed certè ſicuti flumina magna uides paruis de fontibus orta, ita ex modicíſsimis origine, tā uaſta ſuccreuit immēſitas, ut Tertullianus ſqualentē legũ ſyluā principalibus reſcriptis, tanquā ſecurib. truncatā tradiderit. Et erat tamē magna eo tūc in legibus ſcribēdis & interpretādis peritia: ſiquidē omnem propè philoſophiā Iurecōſulti cōplexi uidētur. Quæ per Iouem nunc eſſet utilitas, imò neceſsitas, effuſos iſtos cōmētarios coērcere, qui

Tertullianus. *Commentariorum coērcendorum neceſsitas.*

peritiæ'ne, an tenebrarum plus habeant, emunctus homo facile iudicabit, qui eos euoluit. Diſputationum enim contrariarum ſarcina onerati, ſæpenumero plus oſtentationis præ ſe ferunt, quàm doctrinæ. Strabo lib. VI. dicebat, eos quibus plurimæ leges adeſſent, uiuẽdi ritu deprauatos eſſe: rectè, ſicut quibus plures adſunt medici, eis permultas adeſſe ægritudines. Paria & Socrates (ut Plato ſcribit) iuſsiſſe dicitur: uetuit enim, ne iudices & medici in ciuitate multiplicarentur. Et ſanè argumentum eius ſententiæ nobis res Romana præſtabit, quæ initio modicis legibus ſteterat, pôſt uero legum gliſcente copia, defecit. Nutriuntur aduocatorum nequitiæ commentariorum pelago, ut dum quiſq; ſcribentium nouare ex ingenio pergit, anſam ſæpenumero iuris premendi aduocatis præſtat, qui fora uenenant, iudices ludificantur, quietem turbant, rerumpub. collegia, ſtatum, ordinem, inſtituta euertere contendunt, diis exoſi & hominibus.

Medicorũ multitudo prohibetur.

b NATVRALITER.) Suo quenque ſenſu abundare, Apoſtol. dicebat. Et Perſius, Velle ſuum cuiq; eſſe. & tot mores pectoribus, quot in orbe figuras, Ouid. cecinit. Quod licet in omnibus naturaliter eueniat, tamen in legibus XII. tab. ſua etiam conditio exigebat. Necdum enim manus eis extrema impoſita erat, cum decemuiri magiſtratu abire iuberentur, ut interpretatio in re parum abſoluta, meritò deſideraretur.

c PRVDENTVM.) Non ocioſe dicitur, prudentum autoritatem exigi: iſta enim interpretatio non tam deſiderabat prudentes (licet id maximè) quàm eorum autoritatẽ. Ex quo nimirum ſignificatur, legum interpretandarum ius non eſſe etiam prudentibus, ſi deſit autoritas.

Forum. d DISPVTATIONEM fori.) Nota, forum iudiciale ſua loci natura diſceptationibus exponi: paſcua mehercule uberrima aduocatorum, quibus, cum clientum iactura, pingueſcãt. Porrò arg. habes, forenſe illud dicẽdi genus, quod apud Rhetores tractatur, in primis legum ſtare peritia. Forum autẽ neutro genere, apud Latinos autores inuenias, ne Iſidoro ſubſcribas, qui ſub maſculino uſurpat, quod & Papa male ſequitur in uulg. c. forus. de uerb. ſignif.

e SINE ſcripto.) Ergo conſuetudo erat, quod ſeries textus non patitur. Sed dic, ſine ſcripto ueniſſe ab initio: poſtea uero memoriæ cauſa, compoſitam fuiſſe eam fori diſputatio

tationẽ. Simile eſt in teſtamento nuncupatiuo, quod licet in ſcripturã redigatur, nihilominus tamẽ ſine ſcripto ueniſſe di citur. fa. l. qui teſtamento. §. fi. ibi gl. infrà de teſtam.

f PROPRIA parte.) Intelligas, ſicut ius Papyrianum, Flauianum, lex curiata, lex XII. tab. & poſtea ius prætorium, plebiſcita, propriis appellantur nominibus: ita hæc fori diſputatio ſpeciale nomen non induerat, ſed ſub ſimplici uocabulo iuris ciuilis relinquebatur. Vbi colligis, aliud eſſe ius ciuile, quod iuris partes continet: aliud quod ſolam fori diſputationem reſpicit. fa. quæ uulgò de adoptione, in genere & ſpecie dicuntur. l. j. infrà de adopt.

g DATIS propriis.) Hæc oratio per parentheſim poſita ſatis ſuperfluit, elegantiæq; Iureconſulti conſonare non uidetur: quapropter à primis fortè gloſſatoribus ad ſpatium textus adiecta, per librarios temerè inſerta eſt. Ad Pandectas tamen me refero. quod ſi de textu eſſet, colligi argumentum poteſt, non dari uitio, repetere quæ ſemel poſita ſunt, ut plenior accedat lux declarationis.

h SED communi.) Habes hic euidens, arg. quædam ſub increto & indeterminato nomine relinqui. Hoc enim ius ciuile, de quo hic textus loquitur, nec lex eſt, nec edictum, nec conſtitutio, nec plebiſcitum, nec etiam reſponſis prudentum (ut quidam putauerunt) adnumeratur, de quibus poſtea dicam: nec alicui omnino parti iuris applicari poterit, ſed ſimpliciter, & uelut ſine ſpecifico nomine ius ciuile dicitur: ſubeſt tamen ei iuri ciuili, quod genus eſt ad iuris partes, de quo fit mentio Inſtitu. de iur. nat. gen. & ci. §. ſcriptum. ut ſuprà in alia gloſſ. diximus. Sic aliàs aliqua ultima uoluntas ſine certo nomine inuenitur, quæ nec teſtamẽtum ſit, nec codicilli, &c. de quo eſt notabilis gl. in l. licet. in fin. C. de pact. licet Alexand. in l. iij. §. fin. infrà de acquir. poſſeſ. aliter intelligat: quod tamen ſuo loco reprobauimus. Sic & cum ſeruitutes ſint aut reales aut perſonales, tamen & innominata ſeruitus recipitur. l. ut pomum. infrà de ſeruit. Sic & anomalus hæres eſt, ut docet Accurſ. Inſtitut. de eo cui lib. cauſ. cum ſimilibus. Ex prædictis nuper diximus, Doctorem qui ſcholaribus iudex datur, per authen. habita. eſſe innominatum, id eſt, relinqui ſub communi uocabulo iudicis. Nam nec arbiter eſt, quia non electus: nec delegatus, quia propriam habet iuriſdictionem: nec ordinarius, quia iure magiſtratus, quem

Anonyma & indeterminata quædam in iure noſtro.

C. ne fil. pro pa.

quem nullum habet, hæc iudicandi poteſtas nõ uenit: ſed ſpecialiter à lege datur, niſi dicas delegatũ à lege eſſe, ut in ſimili colligunt gl. & Doct. in l. iiij. §. duas. infrà de dã. infect. & c. ad abolendã. de hæred. Salic. in uulg. auth. habita. putat ordinarium eſſe: ſed nõ uideo quomodo, cum certis tantũ perſonis detur, & non iure magiſtratus. ſed nec delegare poteſt: igitur ſi innominatum putes, fortè non errabis.

¶ Deinde ex his legibus eodem [a] ferè tempore, [b] actiones cõpoſitæ ſunt, quibus homines inter ſe diſceptarent: quas actiones ne populus prout uellet, institueret, & [c] certas [d] & ſolennes eſſe uoluerunt. Et appellatur hæc pars iuris, legis actiones (* id eſt, legitimæ actiones). Et ita eodem penè tempore tria hæc iura nata ſunt, leges duodecim tabular. ex his cœpit fluere ius ciuile: ex iiſdẽ legibus actiones cõpoſitæ ſunt. Omnium tamen [e] harũ, & interpretandi ſcientia, & [f] actiones, apud collegiũ [g] pontificum erant, [h] ex quibus conſtituebatur, quis quoquo anno præeſſet [i] priuatis: & ferè populus propè annis centum hac conſuetudine uſus eſt.

* *Subdititia ſunt hæc uerba, ab improuido in cõtextũ, ex ſpatio fortè, inſerta.*

a FERE.) Non intelligas actiones feras, id eſt, crudeles fuiſſe, ut Accurſ. opinatur: hoc enim nec cõtextus nec elegantia recipit: licet nõ negẽ actionũ formulas ſtrictas fuiſſe, ut ſtatim dicetur. Sub aduerbio igitur lege, ferè, id eſt, quaſi eodem tempore, quo fori diſputatio emerſit, actiones ſua ſolennia induiſſe: quod certe neceſſe erat: peritorum enim diſputatio peperit, ut actionum, ſeu intentionum morbi (quod uitium rudis antè populus non perpenderat) iuſtificarentur.

b ACTIONES cõpoſitæ ſunt.) Non dicit inuentas eſſe de iure ciuili. Et ſic eſt arg. contra Bar. in l. frater à fratre. infrà de condict. indeb. in l. ita ſtipulatus. infrà de uerb. oblig. & alibi, qui per hunc textum actiones de iure ciuili eſſe inuentas opinatur. Sicuti enim de iure gentiũ iudicia uiguere, quod ſuprà oſtendimus, & innumeris poſſet exẽplis cõprobari, ita & actiones eſſe oportuit. Sed quia antè leges XII. tab. legitima agẽdi ſeries nõ fuerat, utpote quod pro cuiuſque arbitrio ruditer

diter ageretur, iniectũ eſt frenum, actionesq; antè informes, compoſitæ, ordineq; poſitæ ſunt, ne populus, prout uellet, inſtitueret.

c CERTAS.) Satis cõſtat, quaſdam actionũ formulas traditas, quarũ ductu in iudiciis experiundum fuerat, ut qui extra cauſam petiiſſet, lege XII. tab. cauſa caderet: qui uero formulas nõ ſeruaret præſcriptas, formula excidiſſe diceretur. Quintil. lib. VII. ex Antonio docuit, periculoſum eſſe, ſi cum uno forte ſit uerbo erratum, cauſa caderetur. Proinde in oratione pro Cæcinna, cũ Ebutius cõtrouerteret ſe non deieciſſe Cæcinnam fundo, ſed obſtitiſſe intrãti: Cicero ea tota oratione elegantiſsima, à uerbis recedendum, & æquitate iuris utendum docet, ne non in æquitate defenſionis, ſed in una litera ius latuiſſe uideatur: nec enim ſermonem quotidianum cohærere, ſi uerba inter nos aucupemur. Claudius Imperator apud Sueton. iis qui plus petẽdo formula excidiſſent, actiones reſtituit. Huiuſmodi tamen uerborum aucupia conſtitutione Cõſtantiniana abierunt, ut l. j. C. de form. ſubl. Quamuis ex aduocatis nõnulli calumniari adhuc iura partium pergant ſuper formulis, quas uel ex gloſsis, uel commentis deprehenderunt: ita diſceptantes, ut ſi etiam de facti ueritate conſtet, formularia tamen uerba, uis, tenor, iam ab ætate Bartoli & amplius, ſub incude æſtuant, uelut in Cyclopum officina: quo ſignificatu, qua forma, quo tandem effectu fabricentur. Controuertunt ocioſi homines, qui tonſor uenas in palatio incidat, ſanguinémue ex delicto contra ſtatuta fudiſſe dicatur: & qui ſuper proprietate experitur, probauerit autẽ de utili dominio, an ſuccumbere debeat: & multa id genus ex uerborum aucupiis procedentia, in quibus non ſolum bonas horas male collocari, ſed & oleum & lucernam perdi uideas.

Aucupia uerborũ ſublata.

d ET ſolennes.) Quaſi præſcripto & inſtituto quodã receptas, ut ſolæ ſeruarentur. A' ſolo enim, ut dicit Sext. Pompo. ſolenne uenit, uel à ſolito: unde quæ certa ſunt obſeruatione conſtituta, ſolennia nominamus. Apud Iurecõſ. ſolennia munera ſunt, quæ certo tẽpore ex moribus mittebantur. l. cũ plures. §. cum tutor. infrà de admin. tutor. Et Tito Liuio, Idus Maiæ ineundis magiſtratibus ſolennes fuere.

Solenne unde dicatur.

e HARVM.) Intelligas duodecim tabularũ, & diſputationis fori. Et dic, ſcientiam interpretandi prædictas XII. tabulas, & diſputationes, deniq; & actiones, earũq; formandarũ

autoritatem apud ipſos fuiſſe pontifices. Cicero in oratione ad pontifices pro domo ſua, diuinitus inſtitutũ eſſe teſtificatur, quòd eoſdem religionibus deorum immortaliũ, & ſummæ reipub. præeſſe uoluere. Sic olim Panchæi populi, ſacerdotes eorum conſtituêre omniũ duces, quibus & controuerſiarum iudicia, & publicarum rerũ arbitria permiſſa ſunt. Sed & apud Aegyptios, ſacerdotes ſecundũ poſt reges honoris dignitatisq; locum tenẽt. autor Diodorus Siculus lib. II. & VII. Galli quoq; Dryidas (ſic eorum ſacerdotes nominant) iuſtiſſimos exiſtimarũt: quorum fidei priuata & publica cõmiſere. autor Strabo lib. IIII. Apud ueteres Germanos, cũ in aciẽ prodiſſent, nemini nec animaduertere, neq; uincire, nec uerberare, niſi ſacerdotibus permiſſum erat, uelut Deo imperante, quẽ adeſſe bellãtibus credebãt: fuitq; ſacerdotibus iuxtà ac regibus & principibus honor habitus. teſtis Cor. Tacitus in lib. de morib. German. Dicebat Indus ad Socratẽ, uix quemquam nouiſſe res humanas, qui diuinas cognitas nõ habuerit: ut ſcribit Euſebius Pamphil. lib. XI. Laurus triũphalis arbor, Pontificum & Cęſarum domos ornabat. Plinius lib. XV.

Sacerdotibus ſemper delatus honor.

f ACTIONES.) Pontificum enim erat officium declarare, quæ cuiq; negocio actio competeret: fueratq; moribus receptum, ut non antè agere licuiſſet, quàm agendi formula impetraretur: quod tamen conſtitutione Conſtantini tam eſt ſalubriter abolitum, quàm fuit cum iactura litigantium inuentum. l. ij. C. de form. ſubl. Cicero in quadã epiſt. ad Sulpitiũ, ſubpungere uidetur, quòd eandem rẽ diuerſis formulis Iureconſulti tractarẽt. Fuere ex Doct. noſtris aliqui, qui putabãt prætorẽ ſuo decreto tribuere actiones, moti ex l. ſi finita. §. elegãter. infrà de dã. infect. Sed illi tex. iuris nõ intellexerũt.

g PONTIFICVM.) Apud T. Liuium lib. I. & Dionyſium lib. II. traditur pontifices à Numa Pompilio ſecundo Romanorum rege inſtitutos, eisq; ſacra omnia exſcripta, exſignata & attributa, quibus hoſtiis, quibus diebus, ad quæ templa, ſacra fierent: fuiſſe apud eos ad omniũ publicorum & priuatorum ſacrorũ curam, adſtrictamq; plebẽ ab eis conſilia petere, ne quid diuini iuris, negligendo patrios ritus, peregrinosq; conſtituẽdo turbaretur. Enarratores enim & prophetas, imò & iudices fuiſſe eorum quæ ad ſacra pertinerẽt. Porrò & qui dies faſti, qui nefaſti, quando ſolis & lunæ defectus, quæ anni tẽporúmue rationes eſſent, ab eis declarabatur. Hinc certe

Pontificũ munus.

euidens

euidens argumentum ſumi uidetur, quòd qui ſacrarum rerum enarratores ſunt, ut Theologi, humanarum etiam eruditione ornatos eſſe oportere. Quòd & Beda uidetur recepiſſe, in c. turbat. xxxvij. diſtinct. Argumento ſunt Hieronymus, Auguſtinus, Ambroſius, Baſilius, Gregorius Nazianzenus, Chryſoſtomus, & alii uiri inſignes non pauci. *Theologi humanarum rerum eruditione ornati eſſe debent.*

h EX quibus.) Pontificibus, ut Accurſ. exponit. Vel dic, ex quibus, legibus XII. tabul. aliiſq; ſupraſcriptis. Tã enim fœcundæ ſanctionis prædictæ XII. tabulæ fuere, ut Phauorinus apud Gellium ſe non minus cupidè eas, quàm decem Platonis de legibus libros legere aſſeruerit.

i PRIVATIS.) Subaudi, & publicis. Omnia enim iſta, quę uel diuina uel humana concernebant, maxime quæ uel ex dictis XII. tabul. uel ex temporum, aut dierum ratione conſtarent, pontificum iuſsis expediebãtur. Vel uerius expone, priuatis, ſcilicet negociis, quæ controuerſiis fortaſſe ſubiecta fuere. Satis enim credibile eſt, pontifices ſuccedaneum aliquem præfeciſſe, qui quoquo anno actionibus moderandis præeſſet: ne ipſi, quos maior ſacrorum cura maneret, prophanis iſtis impedirentur. Ex quo tex. delegationis iam antiquitus factæ, ueſtigia colligi poſſe uidentur. *Impertinens eſt prior pars huius gl. cum uerus textus nõ Priuatis, ſed Priuatus habeat, ut ſit ſenſus, quis priuatus præeſſet, &c. Proinde finis huius gloſſ. huc fortaſſe accommodari poſſet. *Additio.*

¶ Poſtea cum [a] Appius Claudius propoſuiſſet, & ad formã redegiſſet has [b] actiones, [c] Cn. Flauius [d] ſcriba eius, libertini filius, ſubreptũ librũ populo tradidit: & adeò [e] gratum fuit id munus populo, ut [f] tribunus plebis fieret, & [g] ſenator, & ædilis curulis: hinc liber qui [h] actiones continet, appellatur Ius ciuile Flauianum, ſicut & [i] illud ius ciuile Papyrianũ. Nã nec Cn. Flauius de ſuo quicq̃ [k] adiecit libro.

a APPIVS.) Non ille qui decemuir fuerat, cuius ſuprà meminimus: ſed ex deſcendentibus ſuis hic poſterior Appius fuit, centum & amplius annis poſt priorem Appium: de quo & poſtea ſuo loco latius dicemus.

b ACTIONES.) Non eas ſolum, ſed legem XII. tabular. & dierum, temporúmue rationes, & faſtos: quæ omnia iure ciuili

ciuili continebantur, ut in ſequenti gloſſ. patebit.

c CN. Flauius.) Hanc hiſtoriam uulgò notam eſſe credo, de qua ſic loquitur Valerius libro II. Ius ciuile per multa ſecula inter ſacra, cæremoniasq; deorum immortalium abditum, ſolisq; pontificibus notum, Cn. Flauius, libertino patre genitus, & ſcriba, cum ingenti nobilitatis indignatione, factus ædilis curulis uulgauit, & faſtos penè toto foro expoſuit. Quo loco Oliuerius neminem præter pontifices, iuris ciuilis ſcientiam habuiſſe dicit. Cicero in oratione pro L. Muræna, myſteria iuris paucos ſciuiſſe tradit, eosq; qui conſulerentur, poſſetne lege agi, an non poſſet, in magna fuiſſe potentia. à quibus etiam dies tanquam à Chaldęis peterentur: inuentum tamen ſcribam quendam Cn. Flauium, qui cornicum oculos configens, ſingulis diebus addiſcendos faſtos populo propoſuerit, & ab ipſis Iureconſultis ſapientiam eorum compilarit. Confixiſſe cornicum oculos, prouerbio dixit, quod & idem Cicero in oratione pro l. Flacco ad fin. uſurpabat: quaſi nouo hoc inuento, ueterum eruditionem quæ admirationi habebatur, ignobiliorē redditam eſſe ſignificaret: ut doctiſſimus noſtræ ætatis uir Eraſmus Roterodamus in Adagiis ſuis interpretatur. Item & T. Liuius lib: IX. ad fi. Cn. Flauium ædilem à forenſi factione creatum ſcribit, quòd ius ciuile in penetralibus pontificum repoſitum euulgaſſet, & faſtos circa forum in albo propoſuiſſet. Eius rei geſtæ etiam Plinius lib. XXXIII. meminit, qui Cn. Flauiū Appii ſcribam dies faſtos publicaſſe dicit, & ob hoc ædilem curulem, & demū tribunum plebis creatum: quo facto tanta ſenatum indignatione exarſiſſe, ut anulos multi abiicerent. Valerius lib. IX. id factitatum eſſe, dum prætor crearetur, ſcribit.

Iuris ciuilis faſtorumq; uulgator Cn. Flauius.

Cornicum oculos configere.

d SCRIBA.) Scribam commendat, memoria, ſcientia, conſuetudo, celeritas ſcribendi: teſtis Cicero in oratione pro P. Sylla. adde & fidem. Erat apud Græcos honorificum ſcribæ munus: nemo enim (ut eſt teſtis Aemilius Probus) ad id officium admittebatur, niſi honeſto loco, & fide, & induſtria cognita, cum neceſſe ſit omnium conſiliorum eum eſſe participem. Itaque Eumenes Cardianus ſcriba Philippi regis, & poſt Alexandri magni, tanta creuit honoris eminentia, ut inter primos Grecię principes, poſt mortem Alexandri, integritate & bellicarum rerum gloria fulgeret. Cuius inſigne dictum apud Plutarchū legitur: ſe uitam potius poſiturum

Scribam commendantia.

eſſe,

eſſe, quàm fidem. Sic & regis Porſenæ ſcriba eo ſplendore fuit, ut à rege ipſo non admodum differret, imò pro rege à Scæuola interficeretur. Romani tamen ſcribarum officia nõ ita honorata, ſed uelut mercenaria (ut docet Aemilius) arbitrabantur. Scribarum ordinem immoderatius excedentem, Cato Vticenſis quæſtor coërcuit. Cum enim leges Romanas, & publicas ſcripturas in manu haberent, quæſtorium magiſtratum, ut qui plerunque ab adoleſcentibus gereretur, ita gubernabant, ut ipſi planè magiſtratus eſſe uiderentur: quos Cato repreſsit, miniſtrorumque locum tenere coëgit: quod amplè Plutarchus proſequitur. Quæſtorum ſcribæ ex bonis ciuium publicatis non paruum quæſtum feciſſe traduntur: id quod in Cornelio ſcriba L. Syllæ, qui poſtea Cæſaris quæſtor erat, crimini datum eſt. autores Cicero lib. II. Offic. & Lepidus in oratione quæ apud Salluſtium legitur. Eam ob rem lex Clodia emerſiſſe putatur, quæ eos negociari uetuit, ut eſt apud Suetonium in Domitiano. Cæterum Cicero in oratione pro domo ſua, ſcribarum integritatem commendat, qui cum in rationibus & monimentis publicis uerſarentur, ipſius in rempubli. beneficia, eorum iudicio & decreto declaraſſent. Sed & Dionyſius Halicar. lib. IIII. & Capitolinus in Gordianis, ſcribas eo nomine commendant, quòd rerum geſtarum ſummam ſcitè complectãtur. Olim Neronis Druſi Imperatoris chariſsimi corpus, ſcribarum decuriæ ad urbem deuexerunt. teſtis Suetonius. Denique Cicereus ſcriba Scipionis Africani, adiuuiſſe eiuſdem Scipionis filium legitur ad præturam conſequendam, quæ eidem Cicereo deſtinabatur, teſtis Valerius lib. III. Catonem Cenſorium ſui ſcribæ Salonii filiam in matrimonium duxiſſe, Plutarchus teſtatur. Quos antiquitas ſcribas, Græci archigrammateos uocant. Andreas Alciatus uir doctiſsimus, iuriſq; ciuilis illuſtrator egregius, in rub. C. de primice. lib. XII. ſcribam principis, primicerium nominari docet, iuſtis refertus autoribus: noſtra ætas cancellarios nominat, quòd nomen Latinitate donauit Flauius Vopiſcus, cum in Carino Imperatore ſcribit, unum ex cancellariis ab eo præfectum urbi creatum. Porrò & Diocletianum Imper. ſcribæ filium fuiſſe plerique tradiderunt. autor Eutropius. Sed & Iouinianus ex primicerio domeſticorum Imperator factus eſt, teſte Euſebio, ut tradidit Alciat. Et certe, quicquid Romana uetuſtas ſtatuerit, princi-

Lex Clodia cur lata.

Andreas Alciatus.

pum ſcribas (ſiue eos cancellarios, ſiue ſecretarios, ſiue ſacri ſcrinii proximos, ſiue libellorum magiſtros nomines) magna ſemper apud principes momenti fuiſſe manifeſtum eſt. Nam & Papinianus ſub Seuero, & Vlpianus ſub Alexandro principibus, ille libellos, hic ſcrinia moderati ſunt. Et aſcendit cancellarii dignitas adeò, ut ex electoribus Romani Imperatoris, unus ſit Imperii cancellarius. Conſtitutiones quoque principum, multis eos qui ſacri ſcrinii proximi, ornarunt priuilegiis: nam ea dignitate funguntur, qua uicarii principis. Acceſſus ad principem eis ſemper conceditur, & eſt eis poteſtas ſedendi cum iudicibus. Ad extraordinaria, uel tributa, uel munera, nec ipſi, nec liberi, néue alii de familia cogũtur. Et qui diu ſecretariorum officio functi cum fide fuerint, ſacri palatii comitis eis dignitas prærogatur. Quas in prouincia domus habent, hoſpitis accipiendi onere non grauantur. In iudicium uocati non ſatiſdabunt. Ab officiis dimiſsi, omnibus his, qui pôſt ad regendas prouincias ſunt aſſumpti, præferuntur. Palatina eorum bona, ex pari caſtrenſibus accedunt peculiis. hæc cognoſci conueniet ex l. j. l. ij. l. iubemus. l. peculiari. l. proximos. l. in ſacris. ij. l. in ſacris. iij. C. de proxi. ſacri ſcrinii. lib. x 11. l. j. & ij. C. de priuileg. eorum qui in ſacro palatio mil. eod. libro. & l. j. C. de caſtr. om. palatin. pecul. eodem lib. ubi pulchra uerba ponuntur, cum aliis multis priuilegiis, quæ colligi ex iure poterunt. Deniq; Caſsiodorus (ut eum Alciat. uir inter iuris profeſſores doctiſſimus allegat) primicerium inſigni fuiſſe eminentia ſcribit: eius enim dignitati prouinciarũ iudices ſubiacuiſſe, nec fuiſſe rem ullam perfectam, cui pro ſolennibus primicerii nõ acceſſerit autoritas: & quæ ibi ſequuntur.

Cancellariorũ dignitas.

Archigrãmateorum priuilegia & immunitates.

e GRATVM.) Eum uerè ciuilem, gratumque eſſe Cic. de Oratore docet, ſi omnia quæ faciat grata ſint, ipſe tamen nihil gratiæ cauſa faciat. Quod certè in Cn. Flauio recipere non auſim, ut qui gratiam à populo uenari uoluiſſe creditur.

Gratus ex Cicerone quis.

f TRIBVNVS.) Accurſius hic lucra ex dolo ueniſſe colligit, argum. l. Titio. in fin. j. reſponſ. infrà ad munic. l. inteſtato. §. is planè. infrà de ſuis & legit. Argum. tamen contrà in l. ſi quis ſeruo. C. de furt. Sed certe hunc ſcribã, quamuis malè à nobilitate audierit, à dolo excuſamus, qui quod ad omnes ciues pertinebat, omnibus expoſuit. Nec enim diſsimulari & occu ltari

occultari debuere, teſte Cypriano, quibus quiſque regi poſſit & inſtrui. Sic & Socrates apud Platonem in Protagora, ciuilem uirtutem ad omnes pertinere uoluit, omneſque ad eos admittendos eſſe, ne ſi alteri ab altero traderetur, uiri optimates tam precioſam rem, ſuis quondam uelut hæreditario iure relinquerent: quod quidem à Romanis factitatum eſſe, ſuprà docuimus. Eos tamen omnibus uerberibus dignos eſſe putamus, qui iuris ciuilis ſcientiam, quam ne à ueſtibulo quidem unquam cognouerunt, in linguam uernaculam, & neſcio in quos ludos traducere pergunt: quibus non ſatis eſt, quòd ipſi ſint omnibus numeris imperiti, niſi & alios inſanire faciant. *Indignatio in eos, qui iura ciuilia in uernaculã linguam traducunt.*

g SENATOR.) Ideo fortè ſenatorem dicit, quòd cum tribunus plebis creatus eſſet, ſenatus habendi, ſenatuſque conſultum faciendi ius erat: licet ante Atinium plebiſcitum, tribuni ſenatores non eſſent, ut docet A. Gell. lib. XIIII.

h ACTIONES.) Adde & l. XII. tab. aliaq; iuris ciuilis arcana, cum diebus faſtis atq; nefaſtis. Sunt enim faſti dies, quibus diuina humanaq; agere licebat: nam & in eis ferię inerãt. Nefaſti, quos ominoſos antiquitas putabat, quidam ex noſtris Aegyptios, uel reiectitios nominant: de qua re latius apud Ouid. I. Faſt. & Macrob. lib. I. Saturnal. Faſtos autem numero pluratiuo, Feſtus Pompeius libros eſſe dicit, quibus totius anni ſit deſcriptio, & cauſæ feſtiuitatum explicantur: uulgus Calendaria uocat, quo tamẽ uocabulo libros debitorum appellari in iure noſtro pluſquam notum eſt. *Faſti dies.* *Nefaſti.* *Calendaria.*

i ILLVD.) Ille liber Papyrii, de quo ſuprà meminerat Iureconſul. Natura enim huius pronominis eſt, ut remotiora referat: ſicut ſub pronome, *hic*, propiora referuntur.

k ADIECIT.) Hunc text. allegat Accurſius in l. licet. C. de acquirenda poſſeſsio. pro opinio. Azon. qui tenuit unam tantum eſſe poſſeſsionem, quæ corpore & animo acquiritur: eamq; propterea, quòd per ius approbaretur, etiam ciuilem nominari poſſe. Nos cum eũdem tit. infrà. ff. eodem, legeremus, dictam opinionem Azon. contra communem defendimus, ut ſcilicet & naturalis & ciuilis, non ſpecie, ſed qualitate differant. Et idipſum Alciatus, uir eminentis doctrinæ, tenuit, in l. quæſtio. ad fin. de uerborum ſignificatione. cum dicit poſſeſsionis duplicem eſſe rationem ſeu qualitatem, ut ibi latius per eũ. Si enim ciuilis poſſeſsio in ęnigmate *Poſſeſſ. ciuilem & naturalem nõ differre ſpecie.*

C 2 naturalem

naturalem repræſentat, ut tenet gloſ. in l. iij. §. ex contrario. eodem tit. uel ſi ex retentione naturalis, ciuilis inquietatur, ut tenuiſſe uidetur gl. in l. clam. §. fin. eodem tit. non eſſe ueriſimile duo illa re ipſa & ſpecie differre. denique naturalem poſſeſsionem amitti animo non poſſe, ut retineatur ciuilis: nec è diuerſo. d. l. iij. §. in amittenda. §. ſaltus. eodem titul. neceſſariò conſequens eſſe, quòd nulla ſit in eis realis uel ſpecifica diſſeparatio: tunc enim altera ſine altera amitti animo poſſet, cum ea ſit ſeparatorum ratio, ut alterum ſine altero poſsit & deſtrui & conſiſtere. l. j. in fi. infrà de calum. Quæ ratio, & nonnulla prætera fundamenta alio loco adducta, mihi obſignatis tabulis pugnare uidentur: ſcio tamen quid communis opinio ſentiat, quam ſuæ relinquimus aleæ, dum noueris aliud eſſe Opinari, aliud uerum Aſſerere.

* Augeſcente ¶ [a] *Vigeſcente ciuitate, qui [b] aderãt, quædam genera agendi compoſuerunt: nec poſt multum temporis ſpatium, [c] Sextus Aelius alias actiones compoſuit, & librum [d] populo dedit, qui appellatur Ius Aelianum. Deinde cũ eſſet in ciuitate lex XII. tab. & ius ciuile, eſſent & legis actiones, euenit [e] ut plebs in diſcordiam cum patribus perueniret, & ſecederet, [f] ſibiq́ iura conſtitueret, quæ plebiſcita uocantur. [g] Mox cum reuocata eſt plebs, quia multæ diſcordiæ naſcebantur de his plebiſcitis, pro legibus placuit & ea obſeruari, [h] lege Hortenſia lata; & ita factum eſt, ut inter plebiſcita & leges [i] ſpecies conſtituendi intereſſet, poteſtas eſſet eadem.

a VIGESCENTE.) Suprà ſatis declarauimus, uigorẽ ciuitatis, nõ ex inutilis populi, ſed ex bonorũ uirorũ præſentia, colligi poſſe, qui ad munera obeũda, ac res gerẽdas ſint idonei.
b ADERANT.) Prudentes Romani. Cicero in dicta orat. pro L. Muræna, potentiores, apud quos ius ciuile recondebatur, ea Flauii diuulgatione iratos, & ſimul uerentes, ne dierũ ratione peruulgata, ſine eis lege agi poſſet, uerba quędam ſolennia cõpoſuiſſe ſcribit, ut omnibus rebus ipſi intereſſent. Hoc textus præſens ſignificare uidetur.

SEXTV

c SEXTVS Aelius.) Hunc Craſſus in Oratore Ciceronis, ampliſsimū & clariſsimū uirū nominat: quē & propter iuris ciuilis ſcientiā, ſummus poëta Ennius celebrauerit hoc carmine: Egregiè cordatus homo Catus Aelius Sextus. cuius etiam Cicero 1. Tuſcul. quæſt. meminit. Dicebatur Aelius Catus à ſapientia, acumine & prudentia. Catū enim, acutū Sabini dixerūt: uel, ut Varroni & Porphyrioni placuit, pro experto & docto, catus accipitur. Aeliorū familia, licet primæ inter Patritios nobilitatis, pauper tamē & tenui cenſu erat, rerū geſtarum gloria quàm diuitiis clarior: ut docuit Valerius li. IIII. *Aeliorū familia prima nobilitatis.*

d POPVLO.) Arg. quòd libri, quibus iuris ciuilis ſciētia continetur, Romano principi ſunt dedicādi: tum quòd omne ius ab eo, tanquam à fonte emanet: tum quoq; quòd ſtabili autoritatē nituntur, quæ à principe in eo genere probata fuerint.

e VT plebs ſecederet.) Plebem à nobilibus ſeceſsiſſe, pòſt latè dicetur. Sed tex. hic de ſecunda ſeceſsione loquitur, quæ autore Virginio facta eſt: quod ipſum poſtea patebit.

f SIBI'QVE iura conſtitueret.) Id eſt, facultatem conſtituendi iuris acquireret, tribunitios magiſtratus reficiendo, per quos, dum neceſsitas expoſceret, plebiſcita fierent: in ea enim ſeceſsione plebem iura conſtituiſſe nuſquam legimus, ut ita textus per tranſumptionem intelligatur. Argum. pro teſtium dictis ſaluandis, ſi in facto principali nō labantur, etiā ſi circa qualitates minutulas uariarint.

g MOX.) Ad interualla temporum accipe, non pro confeſtim: nam ſecunda ſeceſsione, quæ poſt primam fuit, plebiſcitis ea data eſt autoritas, quam textus memorat: quod tamen gl. ſeq. latius tractabit. Superuacaneè laborant Doctores in pleriſq; locis iuris noſtri in uerb. *mox*, quid importet, cū apud Latinos ſcriptores pro poſtea ſumatur, quod ſecundū cuiuſq; rei naturam, uel plus uel minus temporis recipit. *Mox.*

h LEGE Hortenſia.) A. Gell. lib. XV. Lælii Felicis meminit, qui ad Q. Mutium ſcribens, tradit tribunitiis rogationibus patritios non fuiſſe adſtrictos, donec Q. Hortenſius dictator eam legem tulit, ut eo iure quod plebs ſtatuiſſet, omnes Quirites tenerentur. Quod & Plinius lib. XVI. attigit: ſic enim inquit: Quintus Hortenſius dictator, cum plebs ſeceſsiſſet in Ianiculum, legem in Eſculeto tulit, ut ad id quod iuſsiſſet, omnes Quirites tenerentur. Cæterum apud T. Liuium lib. III. inuenio ſecunda ſeceſsione plebis eam legem *Lege Hortēſia lata cœperunt omnes Quirites plebiſcitis teneri.*

 conſtitutā

conſtitutam fuiſſe. Nam L. Valerio, & M. Horatio coss. cum in controuerſo iure eſſet, tenerentúrne patres plebiſcitis, eoſdem conſules omnium primum tuliſſe legem centuriatis comitiis, ut quod tribuni plebis iuſsiſſent, populũ teneret: qua lege tribunitiis rogationibus acerrimum telum datum eſſe. Poſſunt utraq; uera eſſe, quod fortaſſe primo aliquo initio cœptum, poſtea perfectum fuerit.
i SPECIES.) Originis qualitas, ſtatus, conditio: ſic enim eo uocabulo Latini autores utũtur. Cicero: Quæ autem ſpecie quadam utilitatis. fa. l. proponebatur. in fin. infrà, de iudiciis. cum ſimil.

¶ Deinde quia [a] difficile plebs conuenire cœpit, [b] populus certè multò difficilius: in tanta turba hominum neceſsitas ipſa curam reipub. [c] ad ſenatum deduxit: & ita cœpit ſenatus ſe [d] interponere, & quicquid conſtituiſſet, obſeruabatur, idq; ius appellabatur [e] Senatuſconſultum.

a DIFFICILE.) Notat hic Accurſius, uniuerſitatem, uel plures, difficile conſentire. & fa. l. j. §. fin. infrà de acquir. poſſ. l. j. §. ſed an omnino. infrà de liber. uniuerſ. l. item ſi unus. §. fin. infrà de arbitr. arg. contrà, infrà quod met. cauſa. l. metum. §. animaduertendum. & fa. ad hunc §. Inſtitut. de iur. nat. §. ſenatuſconſultum. & in authen. de referen. §. pen. colla. ij.
b POPVLVS.) Quid differat plebs à populo, habetur Inſtit. de iur. nat. gen. & ciui. §. plebiſcitum. Populus autem antiquitus, cornu ſeu buccina in concionem uocatum fuiſſe tradit Dionyſ. quippe fieri non poterat, ut paruo tempore tanta multitudo per nomenclatores uocaretur.
c AD ſenatum.) Romulus cum nouam ſuam ciuitatem uiribus & robore iuuenum munitam cerneret, ut eam & conſilii ope fulciret, centum numero elegit, quos ob honorem Patres, ob ætatem Senatores appellauit: quorum poſteritas per genituram propagata, Patritii appellati. Hunc ordinem Tullus rex ex Albanis ſuppleuit. Brutus autem primus conſul, expulſor regum, primores equeſtris ordinis ſenatoribus adſcribi fecit, qui ob id Conſcripti patres nominati ſunt. Senatus

Patres, Senatores, Patritij, quare dicti.

tus haberi, niſi per maiores magiſtratus, non potuit: & nec ullo alio loco, niſi augurato, quæ templa nominant. Locus conſuetus ſenatus cōueniendi, curia Hoſtilia fuit. Ante ſolis exortum, & poſt occaſum, ſenatum habere non licuit: & erat neceſſe, prius ſacra diis fieri: quæ, & alia multa apud Feneſtellam inuenias, & apud A. Gellium lib. XIIII. Accurſ. in l. fin. infrà de ſenator. ſenatores centumuirali iudicio expendebat, ineptè prorſus: craſſam enim inter utrunq; ordinem differentiā fuiſſe, nemini ex peritis poteſt eſſe incognitum, cum centumuiri iudiciis, ſenatores curæ reipubl. præeſſent, ut poſtea docebitur.

Per quos, ubi & quando ſenatus haberi ſolitus ſit.

d INTERPONERE.) Quæri poſſet, quæ neceſsitas curam reipub. ad ſenatū deduxerit, aut cur interponere ſe cœperint, cū ab initio apud eum ordinem, ea reip. cura fuerit? mandatā enim eis ciuitatis tutelā fuiſſe, Dionyſ. lib. II. ſcribit. Et ait Feneſtella, adeò ſemper totius reipub. ſummam penes ſenatum fuiſſe, ut ne reges quidem, conſules aut dictatores, aut alius quiſquā magiſtratus, incōſulto eo quippiam facerent. Et propterea Tarquinium Superbum, qui multa præter autoritatem ſenatus decerneret, Tyrannū uocari cœptum. Nos credimus curam reipub. eatenus ad ſenatū deductam, ut non ſolum ſententias de rebus communibus dicere, ut antiquitus, ſed etiam quæ eis placerent uim legis obtinere conſtitutū ſit. Et ita præſentem textum intelligendum eſſe res ipſa exigit.

e SENATVSCONSVLTVM.) Hoc dupliciter fiebat, aut per diſceſsionem, ſi facilè conſentiebatur: aut per ſententias ſingulorum, ſi eſſet res dubia. Diſceſsio tunc fieri dicebatur, cum per pedarios ſenatores, ſeu (ut nos dicimus) pedaneos, qui minoris erant in ſenatu nominis, pedibus in ſententiam principum itabatur: diſcedebant enim ad partem, quibus ſententia huius uel alterius ſenatoris, qui de principibus, id eſt, primis erat, probaretur. Huius ſenatuſconſulti, quod per diſceſsionem fit, ſępe meminerunt Latini ſcriptores, Cicero lib. I. Epiſtolarum, & alibi. Sin uero ardua imminerent, neceſſe erat ſingulos nominatim rogare ſententiam. Atteius Capito negat ſine diſceſsione fieri ſenatuſconſul. Aul. Gell. ut ſuprà. Inuenio in Paulo Apoſtolo ad Theſſalonicenſes diſceſsionem uſurpari pro deſolatione Romani imperii, quæ præcurret Antichriſtum, Hieronymo interprete.

Pedanei iudices.

¶ Eodē tempore & [a] magiſtratus iura reddebāt: & ut ſcirēt [b] ciues quod ius de quaq; re quiſq; dictu rus eſſet, ſeq; [c] præmunirēt, edicta proponebāt: quæ edicta prætorū, ius honorariū conſtituerūt. Hono rarium dicitur, quòd ab honore prætoris uenerat.

a MAGISTRATVS.) Prætores intelligit, quos per antonomaſiam magiſtratus appellat, quòd in eis uberior fuit in litibus iudicandis poteſtas. Is tamen magiſtratus longo poſt ſe natores, poſtq; conſules tempore, introductus fuit, ut poſtea dicetur. Proinde quod hic dicitur, eodē tempore, ciuiliter, & ſub quodā ordine accipias. Arg. quòd teſtes, ſi dicant eodem tēpore rem geſtā eſſe, etiam ſi diſtātia aliqua reluceat, nō eſſe calumniandos, maximè ubi tempus non erat de neceſsitate.

b CIVES.) Quo uocabulo omnes intellige liberos, qui in imperio Romano communione ciuilium rerum bello & pace ſunt participes. argum. l. j. ad l. Fal. Inſtit. eo. tit. in prin. ergo & quibus facultas eſt publicè iudicandi atq; gerendi magiſtra tus, ut docet Philoſophus III. Polit. Non igitur omnes ciues Romani ſunt, qui Rom. imperii iuribus reguntur.

c PRAEMVNIRENT.) Nā nō præſumitur ignorari, quod in publicum proponitur. fa. l. ſed etſi. §. proſcribere. infrà de inſtitor. Eſt arg. iudicia non eſſe pręcipitanda, ſed ſpatiū ſeſe præmuniendi indulgendum. fa. l. & quia. & ibi Bald. infrà de interrog. act. c. inter hæc. de pœni. diſtinctione. iij.

Iudicia non ſunt præcipitā da.

¶ Nouiſsimè ſicut ad [a] pauciores uiros iuris cō ſtituendi uia trāſiſſe, ipſis [b] rebus dictātibus uidebatur, [c] per partes euenit ut neceſſe eſſet reip. per unum conſuli: nā ſenatus [d] non perinde omnes prouincias prouidè regere poterat. Igitur conſtituto principe, [e] datum eſt ei ius, ut quod conſtituiſſet, [f] ratū eſſet.

a PAVCIORES.) Quia cum à principio populus per curias legem ferret, redacta eſt legis ferendæ poteſtas ad decemuiros: data poſtea ſenatuſconſultis legis autoritas, & ita nouiſſimè in principem transfuſa.

b REBVS dictantibus.) Natura, curſu temporum & rerum exigente: in continuo enim motu conſiſtit mortalitas, & con tinuò uariat, ut quod à principio bonum uiſum ſit, euentus re rum

rum improbet. auth. hæc conſtitut. innouat. & de non alie. §.ut autem.coll.ij.& de conſang.& uteri.coll.vj.Et ſumitur hic Dictare quadã translatione. Sicut enim Dictari dicũtur, quæ alio præeunte uerba ſcribi cousueuere: ita & quę natura nobis excipientibus ſuggerit, Dictare dicitur. *Dictare.*

c PER partes.)Id eſt, per ſuccedaneas mutationes. uel fortè uerius, per partes, id eſt, per factiones eueniſſe, exponas: quaſi innuat, factione principũ reip.rẽ ad paucos redactã.Nã ſi Syllas & Marios tacuero, in manũ Cæſaris Iulii omnia eſſe redacta nemo ignorat: quo uitã functo, remp.triũuirorũ principatu preſſã nouimus: deinde Cæſaris Aug. imperio gubernatã, & ſic per partes, id eſt, propter principum factiones, qui ſeſe partes fecerũt, euenerit, ut ad unũ reipub. ſtatus deuenerit. Nã & ducẽ partiũ ueteres nominabant, qui in bellis ciuilibus exercitũ duceret. Quod autẽ Iurecõſ. ſcribit, neceſſe fuiſſe per unũ cõſuli, quaſi ſenatus omnes prouincias regere nõ potuiſſet, nõ eſt ſimpliciter accipiendum: nihil enim ſenatui in prouinciis regũdis, uel induſtriæ, uel temporis defuiſſet, ſi principes uiri in officio remãſiſsẽt. Sed diſsimulãda eſt ea Iurecõſulti cõniuẽtia, qui ueritatẽ hiſtoriæ tẽperando, principẽ ſub quo uixit, offendere noluit. Res enim publica Romana, in principes nõ ultro, ſed ui & bellis redacta eſt. Sed ad monarchiam res uel diuina ordinatione reſpexiſſe creditur. *Monarchia.*

d NON perinde) Id eſt, non ita accuratè res curari per ſenatum poterat. Sueton. Quare aduentus nõ perinde gratus fuit. Accurſ. hic colligit, per unũ quàm per multos rem cõmodius expediri. l.iij.§.apparet. infrà de admin. tut. Hoc & Philoſoph.III.Polit.aſſerit, qui c.XI.& XII.decîdit, uni optimo potius quàm multis poteſtatem tribuendam. Et Hieronymus in pſalmo CXLVI.melius eſſe, inquit, unũ timere, ut plures non timeas: quàm plures timere, ut ab uno ſis tutus. Dicebat Homerus, ut eum recitat Aemilius, nõ poſſe bene remp.geri multorũ imperiis. Sed & apud Herodotũ, Darius pulchra oratione euincit, unius regnũ præſtare: ſiquidẽ ex pluriũ etiã optimatũ gubernatione, odia, ſeditiones, cædes oriri, quòd quiſque princeps eſſe ſua ſententia, alios uincere optet. ſa. c. in apib. vij.quæſt.j.Tiberius tamẽ dũ per Senatores ad imperiũ uocaretur, cõſuluiſſe eis traditur, ut non ad unũ omnia deferrent, quòd arduũ eſſet munus cũcta regẽdi: & plures facilius reipublicæ munia ſociatis laboribus exequerẽtur, autor Cornelius

Tacitus lib.1.Sed uerſutus Imperator, tam nõ ex animo cõſuluit, quàm in primori uoto ei erat regnãdi cupiditas: quæ res, ut ſuprà diximus, ſtatũ reipub.à ſenatoribus in unũ principẽ traduxit. Alibi Cor. Tacitus lib.XVII.in princ.pacis interfuiſſe dicit, omnia in unum conferri.

e DATVM.) Quæ cauſatiuè intelligimus, nõ præciſè: nã cum nulla eſſet libertatis ſpes, populus Romanus iã iugũ ſeruitutis ferre aſſuetus, lege regia omnẽ poteſtatẽ in principẽ tranſfudit: ut quod neceſſe erat pati, legis regiæ titulo cõtegeretur. fa. ad tex. l. j. infrà de cõſtitut. prin. Eſt porrò hic argumẽtũ, ſtatuendi facultatẽ his qui rempub. moderantur, à populo permiſſam cenſeri. Quapropter ſtatuta ciuitatũ conſenſu populi, ſaltem uirtualiter, imò uelut conuentione aliqua condi putãdũ eſt: quod & Hermogenes ſatis docet in l. ſed ea. infrà de legibus. fa. c. recolẽtes. ij. reſpõſ. de. ſta. mo. Vtcunq; tamẽ iſte cõſenſus populi ſit, probabilis tamẽ eſt Doctorum aſſertio, cũ qui uigore ſtatuti cõpromittat, & iuret, ſi nõ ſeruauerit, non incidere in pœnas. l. ſi quis maior annis. C. de tranſactionibus. cũ nõ omnino liberè cõpromittat, qui uirtute ſtatuti promittere cogitur, licet in ſtatutũ in genere cõſenſerit.

Statuta quo modo condantur.

f RATVM eſſet.) Ex quo colligitur, principis Romani poteſtatem eſſe immenſam: eſt enim lex animata in terris. auth. de conſulibus. in fi. & recitat Decius in conſiliis. Et quicquid ſtatuerit, aut ſententiam dando decreuerit, cæteris paribus, pro lege ſeruatur. Inſtit. de iur. nat. gen. & ciui. §. ſed & quod principi. Ipſe enim ſicut eſt legibus ſolutus, ita ſolus legem cõdere poteſt. l. princeps. infrà de legibus. & hic in textu. Itẽ & pro diſpenſatione habetur, quod comprobabitur principẽ uoluiſſe. c. cum noſtris. §. nos uero. de conceſſ. præben. Sanctio enim principis nil habet imperfectum. l. fin. C. qui mil. non poſſ. lib. XII. l. fin. C. de his quibus ut indig. Porrò principis uerbo, eiuſq; narrationi ſuper rebus per ſe, uel in ſua præſentia geſtis creditur, etiamſi ſolus teſtificetur. per c. cum à nobis. de teſt. quod & in his quoq; quæ ante principatum ſe præſente geſta ſunt, locum habet. gl. ſin. in c. j. in uerb. ſtatuit. de renunc. lib. VI. gl. in c. ad apoſtolici. in uerb. promiſiſſent. de re iud. eod. lib. Vult tamen Andr. de Iſer. quòd princeps in re propria teſtificari non poſsit. in uſibus feud. titul. quo tempore miles. c. fin, quod Præpoſ. ibi latius examinat. Item princeps nulla iuris ſolennitate adſtringitur. leg. apud

eum. in fin. infrà de manumiſſ. Imò ſola præſentia principis ſolennitates iuris ſupplet, actumq; qui defectu ſolenniũ nullus eſt, inſtaurat & reponit. l. adoptio. infrà de adop. l. ij. infrà de rebus eorum. gl. poſt text. in auth. ut non fiant pig. fa. l. ſancimus. §. exceptis. cum auth. ibi poſita. C. de don. Bal. in uulg. l. omnium. C. de teſta. Ad hoc princeps iudiciorum ordinem obſeruare non tenetur: ſola enim ueritatis inueſtigatio coram eo fit, qua cognita, definit, etiam ſi iudicialis ordo uel ſit peruerſus, uel prorſus obmiſſus: cauſæ tamen cognitio exigitur. ita Bal. l. fin. C. de leg. idem c. j. §. fi. de noua for. fid. ad fi. & eſt text. in c. ad petitionem. in fi. de accuſa. Quod autem Paul. de Caſt. in l. ſi teſtamen. C. de teſt. principem ſine cauſæ cognitione concederé poſſe ſcribit, non eſt intelligendum in iis, in quibus litis definitio expectatur: ut ex præmiſsis patet. Præterea crimen princeps non ſolum indulget, ſed etiam abolet. And. de Iſer. in uſibus feud. in titu. quæ ſit prima cauſa. §. præterea. Remittit infamiam, & ad honores priſtinos omnino reſtituit. l. j. §. an autem. uerſi. pro qua ſententia eſt. infrà de poſtul. l. j. C. de ſenten. paſſ. remanet tamen cicatrix. argum. c. uentum. j. q. j. c. illud. 50. diſtin. arg. in l. omnes iudices. C. de decur. lib. x. Largiendo magiſtratum, dignitatem donando, imò & tolerando in honoribus, incapacitatis maculam abſterget, remouet impedimentum. l. imperialis. §. nam omni macula. C. de nuptiis. l. Barbarius. infrà de offic. præt. l. quidam conſulebant. in fin. infrà de re iudi. Deniq; princeps pœnam etiam meritam ſola uolũtate remittit. l. j. C. de deſert. lib. x i i. quod tamen cũ temperamẽto recipitur. Itẽ princeps uel ſeruos, uel libertos natalibus reſtituit: non tamen facile, niſi cũ conſenſu domini. l. ij. l. fi. infrà de natal. reſtit. Poſſet tamen & ſine cõſenſu, per d. ll. dũ cauſa ſubeſſet, ut poſtea deducetur. Item de innocentia damnati cognoſcit ſine appellatione. l. j. in fi. infrà de quæſt. Et ut ſemel finiã, à principe tanquam à capite, in omnes inferiores, honorũ & poteſtatũ munera diffunduntur. xix. diſt. c. ita dominus. cap. fundamenta. §. j. de elect. lib. v i. Contractus tamen ſi quos princeps Romanus etiam cum priuatis perſonis perfecerit, eum obligant, ut fidem conuentionis ſeruare cogatur. Licet enim Deus principi ſubiecerit leges, non tamen ſubiecit contractuum uincula, quæ iuris gentium ſunt, naturaliq; ratione conſiſtunt, & præcipuè in principe bonam fidem

Contractus principẽ ligãt.

fidem requirunt. quæ eſt communis Iuriſperitorum doctrina.Bald.l.princeps.infrà de legi. Cyn.Bald.Doctor.in l.digna uox.C.eodem tit.fa. cap.j.de probat. Aluar. Præpoſ.in cap.uno.in tit.de nat.feu.in uſibus feud.pro quo ſunt uaria Doctor.conſilia.Vnde nimis improuidè, ne quid durius dicam,nuper quidam ex doctoribus aulicis contrarium reſponderat.Nec porrò tutum mihi uidetur, quod Iacobus de ſancto Georgio in practica feudorum,in princ.aſſeruit, principem Romanum auferre uaſallo feudū poſſe. Cum enim uim contractus feuda habeant,ſtare cōtractui princeps tenebitur, ut iam diximus.Et licet Bald.allegetur in §.ad hæc.de allod. in uſibus feud.is tamen hoc non dicit.Deniq; princeps abſentem non citatum ſua ſententia condemnare non poſſet,cum defenſio ſit iuris naturalis,cui(ut diximus) ſubiectus eſt princeps.Bald.dict.l.fin.C.de legit.Aegid. Bellamer. cōſil.xvj. niſi fortè talis eſſet negocii natura, ut inuito eo,cuius res uertitur,princeps definiret,& de hoc conſtaret:quod uoluit doctiſsimus uir Sozinus conſil.clxiij.Et in uniuerſum,princeps nihil admittet,quod rationi obuiet & æquitati, ut eſt elegantiſsimus text.in l.digna uox.C.de legib. Licet enim abſoluta poteſtate legibus non ligetur,ut ſuprà diximus, ea tamen poteſtate abuti non debet:quanto enim eſt ſua poteſtas immenſior,tanto magis æquitatem exigit & iuſtitiam, quam in primis colere, & colendam pręſcribere debet.Hoc eſt quod Bal. conſil.xvj.ſecunda parte ſcribit,tam in principe ſummam iuſtitiam requiri,quàm ſumma ipſi poteſtas reſederit, quando à capite ſit exigenda ratio.Adde quòd cum princeps,ea quæ facit,ut Deus facere cenſeatur,Bald.dict. capi.j.de nou.for. fid. §.fin.à uia iuſtitiæ, quæ Deus eſt, perperàm non declinabit. Et cum principis nedum iuſſus, ſed uel nutus attendi ſoleat, uidendum eſt ei magna diligentia quid iubeat, ne ſub eius prætextu(quod Cornelius Tacitus libro XIII. præmonet)honeſti conatus prohibeantur.Graue enim eſſe præiudicium,Publius Mimus, teſte Eraſmo, dicebat, quod non haberet iudicem. quaſi diceret, principis iuſſum eſſe grauem,ſi ita præiudicet,ut iudicare ſuper eo nemo poſsit. Inſignis extat D.Traiani ſententia, qui dum præfectum prætorio enſe cingeret, Hunc, inquit, enſem ſi iuſtè imperauero, pro me:ſin autem malè,contra me utaris. teſtis Dion.in uita eius. Denique optimus rex Ageſilaus nō aliter promiſſa præſtare

Vim cōtractus feuda habere.

Princeps ea quæ facit, ut Deus facere cēſetur.

D.Traiani inſignis ſentētia.

ſtare uoluit, quàm ſi iuſta eſſent: quod & Imperator Anaſtaſius ſalubriter ſanciuit, in l. final. C. ſi quid contra ius. quem textum utinam Doctores pro ſuo quiſque uel commodo, uel ingenio, non ita diſtorquerent. Sicut enim per principē, cum benefacit, plurimorum uitæ & ſaluti conſulitur: ita & error principis, pro Nazianzeni ſententia, ad multorum perniciem pertinet. quam totam rem Claudianus ad Honorium elegantiſsimo, imò aureo carmine complexus eſt: ſic enim inter alia Imperatorem hortatur:

Claudiani poëtæ aureum epigramma.

Tu licet extremos latè dominere per Indos,
Te Medus, te mollis Arabs, te Seres adorent,
Si metuis, ſi praua cupis, ſi duceris ira,
Seruitij patiere iugum, tolerabis iniquas
Interius leges: tunc omnia iure tenebis,
Quum poteris rex eſſe tui. Et paulò poſt:
Nec tibi, quid liceat, ſed quid feciſſe decebit,
Occurrat: mentemq; domet reſpectus honeſti.
Tu ciuem, patremq; geras, tu conſule cunctis,
Nec tibi: nec tua te moueant, ſed publica uota.
In commune iubes ſi quid, cenſéſue tenendum,
Primus iuſſa ſubi: tunc obſeruantior æqui
Fit populus, nec ferre uetat, quum uiderit ipſum
Autorem parere ſibi: componitur orbis
Regis ad exemplum: nec ſic inflectere ſenſus
Humanos edicta ualent, quàm uita regentis.

Et quæ ſequuntur. Quàm ſe bene haberet, ſi celeberrima huiuſmodi carmina diuino ſcripta ingenio, principibus Romanis, tam operoſe ingererétur, quàm ſolet frequenter eorum poteſtas (laxatis aliquando modeſtiæ habenis) per blandimenta fortaſſe, uel ſupra immenſum efferri & extolli. Supremam enim eſſe quis neſciat, ſed intra fines iuſtitiæ concluſam? Per prædicta facile euincitur, quòd princeps nec rem alterius propriam auferre, nec teſtamentum rite factum reſcindere, aut cauſas tranſactione finitas reſuſcitare: quin etiā nec ſpurios poſt mortem patris, in necem, in damnum hæredum, quibus iam ius quæſitum eſſet, legitimare, participéſue aut capaces hæreditatis facere poſsit: niſi ea in re uel publicæ utilitatis commodum, uel alia iuſta cauſa euidenter obuerſaretur, quam nec præſumendam in dubio puto: quod fortaſſe ſuo loco latius tractabitur.

Ita

¶ Ita[a] in ciuitate noſtra, aut iure, id eſt[b] lege conſtituitur: aut eſt[c] propriũ ius ciuile, quod ſine ſcripto, in ſola[d] prudentũ interpretatione conſiſtit: aut ſunt legis actiones, quæ formã agendi continẽt: aut plebiſcitum: quod ſine autoritate[e] patrum conſtitutum eſt: aut eſt[f] magiſtratuũ edictum, unde ius honorarium naſcitur: aut Senatuſconſultum, quod ſolum ſenatu conſtituente inducitur[g] ſine lege: aut eſt principalis conſtitutio, id eſt, quod ipſe princeps conſtituit, pro lege ſeruetur.

Romana ſub ciuitate totius imperii fines cõprehenduntur.

a IN ciuitate noſtra.) Imperii Romani fines intelligo. Cic. lib. III. epiſt. In publico orbis terrarum conſilio fieri, quæ Romæ in ſenatu fierent. & in oratione pro P. Sylla, urbem Romanam, ſtatum orbis terræ, arcem regum & nationũ, exterarum lumen gentium, domicilium imperii nominabat.

b LEGE.) Scilicet XII. tabul. ut Accurſ. hic bene exponit.

c PROPRIVM ius ciuile.) De hoc ſuprà diximus, ἀνώνυμον, id eſt, ſine nomine, ſub determinatione relictum.

d PRVDENTVM interpretatione.) Non intelligas reſponſa prudentum, de quibus Inſtit. de iur. nat. gen. & ciui. §. reſponſa. Hæc enim à Iureconſultis dabantur, quibus poteſtas à Cæſare erat de iure reſpõdendi: quæ in ſcriptis redigebantur, ut poſtea dicit. Illa autem interpretatio prudentum, mox poſt decẽuiros, multa ætate ante Cæſares ſine ſcripto emerſit. Error ergo eſt, ſub alteris alteros intelligere.

Lex Horteſia.

e PATRVM.) Senatorum, quorum autoritas effectiuè non interuenerat: nec enim plebiſcitis præſentes erant, ſed permiſiſſe cenſentur plebiſcita, eò quòd lege Hortenſia factũ fuit, ut huiuſmodi ſcita omnes ligarent: niſi quando tribunitii conatus per patritios bono publico impedirẽtur. Argum. quòd non dicitur autoritate mea fieri, cui non interfui, licet ſtatuto generali poteſtatem faciendi conceſſerim.

f MAGISTRATVVM.) Per antonomaſiam prætores intelligit. Sic alibi per excellentiam dicitur iuriſdictio, ubi prætoris tribunalia intelliguntur. l. ſtipulationum. ij. §. prætoriæ. infrà de uerb. oblig.

g SINE lege.) Sine rogatione, quæ ad populũ fit pro lege ferenda,

ferenda, ut Accurſ. bene ſenſit. Nam & ſenatuſconſultum lex erat, ſed quia in eo nō interrogabatur populus, unde hic ſine lege factum dicitur, Inſtit. de iur. nat. gen. & ciuil. §. lex. Et eſt tota hæc ſeries epilogus eorum quæ antè tradita ſunt.

¶ Poſt originē iuris, & proceſſum cognitū, cōſequēs eſt ut de magiſtratuū nominibus & origine cognoſcamus: quia, ut expoſuimus, per eos qui iuri dicēdo præſunt,[a] effectus rei accipitur: parū enim eſt, ius in ciuitate eſſe, niſi ſint qui iura reddere poſſint. Poſt hęc deinde de autorū ſucceſsione dicemus, quòd cōſtare non poſsit ius, niſi ſit aliquis[b] iuriſperitus, per quem poſsit quotidie[c] in melius produci.

a EFFECTVS.) Nota rem politicā nō alio uigere effectu, quàm præſidētibus qui iura ſequantur, hoc eſt quod dicitur, legis uirtutē eſſe, imperare, uetare, &c. l. legis. ſ. tit. j. Et quod tex. dicit, parū eſſe ſi ſint iura in ciuitate, niſi exiſtāt qui reddant: cōcordat Philoſophus v I. Polit. qui dicit, nihil prodeſſe de rebus iuſtis iudicia dare aut ſentētias, niſi eſſent qui eas executioni mandarent. Argum. quòd ad reipublicæ regentes maxime pertinet iura & priuilegia adſerere. Quò enim cùm priuilegiis & iuribus, in quibus reipubl. medulla reſidet, ſi magiſtratus ea ſubterere patiatur?

b IVRISPERITVS.) Quæ peritia ex multarū rerum inueſtigatione producitur. Siquidem Iuriſperitus non ſolum uniuerſum ius ciuile (hoc enim neceſſe in primis eſt) uerum etiā philoſophiā, præſertim moralē, artes dialecticas, Oratoriam, & uel maxime Latinæ linguæ proprietatē, perſpecta habere debet & cognita, quod cum in plurimis, & priſtina & noſtra ætate uiris, alioqui non indoctis deſideretur, uiderint ipſi, ſi fortè parum ex iuſto, Iuriſperiti ſint appellati. *Iuris peritia quibus conſtet diſciplinis.*

c IN melius.) Arg. eſt contra uerboſos quorūdam commentarios, in quibus plurima inuenias, per quæ tantum abeſt ut iura in melius producantur, ut etiam periculum ſit, ne puriſſima iuris ciuilis ſanctitas pleriſq; in locis pernicioſe proteratur. Siquidē dum ſuos quiſq; doctores defendere pergit, elegantes iuris textus uel relinquuntur, uel non probe intelliguntur. Sæpe enim fit, ut non tam ſatagatur, quæ uis textibus inſideat, quàm quid crebrior ſenſerit opinio. In melius

ergo

ergo iura producit, qui plurima rerum cognitione diues, ex textuum ueritate, ſcita legalia ad actus humanos accommodat, ſecurus eorum quæ nulla utilitate per commentariorum ſyluas diſceptantur.

Sanior textuũ intelligẽtia unde petenda.

¶ Quod ad magiſtratus attinet, in initio ciuitatis huius conſtat reges[a] omnem poteſtatẽ habuiſſe. Iiſdem tẽporibus &[b] tribunũ Celerum fuiſſe conſtat. Is autem erat, qui equitibus præerat, & ueluti ſecundum locũ[c] à regibus obtinebat: quo in numero fuit[d] Iunius Brutus, qui autor fuit *reges ejcien di. Exactis deinde regibus[e] conſules conſtituti ſunt duo: penes quos ſummũ ius[f] uti eſſet, lege[g] rogatũ eſt. Dicti ſunt autẽ ab eo, quòd plurimũ reipublicæ cõſulerent. Qui tamen[h] ne per omnia regiã poteſtatem ſibi uendicarẽt,[i] lege lata factum eſt, ut ab eis prouocatio eſſet, neue poſſent[k] in caput ciuis Romani animaduertere *niſi iuſſu populi: ſolum relictum eſt eis, ut coërcere poſſent, & in uincula publica duci iuberent.

Tex. Nor. regis

Tex. Nor. iniuſſu

a OMNEM poteſtatem.) Quod uerum eſt autoritate. Nam & reipublicæ cura apud patres erat, ut teſtatur Liuius, Dionyſius, Eutropius, & alii: quod & ſuprà attigimus.

b TRIBVNVM Celerum.) Trecentos equites Romulum ad cuſtodiam corporis elegiſſe, ſatis conſtat ex ſupradictis, aliiſq; autoribus, qui à celeritate, quia prompti erant, & pro belli neceſsitate (ut dicit Halicar.) iam equites, nunc pedites pugnarent, Celeres dicti ſunt. Valerius tamen Antias à Celere primo eorum duce, qui Remum occidiſſe dicitur, ita appellatos eſſe autumat. Numa Pompilius ſecundus rex, Celerum cuſtodiam depoſuit.

Celeres.

c A' REGIB.) Id eſt, poſt reges, eſt enim ſignata loquẽdi figura, ut ea præpoſitio pro poſt uſurpetur. Plin. lib. XXVIII. Equarũ uirus à coitu in lychnis accenſum: id eſt, poſt coitũ.

d IVNIVS Brutus.) Ex Tarquinii Superbi cognatione fuiſſe, Liu. lib. I. & Halicar. lib. IIII. tradunt. qui Tarquinius, cum patrem Bruti Iuniũ, fratremq; interfeciſſet, Brutũ (quòd

ſtultitiam

ſtulticiam ſimularet) uita donauit, eiq; ut fatuo (quod ipſe idem Brutus apud Halic. de ſe enarrat) magiſtratum dedit, ut præfectus Celerum eſſet, fortè ne nullo diceretur honore à cognato rege affectus. Hic Brutus cum & ingenio excelleret & prudentia, autor erat regiæ tyrannidis eiiciẽdæ: & cum ſuprà à principio. §. exactis deinde. tribunitia lege regias leges exoleuiſſe ſcribatur, hũc Brutum tribunum Celerum ibidem intelleximus.

e CONSVLES.) Mutatam ait Florus regiam dominationẽ in conſularem poteſtatẽ, eamq; pro perpetua annuã, pro ſingulari duplicem cõſtitui placuiſſe, ne poteſtas ſolitudine uel mora corrumperetur: cõſulesq; pro regibus appellatos, ut cõſulere ſe ciuibus debere meminiſsẽt. Hic magiſtratus à Iunio Bruto, & Valerio Publicola, in Panſam & Hirciũ, per annos CCCCLXVII. (ut Sextus Ruffus docet) productus eſt: poſt quos licet non ceſſauerit prorſus, ſub Imperatorum tamẽ manum ſubiectus, uix umbram priſtinæ autoritatis retinuit. Cõſulũq; tũ inſigne, infulæ fuerãt, ut ex Hieronymo in epiſtola ad Præſidiũ colligitur. Aemilius Probus ſcribit, ſicuti Romę cõſules, ita Carthagine quotãnis binos reges creari ſolitos. *Conſules unde dicti.*

f VTI.) Vt. Nam lege rogabatur, ut ſummum ius apud conſules reſideret.

g ROGATVM.) Rogatio, ut ait Pompeius, eſt cum populus conſulitur de rebus diſcernendis. Siquidem in lege ferenda populum à magiſtratu rogari, id eſt, interrogari, neceſſe erat, an id placeret quod ſtatuiſſent. Leges enim quæ magiſtratui utiles uiderentur, trinis nundinis populo proponebãtur: quod promulgari dicitur. Tertio foro rogabatur populus, ut ſciſceret: unde trinundino ferri leges dicebãtur, id eſt, tribus nundinis. Et minus erat promulgare quàm rogare: illic enim intercedere licuit, hic non licuit: quod Cicer. in prima Philipp. pulchre ſignificat. Parum igitur Latine rogationes pro litaniis uſurpari uideas, quæ Latinius ſupplicationes appellarentur. Sed nec uis uerbi promulgare, uulgò ſatis eſt cognita. Ioue tonante nulla lex ferebatur, nec comitia haberi phas erat. teſtis Appianus. *Rogatio.*

h NE per omnia.) Liuius lib. II. in principio ait, primos cõſules omnia iura, omnia inſignia ex regia poteſtate retinuiſſe, niſi quòd annuũ ex perpetuo imperium haberẽt, & faſces ipſis non utriſq; ſimul, ſed alteri per uices præferrentur.

Leges Valerii Publicolæ. i LEGE lata.) Hanc legem à Valerio Publicola altero ex primis conſulibus, collega ſuo Bruto mortuo, latam eſſe, Liuius lib. II. Halic. lib. II. teſtantur: qui Valerius cum in ſuſpicionem regni, quod altam domum in Velia haberet, perueniſſet, amolitus ſuſpitionem domum diruit, & non ſolū hanc legem de prouocatione, ſed & cæteras tulit: ut ſcilicet is qui occupandi regni conſilium iniiſſet, aut aliter quàm à populo magiſtratū acciperet, ſacer, id eſt, execratus & capitalis eſſet: *Sacer,* néue interficere, aut uerberibus cædere, ſeu mulctare magiſtratui quempiam ciuem liceret, qui ad populi ſuffragia confugiſſet, niſi ex ſententia populi: quibus legibus regia poteſtas (ut tex. noſter docet) imminuta fuit.

k IN caput.) Conſulibus à principio plenam fuiſſe animaduertendi poteſtatem, quæ regibus, ex hiſtoriis liquet: nam & ſecures ante eos præferebantur. Sed & uulgò cognitum eſt, alterum ex conſulibus Brutum, filios proprios, aliosq; nobiles adoleſcentes ſecuri concîdi feciſſe, quòd de regibus Tarquiniis reducendis conſpiraſſent. Valerius cum prouocationem ad populum indulſiſſet, ſecures cōſulibus ademit, ut autor eſt Dionyſius lib. x. ad fin. quas tamen poſtea Largius dictator reſtituiſſe dicitur: hoc prouiſo, ut in caput Romani ciuis, iniuſſu populi non adhiberentur: uerum ſi ſenatus conſulibus mandaſſet, ut prouiderent ne quid detrimēti reſpub. pateretur, omnem eis animaduerſionem, capitalem etiam, licuiſſe, Plutarch. in uita Ciceronis ſignificat. *Conſuli in caput ciuis Rom. animaduertere non licuit.* Sic enim Cicero ipſe cum conſul eſſet, ea poteſtate fretus, Lentulū, Cethegū, & alios Catilinæ ſocios necari in carcere iuſsit: quamuis ea animaduerſio factione Clodiana ei nō impunè ceſſerit. Præterea & C. Gracchus, M. Fuluius, L. Saturninus, per conſules, iniuſſu populi, cæſi ſunt: ſed ſua eos ratio excuſauit, quod ex oratione Ciceronis contra Catilinam diſcas. Cæterum cōſuli pleniorem poteſtatem fuiſſe Liuius lib. III. ſcribit, ſi ad mille paſſus extra urbem profectus fuiſſet. quod Dionyſ. lib. x. ad finem latius proſequitur.

¶ Pòſt [a] deinde, cum [b] cenſus iam maiori tempore [c] agendus eſſet, & conſules non ſufficerent, huic quoq; officio cenſores conſtituti ſunt.

a DEINDE.) Superfluit, ſed textum ornat.

Cenſus. b CENSVS.) Aeſtimatio rerum & bonorum, cenſus dicitur, ut

tur,ut infrà de cenſibus per diſcurſum. Et quoties cenſus agetetur,numerus ciuium recognoſcebatur. Seruius Tullius ſextus poſt Romulum rex Romanorum(ut teſtes ſunt Liuius, Dionyſ.& cæteri) Romanos omnes deſcribere & æſtimare rem ſuã iuratos iuſsit,primusq́; cenſum egit, & inuenti ſunt (ut Halicar.lib.1111.ſcribit)octogintaquatuor millia,ſeptingentiq́; Romani ciues.Secundus cenſus ſub Valerio Publicola,& T.Lucretio:& ita deinceps ad plures annos, per conſules cenſus acti ſunt. Poſtea cum ob multa & uaria bella (ut Feneſtella ait)obq́; ciuiles ſeditiones, populus incenſus remanſiſſet,id eſt,capita & patrimonia ciuilium non eſſent profeſſa uel deſcripta,agendusq́;(ut hic I.C.dicit)cenſus eſſet,nec tamen definiri per conſules bellis implicitos poſſet, circiter annum trecenteſimum decimum,poſt urbem conditam, cenſores cõſtituti ſunt,ideo ita nominati,quòd arbitratores erãt rerum & bonorum,prout quiſque ciuis profiteretur. Primiq́; cenſores Papyrius & Sempronius deputati leguntur, adiecta lege,ut quinto quoq; anno noui recrearentur:in annuum tamen tempus hic magiſtratus poſtea mutatus, à Feneſtella ſcribitur. Cenſores ingreſſo magiſtratu, primum omnium ſacris anſeribus alimenta locabant, ut Plutarchus in Problematis: quòd bello Gallico, uigilibus Capitolii anſerum clangore excitatis,arx ea ſeruata eſſet.Defuncto uitam cenſore,ſuperſtes ſe abdicare magiſtratu cogebatur:utpote quòd aliũ ſubſtitui non liceret. Is magiſtratus & ultimus eſt, & perfectus, teſte Plutarcho in uita Titi Flaminii. Sub eius poteſtate morum & diſciplinæ cenſura,decoris & dedecoris diſcrimen poſitũ eſt,ut à ſenatu mouere indignos, Equites ignominia uel ob leuiſsimas cauſas notare, eis ius eſſet: quapropter Cicero in oratione pro Cluentio,cenſores dicit eſſe præfectos moribus,magiſtros ueteris diſciplinæ & ſeueritatis. Aſconius magiſtratum pudoris cenſuram nominat:de qua re apud Gelliũ, Feneſtellam, & alios autores compluria pulchra traduntur. Negat tamen Cice.in dicta oratione cenſoria decreta uel rei iudicatæ uim habere,uel infamiam irrogare: reprehenſionis notam putat, quæ tamen ultra ignominiam non procedat. Pœni præfectum morum nominabant, qui pudoris diſciplinam moderaretur. autor Aemilius Probus. Credimus cenſorum ueſtigia,quo ad morum caſtigationem,uel à remotis relucere in eis, quos uulgus Heroldos nominat, ſi tamen uerè

Cenſores cur dicti.

Primi cenſores qui.

utantur ſuo munere: qui & fœcialium officio funguntur, dum bella ſolennibus uerbis indicunt. Vocabulo cenſus, parum Latine multitudo utitur pro reditibus annuis, cum patrimonia nomine cenſus ueniant, ut infrà de cenſibus, per totum. Inde cenſus equeſtris.

Cenſum agere, C AGENDVS legi debet, non augendus: nam ſic archetypus habet. Et eſt peculiare uerbum hiſtoriis, Cenſum agere, id eſt, recenſere uel capita, uel patrimonia profiteri. T. Liuius libro IIII. ſcribit, Papyrium & Sempronium cenſui agendo à populo præfectos. Cenſere Budæus in l. j. ante fin. de iuſt. & iur. pro æſtimari, in precio eſſe, laudari, eleganter interpretatur. Sicq; intelligendum putat Iureconſul. cum dicit, feras beſtias iſtius iuris peritia cenſeri, id eſt, admirationi nobis ſunt. Nam & Cice. pro Archia poëta (ut eum Budæus uir doctiſsimus allegat) dicendi facultatem ex poëtarum lectione cenſeri dicebat.

¶ Populo deinde aucto, cum [a] crebra orirentur bella, & quædam [b] acriora à finitimis inferrentur, interdum re exigẽte, placuit maioris poteſtatis magiſtratum conſtitui. Itaq; [c] dictatores proditi ſunt, à quibus [d] nec prouocandi ius fuit, & quibus etiã capitis animaduerſio data eſt. Hunc magiſtratum, quoniã ſummã poteſtatẽ habebat, [e] nõ erat fas [f] ultra ſextum mẽſem retineri. Ex his dictatoribus magiſtri equitũ iungebãtur, ſic quo modo regib. [g] tribuni Celerũ: quod officiũ tale erat, quale hodie præfectorũ prætorio; magiſtratus tamẽ habebãtur [h] *le gitimi. [i] Iiſdem tẽporibus [k] cũ plebs à patribus ſeceſſiſſet, anno ferè ſeptimodecimo poſt reges exactos [l] tribunos ſibi in monte ſacro creauit, qui eſſent plebeij magiſtratus: [m] dicti tribuni, quòd olim in tres partes populus diuiſus erat, & ex ſingulis ſinguli creabantur: uel quia tribuum [n] ſuffragio creabantur. Itemq; ut eſſent, qui [o] ędibus præeſſent, [p] in quibus [q] omnia ſcita ſua plebs deferebat, duos ex plebe

**Legitimi, non habetur in archetypo.*

conſtitue

conſtituerunt, qui etiam ædiles appellati ſunt.

a CREBRA.) Nota, non facile fieri ut ſine bellis regna creſcant: ſiue quia fines noui cũ damno uicinorũ propagari con ſueuerũt (ſicuti enim ſua retinere ad priuatos pertinet, ita de alienis certare, regia laus dicitur, apud Cor. Tacitũ lib. xv. in prin.) ſiue quia alioqui inuiſa eſt, quæ in molem ſurgit, regni nouitas. quod & Dido Vergiliana prouiderat, dũ ad Ilioneũ dixit: Et regni nouitas me talia cogunt Moliri, & late fines cuſtode tueri. Addimus uſuuenire, ut nouitatis gloriam ſequatur inuidia comes, ut dicit Probus. Regnũ ſine bellis nõ facile augeri.

b ACRIORA.) Semper enim quæ à uicinis bella emergũt, plus habent periculi. arg. l. cũ oportet. §. ſin autẽ. in fi. C. de bon. quæ lib. fa. l. ſi cui. in fin. infrà de leg. ij. Quapropter dicebat Heſiodus, damnũ eſſe malos uicinos. & apud Verg. Vicini pecoris cõtagia lædũt. Deniq; uel mali uel boni uicini ratione haberi nõ tacuit gl. c. ſuper ſpecula. de priuil. Card. Cle. j. in uer. terra. de pœ. qui alleg. c. clerici. de exceſ. præla. c. ſed & continuo. de pœni. diſt. j. Sed & I. C. contra uicinos agris noſtris adhibendam iuſsit eſſe cuſtodiam. l. ſi ita. §. fin. infrà de fund. inſtru. fa. l. ſi ita. §. j. infrà de uſu & habit.

c DICTATORES.) Hic magiſtratus nõ aliter creari cõſueuit, ut Feneſtella docet, quàm cũ uis aliqua maior de improuiſo oborta, ingentẽ urbi cladẽ minaretur. T. Liuius lib. II. cũ quadraginta Latinorũ populi contra Romanos cõiuraſſent, T. Largium dictatorẽ primũ, & Caſsiũ magiſtrũ equitũ, creatos ſcribit: incertũ quo anno, quibus cõſulibus: quod & Feneſtella ſubſequitur. A' dictãdo autẽ dictatorẽ appellari, M. Varro teſtis eſt, quòd poteſtate ſua finita, futuros ſolus ipſe dictaret magiſtratus. Mos uetuſtus habuit, dictatorem nocte ſub ſilenti dici, id eſt, eligi, ut autor eſt Liuius. Dictatorẽ porrò aliquãdo claui figendi cauſa electũ fuiſſe annales tradunt: qui alienatis diſcordia mẽtibus, ſi clauũ poſtibus fixiſſet, mederi ei morbo credebatur: de quo Liuius lib. VII. pulchra ſcribit poſt principium. Dictator primus.

d NEC prouocandi.) Terribilis is magiſtratus fuit, & proximus regiæ dominationi: quapropter Cicero dictatoriũ gladium, eũdẽ magiſtratũ nominabat, cui pârere, quicquid iuberet, neceſſe erat.

e NON erat fas.) Dicebat apud T. Liuium Mamercus, maximam libertatis cuſtodiã eſſe, ſi magna imperia diuturna non

eſſent, ut quibus pro magiſtratus magnitudine modus lege imponi non poſſet, tempore imponeretur. Apud Thebanos morte mulctabatur, ſi quis imperium diutius tenuiſſet, quàm lege præfinitum erat. autor Aemilius Probus. Plato libro III. de Legibus, negabat magnos, merosq; principatus oportere conſtitui: nam quæ ſupra modum elata eſſent, laſciuire dicebat. Sic & Philoſoph. v. Polit. conſulit maximos magiſtratus aut non dari, aut ſi dentur, paruo durare tempore. Tiberius tamen Imperator officia data continuabat, & pleroſq; ad finem uitæ in eorũ præfecturis relinquebat, ut ſcribit Cor. Tacit. lib. I. in fin.

f VLTRA ſextum.) Hoc uulgò ſcribunt autores, ſemeſtrem hunc fuiſſe magiſtratum: licet Camillo dictaturam in annum prorogatam fuiſſe, Liuius lib. VI. doceat. & ad hunc text. facit l. j. in prin. infrà de off. præfect. prætor. Accurſ. hic imperitius labitur, quàm ut aliquo colore poſsit excuſari: qui pro concordia allegat l. antepe. infrà de off. procon. ubi dicitur, proconſules non amplius quàm ſex faſcibus uti: quaſi faſcium appellatione menſes intelligerẽtur: quod & in ea l. pari errore poſuit. Faſces enim magiſtratuũ fuere inſignia, cum eis ſecures uirgis alligatæ præferrentur. cuius rei ueſtigium in eo enſe, qui principi prægeritur, fortè reluxerit. Minutius prætor cum à triũuiris proſcriptus eſſet, in tabernã fugerat, clientes ſuos cum faſcibus abigẽs: qui tamẽ cum miſericordia motĩ perſtitiſſent, faſcium inſigniis proditus interfectus eſt. autor Appianus lib. IIII. bellorum ciuilium.

Faſces.

g TRIBVNI Celerum.) De quibus ſuprà diximus. Sed & Feneſtella ſcribit, magiſtris equitum in milites & accenſos ita ſummum ius fuiſſe, ſicut dictatori in populum. Hunc magiſtratum Seruilius Hala inſignem fecit cæde Sp. Melii regiam dominationem affectantis.

h LEGITIMI.) Intelligas præfectos prætorio inſtar haberi magiſtrorum equitum, niſi quòd magiſtrorum equitum poteſtas legitima erat, id eſt, legibus populi Romani introducta: Præfectos autem prætorio Imperator ſuo arbitrio introducit. fa. d. l. j. infrà de off. præf. prætor.

i IISDEM temporibus.) Intellige quibus Roma ſub conſulibus erat: ut non ad proxima, ſed ad ſuperiora relatio fiat.

Plebem bis ſeceſsiſſe.

k CVM plebs ſeceſſ.) Seceſsiones plebis duas fuiſſe ex hiſtoriis diſcitur. Prior illa decimoſeptimo anno poſt exactos reges,

ges,ut text.uoluit:uel(ut Eutropius docet)decimooctauo facta eſt, urgente plebem creditorum crudelitate, qui corpora debitorum libera ob æs alienum pro ſeruis nectebant, quod plebs ſæpe & ſæpe conqueſta, ſed à nobilibus uana ſpe deluſa, cum amplius pati nequiret, in Sacrum mōtem trans Anienem(Sicinio autore) ſeceſsit: quapropter ut ad reditum ciues permouerentur, ſuus plebi magiſtratus conceſſus eſt, ut tribunos haberent:legeq́; ſancitū,ut ea poteſtas ſacroſancta eſſet. De hac ſeceſsione text.noſt.loquitur: de poſteriori ſeceſſione mox dicemus. Accurſ. hic conflictatur, quòd text. XVII. annum, ſuperius uiceſimum nominauit. Sed nihil refert: in iſtis enim rebus geſtis non ſunt ad punctum (ut etiam ſuprà diximus) anni redigendi: & utrobiq; text. ſub incerto loquitur: adde quòd exceſſus modicus non attenditur. gl. c. reuera. de conſecra. diſtinct. ij. ad prin. Quod autem Accurſius plebem expulſam eſſe putat, error eſt: cum non ſolum ex hiſtoriis omnibus, ſed etiam ex textu noſtro plebem ultrò ſeceſſiſſe cognitum ſit.

l TRIBVNOS.) De tribunis Celerum à principio urbis Romæ per reges electis, ſuprà diximus. Cæterum hic de tribunis plebis loquitur, qui in tutelam plebis creati ſunt: neq; enim aliter ciues à ſacro monte diſcedere, aut domum reuerti uoluere, niſi hoc magiſtratu eis conceſſo, ut haberent quos nobilitati obiicerent.

m DICTI tribuni.) Bene à tribubus Rom. tribunos appellari dicit: in tres enim partes pop. Romanum diuiſum fuiſſe, ſuprà oſtenſum eſt. Feneſtella duos à principio tribunos creatos fuiſſe, & deinde tres additos, & tandem quinq;, ut decem Romę tribuni eſſent plebeij: quorū poteſtas quæ fuerit, Aul. Gel. lib. XIII. Feneſt. & alii ampliter docuere. Negat tamē Plutarchus tribunos magiſtratum gerere, ut qui nec lictores habeant, nec ſella curuli ſedentes ius dicant, nec purpura induantur, ut alii magiſtratus: comparatos enim à plebe, ut magiſtratibus obſiſterent: quapropter fores tribunitias & interdiu & noctu patuiſſe, ut eorum adeundi copia ſemper exhiberetur. Itaq; eorum poteſtas intercedendo plus ualuit, quàm imperando, ut Labeo docuit. Nec enim quod ſenatus decreuerat, aliter ratum fuerat, niſi tribuni, qui in ueſtibulo curiæ Hoſtiliæ expectabant, id adprobauiſſent. Summi faſtigii uocabulum erat, cum ſub Imperatoribus princeps Romanus

Tribuni plebis unde dicātur.

tribunitiam poteſtatem reſumeret: id quod diuus Auguſtus reperit, ne regis, aut dictatoris nomẽ uſurparetur. teſtis Cor. Tacit. lib. III.

Suffragiorum quædam curiatis comitijs, alia centuriatis ferebantur.

IN SVFFRAGIO.) Suffragia Romæ in rebus gerendis dabantur, aut curiatis, aut centuriatis comitiis. Curiata comitia per tribus & curias ſine delectu per populum ferebantur. Centuriata autem per eos qui cenſu & autoritate prævalebant. Erant ergo curiata comitia, popularium: centuriata, optimatum. Et ſignatè Iureconſultus Suffragio dixit: cum enim uel populi, uel optimatum interuentu eligendus erat magiſtratus, ſuffragia in tabellis ſcripta ſinguli dabant, quibus uoluntatem ſuam declararent. & erat moribus receptum, ut qui eligi cuperent, candidati, id eſt, candidis & perſpicuis ueſtibus induti circuirent tribus & curias, manus ſingulorum prehenſarent, uulnera corporis ex ueſtibus tralucentia oſtenderent: cunctis enim ciuium, ſi bonis artibus fiderent (ut Corn. Tacit. libr. XI. ſcribit) licitum erat petere magiſtratus, quòd uirtutis id præmium eſſet, dum nihil corruptelæ miſceretur. Cæterum ſi competitores ſeu candidati, ſuffragia muneribus corrupiſſent, uel per ſe ipſi, uel per diuiſores, qui pecuniam diſtribuerent, ii lege ambitus rei tenebantur. Scipio Naſica cum ædilitatem adoleſcens peteret, & candidatorum exemplo, cuiuſdam Romani hominis agricolæ manum ruſtico opere duratam prehenſaſſet, per iocum eum interrogauit, an manibus ambularet (calloſæ enim & duræ erant) quæ res repulſam ei dedit, ut ſcribit Valer. lib. VII. Craſſus cum conſulatum peteret, & fortè cum Scæuola ſocero per uias urbis incederet, nec blandiri populo, palpare obuios, & artes petitorias præſente grauiſsimo & ſeueriſsimo uiro auderet exercere: Quæſo, inquit, Muti pauliſper abſcedas, impedis honorem meum, te ſpectante ineptus eſſe non poſſum. autor Mamertinus ad Iulianum. adeò uel ipſis candidatis ea ambitio parum honeſta putabatur. Morem uerò & modum ſuffragiorum ferendorũ, Beatus Rhenanus uir Græce Latineq; impenſe doctus, quin & raræ eruditionis gloria pollens, epiſtola quadam ad me ſcripta, diffuſe & eleganter declarauit. Poſtea uerò quàm magiſtratuum, officiorũmue electio in principem tralata eſt, lex ambitus in urbe Roma ceſſauit. l. j. infrà ad l. Iuliam de ambitu. Deniq; quo tempore res in manum principis uenerat, contigit ut iudices erogata principi & aliis

Beatus Rhenanus.

pec

pecunia, eligerentur: quem abuſum diuus Iuſtinian. in auth. ut iudic. ſine quoq. ſuffrag. tam utili quàm eleganti ſanctione ſuſtulit. In aliis uero honoribus & dignitatibus conſequendis, apud principes ſuffragia, id eſt, ſuffragationes ſemper ſuo loco ualuere. Nam ſi qui à principe, uel officium aliquod, uel rem aliam petituri eſſent, ii primores & amicos Romani principis (ut etiam hodie uſuuenit) ad intercedendum muneribus promiſsis ſolicitabant: quæ & ſoluere tenebantur, ſi uoti eſſent compotes facti. l. j. C. de ſuffragio. Enumerantur tamen in l. j. C. ad l. Iul. de ambitu, officia, quę ſi ſemel conceſſa muneribus promiſsis repeterentur, pœna imminebat: debito, quod promiſſum erat, nihilominus exoluendo. Hic uidere licet, quàm inexcuſabili errore labantur Accurſ. & omnes certatim Doct. qui d. l. j. C. de ſuffrag. tam ineptè quàm impertinenter, & cum textus grauiſsima uiolatione, ad aduocatorum mercedulas diſtorſerunt: cum quibus eadem lex nihil magis commune habet, quàm cornix cũ pauone. Verus enim intellectus, ex prædictis tam nouiter quàm uerè, omnibus ſtudioſis ueritatem amantibus relucere poterit. Qua una re euinci poteſt, quanto exponatur periculo quiſquis iura ciuilia nudus rei Latinæ profiteri pergat. Hoc non obmittimus, honores in municipiis, id eſt, dignitates cum adminiſtratione quadam, etiam hodie citra notam obtineri poſſe, promiſſa uel pecunia, uel alia re, dum tamen non ſit iuris dicendi munus admixtum. l. j. §. j. infrà de pollicitat. iunctis quæ docet Bartol. in l. j. infrà ad l. Iul. de ambit. Et per hoc tẽperabis ea quæ dixi in rub. infrà de uerb. oblig. circa pollicitationem. Olim aulici qui principũ uel fauorem, uel beneuolentiam, uel etiam officia ſimulatis commendationis uerbis accepta pecunia pollicerentur, nec præſtabant, fumos uendere dicebantur. quod magnus ille Eraſmus in ſuis adagiis, & fuſe & elegantiſsime, ex Lampridio & cæteris proſecutus eſt: ubi inter alia, inſignis pœna Turini nequiſsimi uiri denarratur, quem Alexander Imperator quia fumum uendiderat, fumo enecuit.

O AEDIBVS præeſſent.) Scilicet ſacris: licet & priuatorum cura ad eos pertineret, ut infrà dicitur. Vide hic Vallam, ædẽ non in ſingulari tantum, ſed in plurali etiam numero de templis uſurpari.

P IN quibus.) Sacris ædibus. ædem Cereris intelligit.

q OMNIA ſcita.) Scribit lib. III. Liuius, inſtitutum inter alia eſſe à L. Valerio, & M. Horatio conſulibus, ut ſenatuſconſulta in æde Cereris ad ædiles plebis deferrentur, quæ antè arbitrio conſulum ſupprimebantur. Pompon. hic omnia ſcita, id eſt, ea quæ plebi pro legibus haberentur, repoſita eſſe docet.

Aediles creati. r AEDILES.) Satis ex hiſtoriis patet, ædiles à principio ex plebe creatos fuiſſe: dubitat tamen Feneſtella, an ante tribunos is magiſtratus, an uero poſtea incœperit. antiquiſsimũ fuiſſe, ſatis compertum eſt. Ariſtot. VI. Polit. ubi de magiſtratibus ſcribit, ædilitatem in ſecunda ſpecie magiſtratuum neceſſariorum ponit, ſine quibus ciuitas eſſe non poſsit: Romæ tamen inter minores erat, & adoleſcentibus per hunc ad amplioris honoris gradum erat acceſſus, ut teſtatur Cic. II. de Legibus. Proinde in ius uocari ædiles poterant. l. lectos, cum l. ſeq. infrà de peric. & commod. rei uend. Nec continebantur eorum magiſtratuum numero, de quibus loquitur l. ij. infrà de in ius uoc. Scribit tamen Liuius lib. III. quo tempore fœda peſtis urbem inuaſerat, ſummam rerum, maieſtatemq; *Aedilium duo ordines.* conſularis imperii ad ædiles recidiſſe. Duo erant Aedilium ordines, ut docet Plutarchus in uita Marii: alter iuri dicendo præerat, & à ſella, cui inſidebat, Curulis nominatus: alter plebeius. Dionyſius. lib. VI. ſcribit, prima plebis ſeceſsione, tribunos cum creati eſſent, à ſenatu impetraſſe, ut binos uiros quotannis crearent, tribunitiæ poteſtati ſubminiſtrantes ea, quorum indigerent: iudicarent cauſas, quas ipſis *Aedilium officium.* permitterent. Eorum officium erat, ut ex Ariſtot. loco prædicto, ex Feneſtella, & Aſconio colligitur, ſacrorum publicorumque locorum, & effluentiæ forenſis curam habere, ludos curare publicos, prouidere ut cloacæ publicæ, aquæ ductus, cæteraq; ædificia, lauta, munda, & integra aſſeruarentur. Porrò ad ædiles pertinebat, menſuras corrigere: ut colligitur ex Perſ. in. I. Satyr. in fine, cum dicit: Seſe aliquem credens, Italo quòd honore ſupinus Fregerit heminas Areti ædilis iniquas. Iuuen. ædilem de menſura ius dicere, uaſa minuta frangere, ſcribit: ut ſic intelligatur l. item quæritur. §. ſi quis menſuras. infrà locati. quam Accurſ. parum aſſecutus eſt. De ædilium officio fuſius diſſerit l. j. infrà de ædil. & facit d. l. lectos. infrà de peric. & commod. rei uend.

Deind

¶ Deinde cũ[a] ærariũ populi *auctũ eſſe cœpiſſet, ut eſſent qui illi pręeſſent, cõſtituti ſunt[b] quęſtores, qui pecuniæ præeſsẽt: & dicti ſunt ab eo, quòd inquirẽdæ & cõſeruandæ pecuniæ cauſa creati erãt.

*Tex. Nor. *auctius*

a AERARIVM.) Repoſitorium pecuniæ populi Romani. Sicut enim fiſcus principis eſt, ita populi ærarium: licet Aſcon. aliter. Plutarch. in problematis & Macrob. ærarium in æde Saturni fuiſſe prodidere: quòd Saturni tempore nec auaritia, nec improbitas, nec ullum fuerit furtum commiſſum. Valerius Publicola primus ærarium in æde Saturni eſſe decreuit, quòd locus ab inſidiis tutus & munitus foret. Auguſtus curam ærarii à quæſtoribus ad uiros prætorios, prætoresque tranſtulit. autor Sueton. Hoc eſt quod poſtea Sueton. in Claudii uita, dicit Claudii bona, antequam eſſet imperator, uenalia pependiſſe ſub edicto pręfectorum, præpoſitos ærarii denotans.

Aerarium. *Fiſcus.*

b QVAETORES.) Quæſtoribus creandis originẽ eſſe uetuſtiſsimam Feneſtell. docet: cuius uerba cum in l. j. infrà de offi. quæſt. recitentur, hic ſuperſedemus. Et Corn. Taci. lib. XI. regibus Romæ imperantibus, quæſtores inſtitutos tradidit, quod & lege curiata conuincit: pòſt conſulibus introductis, eligendi quæſtoris poteſtatem apud eos remanſiſſe, donec eum honorem populus mandaret: principio duos, deinde quatuor, mox Italia iam ſtipendiaria facta, octo creatos eſſe, demũ lege Syllana ad uiginti excreuiſſe. Gratuitã principio fuiſſe quæſturam, Tacitus loco prædicto docet, donec ſentẽtia Dolabellæ, ſpectaculo gladiatorum impetrato, uelut uenundaretur. Quæſtores quærẽdæ & conſeruãdæ pecuniæ cauſa creatos eſſe, etiam Iureconſultus declarauit: nam & uectigalia exigebant, & propterea prouincias ſortiebantur. Iulius Cæſar quæſtor Hiſpaniam ſortitus eſt, ubi cum mandato reipub. iuri dicendo cõuentus circuiuit. autor Sueto. Deniq; quæſtorum cura erat, legatos, regẽsue Romam uenientes, pro dignitate populi Romani excipere, obuiam proficiſci, & præcipuè legatos in æde Saturni inſcriptos, donis proſequi, ægrotos curare, & ſi quando uitam defungerentur, ſumpto publico ſepelire. autores Valer. Plutar. Primus honoris gradus quæſtorum erat, ut docuit Cicero in orationibus: qui & ipſi in ius uocari poterant, ut tradit Au. Gell. lib. XIII.

Quæſtorum origo. *Quæſtorũ officia.*

¶ Et quia, ut diximus,[a] de capite ciuis Romani iniuſſu populi Romani non erat permiſſum lege cõſulibus ius dicere, propterea quæſtores cõſtituebantur à populo qui capitalibus rebus præeſſent: hi appellabãtur[b] quæſtores parricidij, quorum etiã meminit lex XII. tabular.

a DE capite.) Suprà in §. exactis deinde. ſatis diximus, qualiter conſulibus in caput ciuis Romani nihil permitteretur.

b QVAESTORES parricidii.) Quos Aſconius lib. 1. Verrinarũ, quæſitores nominat: hi cauſas capitales inquirebant, & ut punirentur, operã dabant. *Parricidium.* Parricidii enim uocabulo, omne homicidium apud ueteres intelligebatur, licet hodie ad certas ſpecies hoc crimen coërceatur, ut infrà ad l. Pompo. de parricid. Hos quæſtores à triumuiris capitalibus diſtare eatenus puto, quòd ipſi maleficia inquirebãt, & manifeſta ex officio puniri fecerũt, Triumuiri exequebãtur: de quibus poſtea ſuo ordine dicemus. Cæterũ hic totus locus à Feneſtella (diſſimulato tamẽ autore) ſumptus eſt, id quod & alibi Iureconſultus ſæpe uſurpat. Proinde argumentũ eſt, nõ ſemper autorem allegari oportere. Plin. tamen in præfatione ad Veſpaſianum, benignũ eſſe inquit, & plenum ingenui pudoris, fateri per quos profeceris: è diuerſo obnoxii animi, infelicisq́; ingenii eſſe, deprehẽdi in furto malle, quàm mutuũ reddere, cum ſæpenumero ſors fiat ex uſura. Quòd nos tunc putamus procedere, ſi doctrina quæ docetur, uel laudem inuentionis mereatur, uel autoritatem exigat: cæterum ubi aliorum dicta traduntur, non quia illi ita ſenſerũt, ſed quia uel in ſe uera ſunt, uel ſemoto etiam autore prodiiſſent, aut denique tractandi ſumma negat effundi, hic autorum nomina obmitti poſſe credo. Quod tamen totum ad rectæ rationis arbitrium, ad modeſtiæ regulam, dum deſit ambitio, deſit oſtentatio ſui, non ad legis præceptum, reducimus.

¶ Et cũ placuiſſet[a] leges quoque ferri,[b] latum eſt ad populum uti omnes magiſtratus ſe[c] abdicarent, quòd decemuiri cõſtituti anno uno cum magiſtratum[d] prorogarẽt ſibi, & cum[e] iniurioſe tractarent, nec uellẽt deinceps[f] ſufficere* magiſtratibus ut ipſi

** Tex. Nor. magiſtratus*

&

&[g] factio ſua perpetuò rempub. occupatam retinerent, nimia atq; aſpera dominatione, eò rempubl. perduxerũt, ut exercitus à repub.[h] ſecederet. Initiũ fuiſſe[i] ſeceſsionis dicitur[k] Virginius quidã, qui cũ animaduertiſſet[l] Appiũ Claudiũ[m] contra ius, quod [n] ipſe ex uetere iure in XII.* tabulas tranſtulerat, [o] uindicias filiæ ſuæ[p] à ſe* abdicaſſe, &[q] ſecundũ eum qui ab eo ſuppoſitus in ſeruitutẽ petierat, dixiſſe: captumq; amore uirginis[r] omne phas & nephas miſcuiſſe,[s] indignatus quòd uetuſtiſsima iuris obſeruãtia in perſona filiæ ſuæ defeciſſet (utpote cũ[t] Brutus, qui primus Romæ cõſul fuit, uindicias ſecũdũ libertatẽ dixiſſet in perſona[u] Vindicis Vitelliorum ſerui, qui proditionis coniurationẽ indicio ſuo detexerat) & caſtitatẽ filiæ, uitæ quoque eius præferendam putaret, arrepto[x] cultro de[y] taberna[z] lanionis, filiam interfecit, in hoc ſcilicet, ut morte uirginis contumeliam ſtupri arceret: ac protinus recens [a] à cæde, madensq; adhuc filiæ cruore, ad [b] commilitones confugit, qui uniuerſi de Algido monte, ubi tunc belligerandi cauſa legiones erant, relictis ducibus, protinus ſigna in Auentinum montem tranſtulerunt, omnisq; plebs urbana mox eòdem ſe contulit,* populiq; conſenſu [c] partim in carcere necati, rurſus reſpubl. ſuum ſtatum recepit.

*Tex. Nor. *tabularum*

*Tex. Nor. *abdixiſſe*

**Verus tex. ſic habet: Ita populi conſenſu Decẽuiris partim in carcere necatis, partim in exiliũ actis, rurſ.*

a LEGES.) C. Terentillus tribunus plebis, ut eſt apud Liuium lib. III. in inuidiam nobilitatis leges ferre contenderat, ut conſul eo iure* uteretur, quod populus daret: quæ cum à nobilitate anxiè impedirentur, & alioqui multæ inter patres & plebem cõtrouerſiæ inſtarent, ut etiam ſuprà. §. poſtea. attigimus: tandem fine certaminum facto, ut ex utroq; eligerentur, qui utriſq; utilia ferrent, quæ æquandæ libertati conuenirent. tres itaq; uiri Athenas miſsi, Solonis leges retulerunt:

**teneretur.*

lerunt: de quibus in d. §. poſtea. ſatis diximus.

b LATVM.) Cum enim ex lege phas non fuerit ſeſe ante diem exoluere magiſtratu, ut ex Feneſtella colligitur, & Accurſ. hic attigit, per l. pen. infrà de offic. præſid. neceſſarium fuerat contrariã ferre legẽ. Et facit hic tex. ad elegantẽ doctr. Bar. in l. continuus. §. cum quis. infrà de uerb. oblig. ubi ſi locum publicũ ciuitas uendere deſtinarit, docuit primo legẽ fieri, qua is locus eſſet priuatus, ut ſic poſtea uenderetur: cui doctrinæ hic noſt. tex. eleganter calculum addit, licet à nemine ad hoc ponderetur. Vide tamen quæ in dict. §. j. diximus.

c ABDICARENT.) Quãuis magiſtratus ſeſe imperio exoluere lata lege cogerentur, ea conditione, ut nullus eo anno, exceptis decemuiris, eſſet magiſtratus: obtinuere tamen tribuni, ne ſacratæ leges abrogarentur, quæ ad tribunitiam poteſtatem, & ad plebis defenſionem in Auentino eſſent poſitæ. autor Liuius libro tertio, Dionyſius de legibus in Auentino poſitis, libro decimo, ad finem tractat.

d PROROGARENT.) Eam totam rem Liuius eleganter complectitur: qui ſcribit, decem tabulis primo anno abſolutis, cum duæ adhuc deeſſent, tractareturq; de magiſtratu decemuirali iterum creando, Appium Claudium deſiderio continuandi magiſtratus captum, comitia uelut pro arbitrio habuiſſe: & reiectis quos placuit, aliisq; ſuppletis, ſibi & cæteris quos non reiecerat, magiſtratum etiam in tertium annum prorogaſſe. Prima reipubl. peſtis eſt, fouere eos qui dominari cupiunt. Ea enim dominationis libido non cogitat quid honeſtum, quid utile ſit reipublic. ſed quomodo prima nominis autoritas, etiam cum reipubl. interitu, apud eã reſideat. Magiſtratus qui longo tempore durant, in tyrannidem incidere, Ariſtotel. v. Politicorum docuit.

e INIVRIOSE.) Liui. Dionyſius & Feneſt. prędictos decemuiros per ſpem & libidinem dominandi, multa iniurioſe feciſſe ſcribunt. Siquidem duodenis ſingulos faſcibus, hoc eſt, cẽtum & uiginti lictoribus fora compleſſe, crudelitatem in humiliores exercuiſſe, uirgis alios, alios ſecuri ſubiecisse, quorundam bona direpta, iniquas dediſſe ſententias, perpetuum decemuiratus imperium ſeruare deſtinaſſe: & in ſumma, terrorum tenebras toti urbi ſuperfudiſſe, quæ & alia mali exempli facinora, apud ſupradictos & alios ſcriptores inuenias. Operæprecium eſt hoc loco aduertere, fontem publici & pri

Decemuiratus crudelitas.

& priuati iuris (ſic enim Liuius legem XII. tabul. nominat) iniquis & peſtilentibus autoribus non caruiſſe. Sic & Tribonianum, qui Pandectarum architectus nominatur, Suidas Grecus, ut eum Budæus allegauit uir doctiſsimus omnis religionis contemptorem, tum uerò in primis à Christiana fide abhorrentem fuiſſe ſcribit: & qui Iuſtiniano perſuaſerit, mortem eum non oppetiturum, ſed cum carne in cœlum aſſumptum iri. Quæ an uera ſint, in medio relinquimus. *Tribonianus Pandectarum architectus, religionis cõtemptor.*

f SVFFICERE magiſtratibus.) Subſtituere, ut hic Accurſ. bene interpretatur. Itaq; magiſtratus libétius legerim, quàm magiſtratibus. Et ita legendum eſt, ut ex archetypo Norico conſtat. Sufficio enim cum pro ſubſtituere ponitur, accuſandi caſum exigit. Vergil. in Geor. Atq; aliam ex alia generando ſuffice prolem. Niſi exponas, ſufficere ſcilicet alios ſuis magiſtratibus quos ipſi detinuere. Qui autem ſunt ſuffecti conſules, pòſt dicetur.

g FACTIO.) Cum inter optimates conuenticulis & pactionibus coitur, factio eſt: licet & alia ſignificet.

h SECEDERET.) Quòd mox latius explicabitur: nec enim in parua pericula iniquiſsimi iſti decemuiri rempublic. perduxerunt.

i SECESSIONIS.) Hæc altera ſeceſsio plebis Romanæ à patribus quam circiter quadrageſimum annum poſt priorem ſeceſsionem, de qua ſuprà in §. iiſdem temporibus. diximus, factam eſſe, ex Liuio, Euſeb. Eutropio colligimus. Hiſtoria ſic ſe habet: Cum decemuiri, & in primis Appius eorum princeps, multa impotenter & iniquè egiſsent, ad cumulum acceſsit Virginii militis caſus: eius enim filiam formoſiſsimam iam nubilem, & Icilio uiro tribunitio deſponſatam, cum efflictim Appius adamaſſet, & nec precio, nec ſpe aliqua profeciſſet (omnia enim pudore ſepta erant) quendam ex clientibus ſuis Claudium plebeium hominem ſuppoſuit, qui puellam in ſeruitutem aſſereret, quam unam eius potiundæ uiam eſſe uidebat: ſe enim iudice diſceptandum fuerat. Vocatur per amicos ex caſtris pater Virginius: in Algido cõtra hoſtes pugnabatur: qui cum nihil proficeret (rem enim nephandam Appius meditatus, puellam Claudii ſeruã eſſe pronunciauit) ſeductam paululũ filiam, lanii cultro interfecit: quod facinus ad milites in caſtris relatũ, cauſam prębuit ſecedendi in Auentinũ, & euertẽdi magiſtratus decẽuiralis. Quã hiſtoriam Liuius, *Seceſsio altera plebis Romanæ à patribus.* *Decemuiralis magiſtratus euerſio.*

uius,Dionyſ.& alii eleganter proſequuntur. Accurſ. eam ne uerbo quidem attigit: quã & ignoraſſe uerisimile eſt, ut qui elegantem textũ uel indiſcuſſum reliquerit,uel modica quędam adiecerit.

k VIRGINIVS.) Is Lucius Virginius uir plebeius, ut ait Dionyſ.lib.XI.nemine in rebus bellicis inferior, honeſtum in exercitu ordinem ductabat,uir exempli recti(ut docet Liuius)militiæ & domi.

l APPIVM Claudium.) Is erat ex Decemuiris, princeps à principio optimus,ſed dominandi cupiditate in tyrannũ uerſus.Dicebat apud Platonem in Protagora Simonides, uirum bonum fieri difficile eſſe,perſeuerare impoſsibile.

Platonis dictum.

m CONTRA ius.) Scilicet legis XII.tab.quam legem ipſe Claudius Appius cũ cæteris ex omni uetere iure, & ex legib. Græcis,in XII.tabulas trãſtulerat. Erat autẽ lege cautũ, ut ſi ex libertate in ſeruitutẽ accerſeretur aliquis,non auferri ei libertatis cõmodum,ſed ſub uadibus ad finem adſeruari. autor Dionyſius.Sed & iure noſtro receptũ eſt,ut qui in quaſi poſſeſsione libertatis eſt,ſi ſuper ſtatu ei negocium fiat, libertate gaudere,donec res ſentẽtia terminetur.l.ordinata.in prin. §.ſed ſi quas.ibi,nam ordinato.de lib.cauſa.cum ſimilibus.

n IPSE.)Claudius decemuir.Nephas fuerat ſubuertere legem,quam ſua ipſe perſona tulerat. Verũ cum talia ei à cognatis puellæ obiicerentur,legem calumniatus eſt,quaſi ad hunc caſum non pertineret.quæ certè calumnia hodie iniquis non eſt inſueta, uel iudices dixero, uel cauſidicos. Negabat Ambroſius iudicem dici poſſe,qui ad pronũciandum ullo odio, ulla libidine,ulla offenſione,ulláue lenitate moueretur.

Iudex quibus affectibus carere debeat.

Vindiciæ.

o VINDICIAS.) Id eſt, aſſertionem poſſeſsionis. Cum uetuſto iure coram prætore lis agitata eſt,uter debeat eſſe rei controuerſæ poſſeſſor: & qui eam tenebat, prædem, id eſt, fideiuſſorem dediſſet, ſe nihilo poſſeſsionem deteriorem facturum:iam uindiciæ ſecundum eam dabantur : id eſt,uindicabatur & aſſerebatur ei poſſeſsio.teſtis Aſconius lib.III. Verrinarum ad fin.A' qua uetuſtate traxiſſe radicem putauerim,quod ſcribitur in l.*poſtquàm. §.Imperator. infrà ut in poſſ.lega.quamuis eãdem legem Bart.in l.à diuo. §.ſi ſuper rebus.infrà de re iud.ad poſſeſsionẽ(ut ipſe putabat)pignoris iudicialis impertinenter traduxerit,ut ibid.docuimus.Senſus ergo eſt,per ſententiam Appii decemuiri, uindicias filiæ, id eſt,

**is cui.*

id eſt, defenſionem poſſeſsionis in filia, à Virginio patre cõtra ius eſſe abdicatam & ademptam: & aduerſario, qui à iudice iſto iniquiſsimo ad hanc litem ſuppoſitus erat, eſſe adiudicatam: ita ut poſſeſsio puellæ non apud patrem, ſed apud aduerſarium eſſe deberet. Hoc eſt quod apud Liu. lib. III. inſtante acrius Icilio ſponſo puellę, conceſſum eſt cognatis, ut eam uindicarent, id eſt, in libertatem aſſererent, donec pater ueniret: quo adueniente, Appius fons iniquitatis, contra ius & phas, uindicias ſecundum ſeruitutem decreuit, id eſt, iuſsit ut aduerſarius puellam pro ſerua poſsideret. Gellius lib. XX. tradit olim ex lege XII. tabu. inter ueteres obſeruatum, ut ſi de agro, uel qua alia re diſceptaretur, in re præſenti, utriſq; partibus uindicare rem, id eſt, quadam uindicia & correptione manus aſſerere licuiſſe. Putamus hinc originem traxiſſe, quòd uel hodie res uindicari dicitur, dum citra obligationem perſonalem rei incumbitur. Accurſ. uindiciarum elegantiam aſſequi non potuit, ut ex ſuis gll. facile cognoſcitur, ubi ſuper ducenda uxore, impertinentia quædam comminiſcitur. Vindicare enim pro aſſerere & uędicare ponitur, ut eſt eleg. tex. in l. recuſare. §. ſi fiſco. ad Trebel. dum dicitur, ac ſi fiſcus uindicauerit, intelligendus eſt, uendicauerit, acceperit bona uacantia, quem tex. cum Doct. non intelligerent, mirum quę figmenta circa hæredem indignũ, in materia ſubſtitutionum congeſſerint, dum putant bona defuncti, etiam hæreditate non adita, à fiſco auferri, ac ſi is necem defuncti uindicaſſet, cùm longe alia ſignificatione illic ponatur, quod & Politus attigit in tractatu ſubſtitutionum, uerſ. lxxij.

p A SE.) Virginio patre, à quo per ſententiã Appii, poſſeſſio filiæ abdicabatur. Hæc enim reciprocatio pronominis *ſe*, perſonam Virginii à principio poſitam reſpicit. Vel dic, à ſe, ſcilicet filia: utpote quòd filiam commodo libertatis, in cuius poſſeſsione erat, priuauit. Apud eruditos cognitum eſt, pronomina reciproca ſi duo nomina ſub tertia perſona præceſſerint, ad hoc uel illud reuolui poſſe: licet Valla contrà præcepiſſe uiſus ſit, ſed male: quod innumeris exemplis conſtiterit, quod & nos alio loco contra Vallam tractauimus.

q SECVNDVM eum.) M. Claudium, qui cliens erat ſupradicti Appii Claudii decemuiri. De clientibus ſuprà à principio in materia Curiæ diximus: quorum reliquiæ hodie in uaſallis conſpiciuntur. Senſus eſt, Appium ſententiam dixiſſe ſe-

cundum ſuum clientem, qui ab Appio domino ſuppoſitus, & uelut ſubſtitutus, puellam in ſeruitutem petierat, ut ſic iniquus cliens, iniquiſsimo patrono ſupparaſitaretur. Cæterum prætereundũ non eſt, uetuſtiora quædam exemplaria in eum qui ſequitur habere modum: Initium fuiſſe ſeceſsionis dicitur Virginius quidam, qui cnm animaduertiſſet Appiũ Claudium contra ius, quod ipſe ex uetere iure in XII. tab. tranſtulerat, uindicias filiæ ſuæ à ſe abiudicaſſe, & ei qui in ſeruitute ab eo ſuppoſitam petierat, addixiſſe, &c. Quæ lectio, ut prima fronte ſeſe elegantiorem exhibet, ita & uerior nobis eo potiſsimum nomine uidetur, quòd à Bonifacio Amerbachio LL. Doctore & amico haud uulgari, incomparabilem Iureconſul. Dn. Andr. Alciatum præceptorem ſuum, in elegantiſs. tit. de uerb. & rer. ſignifi. gloſsis propediem, uti ſperamus, diuulgandis, in l. pecuniæ. §. actionis. præſentem locum ex Pandectis Piſanis ita reſtituiſſe accepimus.

Aliter habet tex. Nor. ut ſuprà patet.

Bonifacius Amerbach.

Dn. Andr. Alciatus.

r OMNE nephas.)

Miſcuit omne nephas, quem nulla modeſtia terret,
Optati compos dum ſtudet eſſe ſui:
Non decus auertit, non lex diuûmue poteſtas,
Egit præcipitem cæcus ad omne furor.

Hanc ei licentiam immenſus magiſtratus attulit, ut rectè apud Macrobium Syrus dixerit, cum cui plus liceat quàm par ſit, plus uelle quàm liceat. Erat ſanè uir ingenio & prudentia perſpectiſsimus, & cui (ut cum Lucano loquar) leges multum debuiſſent recta ſequenti: ſed pro Platonis ſententia, in magna peccandi licentia ſeipſum continere, arduum & difficile eſt. Denique præclara ingenia, ut Plutarchus in Demetrio tradit, ſicuti uirtutes maximas, ita uitia maxima producunt. Porrò ex Chryſoſtomo ſuper Matthæum diſcimus, animã ſemel malignitate captam, omnes inſaniæ numeros explicare conſueuiſſe. Quid enim homo ſemel malitiæ deditus non inueniat?

s INDIGNATVS.) Virginius miles pater puellæ meritò indignabatur, quòd non ſolum leges nuper latæ, ſed etiam uetuſtiſsima iuris obſeruantia in eo defecerat: quæ tamen moribus, non iure ſcripto antiquitus obſeruata fuit, ut ſtatim declarabitur.

t BRVTVS.) Hic eſt ille Brutus, qui (ut ſuprà diximus) poſt Lucretiam ſtupratam, autor erat regum urbe exigendorum ſub

ſub eius enim conſulatu, qui primus Romæ erat, populo Romano iam à regũ tyrannide liberato, iuuentus nobilitatis inſueta iuſti, cui innocenter ſub ſenatoriis legibus uiuere graue erat, de rege Tarquinio reducendo conſpirarunt: eius coniurationis Aquilii & Vitellii principes erant, in qua & ipſius Bruti conſulis liberi participabant: qua tamen coniuratione per Vindicium Vitelliorum ſeruum detecta, conſilium reges reducendi fractum eſt. Vocati in iudicium capitis conſpiratores (ut autor eſt Plutarchus in uita Bruti) cum petiiſſent ut ſeruus eorum Vindicius eis dederetur, Brutus negabat: ſed pro libertate eius iudicauit, quòd cõiurationem indicio ſuo detexerat, quæ hic dicitur uetuſti iuris obſeruantia: ſimilitudo tamen utrobiq; multum claudicat. *Brutus primus Conſul.*

u VINDICIS.) Vindicio nomen erat, non Vindici, ut apud omnes hiſtoricos comperi: quapropter textũ corrigendum putamus: niſi legas indicis, ſcilicet ſerui: is enim index erat coniurationis, & propter indicium, libertate & ciuitate Rom. donatus fuit à COSS. Ab hoc Vindicio ſeruo, uindictæ manumiſsionem nonnulli tractam autumãt, ut autor eſt Liuius: ut qui libertate & ciuitate Romana donarentur, uindicta manumiſſos diceret. Aliud itaque eſt uindicta manumitti, aliud ſi ſimpliciter quis per epiſtolam, aut inter amicos manumittatur: illi enim iure uetuſto mox ciues Romani fiebant, hi iura ciuitatis non ita conſequebantur: quod & ex gloſſatoribus quoſdam tenuiſſe dicit Accurſ. in l. qui Romæ. §. Flauius. infrà de uerbo. oblig. licet titubando ſubiungat, eam differentiam lege non inueniri. Mihi uidetur huiuſmodi differentia ſatis ſignificari per §. libertinorum. Inſtit. de liber. licet ſuccinctè, & uelut ſuſpenſo pede Imperator uetuſtatem attingat: apertius tamen Corn. Tacitus lib. XIII. ſcribit, eos qui uindicta manumiſsi non eſſent, aliquo adhuc uelut ſeruitutis uinculo detineri: ut per hoc clarè appareat, magnum olim inter utraque diſcrimen fuiſſe: quod tamen Alex. de Imol. in d. §. Flauius. male negauerat. Nos in lib. Inſtit. Caii Iureconſulti, & denique in libris ſententiarum Iulii Pauli, qui hodie extant, & à clariſsimo Iuriſperito Hieronymo Baldugno, in monaſterio Morbatenſi inuenti ſunt, libertinorum differentiam ſatis eleganter explicatam inuenimus. Et ne locus calumniandi relinquatur, uerba ſubiecimus: Ingenuorum (inquit Caius) omnium unus ſtatus eſt. Libertorum uero ideo *Vindicius ſeruus.*

Genera liberti norum tria. non unus, quia tria ſunt genera libertatum: quia liberti aut ciues Romani ſunt, aut Latini, aut dedititii. Ciues Romani ſunt, qui his tribus modis, id eſt, teſtamento, aut in æde ſacra, aut ante cõſulem fuerunt manumiſsi. Latini ſunt, qui aut per epiſtolam, aut inter amicos, aut conuiuii adhibitione, manumittuntur. Dedititii uerò ſunt, qui poſt admiſſa crimina ſuppliciis ſubditi, & publicè pro criminibus cæſi: aut in quorum facie uel corpore quæcunque indicia aut igne aut ferro impreſſa ſunt, & ita impreſſa, ut deleri non poſsint: hi ſi manumiſsi fuerint, dedititii appellantur. Sed inter hæc tria genera libertatum, ideo ciues Romani meliorem ſtatum habẽt, quia & teſtamenta facere poſſunt, & ex teſtamento quibuſcunque perſonis ſuccedere. Nam Latini & dedititii nec teſtamenta condere, nec ſibi ex teſtamento aliorum aliquid dimiſſum poſſunt ullatenus uendicare: tamen Latini certis rebus priuilegia ciuium Romanorum libertorũ conſequi poſſunt. Dedititii uero nulla ratione poſſunt ad ciuium Romanorum libertorum priuilegia peruenire. Nam Latini patronorũ beneficio, id eſt, ſi iterum ab ipſis aut teſtamento, aut in æde ſacra, aut ante conſulem manumittantur, ciuium Romanorum priuilegia conſequuntur. Hactenus Caius. Ex quibus uerbis Imperatorem Inſtit. de ſucceſſ. liber. §. fin. rectè intelligas, temperabisq; gloſ. in titu. de liberti. codem lib. differentiam inter dedititios & Latinos nõ ex ueritate tradentẽ. Et licet is Caius expreſſe non meminerit eorum qui uindicta ſunt liberati, ſub eo tamen manumiſsionis modo, qui ante conſulem explicatur, etiam is qui ante prætorem uindicta fit, intelligendus eſt: id quod liquêre poterit ex l. j. l. an manumittere. l. non eſt. cum l. ſeq. l. etiam. §. ex præterito. infrà de manumiſſ. uindi. Erat autem uindicta uirga, qua lictor prætoris, præmiſsis ſolennibus uerbis, ſeruum tangebat: mox dominus apprehenſum dextera manu uertebat: id quod Appianus lib. IIII. bellorum ciuilium in fin. docet. hoc modo ſeruus libertatem cõſecutus, ciuis Romanus erat: quod & Perſ. ſignificat in Saty. v. cũ dicit: Quibus una Quiritem Vertigo facit. & poſtea: Verterit hunc dominus. & alio loco: Vindicta poſtquam meus à prætore receſsi. Eum morem ſatis innuere Iureconſultus uidetur in l. ego. in l. manumiſsio. infrà de manumiſſ. uindic. Hoc tamen nouiſſe conueniet, ſupradictos manumiſsionis effectus, ſcilicet Latinorũ, dedititiorum

Romani ciues. *Latini.* *Dedititii.* *Vindicta.*

tiorum,&c. quos uetuſtas recepit,in dubio obtinuiſſe, cum nihil ſpecialiter exprimeretur. Cæterum teſtatoris uoluntas,uel partium conuentio diſponere potuit, ut libertus Latinus eſſet,etiam ſi aut teſtamento,aut uindicta liberaretur, ut tradit Imperator l.j. §.illo proculdubio.C.de Lati.libert. tol. Poterat & contractu caueri,ut qui ſimpliciter manumitteretur,ciuis Romanus eſſet.l.j.C.ſi mancip.ita fuer. aliena. ut manumitt. Conſtitutio igitur diuorum Marci & Commodi,quæ manumitti iuſſos in libertatem eripit,l. cum qui. infrà qui ſine manu.l. final.C. ſi mancip.ita alienat. ut manu.cum ſimilibus,omnes manumiſsionis modos quemlibet pro ſua natura complectebatur:exceptis his qui ex conuentione uindicta liberari debebant: illic enim, quia aliquando cauſæ cognitione opus erat, l.iuſta cauſa. §. primo cum pluribus ll.ſeque.l.etiam. §.ex præterito. infrà de manumi. uindic.conſtitutio non operabatur:eo accedente,quòd cum uindicta liberari nemo poterat, niſi ante prætorem, conſulem,proconſulem, uel legatum Cæſaris.d.l. an manu. d.l. non eſt.l. apud.infrà de manu. uindic. uerіſimile eſt eo loci conſtitutionem ceſſaſſe, ne tanta ſolennitas uno uelut uerbo ſubuerteretur.argumen.l.ſi quando.C.de inofficio.teſtamen. Difficiliorem enim fuiſſe uindictæ manumiſsionem, etiam ex hoc relucere poteſt, quod ſcribit Iulius Paulus lib. IIII.ſenten.in titu. de manumiſſ. Surdus & mutus ſeruum uindicta manumittere non poterant: inter amicos tamen & per epiſtolam manumittere non prohibebantur,quòd hîc Latini efficiebantur,& non nocebatur domino, illic ciues Romani,quod dominis damnum attuliſſet: quæ omnia notatu digna exiſtimamus:per quæ & intelligi poteſt d. §. Flauius. & diſſolui quæ ibi fiunt obiectiones,à nullis quos uiderim, Doctoribus iuſtè diſſolutas. Hodie omnia iſthæc ſub unum iuſtæ manumiſsionis modum redacta ſunt.d.l.j.C.de Latin. lib.toll.Inſtit.de liberti.in fin.Latinæ tamen libertatis umbram quandam uſurpari de facto uidemus per patronos quoſdam,ſiue illi ſeculares,ſiue monaſteria ſint, ut ſacerdotibus per ipſos præſentatis ſuccedant, nullo admiſſo teſtamento: quam uſurpationem non probamus ullo modo, cum Latina libertas cum omnibus ueſtigiis ſit reiecta: credimus enim ſacerdotibus tantum permitti debere, quantum eis iura permittunt canonica.capit.relatum.ij. §.licet.de teſtamen.cum

ſimilibus. Sed digreſsi in materia ſeruorum, ad text. reuertamur.

x CVLTRO.) Apud Suetonium olim Claudius inſidiis expoſitus legitur, cultro uenatorio in eum parato.

y TABERNA.) Hoc ipſum reliquæ hiſtoriç cõcorditer tradunt. Eſt autẽ inter tabernam & officinam differentia, ſi Vallæ credimus: utpote quòd in officinis opera fiunt, in tabernis uenduntur: tamen aliter uſurpari inuenimus in l. tabernæ. cũ l. ſeq. de uerb. ſig. l. tabernam. de fund. inſtr.

Taberna & officina quo differant.

z LANIONIS.) Quem uulgus macellarium nominat, à laniandis pecoribus dictus: ſicut laniſta, qui gladiatoribus prçeſt. Lanienam Varro locum ubi caro uenditur, eſſe docet. Porrò menſam carnificis, qui mutilandis damnatorum membris præficitur, lanioniam dici, apud Suet. in Claud. reperimus.

Lanionia.

A' præpoſitio.

a A' CAEDE.) Commiſſa in uirginem. & habet hæc præpoſitio uim immediati temporis: quaſi diceret, continuò poſt cædem, adhuc recens, madensq;, &c. Sueton. Plebs ſtatim à funere, &c. fa. l. pater. §. ſexaginta. infrà de adult. de qua loquendi figura etiam ſuprà diximus.

b COMMILITONES.) Longum eſſet enarrare, quid uirgine cæſa in urbe, quid in caſtris actum, qui tumultus, in quas turbas decemuiri, impulſoribus prçcipue L. Valerio & M. Horatio, cõiecti fuerunt: quæ omnia apud Dionyſium, Liuium, & alios patêre poterunt. Hoc certum eſt, exercitum qui in Algido monte belligerauit, à ducibus decemuiralibus defeciſſe, & ſignis euulſis in Auentinum montem, unum ex Romanæ urbis collibus ſeceſsiſſe, donec decemuiri à magiſtratu abire cogerentur, & prior facies reipublicæ reſtitueretur.

c PARTIM in carcere necati.) Hic defectum eſſe, & quidem inſignem, imperfectio ſenſus oſtendit, & Latinæ puritatis regula docet. Cum enim ſeries textus præſentis de commilitonibus tantum & plebe urbana meminerit, dicas mihi quos populi conſenſu necatos dices? an commilitones? an plebem? ſed hoc abſonum eſſet, & à ueritate alienum. qui ergo necati ſunt? Porrò cum dicitur, partim aliquos necatos eſſe, textus ex neceſsitate ſignificat etiam alios reſtare, cum quibus aliquid aliud ſit factitatum: qui tamen hic deficiunt. Ea enim dictio, *partim*, plura inter ſeſe partitur, eiusq; natura eſt ut repetatur, ut mox in §. deinde. infrà eod. ubi dicit, partim ex plebe, partim ex patribus, &c. Sic ergo meo

Partim.

periculo

periculo textum leges: Populiq; conſenſu decemuiri partim in carcere necati, partim exilium perpeſsi. Hiſtoria tamen habet, ut ex Liuio cognoſcitur, Appium in carcere mortem ſibi ipſi conſciuiſſe: Sp. Oppium ante diem iudicii in uinculis obiiſſe: cæteros tyrannidis ſocios exilio ſeſe mulctaſſe uoluntario, ipſorumq; bona tribunos publicaſſe: ita honoris magnitudo, pro honoris dignitate uiuere nolentibus (teſte Chryſoſtomo) maior fit ſupplicii acceſsio. Hic finis eſt autorum legis x i i. tab. autorum inquam, à quibus omne ius noſtrum uelut à radice proceſsit: qui ſi iuſta, ſi recta, quæ ipſi inſtituerāt, ſecuti eſſent, quid poterat eis fuiſſe illuſtrius? *Decemuirorū interitus.*

-Sed nullo ture litabis,
Hæreat in prauis breuis ut ſemuncia recti.

¶ Deinde cum[a] poſt aliquot annos x i i. tabulæ latæ ſunt, &[b] plebs cōtēderet cum patribus, & uellet ex ſuo quoq; corpore conſules creare, & patres recuſarent, factum eſt ut tribuni militum crearentur, partim ex plebe, partim ex patribus conſulari poteſtate: hi quoq; cōſtituti ſunt uario numero: interdum uiginti fuerunt, interdum plures, nonnunquam pauciores.

a POST aliquot annos,) Adde, Poſtquam, & ſic lege: Cum poſt aliquot annos, poſtquam x i i. tabulæ latæ ſunt, &c. Conſtat autem legem x i i. tab. latam & abſolutam eſſe anno ab urbe condita CCCII. ut docet Liuius. Accurſ. hic eos annos non ex ueritate colligit. *Lex x i i. tab. quando abſoluta.*

b PLEBS contenderet.) Apud Liuium lib. I I I I. ſcribitur, Canuleium tribunum plebis legem ferre conſtituiſſe, ut connubia patrum & plebis conmiſcerentur, quod lex x i i. tab. de maritandis ordinibus uetuerat: & quòd conſularis magiſtratus cum plebe communicaretur: obſtitiſſe patritios: hoc enim conatu omnia diuina & humana miſceri, perturbari auſpicia publica, nihil ſynceri, nihil incontaminati futurum: promiſcuis connubiis eum qui naſceretur, neſcire cuius ſanguinis, quorum ſacrorum ſit, ſe millies morituros potius, quàm id dedecoris admitti paſſuros. Econtrario Canuleium tribunum plebis luculenta oratione oſtendiſſe, iuſta & licita eſſe, quæ ipſe plebis nomine contenderet: eandē enim omnes

patriam incolere, omnes ciues eſſe, imperium Romanum populi, non patritiorum eſſe: nō conuenire ex una ciuitate duas facere. Cumq́; ultro & citro ualide diſceptaretur, tandem placuit ut deinceps non conſules, ſed tribuni militū conſulari poteſtate, ex utroq; corpore crearentur. Itaq; anno CCCX. ab urbe condita, nono uero à lege duodecim tabularum, lata lex eſt, ut pro conſulibus tribuni militum eſſent: qui principio tres, ſucceſſu temporis (ut Feneſtella ait) uiginti, aliquando plures, ſæpe pauciores creati ſunt: intermiſſos ſæpe, & interim conſules creatos, apud Liuium lib. V. & VI. legimus, prout uel patres, uel plebs in comitiis habendis præualuiſſent. Fuiſſe & aliud genus tribunorum militum, apud autores conſtat, qui nulla urbana, ſed caſtrenſi præfectura pollebant: ad quorum officium pertinebat, militū manus continere, ne uel pullos, uel oua raperent, ſua annona uiuerent, prouinciales non premerent: & multa id genus, quæ ex epiſtola Aureliani Cæſaris apud Vopiſcum liquent: & nonnulla in l. officium. §. fin. infrà de re milit. Eos tribunos Adrianus Imperator nō niſi plena barba eligere ſolebat, ut eſt autor Spar. Sed & tribuni fuere ærarii, ut docet Aſcon. qui militibus ſtipendia erogabant: quo tempore cœptum eſt publicis militare expenſis. Nam Liuius lib. VI. docet, ſumptu quenq; ſuo antea militare conſueuiſſe. Quinq; igitur genera tribunorum colligas, tribunos ſeu præfectos Celerum, tribunos plebis, tribunos militum conſulari poteſtate, tribunos militares, & tribunos ærarios.

Quando tribuni militum creati.

Tribuni ærarij.

Tribunorum quinq; genera.

¶ Deinde cum placuiſſet creari etiam [a] ex plebe conſules, cœperunt ex utroq; corpore cōſtitui. Tūc * [b] ut aliquos plures patres haberēt, placuit duos ex numero patrum cōſtitui: & ita facti ſunt ædiles curules. Cumq; conſules auocarentur bellis finitimis, neq; eſſet qui in ciuitate [c] ius reddere poſſet, factum eſt ut prætor quoq; [d] crearetur, qui urbanus appellatus eſt, eò quòd in urbe ius redderet.

Verus tex. habet: Tūc ut aliquo pluris patres haberentur

a EX plebe.) Abrogato tribunorum militū magiſtratu, qui tamen complures annos durauit, iterum ad conſularem reditum eſt: peruicitq; tandem plebs, ut ex ſuo etiam corpore conſul alter crearetur: quod tradit T. Liuius lib. VI. ad finem.

Vt

b VT aliquo pluris.) Vt patres & nobiles, in magiſtratibus plebi anteferrentur, nec in totum plebi ceſsiſſe uiderentur, ex ſuo corpore magiſtratum conſtituere, qui plebi non eſſet cõmunis, quos hic Iurecõſultus Aediles fuiſſe tradit. Liuius uero lib. ſexto ſcribit, Prætorem propter eam cauſam eſſe conſtitutum: Aediles uero curules creatos, propter ludos maximos, qui pro concordia ordinum inſtituerentur. Habes ex ſupradictis, à primo rerum ciuilium initio nobilitati cum plebe parum conueniſſe, & fuerat in utroque corpore quod uitio daretur. Nobilitas enim ſuperbia & auſteritate, plebs impotentia regendi, animorum ignauia, uſurpata magiſtratuum communicatione, reipublicæ perniciem attulit. Eſt porrò uidere quàm plenum ſit periculi, populo impetente à iure ſuo concedere: quippe qui poſtquam uel exiguæ rei ſit factus cõpos, iam anſa prębetur noua & noua quærendi: populus enim & ultro fluctuat, & ductoribus plerunq; inquietis & inſolentibus, ad aliorum iura uiolanda inſtigatur: id quod per tribunos Romæ factitatum, hiſtoriæ omnes prodiderunt. Verum Appiorum familia tribunitiis furoribus ſemper egregie reſtitiſſe ſcribitur.

Aediles ex nobilitate creati.

Nobilitati cũ plebẽ nũquam bene conuenit.

c IVS reddere.) Ex quo patere poteſt, cõſules prius ius reddidiſſe: ut ſic parum fundata ſint, quę in l. j. infrà de off. conſul. poſt gl. Doct. tenuere, conſules uoluntariam tantummodo iuriſdictionem habuiſſe: certum enim eſt ex hiſtoriis, eos iura in inuitos quoque reddidiſſe: ſed an ſolos, an cum iudicibus, res in ambiguo eſt. De prætore conſtat cum iudices adhibuiſſe, ut infrà dicetur. Niſi fortè Doct. aſſertio de eo intelligatur conſulatu, qui ſub Imperatorum manum redactus eſt. Nam eo loci non inficiamur adminiſtratione caruiſſe cõſules, id quod ex Mamertino diſcimus, qui Iuliano Imperatori cõgratulatus de cõſulatu, inter alia dicit, in adminiſtrationibus laborẽ adiungi honori, in conſulatu honorẽ ſine labore ſuſcipi. Sed text. noſter de uetuſtiore conſulatu loquitur, qui populo Romano adhuc libero intactus uiguit. Nec enim ignotum eſt Marium, Fanniæ mulieri ſuper dote, Cinnã porrò aliis ex cauſis ius reddidiſſe, Plutarcho autore.

d CREARETVR.) Suprà ex T. Liuio diximus, cum plebi ad conſulatum eſſet factus aditus, uiciſsim patribus conceſſum eſt, ut prætorem crearent, qui à præeſſendo (ut uoluit Feneſtella) prætor dicitur. Varrò à præeundo dictum putat.

Prætoris origo, eiuſq; poteſtas.

tat. Eius tanta fuit poteſtas, ut iura condere, abrogare inſtitu ta ſolus poſſet. autor Feneſt. Conſularibus tamẽ comitiis habendis autor eſſe non potuit, quòd maius uerſaretur imperiũ in cõſulibus creandis, quàm ut per prætorem explicaretur: ut Cicero ſcribit lib. IX. ad Atticum: Sex ei faſces cum lictoribus conceſsi, ſella curulis, & trabea. Ferunt prætorẽ urbanũ, cum Herculi rem diuinã faceret, laurea ornari corona ſolitũ. teſtis Macrob. Caſsius cum prætor eſſet, ita dicitur in criminibus fuiſſe inexorabilis, ut tribunal ſuum ſcopulus reorum diceretur. teſtis Cicero.

Caſsius prætor inexorabilis.

¶ Poſt aliquot deinde annos, non ſufficiente eo prætore, quòd multa turba etiam peregrinorum in ciuitatem ueniret, creatus eſt & alius prætor, qui [a]peregrinus appellatus eſt, ab eo quòd plerunq; inter peregrinos ius*dicebat. Deinde cum eſſet neceſſarius magiſtratus qui[b]haſtæ præeſſet,*[c]decemuiri litibus iudicandis conſtituti ſunt eodem tempore.

*Tex. Nor. *reddebat*
*Tex. Nor. *centumuiri.*

a PEREGRINVS.) Feneſt. idem ſcribit, cuius dicta Pompon. ut aliàs frequenter, hic tranſcripſiſſe uidetur. Peregrinum prætorem Cælius minorem appellatum fuiſſe ſcribit, cũ urbanus maior uel primus diceretur, autore Cicerone in oratione pro L. Manilio.

b HASTAE.) Centumuirali iudicio. Nam ex XXXV. tribubus Romanis terni electi ſunt, qui cauſas priuatas iudicarent: qui licet centum & quinq; numero eſſent, ex loquendi tamen commoditate, centumuiri appellati ſunt: his haſta erigebatur, ut ſcirent iudicandi tempus: cuius etiam hodie reliquiæ in iudiciis uiſuntur. Iudex enim, quem Sculteturn uulgus nominat, ſolenni baculo uelut haſtula manibus prætento, iudicii autoritatem ſolet aſſerere. Iureconſultus igitur hic haſtæ appellatione, centumuirale iudicium intelligit. Sic & Martialis: -Centum grauis haſta uirorum. quod frequenter apud autores inuenies. Hi centumuiri non ſolum cauſas hæreditarias (ut Vitellius contra Merulam opinabatur) ſed etiam uſurpationum, tutelarum, gentilitatum, agnationum, alluuionum, nexorum, mancipiorum, & id genus ſimilia negocia diiudicabant, ut autor eſt Cicero

in lib.1. de Oratore. Cauſas tamen hæreditarias frequentius apud eos uentilatas fuiſſe non negauerim: quod & ex Valerio lib.VII.& ex Plin.in epiſt. ſatis eſt compertum. Accurſ.in l.pen. C. de pet.hæred. nomine centumuiralis iudicii, ſenatores male accepit, utpote qui à centumuirali iudicio prorſus diſtinguerentur: ſiquidem ſenatus, uelut patres remp.curabant. Centumuiri cōtrouerſias & crimina iudicabant: quod & hodie uſuuenire uidemus, ut rectores rerumpublicarum à iudicibus ſeparentur. Veruntamen apud Velleium lib.II. inuenimus, Senatum etiam iudiciis præfuiſſe, donec C. Gracchus ea ad equites tranſtulerit: quod & Plutarchus in uita Gracchorum tradidit. Huic centumuirali iudicio unus ex prætoribus præerat, ut ex Ciceron.orationibus, pro Roſcio, & aliis, item ex Plin.in libris epiſt. facilè liquere poteſt: niſi belli cura, ut hic dicitur, eos auocaret: quod certe (niſi fallor) ſignificaſſe Iureconſul. uidetur, in l. ubicunque. infrà de reg. iur. ubi dicitur: In his quæ cauſæ cognitionem habent, prætorem deſiderari: licet Accurſius non ita intelligat. Cæterum ſi de crimine, ſolenni accuſatione iudicandum fuerat, tunc prætor alios iudices numero incerto ſortiebatur, & erat apud prætorem ſententiarum diſcuſsio: quod ex uariis locis in Ciceronis orationibus eiuſque interprete Aſconio colligitur. Quapropter apud Plin. eodem lib.v. epiſtolarum ad Valerianum, cum aduocatus corruptis iudicantium ſententiis abſolueretur, prætor in ſententia permanens, eum pro condemnato habuit. Haſtam autem Romanos ideo iudiciis præfixiſſe puto, quòd familiaris eis uſus haſtæ, & domi & militiæ fuit. Nam & auctio bonorum ſub haſta fiebat, & crinem Romanæ uirgines haſta decernebant, quæ cœlibaris dicitur apud Ouidium. Sed & dux belli, cum ſe deuouere pro exercitus ſalute uellet, haſtæ inſidens, uerba ſolennia peregit: autore Liuio & cæteris. Item & prouerbio, haſtas abiecisse dicebatur, qui ſuper re deſperabat: ut eſt apud Ciceronem in oratione pro L. Muræna. Deniq; uates Marii Martha, uittis & coronis ligatam haſtam ſacrificatura ferebat. Quod totum in honorem Romuli fortè receptum eſt, qui ab haſta Quirinus, ipſiq; Quirites nominati ſunt. Haſtam Lacedæmonios inueniſſe ſcribit Plinius, Veteres Germanos frameam nominaſſe, quæ haſta dicitur, teſtis eſt Cornelius Tacit. in libro de moribus Germanorum: quibus armis

Centumuiri à Senatoribus differunt.

Haſtæ apud Romanos uarius uſus.

Haſta cœlibaris.

mis & nuptias cum maritis uxores auſpicabantur. Hodie lancea peculiaris eſt Germanis, qua loco haſtæ utuntur, eosq; qui in exercitu delinquunt, inter lanceas ſeu haſtas extentas decurrere coactos interimunt. quæ tamen pœna iure prohibita eſſe uidetur, argum. l. aut damnum. §. j. infrà de pœn. ſicut nec è ſaxo præcipitari damnatos licet. l. ſi diutino. in fin. eodem tit.

c DECEMVIRI.) Ex Feneſtella hic locus ſumptus eſt, qui ſic ait: Alteram magiſtratus ſpeciem in urbe Romana ius aliquando dixiſſe reperi. Nam cum bellorum munera, cæteris magiſtratibus non ſufficientibus ad prætores deferrentur, quorum munus adminiſtratio iuris præcipuũ fuit, creati decemuiri ſunt, qui ius in urbe dicerent, prætorumq; partes eo tempore gererent. Adrianus apud Spartianum, decemuir litibus iudicandis, antequam Imperator eſſet electus, fuiſſe ſcribitur. Fuere & alii decemuiri ab Auguſto Cæſare electi, qui haſtam iudiciorum ſignum erigebant: quod prius quæſtores fecerant, ut iudices tempus ſcirent iudicandi. autor Sueton. Hodie in ciuitatibus imperialibus, fori cupedinarii explicandi cauſa haſta præfigitur.

¶ Conſtituti ſunt &[a] quatuor uiri, qui curã uiarum agerent: &[b] triumuiri monetales, æris, argẽti, auri flatores: &[c] triumuiri capitales, qui carceris cuſtodiam haberent, ut cum animaduerti oporteret, eorum interuentu fieret. Et quia[d] magiſtratibus[e] ueſpertinis temporibus[f] in publicũ eſſe inconueniens erat, quinque uiri conſtituti ſunt cis Tyberim & ultra Tyberim, qui poſsint[g] pro magiſtratibus fungi. Capta deinde[h] Sardinia, mox Sicilia, itẽ Hiſpania, deinde Narbonenſi prouincia, totidem prætores, quot prouinciæ[i] in ditionem uenerant, creati ſunt, partim qui [k] urbanis rebus, partim qui prouincialibus præeſſent.

*Tex. Nor. ultis

a QVATVOR uiri.) Ex Feneſtella omnia hæc ad uerbum ſunt trãſcripta. Crediderim ſecuritatem uiarũ eis cõmiſſam, quod hodie horum officiũ eſt, qui nomine principis teſſeras

publicæ

publicæ ſecuritatis exhibent: uulgus ſaluum conductum, parum Latine nominat: niſi fortè hos quatuor uiros, uiis uel muniendis uel ſternendis præfuiſſe intelligas.

b TRIVMVIRI monetales.) Hi monetæ curam habuere: eorũ enim diligẽtia, ut adiecit Feneſt. nomiſmata auro argentoq; fabricabãtur. Numũ ex inſtituto factum, tradit Philoſoph. v. Ethic. ut pro indigentia ſit: & propterea nomen hoc habere, quòd non natura conſtet, ſed lege: ſiquidem νόμος lex dicitur. Seruius rex Romanorũ æs primus omnium ſignauit. Signatũ eſt nota pecudum, unde & pecunia appellata. Denarius decem aſsibus in ſtipẽdio militari penſus. Argẽti numus quinque annos ante primũ bellum Punicũ cœpit. Aureus ſexaginta duos annos pòſt ſignatus. Adulterabatur autem æs, ſi cũ argẽto uiuo inauraretur: quæ omnia prolixius Plin. lib. XXXIII. cap. III. & aliis proſequitur. Quapropter æs pro auro dari non erat inſuetum, ut intelligas l. quid tamen. infrà de contrahen. empt. & l. ſi id quod aurum. infrà de uerb. oblig. cum ſimilibus. His fortaſſe corruptionibus auertendis, hos etiam auri flatores operam nauaſſe credendum.

Aes à Seruio primum ſignatum.

Numus argenteus quãdo primum cœperit cudi.

c TRIVMVIRI capitales.) Coniicere licet triũuiros capitales, ſentẽtiis capitalibus tãquam executores præfuiſſe, qui fortè ſub ſe miniſteria carnificũ habebant, per quos eaſdẽ ſententias à iudicibus datas exequerentur. Credibile enim eſt in tanta ciuitate, orbis terrarum domina, ſuperiores aliquos his etiam miniſteriis præfuiſſe: non enim credo hos triumuiros de cauſa capitis cognouiſſe, cum capitalibus cauſis quæſtores parricidii præfuerint: quod in notoriis criminibus, quibus animæ amiſsio pœna erat, intelligendũ eſt. Alioqui ſi ſolennis erat accuſatio neceſſaria, corã prætore & iudicibus ſortitis, ut ſuprà diximus, agitabãtur crimina: & ſic quæſtores parricidii à triumuiris capitalibus, & ab utriſq; iudices criminalium cauſarũ (quantum coniectura conſequi licuit) diſtinguendos putauimus. Beroaldus quæſtores parricidii, iudices maleficiorum nominat: quod nõ aliter recipimus, quàm cum prædicto temperamẽto. In iudiciis capitalibus reũ quater definitis in locis uocari, Appianus lib. I. docet. Nã & Brutus dum cædis Cæſarianæ accuſaretur, à præcone ſic uocatus eſt, ut Plutarchus docet. Hunc morẽ ciuitas Friburgum in huiuſmodi iudiciis obſeruare ſolet, non ſine laude uetuſtatis, utpote quòd à Romanis ea obſeruatio proceſsiſſe uideatur. apud Salluſt. legitur,

gitur, Ciceronē triumuirorum capitalium interuentu, ſupplicium de Lentulo & Cethego ſumpſiſſe. Tēpore Tiberii Cæſaris, cum in Seiani liberos animaduerteretur, etiam puellam adductam: cæterum quia triumuirali ſupplicio puellam adfici inauditum ferebatur, à carnifice ſtrangulatam. autor Cor. Tac. lib. v. quæ hiſtoria noſtram de his triumuiris coniecturā adiuuare uidetur. Per principes tamen omnia mutata ſunt. Cæterū uerisimile eſt ea iudicia criminalia, quæ apud Sicambros exercentur, quos Vueſtfalos uocant, umbram aliquam quæſtorum parricidii, & executores (quos Bald. Bariſellos barbarè, ut alia, nominat) uulgò *ſeimer*, triumuirorum capitalium imaginem principum priuilegio obtinuiſſe.

d MAGISTRATIBVS.) Ex Feneſt. tota quaſi ſeries huius tex. deſumpta eſt, ut ſatis plenā uindemiā ex aliorum fœtura Pompon. fecerit: quippe Feneſtel. Cæſaris Tiberii principatu lōge ante Pomponiū uita defunctus eſt, ut ſcribit Plin. lib. XXXIII.

e VESPERTINIS.) Iubet Imper. authen. de iudi. §. ſedebunt. colla. vj. iudices matutino, meridie, & ueſpere iura reddere: ubi matutinum tempus pro mane ſumitur. Sic & Macro. lib. I. matutinos omnes ad ædes Vaccii adfuiſſe ſcribit. An autem ſententia de nocte lata ualeat, Accurſius hic opponit de l. more. de fer. c. conſuluit. de off. deleg. Sed idipſum ex uulgatis doctrinis cognoſcitur.

f IN publicum.) Latinæ obſeruationis elegantia habet, ut indifferenter dicamus, in publicum eſſe, & in publico: ſic in poteſtatem eſſe, & in poteſtate, & ſimilia: quod Aul. Gell. lib. I. latè probat. In diſpoſitionibus tamē legalibus differentiam in prædictis plerunq; aduertimus.

g PRO magiſtratibus.) Nec enim erant magiſtratus, ſed locum magiſtratuum ſupplebant: ut dicimus aliquem fungi pro conſule, pro prætore, pro tutore.

h SARDINIA.) In Tyrrheno ſeu Liguſtico mari eſt inſula, dè Sardo Herculis filio nominata, quam primo bello Punico Romani ſubegere. In ea ait Solinus, nec lupum gigni, nec ſerpentem habitare. Herba illic naſcitur, quæ neruos contrahit, ut ridenti ſimilis moriatur, qui eam eſitauerit: unde in prouerbio inuulgatur, riſus Sardonius: quod Eraſmus Roterodamus unicum Germaniæ lumen, eleganter (ut omnia) in ſuis admirādis Adagiorum operibus complexus eſt. Super

Sardonius riſus.

cæteris

cæteris prouinciis ad hiſtoricos me refero.
i IN ditionem.) A'dite ditio deriuatur, & poteſtatem ſigni ficat ſeu facultatem. *Ditio.*
k VRBANIS.) Dicti quatuor prætores, licet propter prouincias obtentas crearentur, attamen diſtributi ſunt eorũ magiſtratus, ut etiam urbanis rebus pars præeſſet: arg. quòd effectus nõ regulatur ex cauſa impulſiua. l. j. §. ſexũ. j. de poſtul.

¶ Deinde[a] Cor. Sylla[b] quæſtiones publicas conſtituit, ueluti[c] de falſo,[d] de parricidio, de ſicarijs, de iniurijs: & prætores quatuor adiecit. deinde C. Iulius Cæſar duos prætores, &[e] duos ædiles qui frumento præeſſent, & à Cerere Cereales cõſtituit: ita XII. prætores, VI. ædiles ſunt creati.[f] Diuus deinde Auguſtus XVI. cõſtituit prætores: póſt deinde diuus Claudius duos prætores adiecit, qui de[g] fideicõmiſſis ius dicerẽt: ex quibus unũ diuus Titus detraxit, & adiecit unũ diuus Nerua, qui inter fiſcum & priuatos ius diceret: ita decẽ & octo prætores in ciuitate ius dicũt. Et hæc omnia, quoties in republica magiſtratus ſunt,[h] obſeruantur: quoties autem proficiſcuntur, unus relinquitur qui ius dicat, isq́ uocatur[i] præfectus urbi, qui præfectus[k] olim cõſtituebatur:[l] poſtea uero[m] feriarũ Latinarum cauſa introductus eſt, & quotannis obſeruatur. Nam[n] præfectus annonæ &[o] uigilum, quanquàm non ſunt magiſtratus, ſed extra ordinem utilitatis cauſa conſtituti ſunt, tamen hi quos cis Tyberim[p] diximus, poſtea ædiles ſenatuſconſulto creabantur. Ergo ex his omnibus, decem tribuni plebis, conſules uero duodecim, & octo prætores, & ſex ædiles, in ciuitate iura reddebant.

a COR. Sylla.) In hiſtoriis non inueni, an de Sylla famigeratæ crudelitatis homine, an de alio Cor. intelligat. Coniectura

ſtura ducor eundem eſſe Syllam, qui tot cædibus capitũ Romanorum inſignis fuit. Sed de huiuſmodi quæſtionibus, de quibus textus noſter loquitur, uerba in hiſtoriis, maxime apud Plutarch. non fiunt: itaq; in medio relinquimus quis ille Sylla fuerit: Nam & Pomponius Lætus, uir in inueſtiganda uetuſtate diligens, ſuper eo dubitaſſe uiſus eſt.

b QVAESTIONES publ.) Iudicia criminalia intelligit, ut pote quòd ea inquiſitionibus plerunq; conficerentur. Cicero in II. Philip. Quid enim attinebit noua lege quæri de eo quòd hominem occidiſſet, cum eſſet legibus quæſtio conſtituta? Dicebat Socrates ad Critonem, ſubuerti ciuitatem & patriam, in qua iudicia publica uim non haberent.

Socratis ſententia de iudicijs publicis.

c DE falſo.) Vt infrà ad l. Cornel. de fal. & ſicar. per diſcurſ.

d DE parricidio.) Incertum, Cor. Sylla, an alius eius legis autor fuerit, Maturantius in Philip. Ciceronis Syllam putat. hanc tamen legem principio à Cornelio inſtitutam, magnus Pompeius poſtea adiuuit, atrociori pœna in id facinus ſancita. l. j. infrà ad legem Pomp. de parricid. ubi mentio fit, parricidas lege Cornelia teneri: & licet ibi l. Corn. de ſicariis narretur, puto tamen ea uerba, de ſicariis,* ſubdititia eſſe, nec in textu poni debere, ut ſic Accurſ. in gloſſ. mag. in eo laborandum non fuerit. Sed dubitari poterit, quomodo Cornelius ſuper crimine parricidii publicas quæſtiones introduxerit, cũ antè ſuper eo publici fuiſſent magiſtratus, ut in §. & quia. ſuprà ea. l. Reſpondeo parricidam dupliciter intelligi: uno modo pro homicida uulgato, & ſic loquitur dictus §. alio modo pro occiſoribus parentum & aliorum neceſſariorum, de quibus in dicta l. j. ad leg. Pompon. de parricid. mentio fit: pro eo crimine publica iudicia Cor. ſiue ille, ſiue alius, inſtituit.

**Hoc nõ eſt tutum, cum ex textu Nor. eadẽ uerba habeantur.*

e DVOS ædiles.) Hoc & Feneſtella docet. Fuerat autẽ eorum officium, præeſſe frumẽto, omnemq; curare rem frumentariam, ne penuria in urbe ſit. De præfecto annonæ poſtea dicetur. Hierony. contra Ruffinum in apologia, Cereales nuncios appellat, ut interpretatur Eraſmus, qui quaquauerſum rumorem per orbem ſpargant, à Cerere, quæ Neoptolemum, ut triticum in orbem ſpargeret, miſiſſe dicitur.

f DIVVS deinde Auguſtus.) Hoc & Feneſt. (unde I.C. hoc tranſcripſit) dicit: Deinde diuus Auguſtus, &c. licet communiter legatur, Pius deinde Auguſtus, non rectè, cum in hiſtoriis

riis Auguſtus nõ ſit nominatus Pius. Cæterum & Sueton. in uita Auguſti, ſcripſit ipſum prætores auxiſſe.

g FIDEICOMMISSIS.) Lego apud Sueton. iuriſdictionem de fideicommiſsis, quæ quotãnis, & tantum in urbe magiſtratibus delegaretur, in perpetuum per prouincias magiſtratibus demandaſſe Claudium. Inconſtantem porrò hunc Imperatorem fuiſſe, qui paulò momento huc uel illuc impelleretur. *Claudii Impe. inconſtantia.*

h OBSERVANTVR.) Senſus eſt, eos qui ſuprà ſunt nominati magiſtratus, pro ſe quenque ſecundum ſuæ iuriſdictionis naturã ius reddere, quoties in ciuitate Romana ſint, & nõ proficiſcãtur extra: at uero ſi bellorum cauſa urbem exierint, tunc quid iuris ſit, ſtatim ſequitur.

i PRAEFECTVS urbis.) Is magiſtratus ad cuſtodiã urbis, & ut ius dicat, cõſtitutus eſt, ſi cæteri fuerint abſentes, ut hic dicitur. Cæterum ex ſuperioribus cognitum eſt, etiam decem uiros loco prætorum conſtitutos, qui eis abſentibus, iudiciis præeſſent, quos tamen ab iſtis præfectis diſtinctos puto. Heliogabalus Imperator, monſtrũ nulla uirtute redẽptũ, omnes lenones præfectos urbis facere deſtinarat. teſtis Lampridius. *Heliogabali Imp. de lenonibus conſilium.*

k OLIM conſtituebatur.) Hoc & Feneſtell. ſcribit: & eſt ſenſus, hunc magiſtratũ cæteris magiſtratibus abſentibus cõſtitui ſolitum, ita quòd in eum caſum pro tempore deputaretur. quod Corn. Tac. lib. v. apertius docet his uerbis: Namq; antea profectis demũ regibus, ac mox magiſtratibus, ne urbs ſine imperio foret, in tempus deligebatur qui ius redderet ac ſubitis mederetur. Sic & Feneſt. cum reges proficiſcerentur, electos eſſe ſcribit, ad quos urbis cuſtodia pertineret. Cæterum ſucceſſu temporis hunc magiſtratum continuum fuiſſe, Cornelius libro prædicto teſtatur, dum Piſonẽ præfecturæ urbis uiginti annos præfuiſſe tradit. Eorum officium ſatis explicatur l. j. infrà de off. præf. urb.

l POSTEA uero.) Feneſtell. ſcribit, cum multo tẽpore præfectus urbis creatus foret, demum illius ditione deleta, & ad prætorem tranſlata, præfectum urbis Latinarum feriarũ duntaxat creari cœptum eſſe. Hoc eſt quod Corn. Taci. lib. prædicto dicit, ſimulacrum huius præfecturę durare, quoties ob ferias Latinas præficiatur, qui conſulare munus uſurpet.

m FERIARVM Latinarum.) Tarquinius Superbus ultimus Romanorum rex, per dolum redactis in ſuam manũ Sabinis,

& aliis etiam Latinorum populis in ſocietatem perſuaſis, templum in monte Albano Ioui Latiali conſtituit, ubi quotānis populi Latini cum Romanis nundinas celebrarent: adferentesq; pars agnos, pars caſeos, alii lactis menſuras, Ioui ſacrificarent. autor Dionyſ. lib. I I I. Eo tēpore Latinis uiſceratio, id eſt, diſtributio carnis dabatur, ut Varro uoluit. & Liuius lib. X X X I I. ſcribit conqueſtos eſſe Ardeates, quòd eis uiſceratio non daretur: de qua uiſceratione Ser. lib. I. Aeneidos uerba facit. Hæ feriæ Latinæ à populis Latinis dictæ, quæ nō in tempus certū, ſed ut Romanis placebat, concipiebātur: quarū cauſa præfectum creari ſolitum Feneſt. docet, à quo Iureconſultus hæc mutuatus eſt. Scribit ad Atticum Cice. lib. I. amitā ſuā mortuam eſſe, quòd uerita ſit ne Latinæ feriæ in officio non manerent, hoſtiæq; in montem Albanum nō adducerentur. M. Antoninus philoſoph. pręfectus Latinarū fuit, in quo honore præclariſsimè ſe oſtendit. autor Capitolinus. Plin. lib. X X V I I. meminit quadrigas in Capitolio feriis Latinis certare ſolitas, abſinthiumq; bibiſſe qui uincerent.

Feriæ Latinæ.

N PRAEFECTVS annonæ.) Annonam anni alimentū dici, apud Cic. in lib. Diuinationū cōperitur, qui de futura in macello annona mentionē facit, nomine macelli forum intelligens. Olim cum dira fames urbem ita urgeret, ut multi obuolutis capitibus in Tyberim ſe præcipitarent, cōſtitutū eſſe L. Minutium præfectū annonæ, Liuius lib. I I I I. ſcribit. Feneſt. eius originem aliquanto latius repetit. Officium pręfecti annonæ eſt (eodem Feneſt. teſte) populo Romano penuria laboranti coëmere frumentum, aduehereq;: ſed & eos qui ultra proprios uſus poſsiderent, cōpellere ut in mediū ponant, omniaq; iuſto precio uendātur. Is præfectus annonę ab ædilibus cerealibus eo differt, quòd hi iure ordinarii magiſtratus rē frumētariā curabāt, illi extra ordinē, ſi neceſsitas inſtabat, creabantur: eratq; non perpetua, ſed tēporaria poteſtas. Videtur tamen hoc officium ſub principibus, ut pleraq;, uariaſſe, per text. in l. ij. C. de appar. præf. ann. lib. X I I. M. Seius cum eſſet annonę caritas, aſſe modiū frumenti uēdidiſſe traditur: qua ex re inueterata ſe inuidia liberauit, ut ſcribit Cicero I I. Offic. Militarem annonam primipilus diuiſiſſe dicitur, ut ex Vergetio ſcribit Andr. Alciat. l. ij. C. de primipil. lib. X I I.

Annona.

Officium præfecti annonæ.

O VIGILVM.) Hos duos præfectos non eſſe magiſtratus alibi non legi: deniq; Feneſtella eos ambos magiſtratum gerere

rere tradit. Sed & in l. j. infrà de off. præf. uigil. per præfectũ uigilum ius ſuper effracturis, & aliis rebus reddi ſcribitur. Vnde puto eos propterea hic non dici magiſtratus, quia inter minores fuere, eisq; ſenatus uocandi ius non erat, ut maioribus magiſtratibus: quod docet Gellius.

p DIXIMVS.) Senſus horum uerborum uix cohęret: ſed ita intelligendum textum putamus, quod ii qui trans Tyberim deputarentur, licet nō eſſent magiſtratus (uicariam enim pro magiſtratu curam ſubierunt) tamen à ſenatu creabantur. Sic & ædiles, cum antehac populi ſuffragiis, poſtea tamē & ipſos ſenatuſconſulto creatos fuiſſe: ut nō intelligas hos quinque uiros trans Tyberim poſtea ædiles factos: ſic enim quę ſequũtur aduerſari prioribus uiderentur, cum colligendo numerũ magiſtratuum, ſex tantum ædiles recenſeat. Itaq; poſt uerbũ, *diximus*, punctum faciendum puto, ut ædiles à præcedenti cō textu, flexu uocis ſepararentur: quæ expoſitio ſi tibi nō reſpondeat, Pandectarum archetypos conſule. Fuere præterea alii Romæ magiſtratus, qui ideo hic tacentur, quia ius non dicebant: ut duumuiri ſacrorum, quinqueuiri menſarii, qui uſuris moderandis præfuere: fuere & duumuiri municipales in oppidis, quibus ius Latii erat, qui magiſtratus proxime ad decuriones accedebat: de quibus Iureconſul. in l. iij. §. ſi fortè. infrà de dam. infect. l. fi. C. de iudic. & alii nonnulli, quos apud hiſtoricos quæras.

¶ [a] Iuris ciuilis ſcientiam [b] plurimi & maximi uiri profeſſi ſunt: ſed qui maximæ* dignitatis apud populum Romanum fuerunt, eorum in præſentia mentio habenda eſt, ut appareat à quibus & qualiter hæc iura orta & introducta ſunt. Et quidem ex omnibus qui ſcientiam nacti ſunt, ante [c] Tiberium Coruncanum publice [d] profeſſus nemo traditur: cæteri autem adhuc [e] uel in latenti ius ciuile retinere cogitabant, ſolumq; * conſultoribus uacare potius, quàm [f] diſcere uolentibus ſe præſtabant. Fuit autem [g] in primis peritus Sextus [h] Papyrius, qui leges regias in unum contulit. [i] Ab hoc [k] Appius

* *dignationis*

* *conſultationibus*

 Claudius

Claudius unus ex decemuiris, cuius maximũ cõſiliũ in XII.tabulis ſcribendis fuit.[l] Poſt hũc[m] Appius Claudius eiuſdem generis maximã ſcientiam habuit:[n] hic * Centimanus appellatus eſt,& [o] Appiam uiam ſtrauit,& [p] Claudiã aquam induxit,& [q] de Pyrrho in urbem non recipiendo[r] ſententiam tulit.[s] Hunc actiones etiã ſcripſiſſe traditũ eſt:[t] primum de uſurpationibus,qui liber non extat.[u] Idẽ [x] Appius Claudius* uſu qui uidetur [y] ab hoc proceſsiſſe, R, literam[z] inuenit,ut pro Valeſiis Valerij eſſent, & pro Fuſijs Furij. Fuit poſt eos maximæ ſcientiæ [a] * Symphronius,quem popul.Romanus [b] Sophon appellauit:[c] nec quiſquã ante hunc hoc nomine cognominatus eſt.[d] Sed & C.Scipio Naſica,qui [e] optimus à Senatu appellatus eſt: cui etiã [f] publicè domus in ſacra uia data eſt,quò[h] facilius conſuli poſſet.

* Tex.Nor. Cæcus

* uſu, addit tex.Nor.ſed nõ uideo cur.

* Tex.Nor. Sempronius

Legũ ſcientia. a IVRIS ciuilis ſcientiam.)Cuius cognitio ſemper ſummo honore habita eſt, teſte in Offic. Cicerone: & qua nihil unquam boni optabilius,nihil præſtantius mortaliũ generi dei munere uel fuit datũ,uel dari potuit.Et proinde diſcedi à legibus indigniſsimũ Cicero putat in orat.pro Cluentio,quòd hoc uinculũ ſit ciuitatis,hoc fundamentũ libertatis, hic fons æquitatis:mens & animus,& cõſilium, & ſententia ciuitatis poſita ſit in legibus.Vt enim corpora noſtra ſine mente,ſic ciuitas ſine legibus,ſuis partibus & neruis,ac ſanguine & membris uti nõ poſsit.Et in ſumma,legum idcirco omnes nos ſeruos eſſe,ut liberi eſſe poſsimus: quòd omnia commoda noſtra,iura,libertatem(ut paulò pòſt dicit)ſalutem deniq; à legibus obtineamus.Et in orat.pro Cęcinna:Nihil in ciuitate, inquit,tam diligenter retinendum, quàm ius ciuile:quo ſublato, nihil cuiquam exploratum eſſe poteſt,quid ſuum,quid alienum ſit.

b PLVRIMI.) Hoc & apud Ciceronem 1. lib. de Oratore, Antonius fatetur, ſemper clariſsimos in republica ciues huic ſcientiæ

ſcientiæ præfuiſſe. Sed & Craſſus eodem libro, tantam illuſtribus uiris diligentiam fuiſſe in iure conſtituendo, quantã in opibus imperii cooptandis. Vnde non immeritò Plato ciuilem ſcientiam, regiam diſciplinam in libro de regno nominabat, quòd ad reges & principes ea pertineret. Et certe ciuilis uirtus hoc in primis & agit, & appetit, ut optima ciuitas conſtituatur: teſtis Alcinous. *Legum ſciẽtia, regia diſciplina.*

c TIBERIVM.) Titum lege, non Tiberium: ita enim Cice. in pleriſq; locis, cæteriq; autores nominãt. Is Tuſculano municipio oriundus, ut docet Cice. in oratione pro Planco, primus à plebe põtifex max. creatus eſt. autor Liuius lib. XVIII. Tantam fuiſſe Titi Coruncani, Craſsiq́; ueteris, & Scipionis ſapientiam, Cicero lib. III. dę Oratore tradidit, ut ad eos de omnibus diuinis & humanis referretur: iidemq́; & in ſenatu, & apud populum, & in cauſa amicorum, & domi, & militiæ, conſilium ſuum, fidemq́; præſtabant. Cæterum apud Polybium lib. II. poſt principium, lego Caium & Lucium Coruncanos ad Teucam reginam Illyriorum legatos miſſos, alterumq́; iuniorem liberius locutum, à regina iuſſum interfici. Seneca in epiſtolis lib. XXI. eos qui uetuſta ex alieno ſeculo uerba loquerentur, ad Appios & Coruncanos redire ſcribit. *Noricus tamẽ tex. habet Tiberium.*

d PROFESSVM neminem traditur.) Ita habet tex. Noricus, & eſt ordo: Traditur neminem eſſe profeſſum, &c.

e VEL in latenti.) Sic Cice. de Oratore, ueteres illos ſcribit, qui huic ſcientiæ præfuiſſent, obtinendæ atque augendæ potentiæ ſuæ cauſa promulgari artem ſuam noluiſſe: quod & in oratione pro Muræna ſatis mordaciter deduxiſſe uiſus eſt: ſed ſuos oratori temporarios motus relinquimus. Idem Cice. lib. I. Academicarum quæſt. in prin. dicit, intemperantis eſſe ſcribere quod occultari uelit.

f DISCERE uolentibus.) Poterat ſua eos ratio defendere: putamus tamen eum qui ſe facilem præbeat diſcere uolentibus, omni eſſe honore uenerandum. Seneca ad Lucilium ſcribens, omnia quæ ſciret, in alium transfundere deſiderabat: imò reiecturum ſę eam ſapientiam, quæ uni ei incluſa ſeruanda committeretur, quòd nullius boni ſine ſocio iucunda ſit poſſeſsio. Deriuentur, inquit Sapiens, fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide. Denique apud Græcos in prouerbium abiit, candidas & apertas eſſe Muſarum ianuas. De me ipſo ſine iactantia uerè hoc prædico, ſi exigua ea quæ *Zaſii in docendo ſidelitas.*

ſentio, una hora in meos auditores intrudere poſſem, omnia fideliter communicaturum : nec enim minus eſt hominem docere ſcientiam, quàm alimenta uitæ ſubminiſtrare, ut ait Bernardus. quanquam non ignorem, quid Sapiens alio loco doceat; A' uerſuto celari ſcientiam. ſcripturam quippe multis patêre ad abuſum, Hieronymus queritur. Et ſunt nonnulli uel hodie tenebriones, qui ſanctiſsimam iuris ciuilis ſcientiam, quam ne ex ueſtibulo unquam ſalutarunt, inuulgare aggreſsi, neſcio quibus uel ludis uel corruptelis prophanant, ſanctiſsimam philoſophiæ ueſtem, ut eſt apud Boëthium, dilacerantes, ut direpta uel minima particula, paſsim ſeſe impuriſsimi ardeliones oſtentationis uanitate circunferant. Quamobrem ſi ueteres prudentes, hos abuſus ueriti, nobiliſsimam iuris ſcripti ſcientiam in latenti, bono conſilio habuere, non putamus ullo calculo improbandos.

g IN primis.) Id eſt, præcipue: nec ad ordinem referas, ut Accurſ. putauit. Ea enim nomina, facile, præcipue, in primis, præ cæteris, &c. uim excedendi habent, & poſitiuum exigũt, ſi Vallæ credimus.

Papyrius Prætextatus.

h PAPYRIVS.) A' quo Papyrianum ius prodiit, ut ſuprà à principio dictum eſt. Is uidetur ille fuiſſe Papyrius (niſi me coniectura fallat) qui puer in ſenatum cum patre ingredi ſolitus, cum à matre aliquando, quid in ſenatu actum eſſet, etiã uerberibus additis, interrogaretur, ſcito prudentiq; figmento matrem eluſit: conſultum eſſe reſpondens, an ex uſu foret, uni uiro duas uxores permitti. Conquerentibus in ſenatu matronis iniuriam, & ut paria uxoribus quoq; licerent poſtulantibus, puer rem geſtam retulit, ut qui matris imperia eo commento euaſiſſet: magna eum ſilentii ſeruandi laus ſecuta eſt, eiq; Prætextati agnomen inditum. autor Macrobius.

Additio. Hæc gloſſ. intermitti poterat, cũ archetypus habeat Sextus.

Quapropter in text. noſtro, Prætextatum Papyrium legi nõ erit abſurdum: niſi forte Pætum legas, quod prænomen Papyriis gentilitium fuiſſe Cic. in epiſt. ſcribit. L. Papyrius pocillum uini Ioui uouiſſe ſcribitur, ſi Samnites uiciſſet: autor Plin. lib. XIIII. tanta ueterum fuit parſimonia. Alibi lib. VII. Plinius Cneii Papyrii meminit, quem & cum dentibus natum eſſe ſcribit.

i AB hoc.) Id eſt, poſt illum Papyrium: non tamen intelligas immediate, licet ea ſit natura huius prępoſitionis, ut in §. initium. ſuprà eo. diximus: magno enim temporis interuallo

poſt

poſt Papyrium, Appius decemuir Romæ uiguit.

k APPIVS.) De quo ſatis multa diximus in d. §. initium. ſu prà eod. quo in legibus conſtituendis nemo fuit præclarior, aſſerendis nemo deterior. Quanquam qui initia uirtutum præbuit, etiam morum exhibere magiſteria, teſte Cypriano, fas fuiſſet.

l POST hunc.) Hic textus quaſi ubique deprauatus eſt inſcitia librariorum, qui ut ſunt plerunque indocti, ita cæci iudicio, auſu temerarii, aduentitia ueris immiſcent, ſyncera fœdant, ordinata peruertunt. Hic enim Appius, de quo præſens textus loquitur, non fuit Centimanus appellatus, ſed poſterior Appius, qui & literam r, introduxiſſe, & de iure ciuili ſcripſiſſe traditur. Et eſſet fortè text. uerior, ſi ita locaretur: Poſt hunc Appius Claudius eiuſdem generis maximam ſcientiam habuit: hic Cæcus appellatus eſt: Appiam uiam ſtrauit, & Claudiam aquam induxit, & de Pyrrho in urbem non recipiendo ſententiam tulit. Hunc etiam actiones ſcripſiſſe traditum eſt. Inde Appius Claudius: hic Centimanus appellatus eſt, qui uidetur ab hoc proceſsiſſe, primus de uſurpationibus ſcripſit, qui liber nō extat, & r, literam inuenit, ut pro Valeſiis, Valerii eſſent: pro Fuſiis, Furii. Sed ad ueras Pandectas prouoco: interim hæc mea boni conſule, quoad certiora inueneris.

Additio. Hæc emēdatio textus probabilis eſt, dum ſuprà à principio Cæcum addas: A quo r, litera primum inuenta.

m APPIVS Claudius.) Hic à ſuperiori Appio decemuiro deſcendens, nobilitatis egregius aſſertor fuit, tribunitiiſq; & plebeiis nouationibus ualidiſsimè reſtitit, iuris ſcientia, dicendiq; arte clariſsimus, ita ut Liuius eum iuris & eloquentiæ conſultum, libro x. nominet. Hic cum cenſor Potitios ſacerdotes corrupiſſet, ut ad ſacra Herculis ſerui reciperentur, à numine cæcatus fertur. Sed & Potitiorum genus defecit, triginta puberibus intra annum extinctis. Valer. lib. I. De huius Appii rebus geſtis Liuius lib. IX. & pleriſque locis meminit: complures enim annos uſque ad ultimam ſenectam uixit, ſummis functus magiſtratibus, quatuor filios, quinq; filias, deniq; plures clientelas in ipſa cæcitate tranquillè, prudenter & forti animo regens. ut ſcribit Cicc. de Senect. & Valer. lib. VIII.

n HIC Centimanus.) Suprà docuimus adulterina eſſe illa uerba & ſubdititia, cum non iſte Appius, ſed poſterior ille, de quo ſequitur, Centimalus appelletur: nam & nomen

Centimali, in Centimanum deprauatur, ut ſuo ordine dicam.

o APPIAM uiam ſtrauit.) Appium hanc uiam à porta Capena uſq; ad urbem Capuam muniendam curaſſe, Iulius Frōtinus autor eſt. Strabo lib. VI. uſque ad Brunduſium ſtrauiſſe ſcribit: quod parum refert, propter modicam locorum diſtantiam. Apud I.C. in l. uxorem. §. concubinæ. infrà de leg. iij. mentio fit fundi legati in Appia, ubi Accurſ. cui de uia Appia fortè nihil cognitum fuit, alternata expoſitione, pro Appia, mancipia legit, ſatis improuidè. Clodium Milo in Appia occidiſſe traditur.

p CLAVDIAM aquam.) Anienem fluuium ſignificat. Appius enim prædictus cum eſſet cenſor, eam aquam Romā induxit, & propterea cenſuram ſibi contra legem Aemiliam, in quinquennium prorogauit, ut eum aquæ ductum & uiam Appiam perficeret. autor Frontinus. Succeſſu tamen temporis, cū is aquæductus uetuſtate quaſſaretur, M. Titio prætori eius reficiendæ negocium datum eſt. Appiadas deas, Venerē, Pallada, & alias à ueteribus nominatas, Lud. Cęlius docet, quòd ad Cæſaris forum, in quod dicta ſit aqua deducta, earum templa erecta fuerint.

q DE Pyrrho.) Is Pyrrhus rex Epirotarū, à Tarentinis contra Romanos in auxilium uocatus, cum illatis & acceptis bello cladibus, Cyneam legatum ad ſenatum miſiſſet, ut componendæ pacis cauſa rex in urbem reciperetur, iamq; ſenatus inclinare uideretur, Appius ille Cæcus, re comperta, cum præ ſenio ambulare non poſſet, ſella in ſenatum uectus, luculenta oratione, ne pace facta Pyrrhus in urbem reciperetur, obtinuit: de quo Liuius lib. XIII. Valerius libro VIII. Plutarchus in uita Pyrrhi, & Florus in Epitomis.

Appius Cæcus.

r SENTENTIAM tulit.) Oratione ſua quid faciendum eſſet, ſuaſit: optabat enim & ſurdus quoq; eſſe, nedum cęcus, ne id flagitii audiret, quod de recipiendo in urbem rege parabatur. Huius Appii meminit l. j. §. caſum. infrà de poſtu.

s HVNC.) Appium. Nam & in §. poſtea. ſuprà eod. patuit actiones ab eo ſcriptas, quas Cn. Flauius ſcriba ſuus unà cum libris faſtorum toto foro expoſuit.

t PRIMVM.) Lege, primus: ſed & hæc uerba poſteriori Appio adſcribenda putauerim, ut ſuprà diximus, adiuncto uerbo, ſcripſit. Appium enim tertiū à Papyrio in iura ciuilia ſcripſiſſe, Raphaël Volaterranus teſtatur, teſtimonio Iureconſ. noſtri

noſtri ad hoc citato, ut credibile ſit ueriorem textum Raphaëli contigiſſe.

u IDEM.) Puto legendum *inde*:& ita lego: nec enim ſenſus aliquis idoneus eliceretur. Nam quid referat uerbum *idem?* an Appium Cæcum? at tunc uerba ſequentia, ſcilicet, qui uidetur ab hoc proceſsiſſe, non quadrabunt: à quo enim procedere uidetur? an à ſeipſo? ſed hoc ridiculum eſſet. An dices ab Appio decemuiro? at illud Latinæ rei elegātia nō patitur. Præterea cum ſuprà dixerat Appium Cæcum eiuſdem fuiſſe generis cum Appio decemuiro, quomodo hic ſub ambiguo repeteret, quod ſuprà certum poſuit? Tu ergo ſine trepidatione legas, *inde*: ut ſenſus ſit, ab Appio Cæco, Appium Centimalum proceſsiſſe, qui, r, literam, &c.

x APPIVS Claudius.) Alium hic Claudium Iureconſ. adducit, qui inde, id eſt, ab Appio Cæco deſcendiſſe uidetur: ſiquidem ex hiſtoriis cognitum eſt, eundem Cæcum quatuor filios reliquiſſe, ex quibus Claudiorum familia uſq; in Tiberium Cæſarem, ut docet Suetonius, propagata eſt: & porrò probabile, eum hic ſignificari Claudium, qui Centimalus à Cicer. lib. III. Offic. nominatur, qui tempore Catonis Cenſorini Romæ uixit, longo ætatum interuallo poſt Appium Cæcum. Quapropter non iniuria, ea quæ de Centimano ſuprà à principio text. noſtri ſcribuntur, huc referenda cenſui. nō autem legendum Centimanum, ſed Centimalum. Quid ſi Centonem legas? Nam & Gell. Appii Cæci filium Cētonem nominat, ut qui lib. XVII. L. Liuium poëtam fabulas Romæ docere cœpiſſe ſcribat, anno ferme quingenteſimo poſt Romā conditam, Claudio Centone Appii Cæci filio, & M. Sempronio Tuditano coss. Quòd certè (ſi etiā de nomine parū conueniat) noſtram coniecturam, quàm ſuprà diximus, multum adiuuat. *Appius Claudius.*

y AB hoc.) Intellige Appio Cæco. Nō autē ocioſe ſub ambiguo loquitur Iurecōſ. cùm dicit uideri eum ab Appio Cęco proceſsiſſe. cū enim, ut Suetonius in uita Tiberii, & Q. Aſconius prodidere, duæ fuerint Appiorū familiæ, patritia & plebeia, dubitare Iureconſultus potuit, an hic Centimalus ab eo qui patritius erat, an à plebeio proceſſerit.

z INVENIT.) Si Raphaëli Volaterrano credendum ſit, is poſterior Appius, non ille Cæcus, r, pro s, introduxit: dicit enim ita in Digeſtis ſcribi: ut uerisimile putem, ex ueris texti-

bus ea fundari quæ ſuprà ſcripſimus.

a SYMPHRONIVS.) De hoc uiro nihil me legere memini: uerisimile tamen eſt magnum fuiſſe, qui præclaros honoris titulos meruerit. quid tamen ſi * Sempronium legas? Nam plures Romæ, & præcipue duos illuſtres Sempronios, Longum & Tuditanum fuiſſe uiros conſulares, Liuius tum alibi, tum lib. XXXIX. ſcribit. Coniecturam adiuuat, quòd hi tempore Catonis Portii, & Scipionis Naſicæ fuere: ſcribitq; Liu. loco prædicto, quoſdam Romanorum ſcientia iuris, Catoné uero uerſatili ingenio ad ſumma prouectum. Suprà adnotauimus M. Sempronium Tuditanum cum Appio Centone cõſulem fuiſſe.

*Quæ quidē lectio uerior eſt.

b SOPHON.) Textus communiter habent ſophin: ſed ſophon legi, etiam aliis placuit. Domitius in Martialem adnotauit, Græcos cum alicuius ſcripta uel legerent, uel audirent, aſſentando ſubieciſſe Sophos, id eſt, ſapiens, uel doctus eſt: hinc mos tractus, ut qui impenſius laudaretur, ſophos diceretur. Martialis: Quod tam grande ſophos clamet tibi turba togata, Non tam Pomponi cœna diſerta tua eſt. Iudæorum Doctores à plebe ſophi, id eſt, ſapientes, teſte Hieronymo ad Algaſiam, olim nominati ſunt.

c NEC quiſquam.) Intelligo neminé ex Romanis ante hũc Sempronium ea laude honoratũ, ut ſophos ei acclamaretur: uerũ ſeptem illa Græciæ lumina, Thales, Bias, Solon & alii, multo antè ſophi, id eſt, ſapientes, nominati ſunt.

d C. SCIPIO Naſica.) Credo corruptè Caiũ legi: nam teſte Liuio, Plin. & cæteris, prænomine P. nominatus eſt, qué Valerius togatæ potentiæ clarum lumen nominat, eiusq; res geſtas pulchre magnificat. Scipionum autem familiam, à Scipione, id eſt, baculo nominatam, Macrob. ſcribit, quòd Cornelius patrem luminibus carentem pro baculo gerebat. Inſignis filii in parentem pietas.

e OPTIMVS.) Apud Liuium lib. I X. tertiæ Decadis ſcribitur, Romanos cum matrem Idæam aduecturi eſſent, ab oraculo Apollinis iuſſos, eam optimo uiro inter Rom. cõmitti hoſpitio, communiq; patrũ conſcriptorũ ſententia, P. Scipionem filiũ eius qui in Hiſpania ceciderat, adoleſcentem needũ quæſtoriũ optimum fuiſſe iudicatum. Plin. in lib. de uiris illuſtribus, P. inquit, Scipio Naſica, uir optimus iudicatus, matrem deûm hoſpitio excepit: quod & cum laudis præconio

P. Scipio Naſica uir optimus iudicatus etiãnum iuuenis.

Solinus

Solinus celebrat, aſſerens hoc patrum iudicio luculenter oſtendi, admirandam fuiſſe eius dexteritatem, quod in florentiſsima urbe inter multa nobilium millia unus inuentus ſit; qui ſanctitate cæteris præemineret. Hic Naſica diem certas diſcreuit in horas: ſiquidem ante illum uix ueſper erat diſiunctus ab ortu, ut Sabellicus cecinit. Porrò Naſica teſte Auguſtino lib. 1. de ciuitate dei, cum eſſet pontifex max. theatrum conſtitui uetuit, ne Græca luxuria obreperet ad uirtutem Romanorum labefactandam: deniq; is Tib. Gracchum rempub. uariis ſeditionibus euertere pergentem auxilio bonorum interfecit, reiq; publicæ libertatem reſtituit: ſed ab ingrata patria Pergamum ſub ſpecie legationis in exilium miſſus eſt. autor Valerius lib. v. Habet hoc inſigne, hoc præcipuum iuris ſcientia, ſi iuſto fine diſcitur, ut uirtutes uel reddat illuſtriores, quas inuenerit, uel non inuentas uelut manu introducat: ſed ſæpe fit, ut quæ in medium utiliter à doctis conſulta ſunt, parum gratè recipiantur. Tu uide ne in cauſa ſit, quòd ſanctitas legum, iniquiſsimorũ corruptione aduocatorum ad quæſtum proſtare cernitur, apud quos aliquãdo pluris fiunt Speculatoris technæ, quàm elegans textuum ſynceritas. Sed quæ eis cum textibus communio ſit, quos ſæpe non intelligunt? *Legum ſciẽtia quid efficiat.*

f PVBLICE.) Plin. de uiris illuſtribus, Scipionem ſcribit eloquentia primum, iuris ſcientia conſultiſsimum fuiſſe, & ingenio ſapientiſsimum, & proinde corculum uulgò nominatum. Ex quibus facile colligi poterit, domum ei publicè datam, ex qua commodius adiretur. Ingens olim erat honor, ſi cui publicè domus daretur: quẽ tamẽ honorẽ pauciſsimi cõſecuti ſunt. Valerio domus publicè ædificata fuiſſe traditur: ſic & Ciceroni, & Claudio necdũ Imperatori: domus amiſſę, publicis impẽſis ſunt reſtitutæ. autores Aſconius, Suetonius.

h SACRA uia.) Per hanc uiam augures in arcem profecti inaugurabãt: ſacra Romanorũ in Capitoliũ per eam uehebantur: ſed & triumphãtes in Capitoliũ hãc uecti ſunt, ideo ſacra dicta. autores Varro & alii. Feſtus ideo ſacram dici autumat, quòd in ea fœdus initum ſit inter Romulum & Tatiũ regem Sabinorum. Olim Cæſar ſacram uiam uelis à domo ſua in cliuum uſq; Capitolinũ intexuit. Porrò Vitellius deficiẽte ſuo imperio, per totum ſacræ uiæ ſpatium, inter magna rerum & uerborum ludibria, in forum tractus eſt. autor Suetonius. *Sacra uia.*

h FACILIVS.) Colligit hic Bal. domos Doctoribus commodas locari, ut adiri facile & conſuli poſsint. Cicero in oratione quadam, domum ſuam omnibus patuiſſe gloriatur.

¶ [a]Deinde Q. Fabius qui ad Carthaginēſes miſſus legatus, cum eſſent duæ[b] teſſeræ poſitæ, una pacis, altera belli: arbitrio ſibi dato, utram uellet referre Romam, utranque ſuſtulit, & ait, Carthaginenſes petere debere, utram mallent accipere. Poſt hos fuit[c] Tib. Coruncanus, ut dixi, qui primus profiteri cœpit: cuius tamen[d] ſcriptum nullum extat, ſed reſponſa *quamplura & memorabilia eius fuerunt. Deinde Sex.[e] Aelius, & frater eius P. Aelius[f] ac filius, &[g] P. Attilius maximam ſcientiā in profitendo habuerunt, &[h] duo Aelij etiam conſules fuere. Attilius autem primus à populo[i] ſapiens nominatus eſt.[k] Aelium etiam[l] Ennius laudauit, & extat illius liber qui dicitur Tripartita, qui liber ueluti cunabula iuris continet. Tripartita autē dicitur, quòd [m]lege XII. tabul. præpoſita, iūgitur interpretatio, deinde ſubtexitur legis actio. eiuſdem eſſe tres alij libri referuntur, quos tamen quidam negant eiuſdem eſſe. Hos ſectatus ad aliquid eſt[n] (Cato, deinde) M. Cato princeps[o] Portiæ familiæ,[p] cuius & libri extant: ſed plurimi[q] filij eius,[r] ex quibus cæteri oriuntur.

*compluria

Hæc uerba (Cato deinde) ſubdititia ſunt

a DEINDE Q. Fab.) Q. Fabius lege, non Mutius, nam de Mutiis tempora non quadrant. & ita inueni poſtea text. Noricum. Aulus Gellius libro decimo, à Q. Fabio imperatore Romano epiſtolam ad Carthaginenſes, & cum ea haſtam & caduceum, belli & pacis ſigna miſſa ſcribit, data optione, utrum eligerent: eosq; neutrum eligere uoluiſſe, ſed Fabio arbitrium eligendi reliquiſſe. M. autem Varro, non haſtam & caduceum, ſed teſſerulas, in quibus ſimulacra horum ſignorum fuerint, Carthaginem demiſſa tradidit. ut Gell. loco prædicto

dicto adnotauit. Hanc tamen hiſtoriam aliter tradidere T. Liuius lib. I. tertiæ decadis, & Florus in Epitomis. Secundi enim belli Carthaginenſis initio, cum Saguntus ab Hannibale obſideretur, Q. Fabium cum cæteris legatis Carthaginem miſſum, eumq; cum de fœderibus ruptis quereretur, & à Carthaginenſibus aliæ ex aliis cauſis necterentur, dixiſſe narratur, ſuo ſe ſinu bellum adferre uel pacem, utrum eligãt. & cum Carthaginenſes ei arbitrium, uel pacem uel bellum eligendi dediſſent, excuſſo togæ gremio bellum effudiſſe, & uelut præſente iam claſsico, omnia horrore cõpleuiſſe. adeò inter ſe parum conuenit hiſtoricis.

b TESSERAE.) Signum intellige, quo cognoſcitur, bellũmne an pax deferatur. Eſt & ſymbolum bellicum, quod in aciem prodeuntibus dabatur, ne confuſione diſtraherentur, & ut inter ſe ab hoſtibus cognoſcerentur. teſtis Ser. ſuper illud Vergilii in VII. -It bello teſſera ſignum. Eas Palamedes inueniſſe ſcribitur, de quo Sabellicus: At belli ſignum, uigiles, & teſſera magni Sunt Palamedis opus, ſtatuitq; hæc Pergama circum Dux ille. Deniq; teſſeram frumentariam dicimus, quam qui oſtendebat, in urbe Roma frumentum pro portione accepit. Accurſius in l. mortuo boue. §. j. infrà de leg. ij. intelligit per teſſeram uas, quo ſoli ciues Romani frumentum metirentur, quæ expoſitio tam imperita quàm falſa, cauſam dedit, ut ibi gloſſ. parum utilis extenderetur. Pari errore labitur in l. ſed & ſi ſuſceperit. §. j. de iudic. Scribit quoque Eraſmus ille Roterodamus uir doctiſsimus, antiqui moris fuiſſe hoſpitibus teſſeram dari, quam qui attuliſſet, pro hoſpite agnoſcebatur: & qui ius hoſpitii uiolaſſet, teſſeram confregiſſe diceretur. quod & Budæus in ſuis elegantiſſimis adnotationibus, latè tractat. Nos ſuprà teſſeram publicæ ſecuritatis pro eo nominauimus, quod uulgus ſaluum conductum dicit. Non ignoro apud Martialem & alios teſſeras uſurpari pro taxillis luſoriis. ſed ea extenſius proſequi Grammaticorum fuerit. *Teſſera.*

c TIB. Corũcanus.) Suprà attigimus, quid de Coruncano apud ſcriptores inuenerimus.

d SCRIPTVM.) Hic Coruncanus Socratem imitatus, qui ipſe cum moralia præcepta traderet, ſcholamq; morali philoſophiæ aperuiſſet, nihil poſt ſe ſcripti reliquiſſe traditur.

e CAECILIVS.) Corrige, Aelius: nam tota ſeries textus

noſtri

noſtri de Aeliis loquitur: cum & P. Aelius frater huius Sexti per Iureconſultum adducatur, & eoſdem duos Aelios conſules fuiſſe ſcribatur. Deniq; Cæcilius plus quàm centum annos poſt Aelios iura profeſſus eſt, ut alio loco dicam.

f AC filius.) Magna felicitas eſt, ſi à patre claro filius non degeneret. Suauia etiam ſtudia (ut inquit Philoſtratus in Sophiſtis) illa ſunt, quæ à parentibus & maioribus inſunt: meliores quoq; artes, quę hæreditario iure comparantur: quamuis eo plerunq; infortunio premantur uiri ſplendidi, ut ſui ſimiles filios non relinquant: hoc enim Ciceroni, hoc Q. Hortenſio, hoc Herodi Atheniēſi, hoc aliis eueniſſe compertum eſt. Epaminondas dux Thebanus clariſsimus, uxorem ducere noluit, ne filium ſuſtolleret, Pelopidæ exemplo deterritus, quòd uir clarus infamem filiū genuerit. teſtis Aemilius. Aelianus ſophiſta apud Philoſtratum, liberorum procreandorum opera ſe nunquam oblectatum fuiſſe prædicare ſolebat. Auguſtus cum infeliciter ei filiæ cederent, Vtinam ait, ſine uxore eſſe, & ſine liberis mori liceret. Euripides felicem dicebat orbitatem, liberis caruiſſe. Ceſellius quia orbus erat, liberrimè in tempora ſua inuectus eſt, ut pòſt dicetur. Protagoras apud Platonem Socrati prolixo ſermone diſſerit, quanam ratione fiat, ut bonorum patrum mali ſint filii. Alibi Socrat. apud Platonem lib. III. de legibus, eam labem indulgentiæ matrum acceptam refert. Vtroſq; Strozas, patrem & filium, nobiliſsimos poëtas nouimus: ita & Celſi pater & filius Iureconſulti clariſsimi fuiſſe ſcribuntur, ut in fine legis noſtræ patêre poterit. Heliogabalus Imperator, uel potius imperii colluuies, filios ſe nolle dicebat, ne quis ei frugi contingeret.

Boni parentes, malos plerumque producunt filios.

g P. ATTILIVS.) De hoc nihil comperi. Attiliorum tamen familiam claram fuiſſe conſtat, de quibus ſæpe fit mentio apud hiſtoricos. Nam & Attilii Reguli, & M. Attilii Glabrionis, aliorumq; uirtus non eſt in obſcuro.

h DVO Aelii.) Intellige Sextum & P. fratres ſuprà nominatos.

i SAPIENS.) Sed quomodo Attilius à po. Rom. primo ſapiens appellatus eſt, cum ſuprà in §. fuit poſt eos. Symphroniū, uel Semproniū populus Rom. Sophon, id eſt, ſapientem appellauerit? Nodus mihi inexplicabilis uidetur: niſi dicas Symphronium ab eminentia uariarum diſciplinarū Sophon,

eo fine appellatum, quo ſeptem ſapientes Sophi dicebantur: hunc autem Attilium ſapientiæ ciuilis titulum inter alias doctrinas præcipue meruiſſe. Quid ſi dicas inter publicos iuris profeſſores primum fuiſſe Aelium ſapientem nominatum? At Sempronius etſi nominaretur Sophon, tamen inter iuris profeſſores non erat numeratus.

k S. AELIVM.) Qui ſuprà in text. deprauato, S. Cæcilius ſcribebatur. Aeliorum familiam nobilem & uetuſtam fuiſſe, cæterum pauperem, Valer. lib. IIII. ſcribit, ita ut XVI. eius familiæ unam domum habitarint. Catus Aelius cum in fictilibus prandiſſet, legatos Aetolorũ uaſa argentea offerentes repulit. teſtis Plin. lib. XXXIII. Sextum tamen Aelium, de quo text. noſter, uirum fuiſſe legalis ſcientiæ peritiſsimum, apud omnes conſtat: cuius Cicer. in primo Tuſculan. & in primo de Oratore, alibiq; ſæpe meminit.

l ENNIVS.) A' Rudiis oppido Salentinorum ortus eſt: Euſebius Tarentinum facit. Epicus poëta primus Latinorum, ut opinatur apud Horatiũ Porphyrio, heroica attigit. In Auentino colle domũ habuiſſe dicitur, tenui adeò uictu, ut unius ancillæ miniſterio contentus fuerit, cum tamen amicos habuerit clariſsimos urbis principes Catonem & Scipionẽ Africanum, in cuius etiam ſepulchro tumulatus fuiſſe traditur, qui eum Romam duxerat, cum quæſtor Sardiniam obtinuiſſet: quod Aemilius non minoris quàm quemlibet ampliſsimum triumphum æſtimauit. Is dum uino nimium indulſiſſet, teſte Sereno, in articularem morbum incidit, alioquin uir fide, modeſtia & probitate conſpicuus: & ut ipſe de ſe carmine ſcripſiſſe dicitur, doctus erat, fidelis, ſuauis, homo facundus, ſuoq; contentus, ſecunda loquens, in tempore commodus, & uerborum uir paucorum, multa tenens antiquà ſepulta, qui & loqui & tacere poſſet. Vergil. cum carmina ex libro Ennii uerſaret, interrogatus quid faceret: Aurum, inquit, ex ſtercore colligo. ita diuite, diuinóq; ingenio Ennius fuit, ſed ut ea erat ætas, Latino duriuſculo. Quintilianus poëtam Ennium pari ueneratione colendum ſtatuit, qua ſacros uetuſtate lucos, in quibus grandia & antiqua robora, non tantam habent ſpeciem, quantam religionem. Huius Ennii de ſupradicto S. Aelio præconium inſigne fuit, cum diceret: Egregie cordatus homo Sex. Aelius Catus. teſtis Cicero in I. Tuſcul. & alibi.

Ennius poëta.

m LEGE XII.tabul.) In hac tripartita, primo legis duodecim tabul. text. proponebatur, deinde eius interpretatio, & poſt actio legis: hoc eſt, quomodo lege agi poſſit, ne formulis neglectis cauſa caderetur: quas tamen formulas ſublatas fuiſſe ſuprà ſcripſimus. Craſſus apud Ciceronem. I. lib. de Oratore, quoſdam commentarios S. Aelii memorat.

Additio. Non eſt opus hac gl. quia uerè deprauatus eſt text.

n CATO.) Hunc textum deprauatum eſſe uereor: nam ante eum Catonem, qui Portiæ familiæ princeps fuit, nullus alius Cato præceſsiſſe legitur: niſi pro eodem legas, quòd ſcilicet Cato hos ſit ſectatus, deinde M. Cato, id eſt, qui dein de M. Cato nominatus, & Portiæ familiæ princeps, hoc eſt, primus fuit.

o PORTIAE.) Is ſenior Cato primus inter Catones fuit, qui Portius cognominatus, familiæ ſuæ cognomen reliquit: ortus municipio Tuſculano, hortatu L. Valerii Flacci Romam demigrauit, in foro eſſe cœpit. XVII. annos natus militauit: Ennio præceptore literas Græcas ſenex didicit. Is Cato cenſor cum L. Valerio, ei poteſtati ſeuerè præfuit: nã in com plures nobiles animaduertit, multaſq; res nouas in edictum addidit, ut luxuria quæ iam pullulare cœperat, reprimeretur: ſuſcepit plurimas inimicitias: à multis etiam tentatus, nõ modò nullum detrimentum exiſtimationis fecit, ſed quoad uixit, uirtutum laude creuit: nam ab inimicis quater & quadragies capitis accuſatus, ſemper fuit abſolutus. Agricola ſolers, peritus Iureconſul. magnus imperator, orator probabilis, & cupidiſsimus literarum fuit. Tria deteſtari ſolebat, arcanum aliquod fœminæ credere, item naui tranſiiſſe quò pedibus ſi euiſſet, & porrò ſi qua dies ei per incuriã effluxiſſet. In mancipia ſenio debilitata rigidior fuit: quippe qui ea ut bruta animalia domo eiiceret: quo nomine male audiit, parcus admodum & frugalis. Eius hæc egregia ſententia ad ſenatum pro Rhodienſibus fuit: Aduerſæ res, inquit, ſe domant, & docent quid opus ſit facto: ſecundæ res lætitia tranſuerſum tradere ſolent à uero conſulendo & intelligendo. Hæc & plura ex Aemilio Probo, Plinio, Plutar. A. Gellio. Titus Liuius lib. XXXIX. tantam uim animi, ingeniiq; Catoni fuiſſe ſcribit, ut quocunq; loco natus eſſet, fortunam ſibi ipſe facturus uideretur: nullam artem neque priuatæ, neq; publicæ rei ei defuiſſe, urbanas ruſticaſq; iuxtà calluiſſe: uerſatile ingenium ita ei ad iuris ſcientiam, ad eloquentiam, ad rem militarem

Tria à Catone deteſtata.

fuiſſe,

fuiſſe,ut natum ad id unum diceres,quodcunq; ageret: ſummum imperatorem,iuris peritiſsimum,eloquentiſsimum extitiſſe:& multa præclara alia de eo ſubſequuntur.

p CVIVS & libri extant.)Eius Catonis,de quo iam meminimus,aliquos iuris ciuilis libros fuiſſe, Cicero teſtis, apud quem I.lib.de Oratore,Antonius diſſerit, Catonis & Bruti libros non generalia,ſed per ſingulas perſonas ſingula iura complecti:quod certè poſterior ætas non eſt ſecuta,ſed generaliter iura conſtituuntur.l. iura. infrà de legi. Accurſius tamen in l.mutus. §.j.infrà de procur.non improbabiliter opinatur edictum ſuper procuratoribus.ideo prohibitoriũ eſſe, quòd certæ perſonæ prohibeantur,quamuis aliàs edicta generaliter,non in perſonas certas proponi ſoleant. Et ita nuper Guilielmo Riethemer acri & ſubtili ingenio adoleſcenti,auditori noſtro amantiſsimo reſpondimus,cuius olim nomen cum primis enitebit in iure ciuili adſerendo, ſi rectà,ut cœpit,pergat.

q FILII eius.) In genitiuo legas periculo meo: ut ſenſus ſit,plures fuiſſe liberos filii eiuſdẽ Catonis. Nam ut ex Apollinari apud Gell. lib.XIII. diſcimus, Cato ſenior duos habuit filios matribus diuerſis,& ætate longe diſpares:alterum maiorẽ qui prętor deſignatus,patre uiuo mortuus eſt,& egregios de iuris diſciplina libros reliquit. Hunc Pomponius noſter ſignificauit,cum dicit filium Catonis ſenioris plurimos libros reliquiſſe,alterum prædictus Cato Portius iam ſenex ex filia Salonii ſcribæ eius ſuſtulit,Salonianum nominatum: cuius pronepos fuiſſe ſcribitur M.Cato Stoicus,qui ſeſe bello ciuili Vticæ interfecit. Ergo ſi quid iuris ciuilis à Catonibus extiterit,non à M.Catone Vticenſi,cui ut Stoico philoſopho nihil cum iure ciuili commune fuit, ſed à maiore filio M.Catonis Cenſorini prodiit.Proinde quòd in l.iij §. Cato.infrà.de uerbo.oblig. uerba Catonis recitantur, non eſt Vticenſis Cato,ſed prior Cenſorini filius intelligendus:licet Ludouicus Bologninus eundem textum non ſine inuiſa uerborum pompa,tanquam intempeſtiuus,& male cautus nouator, Vticenſi adſcribat,tam non uerè quàm imperitè: ſed totum eum textum Bologninus non intellexerat,ut latè probauimus per gloſſas noſtras,quas ad d. §.Cato.propter nouum textum & adiecimus & publicè legimus.

Additio. Cato Stoicus. hunc in uirtutum uia imaginem nominat Seneca in lib. de tranquillitate uitæ, ante fi.

r EX quibus.) Libris Catonis; ut ſit ſenſus, ea quæ à cæ-

teris ſunt Iureconſultis conſcripta, ortum & radicem ex dictis libris accepiſſe.

¶ Poſt hos fuerunt [a] Publius Mutius, [b] Brutus & [c] Manilius, qui fundauerũt ius ciuile: ex eis Publius Mutius etiã decem libellos reliquit, Brutus ſeptem, Manilius tres: & extant [d] uolumina inſcripta, Manilij monimenta. [e] Illi duo conſulares fuerunt, Brutus prætorius, Publius autẽ Mutius etiã [f] Pontifex Maximus. [g] Ab ijs profecti ſunt [h] Publius Rutilius Ruffus, qui Romæ [i] conſul & Aſiæ [k] proconſul fuit, [l] Paulus Virginius, & [m] Quintus Tubero, [n] ille Stoicus [o] Panſæ auditor, [p] qui & ipſe conſul: etiam [q] Sextus Pompeius [r] Cneij Pompeij [s] patruus. Fuit & eodẽ tempore [t] Cælius Antipater, qui hiſtorias conſcripſit. ſed [u] plus eloquentiæ, quàm ſcientiæ iuris operam dedit: etiam [x] Lucius Craſſus frater Pub. Mutij, qui Mutianus dictus eſt, [y] hunc Cicero ait Iurecconſultorũ diſertiſsimũ.

a PVBLIVS Mutius.) Cicero lib. I. de Oratore ante fin. in perſona Antonii, Si quęreretur, inquit, quiſnã Iureconſultus uerè nominaretur, Sex. Aelium, M. Manilium, P. Mutium nominarem. Et alibi lib. II. dicit Anton. ab initio rerum Romanarum uſq; ad P. Mutium Pont. Max. res omnes ſingulorum annorũ mandaſſe literis Pontificẽ Max. Hi Iurecõſulti, nẽpe Brutus & Manilius, de uetuſtiori iuris prudẽtia fuere, quo caſu tunc imperfecta erat ea prudentia: ut non ſit mirũ, eos ſatis improuidè erraſſe in l. iij. §. Neratius. de acquir. poſ. opinati theſaurũ in fundo uſucapi cum fundo poſſe, etiam ignorato theſauro, ut ibi latius diximus.

b BRVTVS.) Decium Brutum uirum prætoriũ, tres in iure ciuili libellos reliquiſſe, Craſſus per facetiam memorat, apud Ciceronem ſecundo de Oratore, ubi de genere facetiarũ agitur. Brutorum familiam Romæ. claram & nobilem fuiſſe nemo ignorat.

c MANILIVS.) Huius Marci Manilii meminit Antonius apud

apud Cic. in primo lib. de Oratore, dum S. Aelium, Marcum Manilium, & P. Mutium in genere Iureconſultorum adducit. Cicero porrò in lib. de claris Orator. hunc Manilium copioſiorem fuiſſe P. Scæuola, nec multo minus prudẽtem ſcribit. Eius Manilii meminit etiam Cicero lib. I I I. de Oratore, ubi Craſſus dicit ſe uidiſſe tranſuerſo foro ambulantẽ, ut ſic ciuibus omnibus cõſulendi ſui copiam faceret: ad eumq́; & Sext. Aelium, non ſolum de iure ciuili, uerum de filia collocanda, de fundo emendo, de agro colendo, de omni denique negocio, aut officio, relatum fuiſſe. Manilium ſenatorẽ maximum fuiſſe, Plin. lib. I I. ſcribit, cap. II. togatorumq́; diligẽtiſsimũ, nobilem doctrinis, doctore nullo.

d VOLVMINA inſcripta.) Ita habet tex. Noricus: & eſt ſenſus, uolumina quæ ab hoc Iureconſulto extabant, inſcripta fuiſſe ſub eo. tit. Manilii monumenta: niſi intelligas uolumina inſcripta extare, quæ ſint monumẽta Manilii, ut ſic per interpretationem, ſeu exegeſim, hæc oratio ueniat.

e ILLI duo.) Intelligas Brutum & Manilium conſulares, id eſt, fuiſſe aliquando conſules, aut de ordine eorũ, ex quibus conſules legerentur. Ita & Brutum prætorium fuiſſe dices. Cicero in lib. de claris oratoribus, Piſonẽ tribunũ plebis legem repetundarum primum tuliſſe ſcribit, Catone Cenſorino, & M. Manilio Coſs. *Conſulares.*

f PONTIFEX Maximus.) Scæuolis peculiaris hæc dignitas fuit, ut Pontifices maximi crearentur.

g AB iis.) A' ſuperiorum Iureconſultorum doctrina hos ſequentes profectos eſſe Pomponius docet.

h PVBLIVS Rutilius Ruffus.) Is, ut docet Cicero in lib. de claris oratoribus, in triſti quodam & ſeuero genere dicẽdi uerſatus eſt, multaq́; induſtria floruit: quæ ideo gratior fuit, quòd idem magnum munus de iure reſpondendi ſuſtinuerit. Eius orationes fuiſſe ieiunas, multa tamen præclara de iure ſcripſiſſe: doctum enim uirum, & Græcis literis eruditum, Panætii auditorem, & propè perfectum in Stoicis, Cicero loco prædicto tradit: quod & idem Cicero in lib. I I I. Offic. teſtatur. Eius Rutilii mentio fit in l. iij. ad fin. de penu lega. ubi is Iureconſultus, ligna & carbones, quæ non uendẽdi cauſa parata eſſenr, penoris nomine contineri uoluit.

i CONSVL.) Val. Maximus lib. I I. Rutilium cõſulem cum ſeruis fugitiuis in Sicilia bellum geſsiſſe ſcribit: quo bello

 Q. Fabium,

Q. Fabium, quòd arcẽ in Sicilia amiſerat, expuliſſe traditur.
k PROCONSVL.) Liu. lib. LXX. ut ex epitomis colligitur, P. Rutilium ſummæ innocentiæ uirum, non quidem proconſulem, ſed proconſulis legatum C. Marii fuiſſe ſcribit, qui cum à publicanorum iniuriis Aſiam defendiſſet, & propterea ab eis poſtea Romæ accuſaretur, ab equeſtri ordine, qui tunc iudicabat, iniuſte damnatus, in exilium abiuit. autor Liuius loco præallegato, & Valer. libro ſecundo. A' quo tamen exilio, cum pôſt per Syllam reuocaretur, redire noluit: quod Seneca in epiſt. Valer. lib. 11. & alii, egregia laude proſequuntur. Idem Rutilius cum accuſaretur, ſeſe humilius ſubmittere noluit, teſtatus uel exilium uel mortem eſſe anteponendam. Cic. lib. 1. de Oratore, cuius hæc ſunt propemodum uerba: Nam cum eſſet ille uir exemplum innocentiæ, cumq; illo nemo neque integrior eſſet in ciuitate, neque ſanctior, non modo ſupplex iudicibus eſſe noluit, ſed ne ornatius quidem aut liberius cauſam dici ſuam quàm ſimplex oratio ueritatis ferebat. Is Rutilius cum damnatus in exilio eſſet, & ab amico conſolaretur, quòd breui ab exilio reuerteretur: Quid tibi, inquit, male feci, ut mihi peiorem reditũ quàm exitum optares? Seneca lib. VI. de beneficiis. Hic armorum tractandorum artem & rationem magis quàm antea accuratam militibus tradidit, ut idem docet Valerius.
l PAVLVS Virginius.) Nihil de hoc comperi. Famium inuenio apud Cice. in lib. de claris oratoribus.
m QVINTVS Tubero.) Is de Aeliorum familia proceſſit, Pauli Aemilii ex filia nepos, quem Cice. in libro de claris orat. nullo in oratorum numero, ſed ſeuerum, cõgruentemq; cum diſciplina Stoica, quam colebat, uita & oratione durum, cæterum conſtantem ciuem & fortem, in dicendo mediocrẽ, diſputando doctiſsimum fuiſſe ſcribit. Aelium Tuberonem de officio iudicis ſcripſiſſe docet Aul. Gell.
n ILLE Stoicus.) Per emphaſim quandam Stoicus nominatur: eandem enim ſectam ita obſeruabat arctè, ut penè inciuilis redderetur. Is enim à Q. Fabio Maximo, qui epulum populo Roma. daturus erat, rogatus ut tricliuium ſterneret, lectulos ligneos pellibus hœdinis ſtrauit, & pro uaſis argenteis terrea ex Samo expoſuit: quæ res eum prætura deiecit, quaſi per huiuſmodi philoſophicas uelut ſordes, Romani nominis ſplẽdor obtereretur. autores Cicero in oratione pro Muræna,

Muræna, & Valerius Maximus libro VII. Cæterum Seneca ad Lucilium, philoſophicam hanc frugalitatem magnis laudibus celebrat. Scribitur & Quintum Tuberonem, quem cognomento Catum Aelium appellitant, tanta abſtinentia inſignem fuiſſe, ut uaſa fictilia ſua argento Aetolico ſibi oblato prætuliſſet: ut autor eſt Valer. libro quarto, & Plin. lib. XXXIII. Incertum an is, an alius Tubero fuerit. Traditur porrò Cælium Tuberonem, cum crederetur mortuus, & iam cremandus igni imponeretur, à rogo reuixiſſe. Plin. libro ſeptimo. Fuit & Lucius Tubero prætor, ingenti in rempub. ardore: ei enim in foro pro tribunali iura reddenti, eiuſque capiti cum Picus Martius inſediſſet, & ab auguribus prædiceretur, eam auem, ſi ſeruaretur, populo Romano interitum: at ſi necaretur, prætoris uitæ periculum allaturam, auem diſcerpſit. autor Plin. libro decimo.

o PANSAE auditor.) Quem Panſam Iureconſultus nominet, non ſatis accipio: de Panſa enim qui cum Hircio conſul erat, quo tempore bellum ciuile cum Antonio uiguit, ſentire non potuit, utpote quòd is multo annorum interuallo poſt hunc Quintum Tuberonem Romæ floruit, quem & bello quàm literis clariorem fuiſſe conſtat. Non igitur Panſæ, ſed Panætii legendum puto, ut intelligatur, Tuberonem Panætii fuiſſe auditorem. & ita habet etiam text. Noricus. Quo enim tempore Rutilius Panætium Stoicum philoſophum audiuit, ut ſuprà diximus, etiam Tubero ille noſter Stoicæ diſciplinæ operam dedit, ut ueriſimile ſit utroſq; eodem præceptore uſos. Nam & auunculus Tuberonis Scipio Africanus, Panætio operam dediſſe legitur.

p QVI & ipſe conſul.) Intellige Quintum Tuberonem: licet de ſuo conſulatu nihil compererim.

q SEXTVS Pompeius.) Defectu premi textum noſtrum non dubites: ſic enim ſcribitur, Etiam Sextus Pomp. Cneii Pompeii patritius. Nihil ex his uerbis niſi portenta elicias, quod quiſque uel mediocri ingenio nouerit. Ego autem fretus Ciceronis autoritate in libro de claris oratoribus, ſic lego: Sextus Pompeius* Cneii Pompeii frater, M. Druſus patritius: ut ſic tribus repoſitis uerbis, candor & claritas adſit textui. Sextum enim Pompeium Cneii fratrem fuiſſe Cice. ſcribit, qui cum præſtantiſsimo claruiſſe ingenio, ad ſummamq; iuris ciuilis, perfectam Geometriæ rerumq; Stoicarum

*Tex. Nor. ita habet: *Etiam Sextus Pompeius Cn. Pōpeii patruus.*

rum ſcientiam contuliſſe docet: Marci autem Druſi in eod. libro, cum Curione & Fuſio meminit.

r CNEII Pompeii frater.) Vt ego lego. Cneios alios inuenio, patrem & filium: ille de Picentibus triumphauit: hic partibus Syllæ adhærés, & ſucceſſu temporis per multa præclara facinora illuſtratus, nomen Magni accepit: quem tandé famigerata illa Pharſalica pugna à Cæſare uictum, ſatelles Aegyptii regis interfecit.

s PATRVVS.) Ocioſe hic nomen patritii poſitum erat, niſi ſuppleas de Druſo, ut ſuprà notauimus.

t CAELIVS Antipater.) Cic. in lib. de clar. Orator. Lucium Cælium Antipatrum ſcriptorem pro ea ætate luculentum, iuris ualde peritum, multorum etiam, ut Lucii Craſsi, magiſtrũ fuiſſe narrat. Fuit & Antipater Tyrius Stoicus, Catonis Vticenſis præceptor, ut Plutarchus autor eſt.

u PLVS eloquentiæ.) Quorum non parum multos hodie inuenias, in quibus cum legalia ſtudia ſint ſolida ad unguẽ, & ornata ad eminentiam, eloquentiæ tamen ornamentis uidentur concedere. *Bonifacius Amerbachius.* Bonifacius Amerbachius deliciæ noſtræ, philoſophia, aliiſq; elegãtioribus doctrinis Græcè & Latinè ſpectatus, olim auditor noſter, nũc inſignis Doctor, eloquentiam cum iuribus pulchrè coniunxit. Accurſ. hic, neſcio quem Vaccæ pedem, ad cuius nomen inhorreſcimus, hominem (ut credo) barbarum, Antipatro parum accommodatè contulit.

x LVCIVS Craſſus.) Filius erat Publii Licinii Craſsi, qui Licinius cũ ex P. Mutio natus eſſet, ut docet Cic. fortè hic iunioris Mutii frater dicitur: hunc Cicero & perornatum & breuem, eiq; in diſſerendo ſummam grauitatem, miram explicationem, argumentorumq; & ſimilitudinum, ſi quando de iure ciuili, de æquo & bono diſceptaretur, inſignem fuiſſe ſcribit. Erat autem auditor Cęlii Antipatri, ut ſuprà meminimus.

y HVNC.) L. Craſſum. Cicero enim in lib. de claris Orator. cum Craſſum Antonio illi magno oratori comparaſſet, poſtea de eodem & Q. Scæuola loquens, ipſum Craſſum eloquentium iuriſperitiſsimum, Scæuolam uero iuriſperitorum eloquentiſsimum nominabat: quod tamen hic Iureconſultus alio ordine recenſuit. Plin. lib. XXXIII. ſcribit L. Craſſum oratorem, duos ſcyphos Mentoris artificis manu cælatos, ſeſtertiis centum habuiſſe, eis tamen propter uerecundiam uſum non fuiſſe. Hic L. Craſſus, tãtæ fuit rectitudinis, ut cum prouinciam

uinciam Galliam obtineret, eiusq; inimicus Cn. Carbo, cuius patrem damnauerat, ad ſpeculanda & diſquirenda eius acta, in prouinciam ueniſſet, Craſſus eum nō ſolum non ſummouit, ſed inſuper locum ei in tribunali aſsignauit, nec ulla de re, niſi eo in conſilium adhibito cognouit, ut ita integerrimum uirum experiretur. autor Valerius lib. III. de fiducia ſui.

¶ Poſt hos [a] Quintus Mutius Publij filius, pontifex max. ius ciuile primus conſtituit, [b] generatim in libros decem & octo redigendo. Mutij auditores fuerunt complures, ſed præcipuæ autoritatis [c] Aquilius Gallus, [d] Balbus Lucilius, [e] Sextus Papyrius, [f] Caius *Iubentius, ex quibus [g] Gallum maximæ autoritatis apud populum fuiſſe Seruius dicit. Omnes tamen hi à [h] Seruio Sulpitio nominantur, alioqui per ſe eorum ſcripta non talia [i] extant, ut ea omnes appetant. Denique nec uerſantur * omnia ſcripta eorum inter manus hominum, ſed [k] Seruius libros ſuos compleuit, per cuius ſcripta, ipſorum quoque memoria haberetur. Seruius autem Sulpitius, cum in cauſis orandis primum locum, aut pro certo poſt M. Tullium obtineret, traditur ad conſulendum Q. Mutium de re amici ſui perueniſſe, *cumque eum ſibi de iure [l] reſpondentem [m m] parum intellexiſſet, iterũ Q. Mutium interrogaſſe, & à Q. Mutio reſponſum eſſe, nec tamen percepiſſe: & ita obiurgatum à Q. Mutio: nanque eum dixiſſe, [m] turpe eſſe patritio & nobili uiro, & cauſas oranti, ius in quo uerſaretur ignorare. Ea uelut contumelia Seruius * tactus [n] operam dedit iuri ciuili, & plurimũ eos, de quibus locuti ſumus, audiuit, *[o] inſtructus à Balbo Lucilio: inſtructus autem maxime à Gallo Aquilio, qui fuit [p] Cercinnæ.

*Iuuentius

*omnino

*cumq; ſibi reſpōdiſſet de iure, & Seruius parum intellexiſſet, iterum, &c.

*tractus

*inſtitutus

bus ea fundari quæ ſuprà ſcripſimus.

a SYMPHRONIVS.) De hoc uiro nihil me legere memini: uериſimile tamen eſt magnum fuiſſe, qui præclaros honoris titulos meruerit. quid tamen ſi * Sempronium legas? Nam plures Romæ, & præcipue duos illuſtres Sempronios, Longum & Tuditanum fuiſſe uiros conſulares, Liuius tum alibi, tum lib. XXXIX. ſcribit. Coniecturam adiuuat, quòd hi tempore Catonis Portii, & Scipionis Naſicæ fuere: ſcribitq; Liu. loco prædicto, quoſdam Romanorum ſcientia iuris, Catonẽ uero uerſatili ingenio ad ſumma prouectum. Suprà adnotauimus M. Sempronium Tuditanum cum Appio Centone cõſulem fuiſſe.

*Quæ quidẽ lectio uerior eſt.

b SOPHON.) Textus communiter habent ſophin: ſed ſophon legi, etiam aliis placuit. Domitius in Martialem adnotauit, Græcos cum alicuius ſcripta uel legerent, uel audirent, aſſentando ſubiecisſe Sophos, id eſt, ſapiens, uel doctus eſt: hinc mos tractus, ut qui impenſius laudaretur, ſophos diceretur. Martialis: Quod tam grande ſophos clamet tibi turba togata, Non tam Pomponi cœna diſerta tua eſt. Iudæorum Doctores à plebe ſophi, id eſt, ſapientes, teſte Hieronymo ad Algaſiam, olim nominati ſunt.

c NEC quiſquam.) Intelligo neminẽ ex Romanis ante hũc Sempronium ea laude honoratũ, ut ſophos ei acclamaretur: uerũ ſeptem illa Græciæ lumina, Thales, Bias, Solon & alii, multo antè ſophi, id eſt, ſapientes, nominati ſunt.

d C. SCIPIO Naſica.) Credo corruptè Caiũ legi: nam teſte Liuio, Plin. & cæteris, prænomine P. nominatus eſt, quẽ Valerius togatæ potentiæ clarum lumen nominat, eiusq; res geſtas pulchre magnificat. Scipionum autem familiam, à Scipione, id eſt, baculo nominatam, Macrob. ſcribit, quòd Cornelius patrem luminibus carentem pro baculo gerebat. Inſignis filii in parentem pietas.

e OPTIMVS.) Apud Liuium lib. IX. tertiæ Decadis ſcribitur, Romanos cum matrem Idæam aducturi eſſent, ab oraculo Apollinis iuſſos, eam optimo uiro inter Rom. cõmitti hoſpitio, communiq; patrũ conſcriptorũ ſententia, P. Scipionem filiũ eius qui in Hiſpania ceciderat, adoleſcentem necdũ quæſtoriũ optimum fuiſſe iudicatum. Plin. in lib. de uiris illuſtribus, P. inquit, Scipio Naſica, uir optimus iudicatus, matrem deûm hoſpitio excepit: quod & cum laudis præconio

P. Scipio Naſica uir optimus iudicatus etiãnum iuuenis.

Solinus

Solinus celebrat, aſſerens hoc patrum iudicio luculenter oſtendi, admirandam fuiſſe eius dexteritatem, quod in florentiſsima urbe inter multa nobilium millia unus inuentus ſit; qui ſanctitate cæteris præemineret. Hic Naſica diem certas diſcreuit in horas: ſiquidem ante illum uix ueſper erat diſiunctus ab ortu, ut Sabellicus cecinit. Porrò Naſica teſte Auguſtino lib. I. de ciuitate dei, cum eſſet pontifex max. theatrum conſtitui uetuit, ne Græca luxuria obreperet ad uirtutem Romanorum labefactandam: deniq; is Tib. Gracchum rempub. uariis ſeditionibus euertere pergentem auxilio bonorum interfecit, reiq; publicæ libertatem reſtituit: ſed ab ingrata patria Pergamum ſub ſpecie legationis in exilium miſſus eſt. autor Valerius lib. v. Habet hoc inſigne, hoc præcipuum iuris ſcientia, ſi iuſto fine diſcitur, ut uirtutes uel reddat illuſtriores, quas inuenerit, uel non inuentas uelut manu introducat: ſed ſæpe fit, ut quæ in medium utiliter à doctis conſulta ſunt, parum gratè recipiantur. Tu uide ne in cauſa ſit, quòd ſanctitas legum, iniquiſsimorũ corruptione aduocatorum ad quæſtum proſtare cernitur, apud quos aliquãdo pluris fiunt Speculatoris technæ, quàm elegans textuum ſynceritas. Sed quæ eis cum textibus communio ſit, quos ſæpe non intelligunt? *Legum ſciẽtia quid efficiat.*

f PVBLICE.) Plin. de uiris illuſtribus, Scipionem ſcribit eloquentia primum, iuris ſcientia conſultiſsimum fuiſſe, & ingenio ſapientiſsimum, & proinde corculum uulgò nominatum. Ex quibus facile colligi poterit, domum ei publicè datam, ex qua commodius adiretur. Ingens olim erat honor, ſi cui publicè domus daretur: quẽ tamẽ honorẽ pauciſsimi cõſecuti ſunt. Valerio domus publicè ædificata fuiſſe traditur: ſic & Ciceroni, & Claudio needũ Imperatori: domus amiſſę, publicis impẽſis ſunt reſtitutæ. autores Aſconius, Suetonius.

h SACRA uia.) Per hanc uiam augures in arcem profecti inaugurabãt: ſacra Romanorũ in Capitoliũ per eam uehebantur: ſed & triumphãtes in Capitoliũ hãc uecti ſunt, ideo ſacra dicta. autores Varro & alii. Feſtus ideo ſacram dici autumat, quòd in ea fœdus initum ſit inter Romulum & Tatiũ regem Sabinorum. Olim Cæſar ſacram uiam uelis à domo ſua in cliuum uſq; Capitolinũ intexuit. Porrò Vitellius deficiẽte ſuo imperio, per totum ſacræ uiæ ſpatium, inter magna rerum & uerborum ludibria, in forum tractus eſt. autor Suetonius. *Sacra uia.*

h FACILIVS.) Colligit hic Bal.domos Doctoribus commodas locari, ut adiri facile & conſuli poſsint. Cicero in oratione quadam, domum ſuam omnibus patuiſſe gloriatur.

¶ [a]Deinde Q.Fabius qui ad Carthagineñſes miſſus legatus, cum eſſent duæ[b] teſſeræ poſitæ, una pacis, altera belli: arbitrio ſibi dato, utram uellet referre Romam, utranque ſuſtulit, & ait, Carthaginenſes petere debere, utram mallent accipere. Poſt hos fuit[c] Tib. Coruncanus, ut dixi, qui primus profiteri cœpit: cuius tamen[d] ſcriptum nullum extat, ſed reſponſa* quamplura & memorabilia eius fuerunt. Deinde Sex.[e] Aelius, & frater eius P. Aelius[f] ac filius, & [g] P. Attilius maximam ſcientiã in profitendo habuerunt, &[h] duo Aelij etiam conſules fuere. Attilius autem primus à populo[i] ſapiens nominatus eſt.[k] Aelium etiam[l] Ennius laudauit, & extat illius liber qui dicitur Tripartita, qui liber ueluti cunabula iuris continet. Tripartita autẽ dicitur, quòd [m]lege XII. tabul. præpoſita, iũgitur interpretatio, deinde ſubtexitur legis actio. eiuſdem eſſe tres alij libri referuntur, quos tamen quidam negant eiuſdem eſſe. Hos ſectatus ad aliquid eſt[n] (Cato, deinde) M. Cato princeps[o] Portiæ familiæ,[p] cuius & libri extant: ſed plurimi[q] filij eius,[r] ex quibus cæteri oriuntur.

*compluria

Hæc uerba (Cato deinde) ſubditia ſunt

a DEINDE Q. Fab.) Q. Fabius lege, non Mutius, nam de Mutiis tempora non quadrant. & ita inueni poſtea text. Noricum. Aulus Gellius libro decimo, à Q. Fabio imperatore Romano epiſtolam ad Carthaginenſes, & cum ea haſtam & caduceum, belli & pacis ſigna miſſa ſcribit, data optione, utrum eligerent: eosq; neutrum eligere uoluiſſe, ſed Fabio arbitrium eligendi reliquiſſe. M. autem Varro, non haſtam & caduceum, ſed teſſerulas, in quibus ſimulacra horum ſignorum fuerint, Carthaginem demiſſa tradidit. ut Gell. loco prædicto

dicto adnotauit. Hanc tamen hiſtoriam aliter tradidere T. Liuius lib.1. tertiæ decadis, & Florus in Epitomis. Secundi enim belli Carthaginenſis initio, cum Saguntus ab Hannibale obſideretur, Q. Fabium cum cæteris legatis Carthaginem miſſum, eumq; cum de fœderibus ruptis quereretur, & à Carthaginenſibus aliæ ex aliis cauſis necterentur, dixiſſe narratur, ſuo ſe ſinu bellum adferre uel pacem, utrum eligāt. & cum Carthaginenſes ei arbitrium, uel pacem uel bellum eligendi dediſſent, excuſſo togæ gremio bellum effudiſſe, & uelut præſente iam claſsico, omnia horrore cōpleuiſſe. adeò inter ſe parum conuenit hiſtoricis.

b TESSERAE.) Signum intellige, quo cognoſcitur, bellúmne an pax deferatur. Eſt & ſymbolum bellicum, quod in aciem prodeuntibus dabatur, ne confuſione diſtraherentur, & ut inter ſe ab hoſtibus cognoſcerentur. teſtis Ser. ſuper illud Vergilii in VII. -It bello teſſera ſignum. Eas Palamedes inueniſſe ſcribitur, de quo Sabellicus: At belli ſignum, uigiles, & teſſera magni Sunt Palamedis opus, ſtatuitq; hæc Pergama circum Dux ille. Deniq; teſſeram frumentariam dicimus, quam qui oſtendebat, in urbe Roma frumentum pro portione accepit. Accurſius in l. mortuo boue. §. j. infrà de leg. ij. intelligit per teſſeram uas, quo ſoli ciues Romani frumentum metirentur, quæ expoſitio tam imperita quàm falſa, cauſam dedit, ut ibi gloſſ. parum utilis extenderetur. Pari errore labitur in l. ſed & ſi ſuſceperit. §. j. de iudic. Scribit quoque Eraſmus ille Roterodamus uir doctiſsimus, antiqui moris fuiſſe hoſpitibus teſſeram dari, quam qui attuliſſet, pro hoſpite agnoſcebatur: & qui ius hoſpitii uiolaſſet, teſſeram confregiſſe diceretur. quod & Budæus in ſuis elegantiſſimis adnotationibus, latè tractat. Nos ſuprà teſſeram publicæ ſecuritatis pro eo nominauimus, quod uulgus ſaluum conductum dicit. Non ignoro apud Martialem & alios teſſeras uſurpari pro taxillis luſoriis. ſed ea extenſius proſequi Grammaticorum fuerit. *Teſſera.*

c TIB. Corūcanus.) Suprà attigimus, quid de Coruncano apud ſcriptores inuenerimus.

d SCRIPTVM.) Hic Coruncanus Socratem imitatus, qui ipſe cum moralia præcepta traderet, ſcholamq; morali philoſophiæ aperuiſſet, nihil poſt ſe ſcripti reliquiſſe traditur.

e CAECILIVS.) Corrige, Aelius: nam tota ſeries textus noſtri

noſtri de Aeliis loquitur: cum & P. Aelius frater huius Sexti per Iureconſultum adducatur, & eoſdem duos Aelios conſules fuiſſe ſcribatur. Deniq; Cæcilius plus quàm centum annos poſt Aelios iura profeſſus eſt, ut alio loco dicam.

f AC filius.) Magna felicitas eſt, ſi à patre claro filius non degeneret. Suauia etiam ſtudia (ut inquit Philoſtratus in Sophiſtis) illa ſunt, quæ à parentibus & maioribus inſunt: meliores quoq; artes, quę hæreditario iure comparantur: quamuis eo plerunq; infortunio premantur uiri ſplendidi, ut ſui ſimiles filios non relinquant: hoc enim Ciceroni, hoc Q. Hortenſio, hoc Herodi Atheniēſi, hoc aliis eueniſſe cōpertum eſt. Epaminondas dux Thebanus clariſsimus, uxorem ducere noluit, ne filium ſuſtolleret, Pelopidæ exemplo deterritus, quòd uir clarus infamem filiū genuerit. teſtis Aemilius. Aelianus ſophiſta apud Philoſtratum, liberorum procreandorum opera ſe nunquam oble&atum fuiſſe prædicare ſolebat. Auguſtus cum infeliciter ei filiæ cederent, Vtinam ait, ſine uxore eſſe, & ſine liberis mori liceret. Euripides felicem dicebat orbitatem, liberis caruiſſe. Ceſellius quia orbus erat, liberrimè in tempora ſua inue&us eſt, ut pòſt dicetur. Protagoras apud Platonem Socrati prolixo ſermone diſſerit, quanam ratione fiat, ut bonorum patrum mali ſint filii. Alibi Socrat. apud Platonem lib. III. de legibus, eam labem indulgentiæ matrum acceptam refert. Vtroſq; Strozas, patrem & filium, nobiliſsimos poëtas nouimus: ita & Celſi pater & filius Iureconſulti clariſsimi fuiſſe ſcribuntur, ut in fine legis noſtræ patère poterit. Heliogabalus Imperator, uel potius imperii colluuies, filios ſe nolle dicebat, ne quis ei frugi contingeret.

Boni parentes, malos plerumque producunt filios.

g P. ATTILIVS.) De hoc nihil comperi. Attiliorum tamen familiam claram fuiſſe conſtat, de quibus ſæpe fit mentio apud hiſtoricos. Nam & Attilii Reguli, & M. Attilii Glabrionis, aliorumq; uirtus non eſt in obſcuro.

h DVO Aelii.) Intellige Sextum & P. fratres ſuprà nominatos.

i SAPIENS.) Sed quomodo Attilius à po. Rom. primo ſapiens appellatus eſt, cum ſuprà in §. fuit poſt eos. Symphroniū, uel Semproniū populus Rom. Sophon, id eſt, ſapientem appellauerit? Nodus mihi inexplicabilis uidetur: niſi dicas Symphronium ab eminentia uariarum diſciplinarū Sophon, eo fine

eo fine appellatum, quo ſeptem ſapientes Sophi dicebantur: hunc autem Attilium ſapientiæ ciuilis titulum inter alias doctrinas præcipue meruiſſe. Quid ſi dicas inter publicos iuris profeſſores primum fuiſſe Aelium ſapientem nominatum? At Sempronius etſi nominaretur Sophon, tamen inter iuris profeſſores non erat numeratus.

k S. AELIVM.) Qui ſuprà in text. deprauato, S. Cæcilius ſcribebatur. Aeliorum familiam nobilem & uetuſtam fuiſſe, cæterum pauperem, Valer. lib. IIII. ſcribit, ita ut XVI. eius familiæ unam domum habitarint. Catus Aelius cum in fictilibus prandiſſet, legatos Aetolorũ uaſa argentea offerentes repulit. teſtis Plin. lib. XXXIII. Sextum tamen Aelium, de quo text. noſter, uirum fuiſſe legalis ſcientiæ peritiſsimum, apud omnes conſtat: cuius Cicer. in primo Tuſculan. & in primo de Oratore, alibiq; ſæpe meminit.

l ENNIVS.) A' Rudiis oppido Salentinorum ortus eſt: Euſebius Tarentinum facit. Epicus poëta primus Latinorum, ut opinatur apud Horatiũ Porphyrio, heroica attigit. In Auentino colle domũ habuiſſe dicitur, tenui adeò uictu, ut unius ancillæ miniſterio contentus fuerit, cum tamen amicos habuerit clariſsimos urbis principes Catonem & Scipionẽ Africanum, in cuius etiam ſepulchro tumulatus fuiſſe traditur, qui eum Romam duxerat, cum quæſtor Sardiniam obtinuiſſet: quod Aemilius non minoris quàm quemlibet ampliſsimum triumphum æſtimauit. Is dum uino nimium indulſiſſet, teſte Sereno, in articularem morbum incidit, alioquin uir fide, modeſtia & probitate conſpicuus: & ut ipſe de ſe carmine ſcripſiſſe dicitur, doctus erat, fidelis, ſuauis, homo facundus, ſuoq; contentus, ſecunda loquens, in tempore commodus, & uerborum uir paucorum, multa tenens antiquà ſepulta, qui & loqui & tacere poſſet. Vergil. cum carmina ex libro Ennii uerſaret, interrogatus quid faceret: Aurum, inquit, ex ſtercore colligo. ita diuite, diuinòq; ingenio Ennius fuit, ſed ut ea erat ætas, Latino duriuſculo. Quintilianus poëtam Ennium pari ueneratione colendum ſtatuit, qua ſacros uetuſtate lucos, in quibus grandia & antiqua robora, non tantam habent ſpeciem, quantam religionem. Huius Ennii de ſupradicto S. Aelio præconium inſigne fuit, cum diceret: Egregie cordatus homo Sex. Aelius Catus. teſtis Cicero in I. Tuſcul. & alibi. *Ennius poëta.*

LEGE

m LEGE XII.tabul.) In hac tripartita, primo legis duodecim tabul.text.proponebatur, deinde eius interpretatio, & pôſt actio legis: hoc eſt, quomodo lege agi poſsit, ne formulis neglectis cauſa caderetur: quas tamen formulas ſublatas fuiſſe ſuprà ſcripſimus. Craſſus apud Ciceronem. 1.lib. de Oratore, quoſdam commentarios S. Aelii memorat.

Additio. Non eſt opus hac gl. quia uerè deprauatus eſt text.

n CATO.) Hunc textum deprauatum eſſe uereor: nam ante eum Catonem, qui Portiæ familiæ princeps fuit, nullus alius Cato præceſsiſſe legitur: niſi pro eodem legas, quòd ſcilicet Cato hos ſit ſectatus, deinde M. Cato, id eſt, qui dein de M. Cato nominatus, & Portiæ familiæ princeps, hoc eſt, primus fuit.

o PORTIAE.) Is ſenior Cato primus inter Catones fuit, qui Portius cognominatus, familiæ ſuæ cognomen reliquit: ortus municipio Tuſculano, hortatu L. Valerii Flacci Romam demigrauit, in foro eſſe cœpit. XVII. annos natus militauit: Ennio præceptore literas Græcas ſenex didicit. Is Cato cenſor cum L. Valerio, ei poteſtati ſeuerè præfuit: nã in com plures nobiles animaduertit, multasq; res nouas in edictum addidit, ut luxuria quæ iam pullulare cœperat, reprimeretur: ſuſcepit plurimas inimicitias: à multis etiam tentatus, nõ modò nullum detrimentum exiſtimationis fecit, ſed quoad uixit, uirtutum laude creuit: nam ab inimicis quater & quadragies capitis accuſatus, ſemper fuit abſolutus. Agricola ſolers, peritus Iureconſul. magnus imperator, orator probabilis, & cupidiſsimus literarum fuit. Tria deteſtari ſolebat, arcanum aliquod fœminæ credere, item naui tranſiiſſe quò pedibus licuiſſet, & porrò ſi qua dies ei per incuriã effluxiſſet. In mancipia ſenio debilitata rigidior fuit: quippe qui ea ut bruta animalia domo eiiceret: quo nomine male audiit, parcus admodum & frugalis. Eius hæc egregia ſententia ad ſenatum pro Rhodienſibus fuit: Aduerſæ res, inquit, ſe domant, & docent quid opus ſit facto: ſecundæ res lætitia tranſuerſum trudere ſolent à uero conſulendo & intelligendo. Hæc & plura ex Aemilio Probo, Plinio, Plutar. A. Gellio. Titus Liuius lib. XXXIX. tantam uim animi, ingeniiq; Catoni fuiſſe ſcribit, ut quocunq; loco natus eſſet, fortunam ſibi ipſe facturus uideretur: nullam artem neque priuatæ, neq; publicæ rei ei defuiſſe, urbanas ruſticasq; iuxtà calluiſſe: uerſatile ingenium ita ei ad iuris ſcientiam, ad eloquentiam, ad rem militarem fuiſſe,

Tria à Catone deteſtata.

fuiſſe, ut natum ad id unum diceres, quodcunq; ageret: ſummum imperatorem, iuris peritiſsimum, eloquentiſsimum extitiſſe: & multa præclara alia de eo ſubſequuntur.

p CVIVS & libri extant.) Eius Catonis, de quo iam meminimus, aliquos iuris ciuilis libros fuiſſe, Cicero teſtis, apud quem 1. lib. de Oratore, Antonius diſſerit, Catonis & Bruti libros non generalia, ſed per ſingulas perſonas ſingula iura complecti: quod certè poſterior ætas non eſt ſecuta, ſed generaliter iura conſtituuntur. l. iura. infrà de legi. Accurſius tamen in l. mutus. §. j. infrà de procur. non improbabiliter opinatur edictum ſuper procuratoribus. ideo prohibitoriũ eſſe, quòd certæ perſonæ prohibeantur, quamuis aliàs edicta generaliter, non in perſonas certas proponi ſoleant. Et ita nuper Guilielmo Riethemer acri & ſubtili ingenio adoleſcenti, auditori noſtro amantiſsimo reſpondimus, cuius olim nomen cum primis enitebit in iure ciuili adſerendo, ſi rectà, ut cœpit, pergat.

q FILII eius.) In genitiuo legas periculo meo: ut ſenſus ſit, plures fuiſſe liberos filii eiuſdẽ Catonis. Nam ut ex Apollinari apud Gell. lib. XIII. diſcimus, Cato ſenior duos habuit filios matribus diuerſis, & ætate longe diſpares: alterum maiorẽ qui prętor deſignatus, patre uiuo mortuus eſt, & egregios de iuris diſciplina libros reliquit. Hunc Pomponius noſter ſignificauit, cum dicit filium Catonis ſenioris plurimos libros reliquiſſe, alterum prædictus Cato Portius iam ſenex ex filia Salonii ſcribæ eius ſuſtulit, Salonianum nominatum: cuius pronepos fuiſſe ſcribitur M. Cato Stoicus, qui ſeſe bello ciuili Vticæ interfecit. Ergo ſi quid iuris ciuilis à Catonibus extiterit, non à M. Catone Vticenſi, cui ut Stoico philoſopho nihil cum iure ciuili commune fuit, ſed à maiore filio M. Catonis Cenſorini prodiit. Proinde quòd in l. iij §. Cato. infrà. de uerbo. oblig. uerba Catonis recitantur, non eſt Vticenſis Cato, ſed prior Cenſorini filius intelligendus: licet Ludouicus Bologninus eundem textum non ſine inuiſa uerborum pompa, tanquam intempeſtiuus, & male cautus nouator, Vticenſi adſcribat, tam non uerè quàm imperitè: ſed totum eum textum Bologninus non intellexerat, ut latè probauimus per gloſſas noſtras, quas ad d. §. Cato. propter nouum textum & adiecimus & publicè legimus.

Additio. Cato Stoicus. hunc in uirtutum uia imaginem nominat Seneca in lib. de tranquillitate uitæ, ante fi.

r EX quibus.) Libris Catonis: ut ſit ſenſus, ea quæ à cæ-

 teris

teris ſunt Iureconſultis conſcripta, ortum & radicem ex dictis libris accepiſſe.

¶ Poſt hos fuerunt[a] Publius Mutius,[b] Brutus &[c] Manilius,qui fundauerũt ius ciuile:ex eis Publius Mutius etiã decem libellos reliquit, Brutus ſeptem, Manilius tres:& extant[d] uolumina inſcripta, Manilij monimenta.[e] Illi duo conſulares fuerunt,Brutus prætorius, Publius autẽ Mutius etiã [f]Pontifex Maximus.[g] Ab ijs profecti ſunt[h] Publius Rutilius Ruffus,qui Romæ[i] conſul & Aſiæ [k]proconſul fuit,[l] Paulus Virginius,&[m] Quintus Tubero,[n] ille Stoicus[o] Panſæ auditor,[p]qui & ipſe conſul:etiam [q] Sextus Pompeius[r] Cneij Pompeij [s] patruus.Fuit & eodẽ tempore[t] Cælius Antipater,qui hiſtorias conſcripſit.ſed[u] plus eloquentiæ, quàm ſcientiæ iuris operam dedit:etiam[x] Lucius Craſſus frater Pub. Mutij, qui Mutianus dictus eſt,[y] hunc Cicero ait Iureconſultorũ diſertiſsimũ.

a PVBLIVS Mutius.) Cicero lib.1. de Oratore ante fin.in perſona Antonii,Si quęreretur,inquit,quiſnã Iureconſultus uerè nominaretur,Sex.Aelium,M.Manilium,P.Mutium nominarem.Et alibi lib.11.dicit Anton.ab initio rerum Romanarum uſq; ad P.Mutium Pont.Max.res omnes ſingulorum annorũ mandaſſe literis Pontificẽ Max.Hi Iurecõſulti,nẽpe Brutus & Manilius,de uetuſtiori iuris prudẽtia fuere, quo caſu tunc imperfecta erat ea prudentia:ut non ſit mirũ,eos ſatis improuidè erraſſe in l.iij. §.Neratius.de acquir.poſ.opinati theſaurũ in fundo uſucapi cum fundo poſſe, etiam ignorato theſauro,ut ibi latius diximus.

b BRVTVS.) Decium Brutum uirum prætoriũ,tres in iure ciuili libellos reliquiſſe,Craſſus per facetiam memorat,apud Ciceronem ſecundo de Oratore,ubi de genere facetiarũ agitur.Brutorum familiam Romæ.claram & nobilem fuiſſe nemo ignorat.

c MANILIVS.) Huius Marci Manilii meminit Antonius apud

apud Cic. in primo lib. de Oratore, dum S. Aelium, Marcum Manilium, & P. Mutium in genere Iureconſultorum adducit. Cicero porrò in lib. de claris Orator. hunc Manilium copioſiorem fuiſſe P. Scæuola, nec multo minus prudẽtem ſcribit. Eius Manilii meminit etiam Cicero lib. I I I. de Oratore, ubi Craſſus dicit ſe uidiſſe tranſuerſo foro ambulantẽ, ut ſic ciuibus omnibus cõſulendi ſui copiam faceret: ad eumq́; & Sext. Aelium, non ſolum de iure ciuili, uerum de filia collocanda, de fundo emendo, de agro colendo, de omni denique negocio, aut officio, relatum fuiſſe. Manilium ſenatorẽ maximum fuiſſe, Plin. lib. I I. ſcribit, cap. I I. togatorumq́; diligẽtiſsimũ, nobilem doctrinis, doctore nullo.

d VOLVMINA inſcripta.) Ita habet tex. Noricus: & eſt ſenſus, uolumina quæ ab hoc Iureconſulto extabant, inſcripta fuiſſe ſub eo. tit. Manilii monumenta: niſi intelligas uolumina inſcripta extare, quæ ſint monumẽta Manilii, ut ſic per interpretationem, ſeu exegeſim, hæc oratio ueniat.

e ILLI duo.) Intelligas Brutum & Manilium conſulares, id eſt, fuiſſe aliquando conſules, aut de ordine eorũ, ex quibus conſules legerentur. Ita & Brutum prætorium fuiſſe dices. Cicero in lib. de claris oratoribus, Piſonẽ tribunũ plebis legem repetundarum primum tuliſſe ſcribit, Catone Cenſorino, & M. Manilio Coſs. *Conſulares.*

f PONTIFEX Maximus.) Scæuolis peculiaris hæc dignitas fuit, ut Pontifices maximi crearentur.

g AB iis.) A ſuperiorum Iureconſultorum doctrina hos ſequentes profectos eſſe Pomponius docet.

h PVBLIVS Rutilius Ruffus.) Is, ut docet Cicero in lib. de claris oratoribus, in triſti quodam & ſeuero genere dicẽdi uerſatus eſt, multaq́; induſtria floruit: quæ ideo gratior fuit, quòd idem magnum munus de iure reſpondendi ſuſtinuerit. Eius orationes fuiſſe ieiunas, multa tamen præclara de iure ſcripſiſſe: doctum enim uirum, & Græcis literis eruditum, Panætii auditorem, & propè perfectum in Stoicis, Cicero loco prædicto tradit: quod & idem Cicero in lib. I I I. Offic. teſtatur. Eius Rutilii mentio fit in l. iij. ad fin. de penu lega. ubi is Iureconſultus, ligna & carbones, quæ non uendẽdi cauſa parata eſſent, penoris nomine contineri uoluit.

i CONSVL.) Val. Maximus lib. I I. Rutilium cõſulem cum ſeruis fugitiuis in Sicilia bellum geſsiſſe ſcribit: quo bello

Q. Fabium, quòd arcē in Sicilia amiſerat, expuliſſe traditur.
k PROCONSVL.) Liu. lib. LXX. ut ex epitomis colligitur, P. Rutilium ſummæ innocentiæ uirum, non quidem proconſulem, ſed proconſulis legatum C. Marii fuiſſe ſcribit, qui cum à publicanorum iniuriis Aſiam defendiſſet, & proptereà ab eis poſtea Romæ accuſaretur, ab equeſtri ordine, qui tunc iudicabat, iniuſte damnatus, in exilium abiuit. autor Liuius loco præallegato, & Valer. libro ſecundo. A' quo tamen exilio, cum pòſt per Syllam reuocaretur, redire noluit: quod Seneca in epiſt. Valer. lib. II. & alii, egregia laude proſequuntur. Idem Rutilius cum accuſaretur, ſeſe humilius ſubmittere noluit, teſtatus uel exilium uel mortem eſſe anteponendam. Cic. lib. I. de Oratore, cuius hæc ſunt propemodum uerba: Nam cum eſſet ille uir exemplum innocentiæ, cumq; illo nemo neque integrior eſſet in ciuitate, neque ſanctior, non modo ſupplex iudicibus eſſe noluit, ſed ne ornatius quidem aut liberius cauſam dici ſuam quàm ſimplex oratio ueritatis ferebat. Is Rutilius cum damnatus in exilio eſſet, & ab amico conſolaretur, quòd breui ab exilio reuerteretur: Quid tibi, inquit, male feci, ut mihi peiorem reditū quàm exitum optares? Seneca lib. VI. de beneficiis. Hic armorum tractandorum artem & rationem magis quàm antea accuratam militibus tradidit, ut idem docet Valerius.
l PAVLVS Virginius.) Nihil de hoc comperi. Famium inuenio apud Cicc. in lib. de claris oratoribus.
m QVINTVS Tubero.) Is de Aeliorum familia proceſſit, Pauli Aemilii ex filia nepos, quem Cicc. in libro de claris orat. nullo in oratorum numero, ſed ſeuerum, cōgruentemq; cum diſciplina Stoica, quam colebat, uita & oratione durum, cæterum conſtantem ciuem & fortem, in dicendo mediocrē, diſputando doctiſsimum fuiſſe ſcribit. Aelium Tuberonem de officio iudicis ſcripſiſſe docet Aul. Gell.
n ILLE Stoicus.) Per emphaſim quandam Stoicus nominatur: eandem enim ſectam ita obſeruabat arctè, ut penè inciuilis redderetur. Is enim à Q. Fabio Maximo, qui epulum populo Roma. daturus erat, rogatus ut triclinium ſterneret, lectulos ligneos pellibus hœdinis ſtrauit, & pro uaſis argenteis terrea ex Samo expoſuit: quæ res cum prætura deiecit, quaſi per huiuſmodi philoſophicas uelut ſordes, Romani nominis ſplēdor obtereretur. autores Cicero in oratione pro Muræna,

Muræna, & Valerius Maximus libro VII. Cæterum Seneca ad Lucilium, philoſophicam hanc frugalitatem magnis laudibus celebrat. Scribitur & Quintum Tuberonem, quem cognomento Catum Aelium appellitant, tanta abſtinentia inſignem fuiſſe, ut uaſa fictilia ſua argento Aetolico ſibi oblato prætuliſſet: ut autor eſt Valer. libro quarto, & Plin. lib. XXXIII. Incertum an is, an alius Tubero fuerit. Traditur porrò Cælium Tuberonem, cum crederetur mortuus, & iam cremandus igni imponeretur, à rogo reuixiſſe. Plin. libro ſeptimo. Fuit & Lucius Tubero prætor, ingenti in rempub. ardore: ei enim in foro pro tribunali iura reddenti, eiusq́ue capiti cum Picus Martius inſediſſet, & ab auguribus prædiceretur, eam auem, ſi ſeruaretur, populo Romano interitum: at ſi necaretur, prætoris uitæ periculum allaturam, auem diſcerpſit. autor Plin. libro decimo.

o PANSAE auditor.) Quem Panſam Iureconſultus nominet, non ſatis accipio: de Panſa enim qui cum Hircio conſul erat, quo tempore bellum ciuile cum Antonio uiguit, ſentire non potuit, utpote quòd is multo annorum interuallo poſt hunc Quintum Tuberonem Romæ floruit, quem & bello quàm literis clariorem fuiſſe conſtat. Non igitur Panſæ, ſed Panætii legendum puto, ut intelligatur, Tuberonem Panætii fuiſſe auditorem. & ita habet etiam text. Noricus. Quo enim tempore Rutilius Panætium Stoicum philoſophum audiuit, ut ſuprà diximus, etiam Tubero ille noſter Stoicæ diſciplinæ operam dedit, ut ueriſimile ſit utroſq; eodem præceptore uſos. Nam & auunculus Tuberonis Scipio Africanus, Panætio operam dediſſe legitur.

p QVI & ipſe conſul.) Intellige Quintum Tuberonem: licet de ſuo conſulatu nihil compererim.

q SEXTVS Pompeius.) Defectu premi textum noſtrum non dubites: ſic enim ſcribitur, Etiam Sextus Pomp. Cneii Pompeii patricius. Nihil ex his uerbis niſi portenta elicias, quod quiſque uel mediocri ingenio nouerit. Ego autem fretus Ciceronis autoritate in libro de claris oratoribus, ſic lego: Sextus Pompeius * Cneii Pompeii frater, M. Druſus patritius: ut ſic tribus repoſitis uerbis, candor & claritas adſit textui. Sextum enim Pompeium Cneii fratrem fuiſſe Cice. ſcribit, qui cum præſtantiſsimo claruiſſe ingenio, ad ſummamq; iuris ciuilis, perfectam Geometriæ rerumq; Stoica-

** Tex. Nor. ita habet: Etiam Sextus Pompeius Cn. Pōpeii patruus.*

rum ſcientiam contuliſſe docet: Marci autem Druſi in eod. libro, cum Curione & Fuſio meminit.

r CNEII Pompeii frater.) Vt ego lego. Cneios alios inuenio, patrem & filium: ille de Picentibus triumphauit: hic partibus Syllæ adhærēs, & ſucceſſu temporis per multa præclara facinora illuſtratus, nomen Magni accepit: quem tandē famigerata illa Pharſalica pugna à Cæſare uictum, ſatelles Aegyptii regis interfecit.

s PATRVVS.) Ocioſe hic nomen patritii poſitum erat, niſi ſuppleas de Druſo, ut ſuprà notauimus.

t CAELIVS Antipater.) Cic. in lib. de clar. Orator. Lucium Cælium Antipatrum ſcriptorem pro ea ætate luculentum, iuris ualde peritum, multorum etiam, ut Lucii Craſsi, magiſtrū fuiſſe narrat. Fuit & Antipater Tyrius Stoicus, Catonis Vticenſis præceptor, ut Plutarchus autor eſt.

u PLVS eloquentiæ.) Quorum non parum multos hodie inuenias, in quibus cum legalia ſtudia ſint ſolida ad unguē, & ornata ad eminentiam, eloquentiæ tamen ornamentis uidentur concedere. Bonifacius Amerbachius deliciæ noſtræ, philoſophia, aliiſq; elegātioribus doctrinis Græcè & Latinè ſpectatus, olim auditor noſter, nūc inſignis Doctor, eloquentiam cum iuribus pulchrè coniunxit. Accurſ. hic, neſcio quem Vaccæpedem, ad cuius nomen inhorreſcimus, hominem (ut credo) barbarum, Antipatro parum accommodatè contulit.

Bonifacius Amerbachius.

x LVCIVS Craſſus.) Filius erat Publii Licinii Craſsi, qui Licinius cū ex P. Mutio natus eſſet, ut docet Cic. fortè hic iunioris Mutii frater dicitur: hunc Cicero & perornatum & breuem, eiq; in differendo ſummam grauitatem, miram explicationem, argumentorumq; & ſimilitudinum, ſi quando de iure ciuili, de æquo & bono diſceptaretur, inſignem fuiſſe ſcribit. Erat autem auditor Cęlii Antipatri, ut ſuprà meminimus.

y HVNC.) L. Craſſum. Cicero enim in lib. de claris Orator. cum Craſſum Antonio illi magno oratori comparaſſet, poſtea de eodem & Q. Scæuola loquens, ipſum Craſſum eloquentium iuriſperitiſsimum, Scæuolam uero iuriſperitorum eloquentiſsimum nominabat: quod tamen hic Iureconſultus alio ordine recenſuit. Plin. lib. XXXIII. ſcribit L. Craſſum oratorem, duos ſcyphos Mentoris artificis manu cælatos, ſeſtertiis centum habuiſſe, eis tamen propter uerecundiam uſum non fuiſſe. Hic L. Craſſus, tātæ fuit rectitudinis, ut cum prouinciam

uinciam Galliam obtineret, eiusq; inimicus Cn. Carbo, cuius patrem damnauerat, ad ſpeculanda & diſquirenda eius acta, in prouinciam ueniſſet, Craſſus eum nō ſolum non ſummouit, ſed inſuper locum ei in tribunali aſsignauit, nec ulla de re, niſi eo in conſilium adhibito cognouit, ut ita integerrimum uirum experiretur. autor Valerius lib. III. de fiducia ſui.

¶ Poſt hos [a] Quintus Mutius Publij filius, pontifex max. ius ciuile primus conſtituit, [b] generatim in libros decem & octo redigendo. Mutij auditores fuerunt complures, ſed præcipuæ autoritatis [c] Aquilius Gallus, [d] Balbus Lucilius, [e] Sextus Papyrius, [f] Caius *Iubentius, ex quibus [g] Gallum maximæ autoritatis apud populum fuiſſe Seruius dicit. Omnes tamen hi à [h] Seruio Sulpitio nominantur, alioqui per ſe eorum ſcripta non talia [i] extant, ut ea omnes appetant. Denique nec uerſantur * omnia ſcripta eorum inter manus hominum, ſed [k] Seruius libros ſuos compleuit, per cuius ſcripta, ipſorum quoque memoria haberetur. Seruius autem Sulpitius, cum in cauſis orandis primum locum, aut pro certo poſt M. Tullium obtineret, traditur ad conſulendum Q. Mutium de re amici ſui perueniſſe, *cumque eum ſibi de iure [l] reſpondentem [mm] parum intellexiſſet, iterū Q. Mutium interrogaſſe, & à Q. Mutio reſponſum eſſe, nec tamen percepiſſe: & ita obiurgatum à Q. Mutio: nanque eum dixiſſe, [m] turpe eſſe patritio & nobili uiro, & cauſas oranti, ius in quo uerſaretur ignorare. Ea uelut contumelia Seruius * tactus [n] operam dedit iuri ciuili, & plurimū eos, de quibus locuti ſumus, audiuit, * [o] inſtructus à Balbo Lucilio: inſtructus autem maxime à Gallo Aquilio, qui fuit [p] Cercinnæ.

*Iuuentius
*omnino
*cumq; ſibi reſpōdiſſet de iure, & Seruius parum intellexiſſet, iterum, &c.
*tractus
*inſtitutus

Itaq; libri complures eius extant Cercinnæ confecti. ¶Hic cum in legatione periſſet, ſtatuam ei popu lus Romanus pro Roſtris poſuit, & Hoſtiæ extat [r]pro Roſtris Auguſti. Huius uolumina complura extant: reliquit autem propè centum & LXXX. libros. Ab [s]hoc plurimi[t] *ac præfecti profluxerunt: ferè tamen hi libros conſcripſerunt, [u]Alphenus Varus, [x]Caius, A. [y]Offilius, [z]Titius Cęſius, [a]Aufidius Tuca, [b]Aufidius Namuſa, Flauius Priſcus, Caius Atteius, Pacuuius, *[c]Labeo Antiſtius, [d]Patercina, [e]Publius Cæcilius: [f]ex his enim decẽ, [g] octo libros conſcripſerunt: quorum omnes qui fuerunt libri, digeſti ſunt [h]ab Aufidio Namuſa in centum quadraginta libros. Ex his auditoribus plurimum autoritatis habuit Alphenus Varus, & Aulus Offilius: ex quibus Varus conſul fuit, Offilius in equeſtri ordine perſeuerauit. Is fuit Cæſaris familiariſſimus, & libros de iure ciuili plurimos, & qui omnem partem operis fundarent, reliquit. Nam[i] de legibus uiceſimæ, de iuriſdictione, primus conſcripſit. Idem edictum prætoris primus diligenter cõpoſuit. Nã ante eũ Seruius duos libros ad Brutum perq; breuiſsimos ad edictũ [k] ſubſcriptos reliquit.

*proceſſerunt: ſcr.

*Labeo Antiſtius, Labeonis Antiſtii pater, Cinna. textus Nor.

a QVINTVS.) Tametſi Mutiorum & Scæuolarum familia latè pateat, quantum tamen ad præſentia ſatis eſt, duos comperi, Q. Mutium Scæuolam augurem, generum C. Lælii, & Q. Scęuolam pont. max. Priori illi Cicero ſumpta uirili toga, ſtudii nomine, operam eatenus dedit, ut à latere ſenis nunquam diſcederet: quem & in lib. de claris oratoribus peritiſſimum iuris & percomem habitum fuiſſe ſcribit: quo mortuo, ad poſteriorem Scæuolam ſeſe contulit: id quod eleganter Cicero teſtatur in libro de Amicitia in principio. Hunc Scæuolam Craſſus apud Cicer. in lib. 1. de Oratore, diſciplinæ iu ris

Q. Mutius Scæuola.

ris ciuilis diſertiſsimũ eſſe dicebat. Et erat ſanè ciuilis ſapientiæ tanta in eo eminentia, ut Craſſus loco præallegato, eius ianuam & ueſtibulum, ciuitatis oraculum prædicaret. Traditur fuiſſe arctiſsimus iuris obſeruator, qui ita uerbis ſcriptæ legis hæſit, ut aliquando æquitatem oppugnare uideretur, ut eſt Cice. teſtis in oratione pro Cęcinna. Deniq; cum Gracchiana ſeditione, penè ad reipub. interitum gliſcente, decreuiſſet Senatus, ut Mutius tum conſul, armis rempub. tueretur, negauit ſe quicquam ui eſſe acturum: quo tempore pulcherrimam rem Scipio Naſica, etiam priuatus, auſus eſt: ueritus enim ne, dum conſul iuris ordinem ſequi pergeret, imperium cum legibus corrueret, ſublata dextera proclamans, qui rempub. ſaluam uellent ſe ſequerentur, Gracchum cum ſcelerata factione ui oppreſsit. Valer. libro III. de fortitud. Quæ uerba & Imperator uſurpauit in l. cum quidam. ad fin. C. de uer. ſig. ubi fauore pupillorum diſiunctam pro coniuncta accipit, dicens: Ne dum dubitatur apud quem debeat eſſe tutela, in medio res pupillorum pereant. Hic porrò is Scæuola eſſe creditur, qui factione Mariana, aras Veſtæ complexus, interfectus eſt: de cuius interitu Florus in Epitomis: Cice. in d. lib. de claris Oratoribus ad fin. item in orat. pro Sexto Roſcio, & deniq; in tertio lib. de Oratore ad prin. meminerunt. Appianus eum in ſenatu interfectum cum Domitio, amborumque corpora edicto Marii fluuio immerſa, lib. I. ſcriptum reliquit. Fuiſſe autem hunc Publii Mutii filium, Cicero in libro primo Officiorum teſtatur.

b GENERATIM.) Id eſt, per genera quædam. Verg. in Georg. Quare agite, & proprios generatim diſcite cultus. Dion in uita Adriani, generatim pro generaliter uſurpat, dicens: Nunc quæ generatim fecerit, quatenus eorum meminiſſe licet, &c. Intelligas igitur in propoſito, Q. Mutium primũ ius ciuile generatim conſtituiſſe, ordine uidelicet quodã doctrinali ius ciuile digerẽdo, & per genera diſtribuẽdo: nã qui ante eũ ſcripſiſſent, nõ generales doctrinas cõtractauere, ſed prout quiſq; ad caſum ſibi propoſitũ reſpõderat, talia reſpõſa in libros colligebãt: quod ſuprà docuimus ex Cicerone de claris Oratorib. Ang. Politianus ad Iacobũ Pratẽſem, unũ tantũ librũ definitionũ Scæuolæ ad noſtra ueniſſe Digeſta ſcribit. *Generatim.*

c AQVILIVS Gallus.) Hic Cicerone orante iudex præſedit, ut in eius orationibus & maximè pro L. Flacco facile per-

ſpicitur.Familiaris fuit Ciceroni, quod ipſe in Top. & in lib. III.Offi.teſtatur.Idem etiam Cicero in lib. de claris Orator. acutum fuiſſe hominem & exercitatum, promptamq; & paratam in agendo & reſpondendo celeritatem habuiſſe tradit. Politian.dicit,eius tantummodo reſponſis noſtra irrigari Digeſta.Apud hunc Aquiliū P.Quintius Scapula cum cœnaret,repentè animam efflauit.autor Plin.lib.VII.

d BALBVS Lucilius.) Huius meminit Cicer.in lib. de claris Oratoribus, qui doctum & eruditum eum uocat,in quo, utraq; re conſiderata,fuerit tarditas.

e SEXTVS Papyrius.) Vereor ut legendum ſit, Lucius Papyrius:hoc enim prænomen peculiare fuiſſe Papyriis, ex Cicer.epiſtolis diſcitur libro IX.ubi ad Papyrium Pætū ſcribēs, originem Papyriorum ſublibat. Cicero in lib. de claris Oratoribus Lucii Papyrii Fregellani meminit,diſertiſsimum eum habitum ex Latio teſtatus. Sed is cum Tiberii Gracchi ætate fuerit,non uideo quomodo huc accommodetur.

f CAIVS Iubentius.) Corrige Iuuentius, & ita habet text. Noricus.Cicero prædicto loco,Titum Iuuentium in forenſi cauſarum genere multum ualuiſſe ſcribit, lentum quidem illum in dicendo,& penè frigidum,ſed & callidum, & in capiēdo aduerſario uerſutum,& præterea nec indoctum,& magna cum iuris ciuilis intelligentia. Eius auditorē nominat P. Orbium,æqualem Ciceronis, iuris ciuilis cognitione non inferiorem quàm foret magiſter. Meminit & Plin. Marci Iuuentii, qui repentina morte, dum ſacrificaret, animam expiraſſe traditur. Apud Velleium Paterculum Iuuentius Laterenſis cū Lepido ſuadere non poſſet, ut ſe cum Antonii exercitu iungeret, gladio ſe transfixiſſe legitur.

g GALLVM.) Scilicet Aquilium. Is enim præ cæteris clariſsima erat & dignitate & ſcientia,quem & Sulpitius,quia teſte Cicerone magiſtrum habuit,meritò cæteris præfert. Valerius lib.VIII. & Plin.C.Aquilii meminerūt, uiri magnæ autoritatis,& iuris ciuilis ſciētia clari. Aediū tamen magnificētia, famam auxiſſe teſtatur Plin.incertum an is,an alius fuerit.

h A SERVIO Sulpitio.)De hoc paulò pòſt.Collegiſſe autem eum librum ſuper claris Iureconſultis hic ſignificatur: Ciceronem fortè imitatus, qui prior de claris Oratoribus ſcripſerat: qui liber tenebris, næuis,& mendis præſentis textus pulchrè ſuffragatur.

Extant.

i EXTANT.) Cicero libro ſæpe dicto ſeſe excuſat, ſi nõ claros omnes recenſeat, eo ſolo, quòd de iis nulla monumenta loquantur, nec aliorum, nec ipſorum.

k SERVIVS Sulpitius.) De hoc Cicero in lib. de claris Oratoribus nõ facile alium inueniri dicit, qui plus ſtudii quàm ille, & ad dicendum, & ad omnes bonarum rerum diſciplinas adhibuerit: quem & ab ineunte ætate paribus cum ipſo doctrinis exercitatum fuiſſe, eumq; ueritum ne fortè ſecundas in eloquentia partes haberet, effeciſſe ut in iure primus eſſet, idq; adeptum eſſe: utpote quòd is longe omnium non eiuſdem modò ætatis, ſed eorum etiam qui antea fuiſſent, in iure ciuili princeps haberetur. Hoc eſt quod Iureconſul. hic primum locum in cauſis orandis, aut certè poſt Ciceronem Seruio contigiſſe tradit. Tarde ad iura ciuilia uenerat, ſed tamen citò ſeſe abſoluens, eminentiæ palmam omnibus ſuſtulit. quod quidem & Baldo contigiſſe ferunt. Hoc Sulpitio cõſule, carnem pluit, quæ teſte Plin. lib. 11. non perputruit, ſi eam non diripuiſſent aues. *Bald. tarde ad ius ciuile uenit.*

l RESPONDENTEM.) Litera communis habet, reſpondiſſe: nos autem reſpondentem legimus, quod & Egnatius & alii periti legunt, alioqui & orationis ſtructus male coiret, & abſonaret elegantia.

mm PARVM intellexiſſet.) Ex hoc tex. argumẽto egregio euincitur, iuris ciuilis ſcientiam & eſſe profundam, & paucis ex fundamento cognitam. Si enim is tantus uir qui de gloria eruditionis, de faſtigio eminentiæ, cum Cicerone certabat, Q. Mutium ſemel & iterum reſpondentem non intellexerat: quis tantæ ſcientiæ ſublimitatẽ, niſi doctiſsimis præditus præceptoribus, niſi multa ætate, niſi iugi ſtudio uerè adſequetur? Proinde Vallã reprehendendum non immeritò putamus, qui ſuæ profeſsionis oratoriç, in qua eminere poterat, oblitus, nõ uulpis, ut Lyſander, ſed leonis, quod ſibi uidebatur, pelle adſuta, illuſtres illos iuris ciuilis autores impetere aggreſſus eſt, quaſi & nõ loquerẽtur ex puritate Latini ſermonis, & inſuper inter ſeſe diſsiderẽt. Quòd ad Latinæ rei elegãtiã pertinet, licet feroculus iſte cenſor calculũ feciſſe ſe iactitet, hallucinatũ tamen contra Iurecõſultos fuiſſe, imò nugas ſparſiſſe aliquãdo per ociũ docebimus, ſi modo in tricis huiuſmodi tantulũ horarũ male collocare uiſum fuerit. Diſsidẽtiã uero legum, qua eleuare Iurecõſultos Valla pergit, quam *Iuris ciuilis ſcientiam non cuiuis expoſitã, neq; intellectu facilem.* *Laurentij Vallæ ineptum de iuris ciuilis autoribus iudicium.*

& Bud

& Budæus(quod abominor)manu adiuuat, poſt finem ſcholiorum ſpeciatim diluemus: hic diluturi, ſi non omnino impertinenter euagati diceremur. Nec quenquã moueat, quòd Cicer. in oratione pro Muræna, legales doctrinas tanquam cognitu nõ difficiles attenuare uidetur: tempori enim ut orator inſeruiiſſe, & non tam ex iudicio quàm ex clientis commodo locutus fuiſſe uidetur. Siquidem alibi in oratione pro Cluentio, is ipſe Cicero ius ciuile uehemẽter laudauit, ut alio loco deduximus: & ad Trebatium ſcribens, eam ſcientiã ex libris per ſeſe cognoſci non poſſe, doctoremq́; & lumen deſiderare teſtatus eſt. Quo nomine meritò male audierint, qui ſint qui eius ſcientiæ in uulgi linguã prodendæ, atque adeò prophanandæ inſumunt negocium, quæ tamen non niſi ab eminentiſsimis ingeniis perfectè cognoſcitur.

m TVRPE eſſe.) Sic Cicero in oratione pro Cluentio, leges quibus adhibentur oratores, & in quibus uerſantur, noſci debere dicit. Et eſt profectò res reprehenſione non indigna, ſolos linguę operarios tribunalia fatigare, & quã minime norunt, iuſtitiæ legẽ iudici uelle perſuadere. Olim Publius Conſa, qui ſe Iureconſultũ iactitabat, cũ tanquam teſtis interrogaretur, & ſe nihil ſcire diceret: Cicero in eius imperitiã iocatus, Diſce quæſo, ait, forſan de iure te interrogatum credis.

Scomma iocoſum.

n OPERAM dedit.) Quo labore ita Sulpitius inclaruiſſe dicitur, ut, ſi Ciceroni credimus, ſuo ipſe præceptori Scæuolæ uel anteponi uideri poſsit: certè melior quòd iuris ſcientiã in partes diſtribuebat, latẽtem explicabat, obſcuram explanabat, diſtinguebat, & uelut lucem afferebat ad ea, quæ confuſe ab aliis aut reſpondebantur, aut agebãtur. Eos Sulpitios quis non deſideraret noſtra ætate, per quos reſectis inutilibus cõmentariis, faſtidioſa prolixitas detruncaretur, & opt. max. Cęſare autore, ſuæ ius ciuile expeditæ ſynceritati traderetur?

o INSTRVCTVS.) Hoc & Cicero lib. ſæpe allegato tradidit, duobus peritiſsimis, L. Lucilio Balbo, & C. Aquilio Gallo, operam dediſſe teſtatus.

p CERCINNAE.) Cercinnam Africæ inſulam, apud Cor. Tac. inuenio. Strabo lib. III. & lib. XVII. in princ. Syrtium Cercinnam inſulam oblongam, & eius nominis ciuitatem iacere ſcribit. Sed parum quadrat, nec alium facile eius nominis locum qui huic textui conueniat, uel in hiſtoriis, uel alibi cõperio. Proinde hic mihi locus non eſt cognitus: niſi fortè

textum corruptum emendes, & ita legas: Inſtructus maxime à C. Aquilio, cũ fuit Sicyone, ſcilicet Sulpitius: legimus enim apud Ciceronem lib. x. Epiſtolarum, Seruium Sicyone habitaſſe, cum præeſſet procõſul Achaiæ, quod oppidũ omnium metallorum primam fuiſſe officinã, ſcribit Plin. lib. XXXVI. Sed ad ueras prouocare Pandectas erit ſecurius.

q HIC cum in legatione.) Seruius Sulpitius, licet & ſenio & aduerſa ualetudine laboraret, amore tamen reipubl. paſſus eſt ſe cum aliis legatum mitti, ut obſidionem Mutinenſem, qua A. Brutus premebatur, ſolueret: qui tamen cum in itinere mortem obiiſſet, Cicero ei ob legationẽ uitam defuncto ſtatuam locari, oratione egregia obtinuit, quæ inter Philippicas nona numeratur. Idem Cicero lib. XII. epiſtolarum ad C. Caſsium ſcribit, Seruii Sulpitii morte rempubl. magnum præſidium amiſiſſe.

r PRO Roſtris Auguſti.) Ita textum* coniunctim legendum puto, aliàs quid nomen Auguſti hic faceret, non uideo. Credibile autem eſt Roſtra Romæ ſucceſſu temporis ab Auguſto cognomen accepiſſe, ut ſuprà ſcripſimus.

** Additio. Non eſt tuta hæc gloſ. quam decepit tex. corruptus. Nam text. Nor. habet, Et Hoſtiæ extat pro Roſtris Auguſti.*

s AB hoc.) Sulpitio: uel quia illi eũ audiuere, uel quia poſt eum emerſiſſe dicas.

t AC præfecti.) Male hærent hæc uerba. Porrò præfecti quid hic faciant, ne Pomponius quidem ipſe diſcuſſerit. Aut igitur coniunctione expuncta leges, profecti: ut exponas, plurimos ab eo profectos profluxiſſe: aut remanente coniunctione legendum, prouecti: ut ſenſus ſit, plurimos ac prouectos, id eſt, in ſtudiis eruditos uiros bene auctos ab eo deſcendiſſe. Vide quàm inemẽdatus hic textus ne leuicula quidem præterire permittit.

Additio. Nor. text. habet, Ab hoc plurimi proceſſerunt: unde non eſt opus iſta gloſſa.

u ALPHENVS Varus.) Hunc Seruii Sulpitii auditorẽ fuiſſe, etiam Gellius lib. VI. docet, quem & rerum antiquarũ non incurioſum fuiſſe ſcribit. Apud Cornel. Tacitum lego, Alphenum Varum præfectum prætorio à Vitellio electũ: ſed alius erat multo poſt Iureconſultum tempore.

x CAIVS.) Raphaël Volaterranus in Philologia, Caiũ Flauiũ nominat: Aulus Gellius lib. XI. Caii Iurecõſulti meminit, qui de origine uocabulorũ ſcripſiſſe dicitur. Porrò conſtitutiones Caii extãt, quas nuper & uidimus & legimus. Cicer. in lib. Tuſc. quæſt. ad fi. Caii Druſi Iureconſulti meminit, cuius domũ quãuis cęcus eſſet, conſultoribus cõpleri ſolitã ſcribit.

OFFIL

y OFFILIVS.) Non cõperi in hiſtoriis quicquam de hoc Iurecõſulto. Cæterum in l.ij. §. penori. infrà de penu leg. Offilius recitatur, qui acceptum penoris loco uenire ſcripſerit, niſi extinguendi ignis cauſa fuerit paratum.

Cicero de claris oratoribus Titiũ Cæſium nominat.

z TITIVS.) Raphaël legit Titius Celſus. Cic. lib. v. epiſt. ad quendam Titiũ Fabium epiſtolã miſiſſe legitur, qui cum eſſet magno ingenio, ſuaq; probitate & induſtria multas diuitias conſecutus, tandem oppreſſus per Cæſarem, omnibus exutus fortunis, exulare iuſſus eſt. An autem is ſit Titius, de quo I.C. meminit, an alius, quærant quos cura agitet.

a AVFIDIVS. Tuca.) Raphaël legit Sura, non Tuca. Cneium Aufidiũ uirum prætorium, Cicer. prædicto Tuſc. quæſt. lib. adducit, quem & ipſum cæcũ in ſenatu ſententiã dixiſſe, amicis deliberantibus conſuluiſſe, ſed & Græcã hiſtoriã ſcripſiſſe tradit: de quo & Plin. lib. v i i. ſentire credo, qui C. Aufidium cũ offenſo pede in comitio ſenatũ ingrederetur, interiiſſe ſcribit. Aufidii Quieti meminit Plinius poſterior in libro ſeptimo epiſtolarũ, qui orator celebris præcipere ſolebat, ſuſcipiẽdas eſſe cauſas aut amicorũ, aut deſtitutas, aut ad exemplũ pertinẽtes. Erat & M. Aufidius Lurco, qui ſaginãdis pauonibus magnũ quæſtũ feciſſe narratur. teſtis Plin. lib. x.

b AVFIDIVS Namuſa.) Raphaël Mamuſam legit: eius nõ infrequens in iure noſtro ſit memoria.

Additio. *Corruptus eſt text. Sic enim tex. nor. habet, Labeo Antiſtius Labeonis Antiſtij pater: & addit poſtea Cinnam Iurecõſultum, ut ita hæc gl. non ſit neceſſaria: & ſunt duo uerba, Pater Cinna.*

c LABEO Antiſtius.) De hoc Labeone paulò pòſt diſſeretur.

d PATERCINA.) Monſtroſa eſt hæc dictio, & Plutonis familiæ adſcribenda. Raphaëlis teſtimonio legitur, Paternus. Egnatius uero in locum eius ſubſtituit, pater Cæcinna: duos enim Cecinnas fuiſſe ſatis liquet, patrem & filium: quorũ patrem Cicero luculenta oratione defendit, filium inter cliẽtes ſuos in epiſtolis nominat. Vtra ſit uerior emendatio, Pandectarum archetypus diiudicet. Paterni mentio fit in l. officiũ. §. j. infrà de re milit. Tu uide ne Porcina legendum ſit: nam & Priſcianus libro nono Aemilii Porcinæ meminit in oratione quadam.

e PVBLIVS Cæcilius.) Eius Cæcilii mẽtionem, apud Macrobium lib. i i. fieri putamus, quem & urbanitatis miræ, libertatisq; habitum fuiſſe ſcribit. Cum enim Vatinius in gladiatorio ludo lapidaretur, edictum ab ædilibus extorſit, ne quis in harenam niſi pomum mitteret. Et cum eiſdem diebus Caſellius

ſellius fortuitò quæreretur, an nux pinea pomũ eſſet: facetè reſpondit, Si in Vatinium miſſurus ſit, pomum eſſe. Fuit & alius Iureconſultus Sex. Cæcilius, Traiani Imperatoris tempore. cuius Gell. lib. x x. meminit, qui in l. fin. C. de comm. ſer. ma. & in l. iij. ad fin. infrà de penu leg. & ſæpe alibi citatur. Nec tamen me præterit apud Aemilium in uita Attici mentionem fieri Q. Cæcilii equitis Romani, qui auunculus Attico fuiſſe traditur.

f EX his decem.) Scilicet Iureconſultis.

g OCTO libros conſcripſerunt.) Senſus eſt, ut ego puto, ex ſuprà allegatis decem Iureconſultis, octo fuiſſe qui poſt ſe libros reliquiſſent. Quòd autem uulgò legitur, ex his decem & octo, coniunctione interpoſita, mendam putamus: nullus enim nec intellectus ex hoc, nec orationis certitudo colligitur. Quapropter coniunctione expuncta, ſola dictionũ diſſeparatiō flexu uocis facta, lucem præbet textui, ut legas, ex iis decem Iurecõſultis, octo eorum libris claruiſſe. hoc eſt quod in principio dicitur, ferè libros ſcripſerunt, quòd non omnes decem, ſed octo ex eis ſcripſiſſe memorentur.

Additio. Et hic intellectus ex tex. Nor ſum datur, ut ſuprà attigi.

h AB Aufidio Namuſa.) Nihil de eo comperi, niſi quòd mentio fit in l. in ſumma. §. apud Namuſam. infrà de aqua plu. arcen. & ſæpe alibi. Cicer. de claris Oratoribus T. Namuſam citat, quem uirum bonum & innocẽtem fuiſſe, & ad ſummam ſenectutem ueniſſe teſtatur. Sed is tempore Syllæ longe ante Seruium uixit.

i DE legibus uiceſimæ.) Viceſimam partem hæreditatum fiſco inferri olim conſtitutum fuit: de cuius legibus Offilius ſcripſit. Apud Capitolinum Marcus Antonius ſuper ea uiceſima leges adieciſſe ſcribitur. Porrò & uiceſima pars rei, loco tributi uel certè uectigalium nomine exigebatur: quod publicanorum inuento emerſiſſe, teſtis eſt Cornel. Tacit. Hæ exactiunculæ ſæpe uariarunt, ut iam uiceſima, iam decima, aliquando quadrageſima, nunc centeſima ſtatueretur. Vetuſtis temporibus decima ſeminum dabatur in locum uectigalis ex agris qui deſerti ad culturam redigerẽtur. teſtis Apianus lib. 1. Tiberius Cæſar centeſimam rerum uenalium in ducenteſimam laxauit, quia Cappadociam morte Archelai in prouinciam redegerat. teſtis Corn. Tac. lib. 11. Et alibi libro x111. Neronem quintam & uiceſimam uenalium mancipiorum remiſiſſe ſcribit. Idem in eodem libro ad fin. quadrageſimam & quin

Additio. Sãguinolentas centeſimas Seneca libro ſexto de beneficijs nominat.

& quinquageſimam Nerone agente, abolita eſſe quæ ex au-ctionibus illicitis nomina publicani inuenerint. Cice. in Verrinis decumanos principes, nominat publicanos. Plinius in Panegyrico, Traianum laudat, quòd uectigal uiceſimarum ſuſtulerit. C. Caligula principio ſui principatus, ducenteſimam partem rei, quam publicani ex auctionibus extorſerũt, remiſit: pòſt in exitialem tyrannum uerſus, quadrageſimam partem ſummæ, de qua litigabatur, uectigalium nomine inſtituit: nec impunè fuit, ſi quis comperiretur amicè compoſuiſſe litem, ne uectigal minueretur. autor Sueton. Tempore Valentis & Valentiniani Imperatorum, octaua pars, uectigalium nomine exigebatur: & qui exigebant, octuarii nominati. l. ex præſtatione. cum l. ſequen. C. de uectigal. commiſſ.

Octauarij.

Subſcribere. k SVBSCRIPTOS.) Inſcriptos intellige: & eſt elegans loquendi figura. Sic Tertullian. in Apologetico, legem denarrat, quæ centum æra non amplius in cœnam ſubſcribi iuberet. Et Aulus Gell. cum de cenſoriis notis loqueretur, condemnato quodam ſcurriliter iocante, In ærarios, inquit, cum retulit: cauſam quoque ioci ſcurrilis apud ſe dicti ſubſcripſit, id eſt, inſcripſit: & fuit peculiare Cenſorum, ut quæ notarent, ſubſcriptiones nominarentur. Cicero in oratione pro Cluentio, eo uerbo in cenſoriis notis ſæpiſsimè utitur. Apuleius in oratione ſecunda apologetica, grauius habendum ait quod in iudicio ſubſcribitur, quàm quod in epiſtola ſcribitur. Idem in epitome Alcinoi de Platone, Subſcribit (inquit) ex materia & alias res publicas. Inuenio tamen ſubſcribere accipi pro eo quod eſt liti ſeſe obligare. Sic Curianus quidam apud Plinium libro v. epiſtolarum, licet cum cæteris hæredibus centumuirale iudicium ſubſcripſiſſet, cum ipſo tamen Plinio non ſubſcripſit. Hinc uulgata emerſit uſurpatio, qua ad talionem ſe accuſator ſubſcribit, id eſt, alligat. Aſconius libro primo Diuinationum, ſubſcriptores cauſidicis adeſſe docet, qui accuſatorem adiuuare ſoleant, ſubmiſsius ſuggerentes quæ accuſationi conferunt. Erat autem ſubſcribendi munus ſecundarum partium, cum accuſare primarum eſſet. Cicer. in orat. pro Fonteio, in M. Fabium ſubſcriptorem accuſatoris amariuſculè iocatur. Quòd uero ſubſcribere pro adprobare ſumitur, plus quàm notum eſt.

TREB

¶ Fuit & eodẽ tempore[a] Trebatius, qui idẽ[b] Cornelij Maximi auditor fuit,[c] Au. Caſſelius,[d] Quintus Mutius[e] Voluſij auditor. Deniq;[f] in illius honorem, teſtamento[g] Pub. Mutium nepotem[h] eius reliquit hæredem. Fuit autem[i] quæſtorius,[k] nec ultrà proficere uoluit, cum Auguſtus illi etiã cõſulatũ offerret. Ex his Trebatius[l] peritior Caſſelio, Caſſelius Trebatio[m] eloquẽtior fuiſſe dicitur: Offilius utroq; doctior. Caſſelij ſcripta non extant, niſi unus liber bene dictorum: Trebatij complures, ſed minus[n] frequentantur.

a TREBATIVS.) Hic inſigni dignitate inter optimates erat, qui tamen contra Cæſarem partes Pompeianas ſecutus, cum fracto Pompeio diutius in bello perſeueraſſet, exulare iuſſus eſt. Cæterum Ciceronis ope (erat enim ſingularis inter eos amicitia) Cæſar ei reditum indulſit, & ita indulſit, ut eius & conſilio uteretur, & tribunatum militarẽ offerret, ſine tamen onere militandi, quòd ſciret inermi militia, non armata, Iureconſultos niti conſueuiſſe, ut qui tògã caſtris præferrent. Trebatius reiecto tribunatus officio, maluit adeſſe conſiliarius, quàm militare munus uel nomine ingredi. Quẽ certe uirum nõnulli noſtra ætate Doctores non imitantur, qui milites ſeſe ex principalibus diplomatis creare patiũtur: cum tantum abſit ut militiæ opera ſuſcipiant, ut etiam ad nudum enſem cohorreſcerent, alienos induti titulos parum laudati, qui in propriis titulis cũ honore uiſerentur. Meminit C. Trebatii tanquam uiri boni & integri Sueton. in Cæſare. Extant ad eum plurimæ Ciceronis epiſtolæ, toto ferè lib. VII. plenæ iocis, ſalibus, & ſcõmatis, quibus Iureconſultũ eſſe ludit. Iuris ciuilis enim ſcientiam Cicero, licet pro cõmodo fortè ſuo aliquando cõmendare uideatur, eleuare tamen, id eſt, premere uel certè ſicubi poterat, ſubmordere conſueuit. Sed tempora captare (ne quid durius dicam) Cicero nouit: quapropter Liberius Mimus ei obieciſſe dicitur, quòd duabus ſellis ſedere conſueuiſſet. teſtis Seneca lib. VII. Declamat. *C. Trebatius.*

b CORNELII Maximi.) Cicero lib. VII. Epiſt. cũ ad Trebatium ſcribens iocaretur, eius (ut puto) Cornelii meminit.

Nam dixerat Trebatius ſe à Cornelio ſapere didiciſſe: in quod Cicero capta pro re nata occaſione, ibidem ludit. Quid ſi Cornelium* Balbum intelligeres? qui ueluti Cæſari familiariſsimus erat, ut Sueton. docet, ita Trebatii reconciliationem non mediocriter adiuuiſſe à Cicerone ſcribitur. Sed refragatur text. qui Cornelium Maximum nominat: ita enim Raphaël legit.

*Tex. Nor. habet Cor. Max.

c AVL. Caſſelius.) De hoc ſuprà meminimus, cum de P. Cæcilio uerba faceremus. Cice. in orat. pro Cornelio Balbo, Caſſelii meminit, quem prædiatorem fuiſſe his uerbis teſtatur: Etenim Q. Scæuola ille augur, cum de iure prædiatorio conſuleretur homo iuris peritiſsimus, conſultores ſuos nonnunquã ad Furium & Caſſelium prædiatores reiiciebat. Prædiator autem is dicitur, qui rerum prædialium peritus erat, ut Budæus uir doctus in l. Herennius. in fin. infrà de euict. docet. Legum prædialium meminit Iureconſul. in l. utimur. infrà de ſepul. uiol. in qua tamen Accur. cum eam non aſſequeretur, quædam impertinentia cõminiſcitur. Raphaël Ceſellium nominat. Hic Ceſellius inſigni fuiſſe conſtantia clarus memoratur: nullo enim permoueri beneficio poterat, ut pro triumuirorum placitis formulas æderet, quod eorum conatus à legum origine remotos eſſe cenſeret. Nec ab inimicis cohiberi potuit, quin de Cæſaris temporibus liberius loqueretur, ſenectuti ſuæ confiſus & orbitati. teſtis Valer. lib. VI.

Prædiator.

d QVINTVS Mutius.) De Mutiorum fortè familia, de quibus ſuprà ſatis ſcripſimus.

e VOLVSII auditor.) Horatius ad Voluſium ſcripſiſſe legitur. Porrò Voluſium Iureconſultum Capitolinus adducit, ſed qui tempore Antonini Pii floruerit. Alterius Voluſii meminit Appianus lib. IIII. qui à triumuiris proſcriptus, dum ædilitatem gereret, ſub ueſte ſacerdotis Iſidis, cane capiti impoſito periculum euaſit. Scribit Plin. lib. VII. L. Voluſium tanti fuiſſe ſenii, ut omnium conſulum, quos aliquando ſententiam rogauerat, ſuperſtes eſſet: de quo & Corn. Tacit. lib. XIII. quem egregia fama tres & nonaginta annos exegiſſe, & bonis artibus plurium imperatorum inoffenſam malitiam euaſiſſe tradit. Quem ex prædictis, uel an alium Iureconſultum hîc nominet, non eſt compertum: ultimum puto.

L. Voluſius.

f IN illius.) Fortè Voluſii: poterat enim Mutius nepotem Voluſii inſtituiſſe in præceptoris honorem: immenſa enim

enim gratitudo præceptoribus debetur, quibus & meliores reddimur, & elegantiores. l. Aquilius. infrà de donat.

g P. MVTIVM.) Nepotem Voluſii. Sed quomodo cũ eſſet Voluſii nepos, nomen habuit teſtatoris? Dici poteſt, teſtatorem uoluiſſe, ut eius nomine nepos Voluſii cenſeretur. argu. l. facta. §. quod ſi conditio. infrà ad Trebell. Niſi fortè uice uerſa intelligas P. Mutium, nepotem Q. Mutii, à Voluſio in* honorem Mutii eſſe inſtitutum.

Additio. Et is eſt uerior intellectus.

h EIVS.) Videlicet Voluſii. Vel ſecundum alium intellectum dic, Eius, ſcilicet Mutii.

i QVAESTORIVS.) Vtpote quòd magiſtratui quæſturæ uel præfuit, uel deſtinatus, ut ad id munus eligeretur. Nomina enim denominatiua magiſtratuum, ut conſularis, prætorius, &c. ſignificant uel functum fuiſſe magiſtratu, uel eius ordinis eſſe, ut ad eum magiſtratum eligatur.

Nomina denominatiua magiſtratuum.

k NEC ultra proficere.) Quæ inſignis erat eius uiri uirtus, ut mediocritati ſtuderet, potiusq; integritate & iuſtitia, quàm faſtuoſis ſummorum magiſtratuum titulis excellere uideretur: ut qui ſciret nihil eſſe durabilius, quàm quod nec exceſſu ſuperbiret, nec defectu inſorduiſſet.

Mediocritas.

l PERITIOR.) Cice. in quadam ad Cæſarem epiſt. neminem Trebatio meliorem eſſe dicebat, aut prudentiorẽ: quem & à familia ſua laudat, ut quæ ſingulari in iure ciuili memoria, & ſumma ſcientia ſit celebrabilis.

m ELOQVENTIOR.) Quo nomine eum Trebatio non anteponimus. Quamuis enim Iuris ciuilis ſcientiam apprimè deceat eloquentia, ornatricem tamen uolo, non dominam: ut ſubſeruiat, non præcurrat: nec enim fandi, ſed iudicandi præcepta uerſamus. Vereor tamen complures noſtra ætate in eloquentiæ & legalibus doctrinis doctiſsimos inueniri, in quibus eum Caſſelio eloquẽtia potiores ſedes obtinuerit: adeò eloquentiæ nitor ſtudioſos ſui illicit, ut ſæpenumero ſecuri aliarum rerum, in illectabili ea arte cum Caſſelio conquieſcant. Cæterum meminiſſe conueniet Antonianæ ſententiæ, Iuriſperitos magnarum rerum prudentia magis quàm dicendi arte clareſcere. Quo minus decet Accurſios, Bartolos, eorumq; ſimiles eo nomine conuellere, quòd à dictionis elegantia nudi uideantur: eorum enim non ingenia, ſed tẽpora impolito ſermone degenerabant. Deniq; ciuilis philoſophię profunda inueſtigatio, florem orationis non ſemper recipit.

H 2 FREQVEN

n FREQVENTANTVR.) Et ſanè in noſtris Pandectis perquàm ſæpe à Trebatii ſentẽtia receditur. Cic. ipſum in quadã epiſt. improuidentiæ arguit. Cum enim inter pocula controuerteretur, poſsétne de furto ante aditam hęreditatem facto, hæres furti rectè agere: Trebatius neminem id ſenſiſſe iactitauit: & tamen Cicero, S. Aelium, M. Manilium, & Brutum id decidiſſe compererat. quod magnum argumentum præſtat, non eſſe temere, ſed cum temperamento, ſuper iure definiendũ: effuſus enim ſermo nocet. l. fi. in fin. C. de dot. promiſ. Sic Hieronymus cap. XII. in Eccleſiaſten, dicebat, quantum ipſe recordari poſſet, paſſerem ſemper in bonam partem accipi. & Accur. noſter in l. j. infrà de leg ij. dicebat, ſe nõ meminiſſe legere arbitratorem cogi poſſe: ſub dubio enim fortè ſcripſerunt ſæpe periti.

¶ Poſt hos quoq; [a] Tubero fuit, qui Offilio [b] operam dedit: fuit autem patritius, & [c] tranſijt à cauſis agendis ad ius ciuile, maxime poſtquam [d] Quintũ Ligarium [e] accuſauit, [f] nec obtinuit apud C. Cæſarem. Is eſt Q. Ligarius, qui cum Africæ [g] oram teneret, [h] infirmum Tuberonem applicare non permiſit, nec aquam haurire, [i] quo nomine eum [k] accuſauit, & [l] Cicero defendit, & eius extat oratio* [m] ſatis pulcherrima, quæ inſcribitur pro Q. Ligario. Et Tubero doctiſsimus quidẽ habitus eſt iuris publici & priuati, & cõplures utriuſq; operis libros reliquit, [n] ſermone etiã [o] antiquo uſus, [p] affectauit ſcribere, & ideo parum [q] eius libri grati habentur.

* Verbũ, ſatis, non habet tex. Noric. & idipſum bene.

a TVBERO.) Q. Tuberonem nominat Lucii filium. erant autem de Aeliorum familia Tuberones progeniti. Alium autem Tuberonem hic ſignificat, quàm eum qui ſuprà Stoicus fuiſſe ſcribitur.

b OPERAM dedit.) Studii nomine Offilio adhæſit: & eſt ſignata loquẽdi figura, cũ operã pręceptoribus dare dicimur.

c TRANSIT.) Aptior ut profiteretur, quàm quòd cauſas ageret. Sic Aelianus ſophiſta ad ſcribendum ſe conuertit, cum ſe cõſpiceret declamationi minus accõmodatum: teſtis Philoſtratus.

loſtratus. Studium enim homo quod aſſequi non poteſt, ſequi deſinit, ut inquit Velleius Paterculus: & uelut occupatã relinquens materiam, quærit nouam: præteritoq; eo in quo eminere nõ poſſumus, aliquid in quo nitamur, conquirimus. Seneca in lib. de tranquillitate uitæ, ſcribit, eò inclinandum eſſe, quò te uis ingenii refert. Sic & Socrates Ethorum læta manu à foro ſubduxit, utiliorem componendis monimentis hiſtoriarum ratus. Malè enim reſpondent coacta ingenia: reluctante natura irritus labor eſt. hæc ille.

d QVINTVM Ligarium.) Ciuis Romanus erat: qui cum præfectus Africæ poſt Conſidium conſulem relinqueretur, & bello ciuili inter Pompeium & Cæſarem iam gliſcente, domum redire (quod maxime deſiderabat) nõ poſſet, magis neceſsitate quàm uoluntate manſit. Is Q. Tuberonem caſtra Pompeii ſecutum, ne Africam appelleret, prohibuit: quo nomine Tubero eum (uicto poſtmodum Pompeio) apud Cæſarem uictorem accuſauit.

e ACCVSAVIT.) Tanto ardore, uehementiaque Ligarius fuit accuſatus, ut Cæſar iam decreuiſſet damnare reum, niſi Cic. impetrata eius defendendi facultate, impetum Cæſaris (ut ſtatim dicetur) auertiſſet.

f NEC obtinuit.) Inuictæ enim Ciceronis eloquentiæ par eſſe non poterat. Verum enimuero ſi ueritati locus ſit, Tubero proſperè & ſalubriter ſuccubuit, ut relictis cauſis agẽdis ad ius ciuile ſe conuerteret: ſicut olim Zeno feliciter naufragauit, ut philoſopharetur. Quanto enim ſatius eſt legendo ſcribendoq; iuri operari, quàm pertractandis litibus iudiciũ conterere ſubſellia? Indignũ mehercule Iuriſperito rem putauerim, ob mercedum ſpeculam omnia circunuolitare fora, perſtrepere, uociferari, forenſiq; eloquentia, quam ueteres caninam facundiam nuncuparunt, mutuis ſeſe latratibus impetere, deos fatigare & homines, maxime in cauſis iniuſtis: quæ tamen iniquorum aduocatorum paſcua ſunt, quos Plato accipitres pecuniæ appellauit. Hi enim philodici non iam tondere clientes, ſed deglubere, ſed & totos uorare cupiunt: ſecuri, quem litis euentum fortuna ferat, dum eloculauerint, depilarint, exoſſarint, quos defendendos ſuſceperant, eo nomine ſalui putandi, ſi modicos ſaluos relinquant: quem uenandi uel potius prædandi uſum, quis non inhumanum inſociabilemq; nominauerit? Aduocati (de quibuſdam nebulonibus

Rabulæ forenſes.

Canina facundia.

loquor) quæ paulò ante ut honeſta defenderant, mox ſi lucrum ſuadeat, uerſutiis ſuis ſubuertunt, ſolis & iuſtitiæ oculos fruſtrantur, calumniantur, tergiuerſantur, cauillantur, ut lites trahant, differant, augeant, & ut cum gloſſa dicam in l. quod ſi nolit. §. ſi mancipium. infrà de ædil. edict. cauſas peſsimas facie honeſtatis induant: quos certe quomodo non iuris euerſores potius quàm profeſſores nũcupaueris? Quod ſi Tuberoni, qui tum cauſas non ad turpem quæſtum agebat, fori uerſura diſplicuit, quanto magis forenſes mercedulas, quas iniquitas aduocatorum aucupatur, quiſquis ſapiet, declinabit? Corn. Tacit. lib. XI. nihil publicæ mercis tempore Claudii tam uenale fuiſſe ſcribit, quàm aduocatorum perfidiam. Quippe Suillius clientis ſui iura nequiſsimus præuaricator prodidit, à quo tamen quadringenta millia numorum accepiſſet. quapropter Plato cauſidicos urbe pepulit, qui nihil ſe indignum exiſtimant, ut lucrentur: ut ſcribit Iacobus Faber in Hecatonomiis. Iſtam igitur nequitiæ prædam, quæ ad necem alterius pro gladio fuerit & pro telo, nemo ſanus non deteſtabitur: Vulcano enim geniti ſunt, cum quidquid tangunt, adurant. Turius quantumuis clarus orator, forum tamen odiſſe ſcribitur: eius enim potentia ſicuti eſt inuidioſa & tota ſordida, ita limen ſecuritatis fuerit, teſte Seneca, abſtinuiſſe foro. Cæterum iuſtos cauſarum patronos, qui probabili fine laborantibus ſubueniunt, hoc loco excipimus, quos tantum abeſt, ut ullo modo uituperem, ut etiam omni honore dignos putem. Aduocati olim pilea infantium recens natorum, ab obſtetricibus emebant, iuuari ſeſe eiſdem uana ſuperſtitione rati. autor Lampridius in uita Diadumeni. Minutium cauſidicum Romanum, Hieronymus in libro de ſcriptoribus eccleſiaſticis inter illuſtres numerat.

g ORAM teneret.) Suprà diximus eum diſcedente conſule Conſidio, præfectum Africæ manſiſſe.

h INFIRMVM Tuberonem.) Hoc ex hiſtoriis non comperi, nec ex tota Ciceronis oratione colliges. Porrò Quintil. lib. XI. huius Tuberonis patrem à ſenatu in Africam miſſum ad frumẽtum coëmendum ſcribit: poteſt utrunq; uerum eſſe, & quod hiſtorici, & quod Pomponius ſcribit.

i QVO nomine.) Propter eam cauſam: & eſt elegãs, terſaq; figura loquendi, qua ſæpe Latini ſcriptores utuntur. Cicero

in 1. Philip. Mihi, inquit, boni uiri gratias agebant, & tuo nomine gratulabantur. Idem alibi in 11. Philip. Et eius uiri nomine me inſectari audes. Idem in orat. pro Fonteio: Quid ſi hoc crimen optimis nominibus denegare poſsimus? Doctis noſtræ ætatis is eſt peculiaris loquendi modus, & nos eum perſæpe uſurpamus..

k ACCVSAVIT.) Eam accuſationē Trapezontius, niſi adiumentis extrinſecus ſumptis, negat conſiſtere potuiſſe. Si enim Tubero ſimplici rectoq; ductu Ligario obieciſſet, quòd is in Africa contra Cæſarem fuiſſet, in eo & Tuberonē quoq; reprehendi potuiſſe: ergo Tubero per ſubiectionem ductu uſus, accuſationem inſcripſiſſe dicitur, argumentis extrà ſumptis: tum quòd Ligarius pro Iuba rege & Africanis, inimiciſſimis populo Romano, ſtetiſſet: quod Quintil. lib. XI. adduxit: tum quòd Tuberones Cæſari tradituri erant Africam, niſi per Ligarium repulſi fuiſſent. His firmamentis accuſationem per ſe debilem, ita fuiſſe inſtructam, ut iam damnationis calculum Cæſar animo certo deſtinauerit. Coniecturata hæc Trapezontii diuinatio, perita quidem eſt, ſed ex ipſa Ciceronis oratione neſcio an colligatur.

l CICERO defendit.) Quamuis propter uehementem Tuberonum accuſationem Ligarius defendi non poſſe uideretur (Cæſar enim eum omnino pro condemnato habuit) audire tamen Ciceronem tantum oratorem uoluit, quem longo tempore, ut dicit Trapezontius, non audiuerat. Vnde Cæſar ad amicos dixiſſe fertur, reum quidem damnare certiſsimum eſſe, nihil tamen prohiberi Ciceronem audire. Sed is fuit in Cicerone defenſionis torrens, ut Cęſar uelut impetu dicentis à propoſito detruſus, quem deſtinatione animi damnauerat, ſententia ſua abſoluerit.

m SATIS pulcherrima.) Elegantem & planè artificioſam eam fuiſſe orationem Aretinus teſtatur. Sed & Quintil. in IIII. diuina ironia uſum Ciceronem in principio eius orationis dicit: deniq; tanta gratia & plenitudine redundabat, ut Cæſar ſæpe uultum coloremq; mutaret. Vbi uerò Cicero Tuberonē commemoratione pugnæ Pharſalicæ impetiit, ita Cæſarem extra ſe poſitum, & quaſi mente alienatum ferūt, ut toto corpore excuſſo, libellos cōdemnatorios, quos manu tenebat, abiiceret, reumq; abſolueret. Verba Cicer. ea fuere: Quid enim Tubero ille tuus diſtrictus in acie Phar-

ſalica gladius agebat? cuius latus ille mucro petebat? quis erat ſenſus armorum tuorum? quæ tua mens? oculi? manus? ardor animi? quid cupiebas? quid optabas? & quæ ſequuntur. Cæterum quòd Pomponius hic eam orationem *ſatis pulcherrimam nominat, parum eleganter locutus fuiſſe fortè Lauren. Vallæ uideri poſsit, cum uis ſuperlatiui hoc uerbo, ſatis, adiuncto, attenuetur. Sed arbitramur grauitati Iureconſulti cōueniſſe, ne uim ſuperlatiui effunderet, ſed cum temperamento laudaret: ad exceſſum enim orator ſeſe comparat, non Iureconſultus. Sic Hieronymus in epiſtol. ad Euſtochium (ſi modo Hieronymi ſit) Satis, inquit, eam deuotiſsime angelus ueneratur. Non abſimili loquendi figura Iureconſultus in leg. ſi alius. §. belliſsime. infrà quod ui aut clàm. magnam & ſatis neceſſariam cauſam exceptionis recipiendæ nominat.

**Additio.* *Non eſt opus ea parte gl. nam text. Nor. non habet hoc uerbum, ſatis, & bene eliditur, ut ſuprà dixi.*

Et ita habet textus Nor.

n SERMONE tamen.) Ita nos legimus, licet uulgò legatur, ſermone etiam: quod Latinæ rei elegantia nō recipit. Cū enim ſuprà uſus fuit dictione *quidem*, dixit enim Tuberonem doctiſsimum quidem fuiſſe: rectè nunc infertur aduerſatiua cōiunctio, *tamen*: ea enim dictio *quidē* (ut Valla bene docuit) ſermonē ſub quadam exceptione qualificat, ut neceſſe ſit aduerſatiuam ſequi: ut cum dicitur, Doctus ille quidē fuit, ſed tamen parum fidelis. Quæ obſeruatio uſqueadeo recepta eſt, ut diuus Hieronymus in epiſt. ad Algaſiam decima quæſtione, Paulum Apoſtolum notarit, quòd dictio *ſed*, ei orationi ubi *quidem* ponatur, non reſponderit.

o ANTIQVO.) Loquendi ſartaginem Satyricus nominat, ſi ſalebroſa iſta & nimia uerborum antiquitas uſurpetur, & ſi quem uerrucoſa Accii, Pacuuiiq; ſcripta delectent. Sic Thucydidis ſermonem Cic. in 1. lib. de Oratore ab uſu remouet, quòd ſit obſcurus: maximum in oratione ciuili uitium eſſe dicens, obſcuras adferre & abditas ſentētias, quæ minime intelligantur, maxime ſi uerba, ut Quintil. in 1. ait, ab ultimis obliteratiſq; temporibus, & ut Seneca dicebat, à Coruncanis repetantur. Sed & Gell. lib. xi. delicto adſcribit, huiuſmodi uerbis uti nimium obſoletis, & (ut ipſe ait) exculcatis: ſicut ſunt, apludæ, floces, bouinatores, & ſimilia. Iniecit enim poſtera ætas manum uetuſtati, ut Diomedes docet: & ueluti diſciplinam priſtini ſeculi, ita & ſermonem faſtidire cœpit. Sicuti enim ſyluæ foliis pronos mutantur in annos, ita uerborum ue

tus

tus interit ætas. Proinde abolita & abrogata retinere inſolentiæ eſt, ut dixit Quintilianus: ſiquidem plano utendum ſermone, ut numo, cui publica ſit forma. Eos qui uerborum huiuſmodi ſordes & uoces nimis priſcas ſequerentur, antiquarios literati nominant. Faſtidiebatur itaq; Tubero, quòd ad uetuſtam antiquitatem ſeſe compoſuerat. Nam nec Auguſtus Tiberio pepercit, qui exoletas interdum & reconditas uoces aucupabatur. Imperator Adrianus adeò ſuperſtitioſus uetuſtatis amator fuiſſe dicitur, ut Ciceroni Catonem, Vergilio Ennium, Salluſtio Cæciliũ prætulerit. autor Spartianus. Laudi tamen datum eſt Zenoni, quòd ex oraculo monitus ad legendos antiquorum libros magno ſe ſtudio contulerat. teſtis Diogenes. Senecã Gell. lib. XII. uituperat, quòd ſua eruditio nihil ex ueteribus ſcriptis haberet.

p AFFECTAVIT.) Hoc uerbum uitium ſonat. Tunc enim affectare dicimur, cum anxiè & nimia diligentia, & uelut extra modum, uerborum uel cultum, uel nouitatem quærimus: quod Græci κακοζηλίαν, nos affectationem nominamus, ut dicit Quint. in VIII. docens uitium in eloquentia peſsimum eſſe, ſi ſit affectata oratio. Auguſtus, ut docet Sueton. Mecœnatem nonnũquam exagitabat, quòd nimis exquiſito in uerbis cultu, per affectationem laſciuiret: quo nomine & Tubero in præ ſentia ſuffricatur. Sidonium Appollinarem eo affectationis uitio inſignem fuiſſe ſatis compertũ eſt. Sunt & nonnulli noſtra ætate uiri eruditi, qui hanc notam non effugiunt. *Affectare.*

q PARVM grati.) Scribere enim, ut nemo intelligat, nullã gratitudini uicem parit. Ariſtotelem, cum ab Alexandro conquereretur, quòd libros Phyſicos ædidiſſet, reſpondiſſe ferunt, æditos quidem, ſed tanquam non æditos ob eorum obſcuritatem fore. Heraclitus librum ſuũ de induſtria obſcurius ſcripſit, ut ſoli eruditi eum legerent, ne ſi à uulgo paſsim legeretur, cõtemptibilis fieret. autor Laërtius lib. IX. Iuſtè itaq; fit, ut male audiant qui legalis ſapientiæ ſcita in uulgum prodere pergunt, meri impoſtores, qui & laicum ſeducunt, & iuris ciuilis ueritatem eis incognitam, puritatémque contaminant. *Ariſtoteles data opera obſcurè ſcripſit.*

¶ Poſt hunc maximæ autoritatis fuere [a] Atteius Capito, qui Offilium ſecutus eſt, Antiſtius [b] Labeo, qui omnes hos audiuit: inſtitutus eſt autem à

Trebatio. Ex his Atteius conſul fuit. Labeo[c] noluit, cum ei offerretur ab Auguſto conſulatus, quo [d]ſuffectus fieret, & honorem ſuſciperet: ſed plurimum[e] ſtudijs operam dedit, & totum annum ita diuiſerat, ut Romæ ſex menſes cum[f] ſtudioſis eſſet, & [g] ſecederet ſex menſes, & conſcribendis libris operam daret. Itaq; reliquit quadraginta uolumina, ex quibus plurima inter manus uerſantur. [h] Hi duo primum[i] ueluti[k] diuerſas ſectas fecerunt. Nam Atteius Capito in ijs quæ ei tradita fuerunt, [l]perſeuerabat. Labeo[m] ingenij qualitate & fiducia doctrinæ, *qui &[n] cæteris operibus ſapiētiæ operam dabat, plurima[o] innouare inſtituit. Et ita Atteio Capitoni[p] Maſurius Sabinus ſucceſsit: Labeoni, Nerua: qui adhuc[q] eas diſſenſiones auxerunt. Hic etiam [r]Nerua[s] familiariſsimus Cæſari fuit. Maſurius Sabinus[t] in equeſtri ordine fuit, & publice[u] primus ſcripſit, [x]poſteaquā hoc cœpit beneficiū, à Tiberio Cæſare (hoc tum illi conceſſum erat). Et ut[y] obiter ſciamus, ante tempora Auguſti publice reſpōdendi ius nō à principibus dabatur, ſed qui [z] fiduciā ſtudiorum ſuorum habebant, conſulentibus reſpondebant: neq; reſponſa utiq;[a] ſignata dabāt, ſed plerūq; iudicibus ipſis ſcribebant, aut[b] teſtabantur qui illos conſulebant.

*Tex. Nor. habet, quod præceteris ſapientiæ operam dedit.

a ATTEIVS Capito.) Iſauo Centurione, & patre Syllano prætorio in urbe Roma principem in ciuilibus ſtudiis locum adſecutus eſt, ut ſcribit Corn. Tacit. libro III. in fin. Erat magni in ſenatu nominis, ut ei & Aruncio coërcendi fluuii Tyberis tunc exundantis cura à Cæſare demandaretur: qui cum conſuluiſſent, uicina flumina & lacus ex quibus Tyberis augeretur, uertenda eſſe, non eſt recepta eorum conſultatio, tanquam municipiis pernicioſa. teſtis idem Corn.

Corn. libro I. Is Atteius nephas eſſe ſanciuit, deorum formas inſculpi anulis, ut Macrob. docet lib. V II. Videbatur is Iureconſultus nonnihil obſequentior in principem. Nam cum L. Ennius eques Roman. maieſtatis accuſaretur, quòd effigiem principis ad uſum argenti promiſcuum uertiſſet, Cæſar autem crimen leuiculum ratus, eum inter reos recipi uetuiſſet, Capito parum conſtanter in gratiam principis crimen magnificauit: quo nomine Corn. lib. III. eum infamia onerare uidetur, quòd cum diuini & humani iuris eſſet ſciens, bonas domi artes dehoneſtauiſſet. Multa ſcripſit, & inter alia in libris collectaneorum, inſigne tribunorum decretum de Mancino ædili narrat, qui cum ſeſe à meretrice lapidibus ictum conquereretur: iuſtè offenſum eſſe, qui in magiſtratu eſſet, tribuni decreuere, quòd fores ſcorti ui erupiſſet: quod eleganter Gell. lib. IIII. tradidit, qui eius Iureconſulti ſæpe meminit. Velleius Paterculus, cum alicubi Capitonem ſenatorii ordinis, patruum ſuum fuiſſe ſcribit, cõiectura temporis ducor hunc fuiſſe Capitonem.

b LABEO.) Hunc Labeonem, legum atque morum populi Romani, iuriſq; ciuilis doctum apprimè fuiſſe, Gellius libro XIIII. ſcribit: cæterum nimia quadam libertate agitatum, ut qui uel Augusti temporibus, ſub cuius manu omnia erant, nihil ratum haberet, niſi quòd in Romanis antiquitatibus iuſtum inueniſſet: atque adeò ad tribunos plebis interpellatione mulieris uocatus, uenire non uoluit, quòd diceret eis non eſſe poteſtatem in ius uocandi: quod & apud Feneſt. legas. Deniq; cum Auguſtus ſuper eligendo triumuiro, ſenatus legendi cauſa patres conuocaſſet, is Labeo M. Lepidum inimicum Cæſaris elegit: & interrogatus, num alii digniores legi poſſent: reſpondit, ſuum cuiq; iudicium eſſe: adeò libertas in eo uelut in contumaciam creuit. autor Sueton. Hunc libertatis ardorem Labeo à patre ſuo habuiſſe uidetur. qui & ipſe Labeo nominatus, cum cæteris contra Cæſarem cõiurauit, ut Plutarchus ſcribit. Deinde Bruto & Caſſio bello deficientibus, ſeſe interfecit, ne ſeruienti reipublic. ſubderetur: de quo Appianus libro IIII. Labeo (inquit) ſapientiæ nomine illuſtris, Labeonis eius parens, cuius ob legum experientiam celebre nomen eſt, locum in tabernaculo ad corporis ſui modulũ effodit, & ordinatis quæ ad domum pertinerent, ſeruo iugulum obtulit. Hic noſter Labeo, ut autor

tor eſt Auguſt.lib.11.de ciuitate Dei,numina bona à malis, cultus diuerſitate diſtinxit: malos Deos cædibus & ſupplicijs propitiari,bonos lætis obſequiis, qualia ſunt ludi, conuiuia,lectiſternia,uenerari docens.

c NOLVIT.)Pulchrè is rationem conſtituerat, prudentiq; uſus conſilio comprobatur, qui magiſtratu abſtinuit. Animi enim ornamenta, ut Hierony.in Eccleſiaſte inquit, ex bona conuerſatione,non ex tumenti & ſuperflua dignitate naſcuntur.Denique fortuna,quo altius euehit,ut Agamemnon dicebat apud Senec.hoc magis uarios caſus timere conueniet.Siquidem in publica hominum ambitione, calumniatoribus recta in deterius torquentibus,hominis iuſti parum tuta ſimplicitas eſt.Accedit quòd lubrici ſunt,ut ille inquit, humanorũ gradus aſcenſuum,tremulus uertex,horrendum præcipitium. Aegrè conſcenditur ad eminentem ſtatum,anxiè ibi conſiſtitur,grauiter inde & repentè deſcenditur:nam & Sæpius uentis agitatur ingẽs Pinus,& celſæ grauiore caſu Decidunt turres,feriuntq; ſummos Fulgura montes. Quanto ſecurior aurea fuerit mediocritas,quam hic Labeo,ſuperius Scæuola ſecuti ſunt! intra cuius fines qui ſe continet, uitam ille rectam & tranquillam continebit, inuidendæq; aulæ periculis non concutietur.Mediocres enim ciues, ut eſt teſtis Ariſtot.libro IIII.Polit. nec inſidiis appetuntur, nec fraudibus ſuccumbunt.C.Octauius iam tum adoleſcens, ſumma cum periculo potius quàm humilia tuto propoſuit, proſequiq; maluit, ut ſcribit Velleius Paterculus.

Mediocritatis commoda.

d SVFFECTVS.)Conſules qui ex ordine creati, magiſtratum principio anni inibant,ordinarii:intra uero annum uita functis,ii qui in locum eorum ſubmitterentur, ſuffecti dicebantur.teſtis Lampridius.Nam ſufficere,ſubmittere eſt, ut ſuprà diximus.Ioan.Francis.Picus in hymno ad uirginem: Tu linguæ pia uerba precor,tu ſuffice carmen.Claudius Imperator apud Sueto.nouo circa principem exemplo in locum demortui conſulis ſuffectus traditur.fa. gloſſ.in l.ij.in fi.C.de offic.eius qui uicem. Et hi uicem gerentes, etiam ordinarii erant,non delegati.gl.ut ſuprà.Vide quæ dixi in l.moræ.de iur.omn.iud.Alex.in rubr.de offic.eius cui eſt mand.iuriſd.

Sufficere quid.

Remittit ad ſuã lecturam.

e STVDIIS operam dedit.)Itaq; non ex ignauia magiſtratus contempſit,non delegit iners ocium, ut cum Mario ab octaua biberet: ut poculis, ſcortis, impuritati, nequitiæ uacaret,ut

ret,ut heſternam ructaret cum Antonio crapulam:ſed ut ſtudiis operam dando,prodeſſet poſteritati: ut rempubl.cuius in publicum adminiſtrandæ ſubire honorem noluit, priuatus adiuuaret.Habet enim,pro ſententia Senecæ,ubi in priuato etiam latè ſeſe explicet magnus animus,qui etſi ociū ſuum abſconderit ſingulis,tamen & uniuerſis prodeſſe ualet, ingenio,uoce,conſilio.Siquidem nec ille ſolus militat,qui in acie ſteterit,cornuq; dextrum uel læuum defendit:ſed & qui portas tuetur, & ſtatione minus periculoſa, non tamen ocioſa fungitur. Vel an ille plus præſtiterit, qui inter peregrinos & ciues prætor adeuntibus ius dicit,qui de pace,de bello deliberat:an is qui uirtute inſtruat animos quid ſit iuſtitia, quid pietas,quid ſapientia,quid fortitudo,edocet? Ergo Labeo noſter,qui tempus in ſtudia contulit, qui publicarum rerum uicem domeſtico labore repoſuit, etiam in priuato publicum negocium egiſſe cenſebitur: & fortè tum melius, quòd nec ambitione,publica peſte,premeretur, nec calumniatorū carnificinam metueret.

f STVDIOSIS.)Sic Tifernus, operam,ait,uigilanter amicis, aut ſtudiis, quæ ſunt munera noſtra, damus. Studioſos quibus Labeo familiariter uſus eſt, non de media plebe ſumptos, ſed de principibus in republic.uiris fuiſſe coniicimus: quamuis enim Labeo honorem non cuperet, ut magiſtratus eſſet, homo tamen ciuilis, & ad publicam utilitatem natus, primariis coniunctus uiris, doctrina, conſilio, præceptis eos adiuuiſſe creditur.Siquidem ut eſt apud Plutarch.quem magnus Eraſmus Roterodamus è Græco Latinis tradidit, is ciuilis philoſophiæ fructus eſt, reipublic. prodeſſe, exhibere iuſtitiam,condere leges: & quæ honeſtis conferant rationibus,eorum inſcribere animis qui rempublic.adminiſtrarint. Cæterum muta quies,ut Plutarchi, uel potius Eraſmi uerbis loquar, uitaq; ſedentaria in ocio ſemota, non corporibus modo,uerumetiam animis marcorem conciliat. Dandam eſſe remiſsionem animis Seneca docet: meliores enim acrioresq; requieti ſurgent. Vt enim fertilibus agris non eſt imperandum(citò enim exhauriet illos nunquam intermiſſa fœcunditas) ita animorum impetus aſsiduus labor frangit. Siquidem ex aſsiduitate laborum, animorum hebetatio quædam & languor enaſcitur.Et paulò pòſt legum conditores, feſtos inſtituerunt dies,ut ad hilaritatem homines publice cogerentur,tan

tur, tanquam neceſſarium laboribus interponentes temperamentum: & magni uiri quidam, ſibi menſtruas certis diebus ferias dabant: quia aliquem diem inter ocium & curas diuidebant. Seneca de tranquillitate uitæ.

g SECEDERET.) Pertinacem laboris perſeuerantiam, robur & animi & corporis deiicere, atq; ita labores leniri intermiſsione, & Plato & Philo docuere. Ocia enim, ut Ouidius ait, & corpus alunt & animum: Immodicus contrà carpit utrumq; labor. hoc eſt quod uulgò dicitur, non eſſe durabile, quod alterna requie caruiſſet. Pulchro uſus fuiſſe temperamento Labeo uidetur, qui anni curriculum ita diſtribuit, ut partem ſtudioſi, partem ſtudia uendicarent: illic enim alterna rerum optimarum diſceptatione animum eatenus remittebat, quatenus hic ad præclariora ſcribenda redderetur illuſtrior. Feſtos dies Iureconſultos inſtituiſſe Seneca docet, neceſſarium laboris temperamentum. Druſus tamen apud eundem conqueritur, ſibi uni ferias nunquàm contigiſſe.

h HI duo.) Capito & Antiſtius Labeo, quos ſuprà recenſuerat eſſe diſcipulos Offilii & Trebatii. Fuiſſe illos ætate Cæſaris Tiberii duo pacis decora, Cornel. Tacit. lib. III. in fine ſcribit. Sed Labeo incorrupta libertate conſpicuus, & ob id fama celebratior, Capitonis obſequium dominãtibus principibus magis probabatur. Labeo intra præturam ſtetit, Capito conſulatum adeptus eſt: adeò obſequium amicos, ueritas odium parit. Sed præſtat intra fines ueritatis & libertatis aduerſa pati, quàm cum adulabili impoſtura dominari.

i VELVTI.) Hæc dictio licet ſub umbra ponatur improprietatis, ornat tamen perquàm accuratè, capitúrque pro eo quod uulgò dicimus, Vt ita loquar. Salluſt. in Catilin. Inconſultò, ac uelut per dementiam cuncta agebat. Idem: Tãta uis morbi atq; ueluti tabes pleroſq; militum animos inuaſerat.

k DIVERSAS ſectas.) Ex quodã naturæ nixu fit, ut homines facile diſſentiãt. l. itē ſi unus. §. principaliter. ff. de arbit. Velle enim ſuũ cuiq; eſt, ut ille inquit, nec uoto uiuitur uno.

l PERSEVERABAT.) Argumentũ quòd à præceptorum doctrinis non ſit facilè recedendum: diſcentem enim credere oportet, ait in Elenchis Philoſophus. Et Seneca, præceptores deorum ritu colendos exiſtimat. Sed & hic diſcretio habenda eſt: perſeuerandum enim in eorum traditionibus fuerit, quoad ueritas patiatur. Non enim bene inueniendis utetur,

Quatenus præceptoribus fidē dum.

ut

ut quidam ait, qui melius iam inuenta contempſerit. Quòd ſi declinarint à uia, eorum doctrina uel diſtinguenda eſt, uel cum temperamento accipienda, ut honor præceptori habeatur, ſimul & ueritas aſſeratur: quod Caſsius noſcitur feciſſe in l.dicere.infrà de arbitr.& Paulus in l.j. §.adipiſcimur. in fin. §.infrà de acquiren.poſſeſ.l.illud quoque.in princip.infrà de petit.hæred.l.ſi cum exceptione. §.ſed ſi quis.infrà quod met.cauſ.cum ſimilibus. Temeritatis enim notam eſſe, Pariſienſis Cancellarius dixit, uiros ſapientiæ gloria conſpicuos uel ſtatim errori ſubdere, uel quod temperata reſolutione placari poterat, uelle ſubuertere. At uero ſi intolerabilius aberrarint hi, qui nos docuere, hic ab eis ſine trepidatione recedendum puto: Plato enim mihi amicus, amicior ueritas. Quapropter Cicero in lib. de Finibus bon.& mal. leuitati & inconſtantiæ adſcripſit, aut falſum ſentire, aut quod non ſatis exploratè traditum ſit uelle defendere. Ciceronem nulla uincula ligarunt ullius diſciplinæ, quin ex omnibus, ut ipſe de ſe in 11. Tuſcul. fatetur, libaret, quòd quenq; maximè uarietatis ſpecies moueret. Sic & Horatius: Nullius addictus iurare in uerba magiſtri: quocunque cum tempeſtas rapuit, eô deferebatur. Proinde inſtituta quorundam excuſare nõ poſſum, qui Accurſianas gloſſas, aut Bartoli ſcripta tam enixè defendunt, ut ab eis non eſſe recedendum arbitrentur, ubi etiam proprio eorum conſtet iudicio, diuerſum in puncto iuris eſſe uerius. Quæ (malùm) funeſta res eſt, ruinoſis maiorũ traditionibus ita hærere, ut ueritatis deſeratur ratio? Quo non reatu dignos putes, qui lucem oſtendant, ſequendas tamen tenebras ſuaſerint? Nos gloſſas & Bartolum magna ueneratione dignos quidem eſſe ultro fatemur, ut qui obſcura quamplurima nobis peruia fecerint: ſed non ita aſſerendos, ut errata eorũ tueamur: homines enim fuere, errori & lapſui, pro Ciceronis ſententia, ſubiecti. Equidem ex eorum doctrinis ſuccum colligo, non totas herbas deuoro, ne dum ſalubria quærimus, ut Auguſtinus dixerat, lædentia miſceamus. Hoc ſi iuris noſtri profeſſores, uiri alioqui laudati & eminentes facerent, & non peruicacius gloſſæ, tanquam neſcio cui barbaro, inepto & inſipido, nedum ſtultiſsimo caroctio adhærerent, iam legis ueritas planior eſſet & apertior: plurimumq; iſti faſtidioſi quorundam & erroribus pleni commentarii uel tollerentur de medio, uel reſecarentur, in quibus immixta

mixta ueris paſsim non uera uagantur. Quàm mihi fideles uidentur interpretes, qui primorem in textibus elucidandis inſumunt operam: in gloſsis uerò & Doct. commentariis non ad unguem omnia, ſed quæ utilia, quæ uera ſunt, clarè, apertè, & planè exponant: ut ſic fidelis lectio non ex opinionum procellis pendeat, ſed quid ueritas moribus utentium accommodata obtineat, collimato ordine conſequatur.

m INGENII qualitate.) Salluſt. dicebat, integrum ingenium inter bonas artes breui adoleſcere: nihil enim eſt tam difficile, quod ingenii acumine inueſtigari non poſsit: cuius nobilitatem etiam auro prçferendam eſſe, Ouid. exiſtimauit. Et certe nihil inuita dices, faciésue Minerua: male enim reſpondent coacta ingenia, ut Seneca docet.

n CAETERIS operibus ſapientiæ.) Labeo alias etiam philoſophiæ doctrinas attigit, quod & Gellius XIII. tradidit, qui Labeonem Antiſtium iuris quidem ciuilis diſciplinam principali ſtudio exercuiſſe ſcribit, & de iure publice reſponſitaſſe, cæterarum tamen artium non fuiſſe expertem. Et ſanè, cum iuris prudentia ex uera philoſophia pendeat, l. j. infrà de iuſti t. & iur. cum lex ſit dogma ſapientum, imò & commune præceptum, uirorumq; prudentum conſultio, l. j. & l. ij. infrà de legib. & omnino ex diuinarum conſtet humanarumq; rerum notitia, l. iuſtitia. ſuprà de iuſtit. & iur. quomodo qui nullas philoſophiæ partes cognouit, qui nec dialecticas rationes, nec ullam elegantis Latinæ rei cognitionem unquam habuit, quinetiam omnium optimarum diſciplinarum ignarus, quæſtuaria quædam fori uaframenta ex Spec. uulgatisq; commentariis conquiſiuit, quomodo inquam is Iuriſperitus recte nominabitur? uel quomodo illuſtres illos Iureconſultos, omnium propémodum doctrinarum eruditione claros tractabit? Quomodo in legibus ex ueritate colligendis uerſabitur, cui ſi à uulgatis iſtis Salicetis, Curtiis, & aliis id genus commentatoribus diſceſſerit, cum optimis literis nihil commune fuerit? Quàm putas ingenti laude utroſque Sozinos & Iaſonem prædicari conueniat, qui cum ſint iuris cognitione illuſtres, in aliis tamen optimis ſcientiis, cum ſolida eruditione ſunt uerſati? Quibus quid eſſet abſolutius, ſi in elucidanda ciuilis ſcientiæ ueritate, Labeonis inſtituta (quod ex ingeniorum eminentia poterant) frequētius quàm Capitonis ſequerentur? Sed communis opinionis ita hæc ſit

Sozinorum & Iaſonis laus.

nomen,

nomen, ut qui etiam cum ueritate aliter ſentiat, furere, inſanire, errare dicatur: de quo tamen mox plura.

O INNOVARE inſtituit.) Miſerum eſt, ait Iuuenalis, aliorum incumbere famæ. Siquidem ueluti horrea citò expēduntur, niſi augmento reponas: theſaurusq; facilè profunditur, qui non inſtauratur: ita pro ſententia Caſsiodori, humanus ſenſus niſi nouo ſarciatur inuento, citò attenuatur de proprio. Quapropter Labeo fiducia doctrinæ fretus, nō quidem à fune præceſſorum, ut Capito, pependit, ſed ſine cortice nare perrexit, ut & innouaret & dilataret, quo poſteritati conſuleret. Et licet aliàs in rebus gerendis noua & inſolita moliri non ſit ſine periculo, l. ſi negocia. infrà de neg. geſt. tamen in doctrinis non eſt ita: quæ cum quotidie incrementum ſuſcipiant, argum. l. legatis. §. ornatricibus. infrà de leg. iij. ſemper laborandum eſt, ſi acceſsione aliqua ſtudia illuſtrari poſſint. Hoc eſt quod Iulianus Iureconſultus dicebat, Si alterum pedem in ſepulchro haberet, ſeſe addiſcere uelle, quòd ea ſola recta ſit uiuendi ratio. l. apud Iulianum, infrà de fideicom miſſ. libert. Sic & Solon in extremam uſque ſenectam literis incumbere deſiderauit. Et dicebat Auguſtinus ad Hieronymum, nullam ſibi ætatem ſeram ad diſcendum uideri. Quæ enim mens rationibus agitandis, exquirendisque alitur cum oblectatione ſolertiæ, eam ſuauiſsimo literarū foueri paſtu, Cice. in Tuſcul. teſtatur. Ita tamen nouandum puto, ut utile ſit quod ſcribatur, ſit commodum, incognita referat, ueritatis profunda aperiat. Verboſos enim quorundam commentarios non laudamus, qui aliorum ſcripta faſtidioſe repetunt, diſceptant in iis quæ obmitti poterant, inutiliumq; quęſtionum ſyrmatis folia complent. Eſt porrò hic argumētum, non ſemper communibus opinionibus eſſe inhærendum, nō ſemper uerba togæ ſectanda: ſed innouandum aliquando, dum ueritas comitetur: cum poſsit aliquando unius deterioris fortè aſſertio, peritiores alios ueritatis ſententia ſuperare, ut dicit Imperator in l. j. §. ſed neque ex multitudine. C. de uet. iur. enucl. Fit quoque ſæpe ut communes opiniones non ex ueritate, ſed uelut ex fauore conſpirato eorum prodeāt, quorum doctrinas etiam ſi textu aliquo iuris non fulciantur, tueri pergimus. Nonnūquam etiam negligentia in cauſa eſt, ut dum quæ ab aliis ſcripta ſunt, ſine altiori inquiſitione aliis tradimus, & illi aliis, & ita deinceps, facile euenit, ut communes

Innouare periculoſum, illuſtrare præclarum.

nes opiniones oriantur. Et ſicut olim in palæſtris primus eur ſu defatigatus lāpada ſequēti dedit, & illi alii: ita fit ut apud pleroſq; Doctores, conſulta eorum nō tam ex animi ratione, uerią; fundamentis, quàm ex alienis uocibus colligantur. Iafredus Paſſerius clariſsimus iuris utriuſq; Doctor, olim Fiſcalis, nunc Cancellarius illuſtris ducis Sabaudiæ, uir cū doctrina celebrabili humaniſs. nobis nuper Raphaëlem allegabat, qui communes opiniones ouium gregi compararet: eò enim uniuerſum gregē tendere, quò prima ouis curſum direxiſſet. Deniq; opinionibus cōmunibus tantum tribuunt nonnulli, ut eas ſequi oportere cenſeant, etiam ubi ſuſpicentur ueritatē iuris eſſe in contrarium. Nos cōmunes opiniones ſequimur, cum uel textibus muniantur, uel certè nulli textus nulláue ratio iuris apertè refragetur: alioquin impune ab eis non ſolum recedimus, ſed etiam aliquando nomen cōmunis opinionis ſuſpectum habemus, cū ſæpenumero in re ambigua in utrāq; partem cōmunis citetur opinio: ut quod ratione nō poſſunt, cōmunis opinionis prætextu pergant euincere: quod nō poteſt non eſſe multum deteſtabile, utpote quòd legalis ſapientiæ puritas, exitiali iſto abuſu imputetur, ſanctiſsimarumq; legum ſcita, recta alioqui, in ambiguum detruſa, pro quæſtu huc & illuc emētitis fortè teſtimoniis figantur & refigantur, in uulgoq; tanquam fraudum aucupia euileſcant. Nec tamen ignoro complures eſſe bonos, eruditosq; uiros, qui eo nomine cōmunes ſine alio delectu opiniones ſequantur, quòd in portu, quàm in alto mari nauigare putent eſſe ſecurius: quos etſi nec probo, nec admodum oppugno, cōmonuiſſe tamen uelim, ſæpe in portu periclitatos fuiſſe, qui in alto tuti fuiſſent. Petrum Saluator in profundum ducere nauem iuſsit, ad dexteram tamen, ut cum fructu piſcaretur. Ita nos, ſi ad dexteram nobis ſcopus dirigitur in altum, ab opinationibus recedentes, ſæpenumero ueritatis rete cum fructu expandimus, ubi in opinionū portu, ſi modò portus eſt, & nō naufragiū, mergeremur. Conſtat præterea eſſe pleroſque, qui cōmunes opiniones ideo præferūt, quia iudices eiſdem opinationibus facile flecti poſſe confidunt: quam rem neſcio an periculis, & quidem præſentibus plenam putarim. Ferunt iudicem qui à communibus opinionibus recedat, litem ſuam facere: qua traditione ſimpliciter accepta, nihil poteſt eſſe falſius. Equidem fateor communi aſſertioni, ſed quæ textibus iuris fulciatur,

Communes opiniones quomodo ſequendæ.

ciatur, aut cui nulla ſit lex contraria, ut ſuprà diximus, hærendum eſſe: ſed in uniuerſum communibus niti opinionibus, ſi uel textus iuris aut ratio manifeſta repugnet, hoc nos certam ueritatis peſtem dicimus & conteſtamur: quas niſi iudex fugiat, & ſeſe & animam ſuam damnabit, & iura partis ſubuertet. Vide qui ſapis, qui probus es, qui iuris ueritatem amas, quàm ancipiti periculo cõmunes opiniones conſiſtant. Si enim textibus fulciuntur, iam non quia communes ſunt, ſed quia iuris ſunt, etiam ſi ſolus quiſpiam docuerit, obtinebunt: ſin textibus obuient, tanquam Syrtes ſunt euitandæ. Sed plus nimio euagamur, ſcientes quàm in plura nos diuerſa ſentientium iudicia incidimus. Communi opinioni ſine delectu fidere, & ab ea ne latum quidem unguem uelle recedere, quàm ſit intutum, noſtri ſingulares Intellectus edocent.

p MASVRIVS Sabinus.) Equeſtri ordine fuit, ut in tex. ſequitur, cuius ſæpe Gell. meminit. Inter illuſtres fuiſſe Iureconſultos ex uerſu Perſii colligitur, cum dicit: Cur mihi non liceat iuſsit quæcunque uoluntas, Excepto ſi quid Maſuri rubrica notauit?

q EAS diſſenſiones.) Semper hic morbus literarum ſtudia inuaſit, & inuadet, quòd in diuerſas ſectas diducimur, dum quiſque ſuos præceptores plus æquo præferre cupit, ut alibi diximus. Eſt quidem reuerentia præceptori exhibenda, ſed uſq; ad áras, & quouſq; honeſtas patiatur.

r NERVA.) Cocceium Neruam ſignificari puto, de quo in ſequenti gl. dicemus.

s FAMILIARISSIMVS.) Ex Cornel. Tac. lib. IIII. & V. comperimus Neruam Tiberio Cæſari ſingulari fuiſſe familiaritate iunctum. Nam & Cæſarem dum in Campaniam ſecederet, comitatus eſt. Et cum is Iureconſultus moriendi conſilium iniiſſet, à Cæſare ut uitam produceret, eſt cohortatus. Sed uerba autoris ſubdere placuit: Cocceius (inquit) Nerua continuus principis, omnis diuini humaniq; iuris ſciens, integró ſtatu, corpore illæſo, moriendi conſilium cœpit: quod ut Tiberio cognitum, adſidere ei, cauſas requirere, addere preces, fateri poſtremo, graue eſſe conſcientiæ ſuæ, graue famæ ſuæ, ſi proximus amicorum Cæſaris, nullis moriendi rationibus uitam fugeret. auerſatus ſermonem Nerua, abſtinentiam cibi coniunxit, donec uitam efflaret. Dicebatur integerrimus ille uir mala reipubli. proxime futura præuidiſſe,

atque adeò dum integer, dum intentatus eſſet, honeſtum finem uoluiſſe.

t IN equeſtri ordine.) Statu, ſerie, dignitatis eminentia. Eſt enim ordo, diſcretio ſtatus, hominum conditioni accommodatus. Gnato apud Terentium, quendam ſui ordinis hominem, id eſt, conditione pauperem, ſe conueniſſe dicit. Cice. in prima Verrina contra Cæcilium, Veſtri, inquit, ordinis reos: fures putans & ſeruos nequam, ut Aſconius exponit. Sic in l. j. §. ſed & ſi ſeruus. infrà de uentre inſpic. prouidetur, ut ordinum & dignitatum ſalua ſit ratio. Origenes in Leuitico, duodecim ordines rationalis creaturæ eſſe, ex duodecim tribubus colligit. Erat & in militia ordo, qui ex certo numero militum conſtabat: eius ordinis ductorem Primipilum nominarunt. Apud Roma. tres præcipuos ordines fuiſſe, nemo eſt qui ignoret, ſenatorium, equeſtrem, & plebeium. Primi ordinis patritii erant, & ii qui in ſenatum legerentur, apud quos maieſtas Romani imperii erat, antequam omnia in principem transferrentur: quapropter ampliſsimum eum ſæpe Cicero nominat. Spectandi locum in theatris primum habebant, Orcheſtram appellatum. Poſt Senatores equeſter ordo medius erat: equites dicti, quòd equis publicis mererent. Eorum inſigne fuere anuli aurei, quibus à plebe diſtinguerentur: apud quos & iudiciorum poteſtas erat. Ab equeſtri ad ſenatoriam dignitatem aſcendi poterat. Equeſtria in theatro loca, XIIII. gradibus concludebantur, qui & ipſi ordines dicuntur. Sæpe enim apud autores, Suet. Iuuenal. & cæteros de XIIII. ordinibus mẽtionem fieri inuenies, per quos equeſtria loca XIIII. graduum nomine intelligi conueniet. Infimus ordo plebeius fuit, intra quem numerabantur qui ciues Romani, & ex aliqua tribu eſſent: loca eorum in theatris popularia dicta. Eius ordinis liberti non fuere capaces, niſi eſſent uindicta manumiſsi, ut ſuprà diximus in §. initium. unde nec ciues Romani erant, nec tribules, id eſt, tribubus inſerti. Quod cum Accurſium, uirum alioquin eminentiſsimum præteriret, uidetur in l. patronus. in principio. infrà de legatis tertio. nonnihil declinaſſe: cum enim ibi patronus hęredem grauaſſet, ut liberto tribum emeret, hoc eſt, ut in aliquam tribum Romanam inſereretur, libertus autem antè moreretur, relicto quodam hęrede clariſsimo, deciditur ibidem, æſtimationem ipſius tribus, non tribum deberi. Non enim neceſſe

Ordo quid.

Romanorũ ordines tres.

Senatorius,

Equeſter,

neceſſe erat, hæredi dicti liberti tribum emere, quam is, ut qui clariſsimus eſſet, habuit. qui eſt intellectus facilimus. Accurſius ibi ridicula quædam miſcet, tribum, id eſt, progeniem ſeruorum exponens, & quædam uana ſuper uerbo, deberi, adducens: quæ dum legerem, riſum cohiberi non potui. Sed ut ad præſentia reuertar, Sabinus medio ordine, quem equeſtrem diximus, cõtinebatur: quod tamen ad dignitatem referas, non ad cenſum, ut mox dicetur.

u PRIMVS ſcripſit.) Sed contra §. deinde Sextus Aelius. cum multis §§. ſuprà eod. ubi plures Iureconſulti recitantur, qui priores ante Sabinum plurima uolumina ſcripſiſſe comperiuntur. Sed dic Sabinum primum fuiſſe, qui publicè, id eſt, ex autoritate publica principis ſcriberet. Nam qui ante eum ſcripſere, nulla autoritate, ſed priuato arbitrio uſi ſunt. Hic Sabinus ſæpe à Gellio recitatur, qui & de notis cenſoriis elegantia ſcripſit, ut idem lib. IIII. & alibi.

x POSTEAQVAM.) Hic textus in omnibus quos uidimus libris, ita fuit corruptè ſcriptus, ut nõ ſolũ nulla ſermonis elegantia, ſed nec ullus uel ſenſus, uel intellectus, quin potius monſtroſa barbaries noſtro Iureconſulto minime digna conſpiceretur. Itaque eum periculo noſtro, in hunc, quem ſuprà uidiſtis, tenorem correximus. Sed & Brudæus hunc errorem attigit. Senſus eſt, Sabinum publice ſcripſiſſe, poſtquam hoc beneficium publice ſcribendi cœperat, id eſt, incœperat. Siquidem Tiberius Cæſar idipſum beneficii loco tunc conceſſerat.

y OBITER.) Id eſt, extra propoſitum, & uelut incidenter. Iuuen. pro interea uſurpat: Atque obiter leget, aut ſcribet, aut dormiet intus. Et alibi: Atque obiter faciem liuit, audit amicos. *Verba tex. parentheſi incluſa, non ſunt in tex. Nor.*

z FIDVCIAM ſtudiorum.) Quæ labore, uigiliis, aſsiduitate paritur, non poculis, uoluptatibus, illecebris: quod utinam huius ætatis ſcholaſtici perpenderent, ne non creſcentibus admodum ſtudiis, ipſi modico freti ſtudio decreſcerent. Auditores noſtros, quos & nobiles & alios plures habemus, diligentiæ nomine aſſeueranter commendamus: quos ſuorum ſtudiorum fiducia (quibus terſiorem dictionis elegantiam quantum ſatis eſt, cum ciuili ſcientia coniunxerunt) olim & conſulentibus utiles, & fama præclaros fore ſperamus.

a SIGNATA.) Argumentum quòd conſilia ſignata dari debeant, & hoc ſeruat conſuetudo: pro quo facit Spec. in tit. de requiſ. conſil. uerſ. ſic porrò. qui conſilia iudici ſecretò eſſe præſentanda iubet. Hoc certe neceſſe eſt, ut Doctor ſuo conſilio manu propria ſubſcribat adinſtar notarii. Paul. de Caſt. in l. cũ antiquitas. in fin. C. de teſtam.

b TESTABANTVR.) Scilicet iudicibus: hoc eſt, teſtimonium iuris ſcripti reddebant iudicibus, qui illos conſulebãt. arg. quòd is qui conſulit, dicatur teſtis iuris. Proinde Spec. in tit. de requiſ. conſil. uerſ. item fac eos. Doctores conſulentes iuramẽto adſtringendos eſſe admonet, cum pro teſte ſint, niſi aliqua iuſta cauſa eos excuſet. Quòd ſi ſubſcribens conſilio alterius Doct. teſtificari cenſetur, ut dicit Bald. in l. fi. ſecundo notabili. C. ſi cert. pet. quomodo non qui principaliter conſulit pro teſte habebitur? Quod utinam ii perpenderent, qui partim cæci, ipſi cæca ſcribunt conſilia, cæca iuris teſtimonia firmant, partim conſiliis aliorum, cum nec iura allegata unquam diſcuſſerint, nec acta cauſæ uiderint, ſolo uel lucelli compendio illecti & ineſcati ſubſcribunt, mutuũ teſtimonium Græca fide ferẽtes: quos nõ immeritò Bald. in l. fin. C. plus ual. quod. ag. deteſtari uidetur. Siquidem ex eorũ cæcis teſtimoniis mens iudicantis fallitur, & ſubuertuntur iura litigantium.

¶ Primus diuus Auguſtus, ut maior Iuris autoritas haberetur, conſtituit, ut ex[a] autoritate eius reſponderent, & ex illo tempore peti hoc[b] pro beneficio cœpit. Et ideo optimus princeps Adrianus, cum ab eo uiri prætorii peterent, ut ſibi liceret reſpondere: reſcripſit eis, hoc[c] non peti, ſed præſtari ſolere: & ideo ſi quis fiduciam ſui haberet, delectari ſe populo, ad reſpondendum ſe præpararet.[d] Ergo Sabino conceſſum eſt à Tiberio Cæſare, ut populo reſponderet:[e] qui in equeſtri ordine iam grandis natu, & ferè quinquaginta annorum receptus eſt:[f] huic nec amplæ facultates fuerunt, ſed[g] pluriſmum à ſuis auditoribus ſuſtentatus eſt. Huic ſucceſsit

ceſsit[h] C. Caſsius Longinus natus ex filia Tuberonis, quæ fuit neptis Seruij Sulpitij, & ideo proauum ſuum Seruium Sulpitium appellauit: is & conſul fuit cum Quartino, temporibus Tiberij, & plurimum in ciuitate autoritatis habuit, eouſq;, donec[i] Cæſar eum ciuitate[k] expelleret. Expulſus ab eo in Sardiniam, reuocatus à Veſpaſiano, diem ſuum obijt. Neruæ ſucceſsit[l] Proculus. Fuit & eo tempore Nerua filius: fuit & alius[m] Longinus ex equeſtri quidem ordine, qui poſtea ad præturam uſq; peruenit. Sed Proculi autoritas maior fuit: nam & ipſe plurimum potuit, appellatiq; ſunt partim Caſsiani, partim Proculiani:[n] quæ origo à Capitone & Labeone cœperat. Caſsio[o] Cælius Sabinus ſucceſſit, qui plurimum temporibus Veſpaſiani potuit. Proculo Pegaſus, qui tẽporibus Veſpaſiani præfectus urbis fuit. Cœlio Sabino[p] Priſcus Iabolenus: Pegaſo[q] Celſus pater: patri Celſo Celſus filius, & [r]Priſcus Neratius, qui utriq; conſules fuere. Celſo quidẽ,[s] & iterum Iaboleno Priſco Eburnius[t] Valens, & Tuſcianus, item[u] Saluius Iulianus.

a AVTORITATE.) Collig. hinc Doctorum creandorum emerſiſſe originem, ut ea facultas de iure reſpondendi nõ temere cuilibet liceat, niſi principis acceſſerit autoritas, interueniente tamẽ publicorum gymnaſiorum examine, ut in tit. C. de profeſſ. & med. libro x. Qui enim præter ſcientiæ meritum magiſterium ſuſcepit, inaniter dici quod non eſt, concupiſcit: ut in homilia Maximus dixerat.

b PRO beneficio.) Non planè uideo, in quo id beneficii reſideret: nec enim credo ea beneficia ex mercedum quæſtu conſtitiſſe, quandò ſanctiſsima res eſt ciuilis ſapientia, quæ precio nummario non æſtimetur, l. j. §. proinde. infrà de uar. & extra ord. cog. Sed coniicere licet fauorem eos populi meruiſſe, & per hoc aſcenſum ad reipub. gubernacula patuiſſe,

ſi quos fortè cretata ambitio tenuiſſet, ut honoribus adipiſcendis uelificari pergerent, arg. eorum quæ habuimus in §. poſt hunc maxime. ſuprà eo. & in proœ. Inſtit. in fin. Deniq; & conſulentibus honoraria largita fuiſſe nõ negauerim: quæ tamen initio reſponſorum ab ultro offerentibus accipi poterant, peti in iudicio non poterant, quod fortè textus in d. l. j. §. proinde. ſignificat, ſi modo nomine ſacramenti reſponſa peritorum intelligantur. Verum quamuis facultas reſpondendi de iure pro beneficio haberetur, non tamen caruit periculo. Nam Doctor qui conſuluit in cauſa aliena, etiam in propria ſequi id quod cõſuluit, tenetur: ut eleganter uoluit Ang. in l. j. infrà quod quiſq; iur. quod & Cic. ſignificare in oratione pro L. Muræna uidetur.

Iurecõſultorũ honoraria.

c NON peti, ſed præſtari ſolere.) Hoc eſt, non ſolum peti, ſed præſtari ſolere: nt hæc dictio, *ſolum*, ſubintelligatur, per elegantem loquendi figurã, de qua infrà in Antinomiis. Cæterum Accurſ. & omnes Accurſiani hunc locum male accipiunt, uolentes quòd facultas de iure reſpondẽdi, inhoneſte peteretur, licet honeſte concederetur, per d. §. proinde. cum multis ſimil. quæ huc aduehuntur: quæ omnia tam ſunt ad hunc textum impertinentia, quàm ab ipſa luce tenebræ diſtant. Quomodo enim inhoneſte peteretur iuris reſpondendi facultas, quæ ab Auguſto uſq; ad Adrianum plus centum annis peti conſueuit? id quod iam antè textus noſter dixerat, quòd uidelicet ex illo tempore peti illud pro beneficiis cœperit. Non eſt ergo ea res unquam inhoneſte petita, quæ tot annos à tot claris uiris petita fuit, & hodię in pompis creandorum Doctorum cum inſigni ſolennitate peti ſolet. Proinde dictio *Solum*, ſubintelligenda uenit, ut ſuprà declaraui. Verus igitur ſenſus eſt, peti quidem poſſe ut de iure reſpondeatur, cæterum non decere ut ad ſolam petitionem ea facultas concedatur, niſi is qui petit, præſtiterit, hoc eſt, facto comprobet ſe idoneum, ut ea autoritate prærornetur. Præſtare enim eleganter pro eo ſumitur, quod eſt facto & opere oſtendere: ut cum dicimus, Præſta te uirum cui credi poſsit. Sic Liu. lib. xi. ſcribit, Fabium Max. cum filio ſuo legatus daretur, operã ſuam pollicitum fuiſſe & præſtitiſſe, id eſt, facto oſtendiſſe. Dicebat Lactantius, loqui facilè eſſe, præſtare difficile. Rectè itaq; in præſentia Adrianus reſpondendi munus non peti, ſed præſtari ſolere dicebat: hoc eſt, non ad nudam petitionem,

nem, ſed tunc concedi ſolere, quando petens facti euidentia idoneus uideretur. & hoc oſtendunt uerba ſequentia, cum infertur, ſi quis fiduciam ſui haberet delectari ſe populo ad reſpondendum: hoc eſt, ſi quis fiducia ſui delectaretur eo munere, is ſe præpararet, hoc eſt, aptum oſtenderet. qui intellectus uerus eſt, facilis & expeditus. Ex quo collige, non alium niſi iuſtum, honeſtum laborem, pro Ciceronis ſententia, honoribus, præmiis, ſplendore decorari. Proinde euidens eſt argumentum contra indoctos literatores, quorum alii extortis diplomatis, bullatos, quod uulgò dicitur, titulos circunferũt: alii cum iuſto gradu iuris inſignia ſunt conſecuti, relicto tam eleganti ſtudio, in quo tamen cognoſcendo mirifica ſit ſuauitas & delectatio, ad rhythmos, ad fabulas, ad nugas, ad gerras, ad uernaculas ineptias conuertuntur. Cæterum dolo non carent ſaltem præſumpto, uel certe à lata culpa non excuſantur, qui cum ſint imperiti, doctorum titulos adſciſcũt: qui ampullis uerborum iactãticuli, uultuoſo ſupercilio minabundi peritiam foris oſtentant, quam aſſerere tam non poſſent, quàm ſunt ab omni legali ſtudio alieniſsimi: de quo Doct. in l. ij. infrà quod quiſq; iuris. *Indocti literatores.*

d ERGO Sabino.) Propter longam digreſsionem quam ſuprà Iureconſultus fecerat, iam ad Sabinum reuerſus, per epilogum colligit quod ſuprà narrauerat. Is enim oratoribus mos eſt, & pro inſtituto ſeruatur, ut docent Cicero & Quintil. cum narratio cœpta prolixioribus parergis & digreſsionibus ſuſpenditur, reuerti ſub quadam recollectione ad ea ſolere, quæ principio ſunt adducta. Gloſſæ noſtræ ſicubi talis recollectio in iure occurrat, dicunt Iureconſ. repetere, ut addat: ſed accuratiora ſunt quæ iam diximus.

e IN equeſtri ordine. Quomodo ei ordini Sabinus inſerebatur, cui non eſſent amplæ facultates? ſiquidem lege Roſcia cautũ erat, ne equeſtri ordini adſcriberentur niſi quibus quadringenta ſeſtertia eſſent. Sed credimus Sabinum à principe dignitatis nomine in hunc ordinem receptum, non quòd cenſu equeſtri ualeret. Deniq; princeps ſuperior eſt lege, ut ſuprà docuimus.

f HVIC nec amplæ facultates fuerunt.) Diodorus Siculus lib. 11. eas docet optimas eſſe leges, quibus nõ diuites, ſed honeſti prudentesq; homines fierent. Paupertas enim honeſta, inuincibilem legis athletam conſtituit, ut ait Nilus philoſo-

Diuitiæ probis rariſsimè contingunt. phus. Peculiare adeò eſt, ut diuitiæ bonis & probis abſint ingeniis, ut Cicero in fine 1. libri Offic. rem difficilem putet, affluentibus copiis ditari ſapientem. Porrò Hieronymus in Eccleſiaſte, magiſtrum quenque nobilem & prudentem paupertate premi ſcribit. Eius rei rationem Philoſophus in problematis inueſtigat, inter alia exiſtimans ideo fieri, quòd improbi per fas & nefas opes congerant. Hebræus apud Hieronymum, à facie diaboli fieri docet, ut ſtulti ſubleuentur. Proinde apud Ariſtophanem & Lucianum, *Plutus diuitiarum deus.* Plutus diuitiarum deus cæcus fingitur & claudus, ne probos & doctos, quibus cum communicet, dignoſcat: quod magnus Eraſmus Roterodamus lux doctrinarum, in ſuis Adagiis eleganter proſequitur. In Sueuia imaginem lapidis uetuſti Cæco diuitiarum deo ſacram repertam eſſe, mihi nuper quidam ex eruditis retulit. Herodis ſophiſtæ diuitias oculatas fuiſſe, Philoſtratus teſtatur, ut qui eis uti ex iuſto nouerit. Cæterum magno caret incommodo, quem diuitiarum moles non preſſerit, utpote quòd eas curæ comitentur, ut Octauius ait, & inquieta pectora. Creſcentibus enim diuitiis, execranda auaritiæ peſtis creſcit, quæ improborum corda angore, tormento, metu, cruciatu flagellet, diuidat, diſperdat. Omne enim quod homini plus eſt quàm ſit neceſſe, Xyſto philoſopho teſte, inimicum eſt ei. Proinde ſolidæ felicitatis loco ponimus, bonis uiris abeſſe diuitias, tantum non egeſtate premantur. Inopiæ enim pauca deſunt, auaritiæ omnia, ut Publii Mimus habet. Modicitas ergo ad naturæ legem compoſita, ſapientem tranquillat, & pro ſententia Apuleii, philoſophiæ eſt uernacula, frugi eſt & ſobria, habitu ſecura, ut quæ nec faſtu ſuſtollat, nec deprimat impotentia: quæ nec uentris, nec inguinum delitias uel uelit ullas uel poſsit. Quæ cum ita ſint, non immeritò Iureconſultus Sabinum eo maxime nomine commendare perrexit, quòd amplitudine facultatum non moleſtabatur. Sic olim Fabritii, Curii, Quintii, Attilii, aliiq; clariſsimi Imperatores, paupertatis gloria excelluiſſe: ſic Anatolius Theodoſii Imperatoris præceptor diuitiarum ſordes egregio animo ſuppreſsiſſe legitur. Quanto enim ſatius eſt animum probitate ornare & ſcientia, quàm putre corpus auro, ſericis, gemmis contegere, animi nuditate relicta?

Plurimum

g PLVRIMVM à ſuis auditoribus.) Olim Antonius Gnipho inſignis Grammaticus, quem & Cicero poſt forenſes labores audiuit, ex diſcentium liberalitate plura conſecutus traditur. teſtis Sueton. de Grammaticis. Quintilianum modicũ facultate, Plinius in collocanda filia adiuuit, quinquaginta millibus nummûm eidem donatis. M. Antonius Imperator tanta in ſuos præceptores pietate fuit, ut imagines eorum aureas in larario haberet, in quos & liberaliſsimus fuit. Quinetiam Apollonii domum diſcendi cauſa adiuiſſe dicitur, etiã dum in Imperatoriam dignitatem eſſet adſcitus, ut ſcribit Capitolinus. Porrò & Seuerus Imperator Hermocrati optionem dedit petendi quid uellet, eoq; petente tura quinquaginta talentorum ut deos coleret, paruum ratus donum qui plura meruiſſet. autor Philoſtratus in Sophiſtis. Thales Mileſius cum de ſolis magnitudine & meatu Mandraytum Prienenſem pulchra docuiſſet, adeoque quantam uellet mercedem optare iuſſus eſſet, noluit mercedis quippiam, ſed ne autoris nomen præteriretur expetiit, quod Apuleius in Floridis ſcriptum reliquit. Philager tamen ſophiſta, cum auditorum educatione non multum gauderet, nec ipſe ab eis multa eſt conſecutus. Plutarchus in problematis, à ueteribus obſeruatum tradit, ut literæ gratis docerentur, mercenarias uero doctrinas à Sp. Carbilio cœpiſſe. Alcinous in epitome, ſophiſtam à philoſopho eo diſſeparat, quòd hic gratis doceat, ille mercedem à diſcentibus recipiat: tametſi Damianus ſophiſta, teſte Philoſtrato, egenis mercedem dimiſerit, ne pecuniarum inopia, bona laterent ingenia. Proclo Naucratidi, ſi quis centum drachmas penderet, is docentem audire ſemper potuit, nulla mercede repetita. Socrati, cum multi multa, pro ſuis quiſque facultatibus offerrent, Aeſchines pauper auditor, cum nihil quod Socrate dignum eſſet inueniret, ſeipſum donabat: quo munere is Aeſchines, Alcibiadis & omnium opulentorum munificentiam uicit. autor Seneca libro primo de beneficiis. Staberius grammaticus temporibus Syllanis, proſcriptorum filios gratis, & ſine mercede ulla in diſciplinam recepit. teſtis Suetonius. In proſcriptione triumuirali, cum puer ob diuitias proſcriptus ad præceptorem graderetur, inſequentibus cum interfectoribus, à præceptore arctius complexus amoueri non potuit, ut ita ambo interimerentur. autor Appianus libro quarto

quarto bellorum ciuiliũ. Ambroſius diaconus Origenis documentis imbutus, malè audiit, quòd cũ eſſet uir nobilis & diues, præceptoris ſui egeni, ſenis & pauperis, moriens nõ ſit recordatus, ut ſcribit Hier. in lib. de ſcriptoribus eccleſiaſticis. Ariſtippus in exaggerata mercede recipiẽda imparabilis fuiſſe, primusq; Socraticorũ quæſtu philoſophatus eſſe dicitur. Cæterum Iurecõſultus tutores iubet mercedes, nõ quas minimas poterint, ſed habita patrimonii & dignitatũ ratione, præceptori exolui, in l. cum plures. §. cum tutor. infrà de admin. tutor. Et eſt mehercule celebrãda in diſcipulis pietas, qui uitæ honeſtioris altorẽ ipſi mutua uice alerent: quod Aquilius ille optimus, de quo meminit Iurecõſultus in l. Aquilius. infrà de donat. egregiè perpenderat. Artem artium nominabat Nazianzenus, hominẽ uel regere poſſe, uel imbuere: ut non immeritò Poëta, umbris maiorũ optet tenuem & ſine pondere terram, Spirantesq; crocos, & in urna perpetuum uer, Qui præceptorem ſancti uoluere parentis Eſſe loco. Admonebat Quintilianus libro ſecundo diſcipulos, ut præceptorem non minus quàm ipſa ſtudia amarent, crederentq; eos parentes non quidem corporum, ſed mentium: ſic enim libenter & audient, & dictis aſſentientur.

h CAIVS Caſsius Longinus.) Sub Tiberio in honore habitus, ſub Claudio Cæſare præfectus Syriæ, legũ peritia cæteris pręeminuiſſe legitur, & qui militarem diſciplinã ad priſcũ morem reuocabat, exercebat legiones ac ſi hoſtis ingrueret, dignũ id maioribus & familia Caſsia ratus, ut eſt autor Corn. Tacit. lib. XII. ad princ. Huic tamẽ Nero cum infenſus eſſet, quòd opibus uetuſtis & grauitate morũ præcellebat, miſſa ad ſenatum oratione, crimini obiectauit, quòd is Caſsius inter imagines maiorũ etiã C. Caſsii interfectoris Cæſaris Iulii coluiſſet, ita inſcriptã, Duci partium: quaſi per hoc ſemina belli ciuilis meditaretur. Itaque ſenatuſconſulto exilio miſſus, in Sardiniã deportatus. autor Corn. Tacitus lib. V. & XVI. poſt princ. Sueton. in uita Neronis, paria de hoc Longino Iurecõſulto tradit, quem & luminibus orbatum ſcribit: quæ tamen pœna ei decreta ſit, non aperit, licet ipſum inter eos enumeret, qui à Nerone mortem ſuſtinuerint. Plin. lib. VII. epiſt. Caſsium Caſsianæ ſcholæ principem & parentem fuiſſe ſcribit, cuius domum ideo commendat, quòd eam Quadratus habitaret, qui non minor foret orator, quàm fuerit ille Caſsius

Iurecon

Iureconſultus. Meminit item Suetonius Lucii Caſsii Longini conſularis, cui cum C. Caligula ſororem ſuam matrimonio collocaſſet, mox eam abduxit. Is quoque Caligula cum uaticinio admonitus eſſet, ut à Caſsio caueret, dictum Lucium Caſsium Aſiæ tum proconſulem occidendum mādauit: atq; ita Caſsiorū fata in ætatem imperatorum ſatis infauſtam inciderunt. Beroaldus circa Caſsios ſibiipſi parum conſtat.

i PROAVVM ſuum Seruium Sulpitium.) Gloriabatur eo nomine Caſsius, quòd à duobus clariſsimis Iureconſultis Tuberone & Sulpitio deſcēderat. Deniq; Pomponius noſter in nullo antè loco ſeriem natalium tam operoſe collegit, ut hic in Caſsio. Quod certe non eſt mediocre argumentum ſplendidis eos ornari maioribus, qui à Iureconſultis naſcerentur, ut non iniuria Doctorum liberi (ſi modo parentes & doctrina & integritate ſunt mōſtrabiles) ſanguinis ſeriem cum gloria recenſere poſsint. Colligi porrò euidens argumentum poteſt contra nobiles, qui cū frequenter legali ſcientiæ operam dederint, nomen tamen Doctoris faſtidiunt, cum legalis doctrinæ lumen, nobilitati magno interuallo præluceat.

k CAESAR.) Neronem intelligas, Corn. Tacito autore. Extant tamen commentarii cuiuſdam uiri non indocti, qui textum præſentem ita accipit, quaſi Iureconſultus Cæſarem Tiberium uelit, eoq; nomine textum improbare pergit: quod certè non erat neceſſe, cum nihil hic urgeat cur Tiberius potius quàm alius includatur.

l EXPELLERET.) Hæc eſt magiſtratuum merces, hic finis. ſic olim Papinianus cum plus in aula potens eſſet, quàm uellet, ab Antonino Caracalla militum gladiis obiectus, ſecuri percuſſus eſt. Sabinusq; ille poſterior ſimilia paſſus legitur, ut poſtea docebimus. Sed & Martianum Iureconſultum honorum faſtigia euecuere, ut ſcribit Politianus. Itaq; magiſtratuum cauere præcipitia, & eſt ingentis prudentiæ, & fortunati propoſiti.

m PROCVLVS.) Multos in hiſtoriis Proculos inuenimus, ſed de Iureconſultis non memini me quicquam præcipuum legere, niſi quòd Vlpianus Proculum non leuem Iuris autorem nominat, in l. diui. infrà de iur. patr. Alibi duorum Proculorū teſtimonio patris & filii Celſus utitur, in l. & Proculo. infrà de leg. ij. Apud Lampridium Iulius Proculus à Commodo interfectus eſſe legitur.

LONG

n LONGINVS.)De Longinis ſuprà ſatis diximus.

o QVAE origo.) Hoc natura comparatum eſt, ut exempla non ibi conſiſtant ubi cœperint: ſed quamlibet in tenuem reiecta tramitem, latiſsimè euagandi ſibi uiam, teſte Velleio Paterculo, faciant. Nec enim quiſquam putat turpe ſibi, quod aliis fuit fructuoſum. Quapropter rectè Cicero, ab exemplo præiudicia ſumi uoluit: nam ab iſtis Capitonum, Proculorumq; principiis, etiam hodie factiones uigent, ut in hęreſes, id eſt, ſectas, à Doctoribus plus iuſto habeatur. Dicebat tamē Quint. Iureconſultis conceſſum eſſe diuerſas tueri opiniones. Verum tanto felicius Caſsianis & Proculianis contigit, quòd uiros in omni doctrina clariſsimos ſunt ſecuti: nos comparatione ad ueteres illos facta, & uolutamur barbarie, & uix umbras ſequimur.

p CAELIVS Sabinus.) Huius Cælii meminit Aulus Gell. lib. VII. qui ſcriptum reliquit, ſeruos uænales, quorum nomine uenditor nihil euictionis præſtaret, pileis indutos uendi ſolere: tunc enim emptor de ſerui induſtria ſecurus erat, rectè, ſicut è diuerſo fugitiui ſerui, catenis uincti uænierūt. l. ſi tamen. infrà de ædil. edict. Hunc Cælium ſuper ſeruorū uenditione diligenter perſcripſiſſe, ex l. ſi quis ſit fugitiuus. eod. tit. facilè apparere poterit.

q PRISCVS Iabolenus.) Is Antonini Pii Imperatoris temporibus fuit: multa enim Imperator de iure ſancierat, atq; ita Iaboleni, aliorumq; Iureconſultorum conſilio utebatur. autor Iulius Capitolinus. Plin. lib. VI. epiſt. ad Voconium Romanum, huius Iaboleni meminit nō cum laude: ſcribit enim, dubiæ ſanitatis fuiſſe hominem, adhiberi tamen cōſiliis, intereſſe officiis, atq; etiā ius ciuile publice reſpōdere. Sed oratoribus prioris ſeculi nō ſemper cum Iurecōſultis cōuenerat.

r CELSVS.) Iulium Celſum magno in precio apud Traianum fuiſſe, Spartianus ſcribit: incertum pater an filius.

s PRISCVS Neratius.) Tanti nominis apud Traianum Imperatorem is fuiſſe legitur, ut idem Traianus ipſum imperii ſucceſſorem relinquere deſtinaret: conſilio tamen mutato, Hadrianum adoptauit. autor Spartianus.

t ET iterum.) Morem ueterū ſequitur: qui enim ſecūdò cōſules creabantur, dicebantur non ſecundò, ſed iterum creati.

u VALENS.) Hūc tempore Antonini Pii in precio fuiſſe, eiuſq; conſiliis Imperatorem iura ſanxiſſe, teſtis eſt Iulius Capit

Capitolinus. Extat epiſtola Plinii lib. I I I I. ad Fabium Valentem ſcripta, qui dicitur fuiſſe conſul cum Vero.

X SALVIVS Iulianus.) Inſigni fuiſſe eminentia hunc uirum ex hoc apparet, quòd ab eo progenitus eſt Didius Iulianus Romanorũ Imperator, ut teſtis eſt Spartianus, cuius uerba ſubiecimus: Didio, inquit, Iuliano, qui poſt Pertinacẽ, imperium adeptus eſt, proauus fuit Saluius Iulianus bis conſul, præfectus urbis, & Ureconſ. quod magis eum nobilem fecit. Politianus dicit auunculũ Didii Iuliani fuiſſe, & ab Hadriano Imperatore in conſiliis habitũ. Seuerus eius decreta abolere uoluit, ſed nõ obtinuit. autor Spartian. Fuere & alii Iurecõſulti, qui à Iulio Capitolino in uita Antonini & Marci nominantur: ut eſt Vindius, item Verus, Lucius Voluſius Metianus, quem Vlpianus in l. diui. infrà de iur. patr. iuris ciuilis, præter ueterem & fundatã peritiam, anxiè diligentem nominat. Item Marcellus, ſed & Scribidius Scæuola, quo Iuriſperito pręcipue uſus eſt Marcus Imperator. Deniq; & Papinianus qui cum Seuero nondum Imperatore dictum Scæuolam audiuiſſe ſcribitur: huic tametſi Seuerus Imperator filios ſuos Antoninos commendaſſet, alter tamen ex eis Caracalla poſt mortem patris, cum fratrem ſuũ interemiſſet, etiam Papinianum iuſsit interfici, quòd uir iuſtus fratris necem apud ſenatum excuſare nollet, dicens non tam facile parricidium excuſari poſſe, quàm fieri. autor Spartianus. Bonum enim uirum, ut Nazianzeni uerba uſurpem, nec tẽpus immutat, nec mutilat potentia, nec rumpit neceſsitas, nec inſolentia exulcerat, nec malorum hominũ defatigat improbitas. Huius Papiniani aſſeſſores fuere Iulius Paulus, quem Lampridius nominat Iuriſperitiſsimũ: & Domitius Vlpianus, qui ambo cum Papiniano uerticẽ legitimæ diſciplinæ tenuiſſe dicuntur: quod & ex l. lecta. infrà ſi cert. pet. colligas: in cuius l. principio Doctor. in uerb. auditorii, declinare uidentur, quia hiſtorias neſciuerunt. Vlpianus tutor Alexãdri optimi Imperatoris fuit, quem quia uir iuſtus erat, ſæpe milites imperiuere, ſed Alexander eum obiectu purpuræ ſuæ defendit. Eutropius Vlpianum Alexandri ſcrinii magiſtrum fuiſſe lib. V I I I. ad fin. ſcribit: quod hodie cancellariorum & ſecretariorum eſt, ut ſuprà diximus. Fuere & alii Iureconſulti in Alexandri conſiliis habiti: Fabius Sabinus, Sabini inſignis uiri filius, ſui temporis Cato dictus: qui ſenior Sabinus conſularis & præfectus tempore

Additio.
Imperator noſter in l.pen.C. de cond.indeb. Saluium Iulianum ſublimiſſimũ teſtem, ſummæq; autoritatis hominẽ, & prætoriani edicti ordinatorẽ fuiſſe ſcribit: & in l.inter antiquam. C.de uſufruct. ſummum iuris ſcientiæ autorem nominat, quẽ & Eutropius lib.v I I I. celebrat.

pore Maximini Imperatoris, per tumultum fuſti percuſſus, & in publico relictus eſt. Itē & Aelius Gordianus, Claudius Venatius orator ampliſsimus, Pomponius legum peritiſsimus, Alphenus, Africanus, Florentinus, Martianus, Calliſtratus, Hermogenes, Venuleius, Tryphonius, Metianus, Celſus, Proculus, Modeſtinus, qui & filium Maximini Imperatoris erudiiſſe dicitur: qui omnes iuris profeſſores, diſcipuli fuere ſplendidiſsimi Papiniani, & Alexandri Imperatoris familiares & ſocii. autores Herodianus, & uel maxime Lampridius. Hactenus uiri in re literaria, omniq; philoſophia principes, iura ciuilia illuſtrarunt: hactenus ſua iuri ciuili gloria, ſua eminentia ſtetit: quæ deinceps ſecula ſecuta ſunt, cùm Gothicis ſordibus fœdarentur, legalis ſcientiæ ſplendorem, ſalebroſo (ut ita loquar) ſermone nonnihil attenuaſſe uidentur: de qua tamen re parcius, ne inde uel præiudicio arma ſumant homines nihili, qui ſaluberrimi iuris ſcientiam uel oppugnare pergunt, uel protерere.

Peroratio. HABES candide lector, in hanc l. ij. de orig. iuris, exigua planè ſcholia, quæ certè non eo congeſsimus conſilio, ut uel rara aliqua ſcriberemus, uel prægnantia: peritis enim in re Latina uiris omnia eſſe notiſsima quis non uiderit? ſed inſuetis hiſtoriarum iuris ciuilis ſectatoribus commodare uolui, ne ueſtibula iuris adeuntes, rerum ignoratione mox primo in limine caderent: maxime quòd Accurſ. utcunq; doctus, uel modica, uel parum cohęrentia, uel omnino nulla, ſuper toto hoc textu, quamuis pulcherrimo, ſcripſerit. Deniq; quia Sūmam ff. ueteris, quam non ſine labore, cæterum cum fructu maximo elaborauimus, nouum fortaſſe opus, & à nullo unquam antè ea ſerie tentatum, in lucem ædere meditamur, ſcholia hæc præmittere uoluimus, quæ & iuſto operi uiam ſternerent, & ſi quæ oſorum terricula obuiarent, prætento pectore amolirentur. Tu quiſquis es, boni cōſule: ſi enim induſtriam nolis, fidem certe ſuſcepti laboris, modo æqua mens ſit, ſperamus te non uituperaturum. Vale.

Summa Digeſti ueteris.

VDALRICHI ZASII SCHOliorum in l. ij. ff. de orig. iuris, finis.

VDAL

VDALRICHVS ZA-SIVS IVRECONS. BONI-facio Amerbachio ſuo, ſalu-tem plurimam dicit.

QVAMVIS Bonifaci expolitiſsime, Accurſius ille noſter iuris ciuilis obſcuritatibus & tenebris, ut & de ſe ipſe pronunciat, adcurrerit & ſuccurrerit fideliter & egregiè, pleraq; tamen in eo deſiderari non eſt ignotum: quod cũ in alijs ſæpe, tum in l. frater à fratre. ff. de condict. indeb. & item in uulg. §. Cato. ff. de uerbo. obliga. liquere poterit. In illa enim ſi etiam multa ſubtiliſsima tradiderit, quædã tamẽ nõ fundata, nõnulla impertinẽtia, alia ſuperfluè adiecta inuenias: In hoc uero, ita ſibi non conſtat, ut diceres, non fuiſſe Accurſium qui ſcripſerit, ita obſcuras, inuoluolas, & implexas ibidem gloſſas adnexuit. Sed habet tamen in utroq; quo excuſetur. Nam in l. frater. profunda rerum ſubtilitas ante eum male digeſta, hominem à ſtatione tantum non mouiſſe uidetur: at in §. Cato. corruptiſsimus textus, uel ipſis Iureconſultis, nedum Accurſio imponere poterat, qui iniquitate temporum totus propè ſpinis erat impeditus, & mendis fœdabatur. Itaq; cum ſuperiori anno ſuprà memoratos titulos legerem, & quæ ueritati, quæ elegantiæ textuum obſtabant, in dictis maxime ll. pro uirili amolirer: rogatus abs te, ut pro Accurſianis expeditiores gloſſas adiicerem, quæ & lumen obſcuritati præberent, & eliminarent corruptelas: tuis uotis hactenus ſubſcribere uolui, ut uires duntaxat periclitarer: non qui uel meliora mihi adſererẽ, uel ulla me doctrinæ prærogatiõne oſtentarem: nec enim procul ab inſania fuerit, quiſquis in ſtudiis ciuilibus diuinum Accurſii ingenium præire contendat. Permouerunt me duo potiſsima, tum quòd in l. frater à fratre. ex Bartoli, Baldi, Angeli, & inter recentiores Iaſonis, commentariis, & pulchrè adiutus, & opulẽtibus ſum armis inſtructus: quorum etſi dicta non ſum ubiq; ſecutus, ex ſubtilibus tamen multa, quæ ſine ipſis ignorata mihi fuiſſent, eorum ductu didiciſſe ingenuè fateor. Hoc enim inſigne maiorum noſtrorum doctrinæ poſt Accurſium habent, ut ex eorum uel erratis, ſi quando ut homines defecerunt, erudiamur. Deinde & altera erat cauſa: ſiquidem reiectitias Ludouici Bolognini Doctoris Bononienſis gloſſas, quas ad §. Cato. multa cum iactatione appoſuit, eliminare placuit, ne ignobilis iſte uiæ ductor, ſicuti ipſe cecidit, alios quoq; ſua ſecutos ueſtigia reſupinaret. Tametſi enim po-

ſteritati non mediocriter conſuluerit, qui Angeli Politiani uiri eminentiſsimi auxilio, ſyncerum textum obtinuerit, obtẽtum tamen deprauando, ipſe ſibi laudẽ bona ex parte præcidiſſe uidetur. Tibi itaq; Bonifaci integerrime, has dedico lucubratiunculas, ut qui hortator laboris fuiſti, eſſes & eruditionis adſertor: & qui penitiora legalis noſtræ philoſophiæ tanta diligentia ſcrutaris, tanta felicitate adſequeris, in iis quoq; noſtris, quamlibet modica ſint, inueſtigandi tibi materia uel aliqua ſuppeteret. Vale. Friburgi, IIII. Calend. Decemb. *Anno* M. D. XVIII.

VDALRICHI ZASII IVRECONSVLTI,

in l. frater à fratre. ff. de conditione indebiti, annotationes.

AFRICANVS.

F[a]Rater[b] à fratre, cum in eiuſdem patris[c] poteſtate eſſent,[d] pecuniã mutuatus,[e] poſt mortem patris ei ſoluit: Quæſitum eſt an[f] repetere poſsit. Reſpõdi, utiq; quidẽ pro ea parte, qua[g] ipſe patri hæres[h] extitiſſet,[i] repetiturum.[k] Pro ea uero qua[l] frater hæres extiterit, ita repetiturum,[m] ſi non minus[n] ex peculio ſuo ad[o] fratrem[p] perueniſſet.[q] Naturalem enim obligationem quę[r] fuiſſet, hoc ipſo ſublatam uideri, quòd[s] peculij partem[t] frater ſit[u] conſecutus:[x] adeò, ut ſi prælegatum[y] filio, eidemq; debitori[z] id fuiſſet, deductio huius[a] debiti[b] à fratre[c] ex eo fieret.[d] Idq; maxime conſequens eſſe ei ſententiæ, quam Iulianus probaret, ſi extraneo quid[e] debuiſſet, &[f] ab eo poſt mortẽ patris exactum eſſet, tantum iudicio eum familiæ erciſcundæ[g] recuperaturum[h] à cohæredibus fuiſſe, quantum ab his

creditor

creditor actione de peculio cõſequi [i] potuiſſet. [k] igitur etſi [l] re integra familiæ erciſcundæ agatur, ita [m] peculium diuidi æquum eſſe, ut [n] ad quantitatem eius indemnis [o] à cohærede præſtetur. Porrò [p] eum quem aduerſus extraneum defendi oportet, longè magis [q] in eo quod [r] fratri debuiſſet, indemnem [s] eum præſtandum.

In l. Frater à frat. ff. de condict. indeb. ſcholia.

FRATER. a) Meuius.

b A' FRATRE.) Titio.

c POTESTATE.) Quapropter naturalis obligatio, non ciuilis, inter eos orta eſt. Meuius enim patri, cui dicta obligatio acquirebatur, l. placet. infrà de acquir. hære. ciuiliter obligari non poterat.

d PECVNIAM.) Patris, uel profectitiam, imò & aduentitiam, ſecundum illa tempora: ubiq; enim Titius ſuo nomine mutuans, fratrem obligabat: cum tamẽ in pecunia patris eius uoluntas acceſsiſſet, uel cõſumptio. l. ſi à furioſo. ſuprà ſi cer. pet. Sed & ſi patris nomine eius pecunia mutuata fuiſſet, conſtabat obligatio ratihabitione. In caſtrenſi hæc l. non procedit, nec hodie in aduẽtitiis. arg. l. ij. C. ad Maced. l. cum oportet. §. j. de bon. quæ lib. ſecundum Accurſium. *Repetitio mutui huius l. in caſtrẽſibus & aduentitiis locum nõ habet.*

e POST mortem.) Et poſt aditam hæreditatem. Idem tamen ſi Meuius ante aditam ſoluiſſet, ſecundũ Azo. quia adeũdo retro ſe immiſcuiſſe cenſebitur. l. omnis hæreditas. infrà de reg. iur. licet Ioan. & Hug. tenuerint nõ repetere, quaſi initio inſpecto. arg. l. qui ob rem. ſuprà eod. Sed prima uerior.

f REPETERE.) Soluerat enim ex propria pecunia, ſecundum Accurſ.

g IPSE.) Meuius debitor.

h EXTITISSET.) Ergo hæreditatem adiuit: licet idem, ſi non adiiſſet, ut ſuprà diximus.

i REPETITVRVM.) Nam obligatio debiti ex perſona Titii mutuantis contracti patri acquiſita, ſucceſsione Meuii in partem extincta erat. arg. l. Stichum. §. aditio. infrà de ſol. Et dic caſum in hoc princip. Titius & Meuius fratres in poteſtate patris erant: Titius fratri Meuio, qui in peculio decem florenos habuerat, mutuauit decẽ: patre mortuo, rebusq; paternis per fratres hæredes diuiſis, Meuius fratrẽ ſoluerat: quæ-

ſitum an pecunia iſta tanquam indebitè ſoluta repeti poſsit. Deciditur, quia Meuius patri, cui dictũ debitũ pro parte acquiſitũ erat, ſucceſsit, ea ſucceſsione partẽ debiti extinctã fuiſſe, atq; ita Meuiũ quod ſoluerat, in partem poſſe repetere: reliquam partem pecuniæ exolutæ non aliter à fratre repetiturũ, quàm ſi tantundem ex ſuo Meuii peculio ad eundẽ fratrẽ Titium perueniſſet, quanta erat prædicta reſidua pars debiti, ut ſic quinq; ex peculio Meuii acceptis, Titius ſeſe ſoluiſſe in ea parte debiti cenſeretur. Nam dicta obligatio, qua Meuius in partem debiti tenebatur, erat onus peculii Meuiani, & in eo inſeparabiliter inhærebat: quod probat Iureconſultus tribus rationibus, quæ pòſt in textu ſequentur.

k PRO ea.) Scilicet parte bonorum patris defuncti. Nam fratres patri ſucceſſerant uterq; in dimidiam.

l FRATER.) Titius mutuator.

m SI non minus.) Finge decem fuiſſe in peculio Meuiano, iam quinq; ad Titium fratrem ex ſucceſsione hæreditaria peruenere: ergo ſi pars debiti quinq; fuere, nihil plus Titio debebitur: unde quod inſuper ſolutũ erat, repetitur. Sed ſi Titius fratri uiginti mutuaſſet, & iam dimidia peculii Meuiani, ſcilicet quinq;, ad eundem Titiũ perueniſſet, certè pars debiti, quæ decem eſſent, non tolleretur niſi in quinq;, ſcilicet pro modo & menſura partis peculii Meuiani, quod ad Titiũ peruenerat. Et licet aliàs debita pro portionibus hæreditariis extingui ſoleant, l. ſi ab eo. C. de neg. geſt. obligatio tamẽ peculiaris non reſpicit quotam hęreditariam, ſed in peculio inſidet, & pro tanto extinguitur, quantũ ad cohæredẽ creditorem peruenerit. Ea eſt mens Accur. licet ſua gl. in uerb. ſi non minus, ſit uel corrupta, uel obſcurè poſita.

Debita extinguũtur pro portionibus hæreditariis.

n EX peculio ſuo.) Meuii.

o FRATREM.) Titium, propter diuiſionem peculii Meuiani, cuius dimidia ad eundem Titium peruenerat.

p PERVENISSET.) Sed finge nihil ad Titium de peculio Meuiano perueniſſe, certè Meuius ſolutũ non repetet, cũ naturalis obligatio eo caſu non ſit ſublata, quæ repetitionẽ impedit. Idem ſi Titius minus debito ſit conſecutus: nam tantũ ab eo repetetur, quantum peruenerit, arg. tex. noſtri. Quod ſi Meuius fratrem Titiũ non ſoluiſſet, cõtra eum agi nõ poſſet, naturali obligatione obſtante. l. legem. C. de pact.

q NATVRALEM.) Quæ per Titium filium mutuantẽ patri quæſita

quæ ſita erat,& poſt mortem patris in eum tanquam hęredem pro dimidia parte reciderat. Et ſicut patre uiuente naturalis erat obligatio inter ſeſe & Meuium filiũ,ita & poſt mortẽ patris inter fratres naturalis obligatio reſtitit. An autẽ una tantum naturalis obligatio apud Titium filiũ, poſt mortẽ patris reſideat,an uero duæ? Accur. duas ab initio natas eſſe defendit,quòd Titius dicto cõtractu & ſibi & per ſeſe patri acquirat,quæ paterna obligatio poſt eius mortẽ in eundẽ Titium hæredem reflectatur,ut ſic in Titio fratre duæ obligationes reſideant:una quæ ex ſuo contractu apud eum remanſit, altera quæ ex perſona patris defuncti in eũ ſit refuſa. Et hoc probat Accur. arg. l. ſi id quod. infrà eod. l. ſed ſi damnum. l. peculium. § peculiũ. l. nec ſeruus. infrà de pecul. ubi pater cõuentus de peculio, deducit quòd & filiis debetur,& quòd filii patri debent, ergo filiis deberi poteſt. Et ne obſtet tex. noſter, qui dicit naturalem obligationem ſublatã uideri, æquiparat Accur. iſtas duas obligationes patris & filii, duobus reis credẽdi, ut ita ſucceſsione Meuii utraq; obligatio extinguatur, ſicuti ſolutione uni facta extingueretur, quod licet in duobus reis quo ad ſucceſsionẽ non recipiatur, in pręſenti tamen caſu patriam poteſtatem, quæ potentior ſit, hoc efficere: nec eo caſu patrẽ, ſi ei uiuenti ſolutũ fuiſſet, filio mutuanti actione negociorũ geſtorũ teneri, quòd in duobus reis eſſet: nam patris ius, tãquã potẽtius, obligationẽ filii abſorbuiſſet, &c. ut latius per Accur. Sed nõ eſt uera eius opinio: una eſt enim obligatio, quæ ex prædicto mutuo Titii orta eſt, quæ & in patrem tota transfertur, ut apud filiũ nihil remaneat niſi nudum nomen, & uelut umbra obligationis. Eſt enim regula tritiſsima, quicquid filius acquirit, patri acquiri. Inſtit. per quas perſ. ut ne momento quidẽ apud filiũ ulla obligatio reſideat. l. placet. infrà de acquir. hæred. Et quamuis Accurſ. hic uelit, quòd d. l. placet. in ciuilibus tantũmodo loquatur, tamen nõ eſt uerum: naturales ſiquidem obligationes facilius tranſeũt quàm ciuiles. l. ſi eius. in principio. infrà ad Trebellia. Nec obſtant iura per Accurſium allegata, quia filii debitum, impropriè & nullo effectu debitum dicitur. d. l. nec ſeruus. infrà de pecul. Quòd uero Accurſius opinatur obligationem patris & filii mutuantis duobus correis credendi aſsimilari, nihil eſt: quia non poſſunt eſſe duo rei, quorum obligationes ex diuerſo fonte procedant. l. iij. de duobus reis. & hæc eſt

Obligationes naturales facilius tranſeunt quàm ciuiles.

Obligationum diuerſitas reos ſeparat.

Obligationem per filiũ patri partam, in patrem non reflecti.

eſt ueritas. An autem obligatio patri per filium quæſita, contra patrem reflectatur ex perſona filii debentis? Azo contra Hugo. tenuit non reflecti. Pater enim ex perſona filii aliis creditoribus de peculio obligaretur tantummodo ciuiliter, non naturaliter, quæ tamen ciuilis habet uinculum exigendi: at inter patrem & filium non eſt recepta ciuilis obligatio. Nos opin. Azonis ueram quidem credimus, ratio tamen ſua non uidetur tuta: ſiquidem patrem de peculio filii extraneis hæredibus ciuiliter & naturaliter teneri puto: quia concedendo peculium, etiam in obligationes peculiares conſenſiſſe cenſebitur. l. qui peculii. infrà de pecul. Accurſ. in inueſtiganda ratione hic ieſe fatigat, & ſibiipſi parum conſtat. Vera tamen ratio eſt, quia nõ debet quiſquam ſibiipſi eſſe obligatus, obſtante regula perplexitatis. l. ſi Titius. infrà de cond. inſtit. l. ſi Titius. infrà de uerb. obli. & fa. l. ſi Stichum. § . additio. infrà de ſol. l. ſi quis pro eo. § . j. infrà de fideiuſſ. Sed ſi obligatio filii mutuantis quæſita patri ex perſona alterius filii debentis in eum reflecteretur, iam eſſet ſibiipſi ex eadem cauſa debitor & creditor, & eſſent duo contraria in eodem ſubiecto, ex eadem cauſa, eodem tempore: quod eſt impoſsibile. Et hæc etiam ratio eſt, quare in § . quæſitum. infrà ead. l. cum pater filio ſit obligatus, ea obligatio non reflectitur. Sed opponas d. § . quæſitum. loqui de obligatione directa, qua uel pater filio, uel filius patri crediderit. At in caſu noſtro obligatio Titii fratris, patri per obliquum, id eſt, ex perſona Meuii alterius fratris acquiritur, ut ſic in patrem reuerti deberet. d. l. ſi quis pro eo.

Quando in patrem obliqua reflectatur obligatio.

Reſpõdemus obliquas obligationes tũc in patrẽ reflecti, cum extranea perſona interueniat. at ubi frater fratri mutuatur, licet uideatur per obliquum patri acquiri, tamen quia nõ interuenit extranea perſona (ambo enim fratres ſunt filii patris) unde ea obligatio ad naturam directarũ accedet, ut patri acquiſita in patrem non refundatur, ne ea obſtet perplexitas, de qua ſuprà diximus. Quod autem de extranea perſona dixi, intellige cum temperamento: utpote ſi extraneus principaliter cum filio actiue uel paſsiue contrahat: hoc enim caſu patri & in patrem obligatio acquiritur: ſiquidem ex diuerſo contractu hic debitor, illic creditor conſtituetur, nulla obſtante perplexitate. Cæterum ſi interueniat extraneus tanquam fideiuſſor, hic refert an pater filio det fideiuſſorem, & non tenebitur: fideiuſſoriam enim obligationem filius patri

acquir

acquirẽdo,inueniretur fideiuſſor eidem pro eodem eſſe obligatus:an filius patri det, & tenebitur, quia ceſſat ea perplexitas.d. l.ſi quis pro eo. §.j. Paria prorſus in ſeruilibus debitis decĩdi poſſe uidemus: ſeruus enim cum extraneis contrahendo, dominum obligat, & ei acquirit. arg.l.quam Tuberonis.in fin.l.ſi ſeruus meus. §.fin.infrà de pecul. Sin uero fideiuſſor extraneus interueniat, prædicta ſeruabitur diſtinctio,ut d.l.ſi quis pro eo. At uero debita inter conſeruos contracta, domino quidem acquiruntur, ſed in eum non refunduntur, ne ipſe ſibi ex eadẽ cauſa obligatus inueniatur. Proinde in tota hac re perplexitas uel interueniens, uel ceſſans, obliquas obligationes reflecti uel uetat uel admittit. Sic & qui ſeruus inſtitutus eſt, ſibiipſi ſubſtitui non poteſt, in partem autem cohæredis & ſuam ſubſtitui poteſt. l. ſi plures. §. fin.infrà de uulg.& pup.quòd perplexitas illic obſtat,hic tẽperetur. Prædictis conſequens eſſe probabiliter credimus, quòd ſi ex contractu inter conſeruos facto, dominus ſe debitorem credens manumiſſo ſoluiſſet, poſſe ſolutum repeti, non obſtante l.ſi id quod. infrà eod.ut ſic d.l. per hũc caſum nouè limitetur,cùm eo contractu una tantum ſit orta obligatio naturalis,quæ acquiſita domino,eum non obligat,ut modo declarauimus. Quæ omnia tanquam ſcitu digna,nec ab aliis ita reſolutè tradita,notari conueniet.

r FVISSET.) Patri quæſita in totum, & ſoli patri, ut ſuprà diximus contra Accurſium: quæ tamen obligatio naturalis poſt mortem patris ſublata eſt, tum quia pars debiti ex ſucceſsione Meuii debitoris erat confuſa, tum quia quo ad aliam partem debiti ad Titium creditorem, ex peculio Meuiano tantum ex ſucceſsione peruenit, quanta erat eadem dimidia.

s PECVLII.) Meuiani.

t FRATER.) Titius mutuans.

u CONSECVTVS.) Ex diuiſione, qua fratres peculium Meuianum diuiſerunt, ſicut alia bona paterna. Cum enim quinque ex eodem peculio ſit conſecutus Titius, iam eſt ſublata obligatio in parte debiti extantis, ut iam diximus: ut meritò quod Meuius inſuper ſoluerat, poſsit repetere. Sed nónne idem Titius partem peculii Meuiani, non tanquam à fratre in uim ſolutionis, ſed ex cauſa hæreditaria, & ſic proprio iure eſt conſecutus, ideo debitum fratris non extingui,

niſi reali ſolutione interueniente, quod nonnulli tenuerunt, & eo modo textum præſentem acceperunt? Sed nihil eſt: nam obligatio dicti Meuiani debiti in peculio ſuo, & in qualibet eius parte ita cohæret, ut quocunq; peculium uel totum uel in partem uadat, onus debiti comitetur, ſicut lepra leproſum. arg. l. ſi quis ſeruum. infrà de pecul. ut meritò cum pars peculii Meuiani ad Titium fratrem ex diuiſione uenerit, cenſeatur cum onere ſuo, id eſt, cum parte debiti, quod Meuius tenebatur, perueniſſe, ut ita Titius ipſe ſe perſoluerit. Et hoc tenet Ioan. & docet apertè text. noſter, cum dicit, quòd peculii partem ſit frater conſecutus: unde opinio aliorum per ipſum text. reprobatur. Accurſ. hoc ex ſententia Ioan. exemplo comprobat. Finge in peculio filii mei decem eſſe, eumq; tibi in decem obligari: ſi tibi quinq; peculiaria donauero, iã tua obligatio in quinq; ſublata eſt, cum tu illa quinq; peculiaria cum onere ſuſceperis, & pater non ultra peculium conueniatur. Quod autem per Bartol. prætenditur, ideo tibi donari, ut tuum debitum compenſes, non credo, quia tunc non eſſet donatio. l. donari. infrà de reg. iur. Verius ergo eſt, quòd iſta quinque obligationem tuam pro dimidia tollant, nō alia ratione, quàm quia ad te cum onere tranſierint. Quibus conſequens eſt, ut ſi etiam peculium filii mei augetur, poſtea non rediret obligatio in totum debitum: quia obligatio ſemel ſublata, &c. Inſtit. quibus mod. toll. oblig. Nec obſtat l. quæſitum. in prin. & §. is qui. infrà de pecul. quia alio caſu loquuntur. Sed finge in caſu text. noſtri, ambos fratres habuiſſe peculia: uidetur ergo dictum debitum utraque peculia reſpexiſſe: & proinde Meuius, qui ex peculio Titii fratris tantum conſecutus eſt, quantum Titius ex peculio eius, ſolutum non repetet, ſed compenſabit: nam & altera pars debiti ſic extincta uidetur ſucceſsione Meuii in utroque peculio facta. Reſpondemus non eſſe ita: prædictum enim debitum peculio duntaxat Meuii inhæſit, qui & ea ratione à parte debiti fraterni liberatus eſt, quod in partem eiuſdem ſui peculii ſucceſſerat cum onere. Vnde meritò ſit, ut Titius frater, ad quem altera pars peculii Meuiani peruenit, onus debiti, quo ad eandem partem, etiam agnoſcat: & ſic utraq; pars ſuis eſt finibus contenta. arg. d. l. ſi quis ſeruum. De peculio enim Titii nihil hic diſceptatur, utpote quod liberè, ſicut alia bona paterna, inter fratres diuidatur, nulla habita ratione debiti præd

Donatio nō eſt quæ ad cōpenſationē redit.

ti prædicti. Accurſ. prædicta multum obſcurè attigit, qui etiã quædam diffuſe tractat, ad hoc quòd oſtendat debitum peculiare eſſe onus peculii: ſed non erat neceſſe in eo tantopere laborari, cum idipſum ex textu noſtro tribus argumentis colligatur. Vnde prætereunda hic putamus, quæ & per Accurſ. cõmode præteriri poterant: in ſequenti tamen gl. aliqua eorum attingentur.

x ADEO.) Ea quæ ſuprà deciderat Iureconſultus, ſcilicet debitũ eſſe onus peculii Meuiani, nunc tribus rationibus confirmat. Et eſt prima ratio: Si pater filio Meuio ſuum peculium prælegaſſet, quod prælegatum pro parte dimidia, quam habiturus fuiſſet Titius frater, conſtitit. l. qui filiabus. §. fin. cũ l. ſeq. infrà de leg. j. certe Titius deducere poteſt partem debiti ad ſeſe, propter ſucceſsionem ſpectantis ex dicto peculio prælegato, antequam hoc Meuius accipiat: utpote quòd hoc debitum in peculio tanquam in ſubiecto ſit infixum. Cæteræ rationes pòſt ſequentur.

y FILIO.) Meuio debitore fratris Titii.

z ID). Peculium. Nam pater filios inſtituendo peculiũ Meuio prælegare poterat: ſed pro dimidia tantum, ut dixi, conſtiterat hoc legatum, quia Meuius aliam dimidiam tanquam hæres habuit. d. l. qui filiabus. gl. l. quid ergo. ij. de leg. j.

a DEBITI.) Quod adhuc pro ea tantum parte conſtiterat, qua Titius mutuans patri, hæres ſucceſsit: aliam enim partem debiti ſucceſsione Meuii alterius fratris, confuſam eſſe ſuprà diximus.

b A' FRATRE.) Titio.

c EX EO.) Prælegato peculio. Sed quid ſi dimittatur Meuio hoc prçlegatum, nulla facta deductione? Putamus fratrẽ mutuantem, ſi errans dimiſerit, condicere poſſe condictione incerti, id quod ad eũ perueniſſet, quaſi pinguius ſolutũ, quàm fieri debuerat. arg. l. ſed etſi me putem. §. fin. ſuprà eo. l. qui exceptionem. §. ſi pars. l. ſi is qui. infrà eod.

d ID'QVE.) Secundo argumento oſtendit Iureconſ. mutuum fraternum eſſe onus peculii. Nam ſi dictus Meuius filius extraneo aliquid, puta decem debuiſſet, & is creditor ab eo poſt mortem patris debitum exegiſſet, Meuius contra Titium fratrem, ad quẽ dimidia ſui peculii perueniſſet, iudicio famil. erciſcundæ experiri potuit, & tantum recuperabit pro parte peculii Titium reſpiciente, quantum creditor ab eodem

K 5 Titio,

Titio, ſi eum conueniſſet, conſequi potuit.

c DEBVISSET.) Filius Meuius. Obligatur autem filius familiâs extraneo dupliciter. Aut enim ex peculio, & tunc hactenus tenetur, quatenus ſunt uires peculii: quæ actio contra eum ceſſat, adempto per patrẽ peculio: tunc enim pater iuxta uires peculii, ſaluis deductionibus peculiaribus, tenetur, niſi dolo ademerit. l. ſumma. §. j. l. ſi quis cum filio. & l. ſeq. infrà de pecul. Quo caſu poſſet procedere opinio Io. qui dicebat, adempto peculio, filium nec naturaliter teneri, ſcilicet de peculio quod ademptum eſt. Aliquando ex perſona ſua conuenitur, & tunc in ſolidum tenetur, exigi tamen inuita patris non poteſt, ut not. in l. deniq;. §. ſed utrum. ſuprà de min. Si tamen poſt mortẽ patris exactus ſoluerit, à cohæredibus, inter quos ſuum peculiũ diuiſum eſt, recuperabit quod plus ſua parte peculiari ſoluerat, & tenebuntur cohæredes in tantum, quantum ex peculio ad eos peruenerat, ſed non niſi pro partibus hæreditariis, ut pôſt dicetur. Cæterum ſi filius uel non habeat peculium, uel minus peculii ſit, in ſolidum nihilominus poſt mortem patris exigi poteſt, niſi ei competat priuilegiũ, de quo in l. ij. infrà quod cum eo. Et hoc caſu cũ filius ex perſona ſua conuenitur, uera eſt opinio Hug. uolentis filiũ, etiã adempto peculio, teneri. l. & ideo. infrà de pecul. nec à cohæredibus, cum ad eos nihil peculii peruenerit, iudicio famil. erciſcundæ quicquam conſequetur: ex ſuo enim contractu ſoluit. arg. ſi unus. §. ante omnia. ſuprà l. de pact.

f AB EO.) Meuio filio extraneus creditor exegiſſet: tunc enim cohæredibus recuperat, ut ſuprà plenius diximus.

g RECVPERATVRVM.) Licet enim hoc debitũ eſſet hæreditarium, & ſic etiam alios cohæredes reſpiceret: tamẽ quia Meuius à creditore in totum exigi ex ſuo contractu poterat, d. l. quęſitum. §. j. l. & ancillarum. §. illud. infrà de pecul. unde partem debiti, quæ ſuum cohæredem reſpiciebat, neceſſariò ſoluit, & propterea hoc iudicio eiuſdem debiti excurſum recuperat. l. hæredes. §. ſed ſi unus. ſuprà famil. erciſcundæ. Secus ſi hæres uoluntariè pro cohærede ſolueret, quia tũc nego. geſt. competit. l. ſi quis putans. §. j. ſuprà comm. diuid.

h A' COHAEREDIBVS.) plurale pro ſingulari.

i POTVISSET.) Sed nónne creditor extraneus totũ exigere poterat à Titio cohęrede, ſi uires peculii diuiſi hoc paterentur? quod etiã Accurſ. tenuit. facit l. certum. in fi. C. famil. erciſcund.

ciſcũd.l.quare.d.l. ſi quis ſeruũ.infrà de pecul. Videtur ergo ex tex.noſtro inferri, fratrem debitorem, ſi creditor totum ab eo exegiſſet, à Titio fratre totum quod ſoluit, ſecundum uires peculii poſſe recuperare:ſed hoc eſſet iniquum,ut totũ recuperaret, qui & ipſe ad partem tenebatur. Reſpondemus, textum cum temperamento accipiendum. Cum enim dicitur, Meuium tantum recuperaturum, &c. ſupple, ita tamen, ut cohæres ultra portionem hæreditariam in peculio nõ grauaretur:licet enim creditor debitum,ſiue totum,ſiue partem, à quolibet cohærede iuxta uires peculii perſequi poſsit,is tamen qui exactus eſt, iudicio famil. erciſcundæ quod plus exſoluerat, recuperabit, habita ratione partis hæreditariæ. text. eſt in l. his conſequenter. §. ſi filius. ſuprà famil. erciſcundæ.& ſic temperabitur d.l. certum. in fin. principii. facit quòd creditor exacturus hæredem debitorẽ de peculio,cogitur mandare actiones contra cohæredes: quæ ceſsio nõ ultrà operabitur,quàm partes debiti ſint in cohæredibus peculiaribus.d.l.quæ ſitum. §.ſin uero. infrà de pecul.l.Modeſtinus. infrà de ſolut.& utrobiq; hoc tenet Accur. Nec obſtat l.quæſitum. §.j.in fi.ỹ.de pecul.ubi dicitur,hæredem ex parte tantummodo conueniri:quia intelligitur ex parte peculii quod ad eum peruenit, quod idem §.in prin.clarè demonſtrat. In exigendis igitur debitis peculiaribus,creditor peculium perſequitur,non habita ratione partis hæreditarię:ſed in recuperando à cohæredibus, quòd hæres plus parte peculiari ſoluerit,pars hæreditaria conſiderabitur. Ex quibus apparet Bart. non bene ſenſiſſe,dum uoluit cohæredem in peculio nõ niſi pro parte hæreditaria à creditore conueniri potuiſſe : imò in tantum cõuenietur, quantæ ſunt uires peculii Meuiani, quod ad eum peruenerat,ut iam diximus. Et niſi text.noſter ſub dicto temperamento intelligatur,ſequentia præcedentibus male cohærebunt.

k IGITVR.) Tertio argumento oſtenditur obligationem peculiarem eſſe onus peculii.nam ſi extraneus habuiſſet Meuium obligatum,& nondum ab eo exegiſſet,ipſi autem duo fratres iudicio famil.erciſcundæ accepto,bona paterna cũ peculio Meuiano diuidere pergerent, Meuius ſuum huiuſmodi peculiũ non aliter diuidere cogetur, quàm Titius frater cautionem iuxta quantitatem peculii ei cedentis præſtat de ſeruãdo Meuio fratre indemni,ſi fortè à creditore impeteretur.

Quæ

Quæ cum ita ſint, & Titio incumbat defenſio fratris aduerſus creditorem extraneum, quanto magis idem Titius aduerſus ſeipſum indemnitati fratris proſpiciet, ſi partem peculii acceperit? atq; ita repetenti Meuio reſtituet, quod poſt diuiſionem indebitè fuit ſolutum.

l RE integra.) Id eſt, antequàm Meuius filius à creditore peculiari ſit exactus.

m PECVLIVM.) Nota peculium profectitium ſicut cæteras res paternas diuidi debere, non conferri.

n AD quantitatem.) Pro menſura & modo quantitatis, quæ ex peculio Meuiano ad Titium ex diuiſione perueniret: in tantum enim indemnitas præſtabitur. Si tamen Meuius in totum exigeretur, non plus ex ea cautione recuperabit, quàm ſupra ſuam partem hæreditariam excurrerat, ut ſuprà diximus.

Variatio numeri uel pluralis uel ſingularis recipitur.

o A' COHAERÉDE.) Suprà dixerat, cohæredibus: ſed libertas numeri, quæ teſte Quintil. magna eſt, hanc uariationem recipit, ut iam ſingulari, iam plurali numero uti liceat: thema tamen text. noſtri de uno cohærede fratre loquitur. Sed quid ſi mortuo patre, plures eſſent confratres? Bart. putat tex. noſtrum eo caſu non procedere. Nos ſubtilius credimus non referre, etiam ſi plures ſint, ſiue cum creditore extraneo cõtractum ſit, ſiue Titius Meuio mutuarit. In creditore extraneo qui Meuio mutuaſſet, res aperta eſt: quia quemlibet ex fratribus creditor pro quantitate peculii diuiſi exiget, & alia procedent quæ ſuprà diximus. Sin uero frater fratri, cum plures eſſent fratres, mutuaſſet, adhuc procederet text. nam mortuo patre, obligatio peculiaris pro ea parte, qua frater debitor ſucceſsit, confundetur: pro partibus reſiduis obligatio naturalis ex perſona patris, cui erat ea obligatio quæſita, apud alios confratres reſidebit, qui & omnes pariter ex perſona patris creditores erunt. Attamen ſi ex peculio fratris debitoris tantum ad eos perueniret, quanta erat pars debiti extantis, talis obligatio etiam eo caſu extingueretur, quòd iam quilibet ex fratribus creditoribus ſeſe ex peculio Meuiano ſoluiſſet. Vnde ſi idem Meuius frater debitor, eis poſtea tanquam aſſertis creditoribus ſolueret, repetere poſſet iuxta uires peculii penes hunc uel illum exiſtentis: ſaluo tamen, quòd dicti confratres iudicio famil. erciſcundæ inter ſe prouidebunt, ne ultra hæreditariam portionem grauentur, ut ſuprà

prà in præcedentibus gll. diximus.

p EVM.) Fratrem debitorem.

q IN eo.) Mutuo, quod Meuius fratri mutuanti debebat.

r FRATRI.) Titio mutuanti.

s EVM.) Meuium fratrem debitorem. Et eſt ſenſus: Si Titius Meuium fratrem antequàm peculium diuideretur, aduerſus creditorem indemnem reddere teneretur, longè magis aduerſus ſeipſum indemnitati fratris proſpiciet, ut ſic poſt peculium diuiſum à ſeſe repeti poſsit quod inſuper ſolutũ erat. Alii hunc text. aliter acceperunt, ſed is eſt uerus ſenſus, quem etiam Iaſ. probat. Colligit hic Accurſius argumentum, quod in aliorum perſona facere cogar, & in mea oportere: ut plenè per eum notatur in l. cum in eo. ſuprà de pact.

§. Cato. l. eadem dicemus. ff. de uerb. oblig. PAVLVS.

C[a]ATO libro XV. ſcribit, pœna[b] certæ pecuniæ promiſſa, ſi quid aliter[c] factum ſit, mortuo promiſſore ſi[d] ex pluribus hæredibus unus contra *quàm cautum ſit[e] fecerit, aut ab omnibus hæredibus pœnam committi pro[f] portione hæreditaria, aut[g] ab uno[h] pro portione ſua.[i] Ab omnibus, ſi id factum de quo cautum eſt, indiuiduum ſit, ueluti [k]iter fieri*: quia quod in partes diuidi non poteſt, ab omnibus quodammodo[l] factum uidetur. At ſi de eo cautum ſit,[m] quod[n] diuiſionem recipiat, ueluti amplius[o] non agi, *tum eum hæredem qui aduerſus ea fecerit, pro portione ſua[p] ſolũ pœnam[q] committere.[r] Differentiæ hanc eſſe rationem, quòd in priori caſu omnes commiſiſſe uidentur:[s] quod niſi inſolidum* peccari non poterit[t] *illam ſtipulationem per te non fieri*, quominus mihi[x] ire, agere liceat.[x] Sed uideamus ne nõ[y] idem ſit hic,[z] ſed magis idem quod in illa[&] ſtipulatione, Titium hæredemq́ eius ratum[a] habiturum:[b] nam hac ſtipulatione[c] & ſolus tenebitur, qui non habuerit ratum, & [d] ſolus

Antiq. tex. habuit, quod: pleriq; quem.

In antiq. textu erat, uel non fieri.

In antiquo tunc, & ita in pleriſque alijs recens excuſis.

præſtare

In antiquo, ut in illam.

In antiquo, neque per hæredem tuum.

ager,

In antiq. idemq́ꝫ. aget, à quo fuerit petitum. Idq́ꝫ & Marcello uidetur, quamuis ipſe dominus pro parte ratum habere non poteſt.

In §. Cato. Zaſij ſcholia.

CATO a.) Finge ſecundum uerum intellectum: Promiſerat mihi Titius iter fieri: hoc eſt, iter exhiberi: id eſt, pati & non prohibere, ut ire & agere mihi liceat. Secundo loco promiſerat ſe non amplius acturum contra me ad fundum: & utrobiq; fuit adiecta pœna pecuniæ certę, ſi cōtrà fieret. Mortuo promiſſore, relictis hæredibus, unus ex eis me prohibet ne iter faciam, id eſt uadam: & porrò unus ex eiſdem hæredibus pro parte ſua agit contra me ad fundum: quæritur qualiter pœna committatur. Reſpōdet Cato: In promiſsione prioris facti, quod eſt indiuiduum, ſcilicet iter exhiberi, & præſtari patientiam, uno contrà faciente, omnes teneri ad pœnam, ſed pro portione hæreditaria. At in altera promiſsione facti, quod eſt diuiduum, ſcilicet amplius non agi, ſolū eum hæredem teneri, qui ad fundum pro parte ſua egerat, cæteros non teneri. & eſſe differentiæ rationem inter utroſque caſus. In facto enim indiuiduo omnes commiſiſſe uideri, quod iter fieri, quæ eſt indiuidua ſtipulatio, in partem cōmitti non poterat. Hactenus deciſio Catonis. Poſt plura temporum interualla uenerat Paulus Iureconſultus, & uidens hanc diſtinctionem Catonis imperfectam, adiecit manum perfectiorem, inquiendo: Videamus ne non hic, ſcilicet in poſteriori ſtipulatione, amplius non agi, idem ſit quod in ſuperiore, uel an potius idem ſit cum ſtipulatione rati. & hoc ſub figura dubitationis approbat, ſcilicet ſtipulationem amplius non agi, cum ſit diuidua, potius conuenire cum ſtipulatione rati, quàm cum iter fieri. Probat Iurecōſ. quia in ſtipulatione rati, qua Titius promittit ſe ratum habiturum aliquid, ſi moriatur relictis hæredibus, & unus ratum non habeat, ſolus tenebitur. ſic in ſtipulatione, amplius nōn agi, ſi unus ex hæredibus egerit, pari modo ſolus tenebitur. & ſi mortuo etiam ſtipulatore, relictis hæredibus, unus ex hæredibus promiſſoris egerit contra unum ex hæredibus ſtipulatoris, iſte ſolus aget ad pœnam, à quo fuerit petitum: quem caſum tex. noſter hic adduxit: & hoc etiam Marcello placuit. Ipſe tamen promiſſor ſi uiueret, & ſub pœna promiſiſſet ſe ratum habiturū, non poſſet in

Zaſiana explanatio uerborū text. huius §.

ſet in partem contrà facere. Hic eſt uerus & indubitatus intellectus, de quo nihil minus quàm de ipſa ueritate dubitare cõueniet. Zaſius.

b CERTAE.) Id eſt, certa pœna, ſecundum Accurſ. præſumitur tamen quantitas loco pœnæ adiecta, etiam ſi non exprimatur.

c FACTVM ſit.) Quàm promiſſum eſt.

d EX pluribus hæredibus.) Scilicet mortui promiſſoris. In hæredibus uero ſtipulatoris non recipitur uſquequaq; hæc diſtinctio. l. ij. §. fin. ſuprà eod.

e FECERIT.) Et ſic obligatio incœpit ab hærede.

f PORTIONE hæreditaria.) Scilicet tantum, ſecundũ Accurſ. Sed contra l. ij. §. ex his. ij. reſponſ. ſuprà eod. Solutio, ibi agitur ad ipſum indiuiduum, unde quilibet in ſolidum tenetur: hic autem ad pœnam, quæ pro portione hæreditaria committitur. Et nota hic, dictiones ſimpliciter poſitas, ſub taxatiua intelligi: de quo ſæpe in iure diximus. *Dictio ſimpliciter poſita, ſub taxatiua intelligitur.*

g AB uno.) Vt ſi pœna erat uiginti, & quatuor hęredes, cadet contrà faciens in quinq;, & alii nullo modo.

h PRO portione ſua.) Accurſ. hic intelligit, quòd quilibet teneatur pro portione ſua, etiam uno ſolo faciente cõtra promiſsionem: quod certe non eſt uerum, & eſt contra text. quia in hoc facto diuiduo amplius non agi, alii cohæredes in nihilum tenebuntur: quod & idem ipſe Accurſ. alibi tenuit.

i AB omnibus.) Committitur ſcilicet pœna, ſed pro portione hæreditaria. Sed cõtra l. de pupillo. §. ſi plurium. ſuprà de oper. nou. nunc. Solutio ibi, factum non deſcendebat à cauſa hæreditaria. Sed contra hoc eſt l. in depoſiti. cum l. ſeq. ſuprà depoſit. Solutio ibi, in contractu bonæ fidei. uel ibi, in facto rem reſtitui: quod non eſt ſimpliciter indiuiduum, nec uno delinquẽte, omnes exceſsiſſe uidebuntur: quod in repetitione noſtra latius tractamus.

k ITER fieri.) Antiquus textus adiecit ea uerba, *uel nõ fieri*, quæ tamen ſunt ſubdititia & adulterina: quapropter gl. Accurſ. ſuper uerbo, Non fieri, ſuperuacaneam putamus. Quod autem Accurſ. in fi. eiuſdem gloſſæ differentiam ponit inter iter fieri, & nõ fieri, &c. ita ſcilicet, quod iter fieri intelligatur, ut & fiat iter, & præſtetur, nihil habet momenti, licet Doctor. gl. hoc loco cõmendent, quòd fefellit forſan Accurſium Latinior figura loquendi. Nam tunc dicitur iter fieri, quãdo *Iter fieri, & non fieri, quo*

iter

minus, & c. idẽ eſſe contra Accurſ. iter exhibetur, & is qui ierit, non impeditur: id quod Latinis hominibus eſt manifeſtum. Sic & in l. j. ſuprà de his qui deie. & effu. in prin. dicitur, In eum locũ quo uulgò iter fiat, id eſt, quo uulgò uaditur. & in l. j. ſuprà de itin. & act. priuat. in uariis locis. Ergo iter fieri, ſub breuitate ſermonis tantum complectitur, quantum ire, agere licere.

l FACTVM uidetur.) Sed ille qui deliquit, familiæ tenetur erciſcundæ cæteris cohæredibus, ſecũdum Accurſ. & facit ad hoc l. hæredes. §. idem iuris. in fin. ſuprà famil. ercisc.

m QVOD.) Accurſ. hic exponit, *quod*, pro quia: in quo ſatis improuidenter labitur: nam *quod*, relatiuum eſt, refertur ad factum.

n DIVISIONEM.) Speciale in hoc facto, quod ſit diuiduum, cum ſui natura alia facta ſint indiuidua. l. ij. in prin. s. eo.

o NON agi.) Fortè ex conditione certi, quæ ex mutuo uel ex ſtipulatu deſcendit, uel quacunq; alia actione, ut Rog. & Accurſ. hic notant.

p SOLVM pœnam cõmittere.) Accurſ. opponit de l. proxima. §. fin. infrà eo. Reſponde ſecundum eum: Cum aliquid fieri uel nõ fieri promittitur, hanc diſtinctionem diuidui uel indiuidui eſſe adhibendam: ibi cum aliquid dari promiſſum eſt, ſecundum Io. & Irn. per hæc uerba, diſtinctio diuidui & indiuidui ad factum pertinet, non ad dationem, &c. Rationem eſſe dicit, quia quod ab uno dari debet, melius per alium dari poſſe, quàm unius factum per aliũ explicari: & ideo non imputari cohæredi, ſi nõ adimplet factum alterius, cum eſt diuiduum: nec etiam cohæredem facere poſſe ut ratum haberetur, ſicut poteſt pro eo ſoluere. Vel hic & ibi committitur ſcilicet pœna, ſed nõ quantum ad exactionem: de quo plenius, ut not. l. ſi ſeruus. §. fin. ſuprà ſi quis caut.

q COMMITTERE.) Quia actiones hæreditariæ ipſo iure inter hæredes diuiſæ ſunt.

r DIFFERENTIAE hanc eſſe rationem, quòd in priori caſu, &c.) Hæc omnia cõtinenter & coniunctim lege, ubi Cato differentiæ rationem dat, quòd in priori caſu, ſcilicet iter fieri, &c. omnes commiſiſſe uidentur. Eſt ergo hoc uerbum, *quòd*, hoc loco coniunctio expletiua, ut quæ ponatur explanatiuè.

s QVOD niſi in ſolidũ.) Hoc loco expone, *quòd*, pro quia. Ponitur enim ratio, quare ſtipulatio, iter fieri, ſit indiuidua: & ſic

& ſic in tex. noſtro, primum *quod*, explanatiuè, ſecundũ *quòd*, pro quia, cauſaliter ſumitur: & eſt ſenſus, differentiæ rationẽ propter quam in priori caſu omnes commiſiſſe uidentur, eam eſſe, quia non poterit peccari niſi in ſolidam illam ſtipulationem, per te non fieri, &c.

t ILLAM ſtipulationem per te non fieri.) Subaudi, quam ſuprà nominauimus, iter fieri: in effectu enim eædẽ ſunt, niſi quòd altera explicatius deducitur, altera ſub compendii breuitate relinquitur. Ea enim ſtipulatio, iter fieri, non eſt alia, quàm cum ſtipulamur, per te nõ fieri quo minus mihi ire, agere liceat: ſicut cum ſtipulamur, habere licere, perinde eſt ac ſi diceretur, per te non fieri, quo minus mihi habere liceat. ſuprà de euict. l. habere. & ita in ſimil. Cum ergo ſub pœna iter exhiberi promittitur, indiuidua eſt ſtipulatio, & unius hæredis facto cæteri tenentur, pro quo tex. hic eſt clarus, & cõcordat l. in executione. §. quod ſi ſtipulatus. infrà eod. ubi aperte deciditur, in eadem ſtipulatione unius facto omnes teneri. Quapropter Bologninus iſte Bononienſis imprudentius labitur, quàm ut ulla poſſit ratione excuſari, qui huiuſmodi ſtipulationem primo defenderat eſſe diuiduam: & mox uariando, partim diuiduam, partim indiuiduam dicebat, opinatus quòd per uerba tex. noſtri, cum dicitur, illam ſtipulationem per te non fieri, &c. nouus caſus quaſi ſub interrogatione introduceretur: quod certè omni caret & ratione & doctrina. Sed nec orationis contextus tam abſurdam reiectitiamq́; ſtructuram ullo modo patitur, terſiorq́; illa Iureconſultorum elegantia, in intolerabilem barbariem degeneraret. Porrò iura quæ Bologninus allegat, non ſolum nihil pro eo faciunt, ſed etiam ſuam erroneam opinationem ultro ſubuertunt: quãuis ipſe prædictum §. quod ſi ſtipulatus. miſerè detorqueat, & nunc huc, nunc illuc ſubſiliens, uacillando neſciat ubi ſubſiſtat. Sed in mala cauſa omne patrocinium infelix eſt. Credimus tamen Bologninum, ut cui non ſit magna cum re Latina cognatio, ea ſermonis elegantia deceptum eſſe, qua uſus eſt Cato, cum dicebat, illam ſtipulationem, per te non fieri, peccari non poſſe niſi in ſolidum: putabat fortè quòd hoc uerbum, *peccare*, accuſatiuum reſpueret: at ſi ei terſioris linguæ peritia fuiſſet, hoc non controuertiſſet. Verba enim neutralia eleganti compendio accuſatiuum aſſumunt: ut cum dicitur apud Plutarchum in uita Theſei, ſeruire tempus: item, laborare

Bologníni Bononien. error.

Verba neutralia recipiũt accuſatiuum.

L borare

borare ærumnas. Et præſertim uerbum, *peccare*, accuſatiuum uelut iure quodam recipit. Nam in Leuitico, ut Origenes homilia quarta docet, ſic ſcribitur: Peccauerũt unum aliquid de iſtis. Et item, Quod peccauit, à ſanctis reddet. Et alibi idem in Matthæum, Omnia magna & peſsima peccauit. Cicero ad Atticum lib. I X. Nec unquam peccare aliud ex alio deſtitit. Iſocrates magni Eraſmi: Peccat plurima. Cicer. pro Muræna: Non multa peccas. Quod autem Bologninus ex Ciceronis Paradoxis ſeſe iactitans, autorem textus noſtri putat fuiſſe Catonem Vticenſem, non eſt uerum. Is enim Vticenſis Stoicus philoſophus fuit, nec legitur unquam iura profeſſus. Vnde Catonis ſenioris Cenſorini filium maiorem natu, qui ipſe Cato nominatus eſt, autorem fuiſſe coniicimus, ut qui Apollinare grammatico apud Gellium teſtante, egregios iuris ciuilis libros dereliquit: quod & in commentariis noſtris in l. ij. ſuprà de orig. iur. attigimus. Deſinat itaq; Bologninus ſe iactitare, quòd nouam de cœlo progeniem produxerit: deſinat ipſe Doctores, qui tamen ex corrupto tex. ueritatem, uti poſſibile erat, attigerunt, ſtultos & tardos corde nominare: ſciturus tantum abeſſe eum hoc loco à doctrina, quantum optimi illi uiri abſunt à ſtultitia.

u IRE liceat.) Id eſt, poſsit ire. Eſt enim elegans loquendi figura, cum licere pro poſſe uſurpatur. Vnde qui promittit, ire, agere licere, intelligitur ſtipulatori dediſſe poteſtatem & facultatem eundi, agendi. Barto. in l. ſtipulatio iſta. §. hi qui. infrà eodem. quædam impertinentia in eo uerbo diſtinguit, quòd fortè elegantiam Iureconſulti non ſatis perpenderat.

x SED uideamus.) Hæc uerba Pauli ſunt, non Catonis. Is enim poſt multa, ut ſuprà diximus, ætatum interualla, cum diſtinctionem Catonis imperfectam cognouiſſet, adiecit lumen perfectius. Accuſ. in gl. ſua mag. hanc literam ſcrupuloſam dicit: quod non erat mirum: corruptus enim tex. uiro docto præſtrinxit oculos, cum nonnulla impertinentia uerba ſyncero textui adulterinè ſint ſuppoſita, ut à principio poſtillando ſignauimus. Igitur Accurſius miſerè affligitur in tota ſua gl. quomodo tex. intelligat & defendat: quæ gl. ſic eſt intorta, perplexa, plena inuoluolis, ut nec ipſe Accurſ. nec ullus ex Doctoribus ſeſe ab ea explicare poſsit. A' quo tormento ſubleuamur (de quo ſit benedictus Deus) cum ex uero textu, beneficio Politiani, uiri nuſquã ſatis laudati, omnia ſint

plana

plana & facilia reddita. Docet enim Paulus poſteriorem ſtipulationem, ſcilicet amplius non agi, non eſſe ſimilem ſtipulationi, iter fieri, ſed magis ſimilem ſtipulationi rati. Sub eleganti tamen dubitationis figura Iureconſultus decidit, dicẽs: Videamus ne non hic, id eſt, in poſteriori ſtipulatione, idem ſcilicet ſit, quod in iter fieri: quaſi diceret, non eſt idem, ſed magis idem quod in ſtipulatione rati. Et hoc Iureconſultus approbat, licet ſub dubitationis ſerie procedat: ipſa enim quęrendi figura uim deciſionis habuit: ut ſi dixero, Videamus ne non iuſtum ſit deſerere amicos, ſed magis flagitioſum. Qui loquendi modus Latinis hominibus, & maximè apud Iureconſultos peculiaris eſt. Sic in l. ueditor ex hæreditate. §. ſed ubi. ſuprà de hæred. uendi. ibi, uideamus ne nihil tibi debeã ex empto. & in l. unde quæritur. §. ſed ſi. ſuprà commod. ibi, uidendum erit ne cedere debeat. ſ. a. l. certum. §. ſi quis abſente. ſuprà de confeſſ. ibi, uidendum nunquid non debeat pro iudicato haberi. cum multis ſimilibus. *Sub particula, ne non, aſſertionem eſſe.*

y IDEM ſit hic.) Scilicet in poſteriori caſu, amplius non agi, quem Cato ſecundo loco deduxit, & non erat proſecutus. Duas enim ſtipulationes propoſuerat: unam ſcilicet iter fieri, quam poſtea nominat, per te non fieri, &c. alteram, amplius non agi. Primam executus eſt Cato, cum rationem differentiæ poſuit: hanc alteram Paulus proſequitur. Nec tumul tueris ſi ſub pronomine, *hic*, poſteriorem ſtipulationem intelligamus: habet enim Latinæ linguæ doctrina, ut duobus propoſitis, id quod ſecundo loco proponitur, per pronomẽ, *hic*, proferatur. *Pronominis, hic, uſurpatio.*

z SED magis.) Totam orationem continenter legas cum ſuperioribus: ut ſit ſenſus: Videamus an ſtipulatio amplius non agi, magis aſsimiletur ſtipulationi rati, quàm ſuperiori.

a HABITVRVM.) Quæ ſtipulatio ſecundum Accur. diuidi poteſt.

b NAM hac.) Ponitur ratio eius, quod antè ſub dubitationis figura aſſertum fuit. Sicut enim in hac ſtipulatione, ſcilicet rati, ſolus ex hæredibus tenebitur qui non habuit ratum, ita & in ſtipulatione amplius non agi, ſeruabitur.

c ET ſolus.) Ex hæredibus promiſſoris, ſecundum Accur. nomine pœnæ tenebitur.

d SOLVS aget.) Scilicet ex hæredibus ſtipulatoris, ſecundum Accur. Nam ex ſtipulatione rati ſolus aget, à quo fuerat

per promiſſoris hæredes petitum:utpote quod ſolum modo aduerſus eum non fuerat ratum habitum.Et ſic tex.noſter circa finem ſemper loquitur de ſtipulatione rati: quod ſatis liquere poteſt ex l.inter cohæredes. §.ſi quis ſtipulatus. ſuprà famil.erciſcundæ.quamuis Iureconſ.ſtipulationem amplius non agi,paulò antè ad hanc applicauerit.

e NON poteſt.) Imò poteſt ſecundum Accur.infrà rem rat. hab.l.procurator.ij.reſponſ.Solutio,ut ibi.Item fa.ſuprà ad l.falci.l.pœnales.§.Iul.& infrà de prætor.ſtipu.l.prætoriæ. §.inſertam. & d.l. inter cohæredes.§. ſi quis. ſuprà familiæ erciſcundæ.

Paradoxa quædam de §. Cato.

NON ignoro ex uiris doctis eſſe nonnullos, qui prædictum §.Cato.in quibuſdam aliter intelligant. Putant enim quòd in ea ſtipulatione, qua promittis per te non fieri, quo minus mihi & hęredi meo ire,agere liceat: uno ex hæredibus contrauenienre,omnes in ſolidum teneantur, ita quòd ſolida pœna ab hoc uel alio hærede poſsit exigi,&c. Sed uereor ut hæc aſſertio procedere nõ poſsit. Primo,quia id nullo iure relatum eſt:nec credo oſtendi tex.ullum poſſe,qui hoc doceat.Nam nec ex d.§.Cato.ea opinio colligitur, ut ſuprà in gll.noſtris ſatis patuit.A' textu enimuero, qui ex Pandectis Florentinis nouiter patuit,non recedimus. Porrò ſi promittis per te non fieri neq; per hęredem, quo minus ire,agere liceat,nihil promittis aliud,quàm ire,agere licere, uel iter mihi fieri,id eſt,exhiberi:niſi quòd prius illud ſub duplici negatione,quæ in effectu affirmat,hoc uerò poſterius ſub ſimplici affirmatiua promittitur:& hoc cum ad ſenſum pateat,negari non poteſt.Addimus tamen tex.idipſum probantem.Nam d.l.ij.§.item ſi in facto.eodem tit.ea promiſsio explicatè ponitur,uidelicet per te non fieri,neq; per hæredem tuum, quo minus mihi ire,agere liceat:quam promiſsionem Iureconſul. mox poſtea in §.final.affirmatiuè pronunciat: ſic enim ſcribit:Contrà autem ſi ſtipulator deceſſerit, qui ſtipulatus erat ſibi hærediq; ſuo ire, agere licere,&c. & loquitur tamen de eadem promiſsione I.C.utrobiq;,niſi quòd primo perſonam promiſſoris tractat, deinde ſtipulatoris, ne quis ſeparatos ibi caſus tractari putet. Item in l. ſtipulatio iſta.§. hi qui.ff. eodem tit.expreſſe deciditur, paria eſſe, ſi quis ſtipuletur habere ſibi licere,aut per ſe non fieri quo minus ſtipulatori habere liceat. Cum igitur utraq; promiſsio non niſi uerborum

poſitura

poſitura differat, in effectu ſit eadem, non poſſunt diuerſo iure cenſeri, ſiue promittas iter fieri, ſiue per te non fieri, &c. Et proinde ſi in promiſsione pœnali iter fieri, uno ex hæredibus contrà faciente, alii hęredes non niſi pro hæreditaria portione ad pœnam tenētur, recipi non poteſt quòd altera promiſsio, per te non fieri, &c. omnes hæredes in ſolidum obliget: ſic enim una eademq; obligatio, hæredes eodem reſpectu & obligaret in partem duntaxat, & in ſolidum, quod implicaret. Voluit igitur Cato Cēſorinus in d. §. Cato. quòd ſi ſub pœna facultas eundi promittitur, ſiue promittatur iter fieri, ſiue per te & per hæredem non fieri quo minus ire, agere liceat, &c. uno ex hæredibus contrauueniente, alios non niſi in partem teneri hæreditariā. Et is tex. eſt in hoc not. & ſingularis, quia per eum multa iura, quæ in dubium deflecti poterant, declarantur. Dum enim in l. hæredes. §. in illa. ff. famil. erciſc. deciditur, uno prohibente, in ſolidum cōmitti ſtipulationem, intelligendum eſt ſolidam quidem pœnam peti ab omnibus, ſed à quolibet pro parte hæreditaria. ſic & in l. inter hæredes. §. quod ex facto. eodem tit. & in l. in executione. §. quod ſi ſtipulatus. ff. de uerb. oblig. in l. Iulianus. ff. eo. cum ſimilibus. omnes enim iſtæ ll. ex eleganti deciſione Catonis ad partem hæreditariam reducentur, quod & in d. l. ij. §. item ſi in facto. rectè prouiſum eſt. Sed putant qui diuerſam opinionem tuentur, differentiam eſſe, & quidem nō mediocrem, inter promiſsionem iter fieri, & per te non fieri, &c. Priorem enim promiſsionem transfundi ad hæredes ipſa ui obligationis, & ſic ab uno, nempe à defuncto, in plures hæredes tranſmitti, meritoq; inter eos diuidi pro parte hæreditaria. Diuerſum eſſe in altera promiſsione per te non fieri nec per hæredem, &c. illic enim promiſsionem à defuncto in hæredes non transfundi. d. l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis ita. ff. de uerb. oblig. ſed ab hæredibus incipere, & propterea non eſſe hæreditariam, ut quæ nunquam ex perſona defuncti unita, ſed ab origine diuiſa fuerit: ut meritò uno ex hæredibus contraueniente, omnes alii acſi eſſent debitores principales in ſolidum teneantur, cum factum ſit indiuiduum, &c. Sed hæc mihi non ſatisfaciunt: quamuis enim diuerſa opinio textu urgēte, nempe d. §. ſi quis ita. moueatur, credo tamē ſi rem ipſam ex uero inueſtigauerimus, noſtram doctrinam eſſe tutiorem. Quo nomine aduertendum eſt, quòd iter fieri. uel per te non

fieri quo minus, &c. dupliciter in conuentiones uenire ſolet. Aliquando enim ire, agere licere, ſimpliciter & ſine hæredis adiectione promittitur, & tunc in dubio factum perſonale promitti non inficior, niſi probetur præceſſiſſe ſeruitus: quia ſufficit, ſi cui uel in paucis, &c. l. tutori. C. de nego. geſt. & ita intellige Inſtit. de ſtipul. ſer. §. ſed cum factũ. & fa. l. Lucius. in ratione ſui. ff. comm. præd. arg. in l. pater. ad fin. ff. de ſerui. leg. ubi præſumitur affectus perſonæ cui prouidetur, niſi de hæredibus teſtatorem ſenſiſſe conſtiterit. ad idem facit text. in l. Caius. ff. de ann. leg. cum ſimilibus. Sin uerò facta ſit mẽtio hæredum in dicta promiſsione, ut ſi quis ſtipuletur ſibi hærediq; ſuo ire, agere licere, uel per te & hæredem non fieri quo minus ire, agere liceat, hic audacter dico eam ſtipulationem iure ſeruitutis proceſsiſſe intelligi, atq; adeò eſſe ad hæredem tranſitoriam: hæredis enim perſona dubitationis tollendæ cauſa exprimitur, & ne credatur promiſsio eſſe facti perſonalis. d. l. pater. cum ſimil. Et non obſtat d. l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis ita. quia ſimilitudo ibi ſumitur à genere, non à qualitatibus, id quod in iure frequenter uſuuenit. Et eſt Iureconſulti intentio: ſicuti ex promiſsione uſusfr. Titio & hæredi facta, ex ſtipulatu agitur: ita ſi ire, agere Flacco & hæredi promittatur, ex ſtipulatu actio competet: per hoc tamen non ſequitur, quòd ſicut diuerſi ſunt fructus in Titio & eius hærede, ita & diuerſa ſit facultas eundi in Flacco & eius hærede. Addimus, quòd ire, agere, ex natura & origine non eſt ita perſonale, quòd ad hæredes non tranſeat, ſed iuris præſumptione non eſt tranſitorium, niſi hæres exprimatur. At uti, frui licere, ex ſui natura non tranſit ad hæredes, adeò ut ſi etiam hæres exprimatur, adhuc manet perſonale, ut in hærede ſit nouus fructus de nouo conſtituendus, noua cautione opus. Iaſ. in d. §. ſi quis. quod in ire, agere, non dicas. Item ſi uti, frui licere, promittatur iure ſeruitutis: adhuc non tranſit: quod non dices in ire, agere licere. Non eſt ergo dubitandum quin iſtæ duæ ſtipulationes non in omnibus aſsimilentur: eſt enim magna inter utraq; diſsimilitudo, cũ promiſsio uſusfructus ſemper perſonalis ſit, ita ut non poſsit fieri realis, maximè in eodem fructu: facultas autem eundi Flacco & hæredi promiſſa, realis eſſe poteſt, & ad hæredes tranſitoria. Et is intellectus uerißimus eſt, quem etiam gl. ibidẽ tenuit. Impoſsibile enim eſt, quòd qualitas utriuſq; promiſsionis, & natura obligationis

nis ſint ſimiles, ut iam declarauimus: quamuis Bart. & Doct. diuerſum, ſed nulla iuſta ratione ſenſiſſe uideantur. Quod autem iſta ſtipulatio, qua mihi & hæredi meo ire, agere licere promittitur, ſit hæreditaria, text. eſt ineuitabilis in l. inter hæredes. ſ. quod ex facto. ff. famil. erciſ. quod & ex text. noſt. in d. ſ. Cato. ſubtiliter conſtare poterit, ut adeò uidere non poſſim, cur ea promiſsio ad hæredes tranſmitti negetur. Verum aſſertio diuerſæ opinionis eam promiſsionem pro tanto hæreditariam eſſe opinatur, quod per defunctũ hæredibus quæſita fuerit, &c. Sed certè iſthæc euaſio quamlibet acuta, nõ poteſt ſubſiſtere: quæ enim per defunctum hæredibus quæruntur, iure hæreditario quæri in dubio intelliguntur, arg. l. pactum. de prob. cum uulg. niſi conuentionis natura aliud exigat. At in caſu noſtro nihil uetat, ex communi regula eam ſtipulationem ad hæredes tranſmitti iure hæreditario, ut ſuprà declarauimus, accedente maximè d. l. inter hæredes. ſ. quod ex facto. quæ effugi non poteſt. Deniq; ſatis abſurdum eſſet, ſi in tam pluribus iuris noſtri ll. nempe in d. ſ. quod ex facto. item in l. hęredes. ſ. item in illa. ff. fam. erciſc. porrò in d. l. ij. ſ. item in facto. d. l. in executione. ſ. quod ſi ſtipulatus. d. l. Iulianus. de uerb. oblig. in hæredibus nouum & diuerſum factum eundi ubiq; intelligeretur. Tandem quomodo hęredes qui uno contrauenientе damnum paſsi ſunt, fam. erciſcundæ iudicio contra offendentem ſibi conſulerent, ſi eius ſtipulationis obligatio à defuncto in eos hæreditario iure non eſſet tranſfuſa? quod ultimũ mihi uidetur iugulum porrigere. Quæ cum ita ſint, ex una promiſsione geminam in caſu noſtro fieri oportere non putamus.

VDALRICHI ZASII SCHOliorum in *ſ. Cato. finis.*

VDALRICHVS ZASIVS CLAVDIO CANTIVNCVLæ, utriuſq; Iuris Doctori, S. P. D.

LAVRENTIVS Valla, Claudi celeberrime, rei Latinæ adſertor egregius, Elegantiarum opus, inter alia ſua monumenta, poſteris non inelegans reliquit: qui ſi intra modeſtiæ fines manſiſſet, laudata prædicatione cumprimis dignus erat. Quæ enim in linguam Latinam eo ætatis nonnihil corruptam ſcripſerat, poſteris pulchrè commodarunt. Sed liberiori quadam in boni nominis ſcriptores licentia inuectus, cũ præter Ciceronem fortè & Quintilianum, quoſcunque modico delectu impeteret, & uelut Rhadamantus quidam, non tamẽ à Ioue delegatus, ſed qui ſeſe ingeſſerit, acrioris iudicii cenſura uiros doctiſsimos notare uidetur, plurimorum ipſe iudicia ſubiit, & quam ex bonis Latinæ puritatis præceptis gloriam meruiſſet, inſolentiori iſta temeritate immodicè contaminauit: quippe non ſolum compluribus doctis uiris, Latinæ dictionis puritate cõſpicuis, Lactãtio, Hieronymo, Boëthio, aliisq; diem condixit, ſed etiam auguſtos illos Heroẽs, iuris ciuilis autores, Vlpianum, Paulum, Venuleium, & cæteros, quos tamen præter grammaticas obſeruatiunculas, in medullis ciuilis ſcientiæ intellexiſſe nõ creditur, impetiit, quaſi uel non propriè, uel parum terſè, Latini ſermonis elegantia uterentur. Toleranda tamen fortaſſe improuida iſthæc temeritas in homine licentioſo fuiſſet, utpote quòd eruditis literarum Latinarum uiris facile perſpectum eſſe poteſt, bonísne an malis rationibus cõtra doctiſsimas animas moueatur. Nec enim ignotum eſt, nihil minus in omni doctrina ad ſolennes redigi formulas poſſe, quàm Latini ſermonis præſcripta, cuius tanta eſt libertas, ut nouare doctis, tranſumere metaphoris, tropis uti (dum citra barbariẽ fiat) impunè liceat. Adeoq; dum formulas imperioſius prænotat, dum putat qui à formulis ſuis excidat, cauſa cadere, iam non tam confutandus de errore, quàm ridendus erat de intemperato iudicio. Hoc uerò diſsimulare quis iuris ciuilis cultor poterit, quòd illuſtres illos

Latini ſermonis libertas.

illos Iureconſultos, quaſi inter ſeſe pugnent, premere aggreditur, duos adducendo text. l. præcipiunt. & l. fin. ff. de ædil. edict. quos licet diſsidere iactitauerit, quo tamen in loco, cũ pluſcula eſſent in eis reſponſa, reſultarent, non aperuit. Cæterum ſeſe iudicem conſtituens, neſcio quam phanaticam ſententiam pro Vlpiano pronũciauit, tam iudex friuolus, quàm nulla inter Iurecõſultos lis uel fuit, uel ullo modo apparuit. Proinde cõmittere noluimus, ut nihili iudex ſibiipſi pro ſtomacho male digeſto ſementem litis à ſanctiſsimarum puritate legum ſumat, cumq; qui nec accuſatus unquam, nec reus peractus eſt, atro condemnet calculo. Nulla itaq; Laurenti, nec in dictis, nec in aliis legibus contrarietas eſt. Si enim in limine offenderis, quod Venuleius in d. l. fin. §. fin. ſeruũ tam ueteratorem, quàm nouitium eſſe ſcripſit: Vlpianus autem in l. præcipiunt. ueteratorem pro nouitio uendi ex edicto uetuit: memineris inter duo illa nihil eſſe diſsidii. Seruus enim in genere, & ueterator eſſe & nouitius poteſt: in ſpecie autem ueterator pro nouitio uenire non poteſt. Nam & ſeruus atrienſis dicitur & mediaſtinus, ambo enim ſerui ſunt: at atriẽſem pro mediaſtino tractare non liceret. l. ſed & ſi quid. j. §. j. ff. de uſufr. Sic animal homo eſſe poteſt & aſinus, in genere enim hic ſermo exauditur: attamen hominem pro aſino quis uſurpet? Venuleius ergo de ſeruo in genere locutus eſt, Vlpianus ad ſpeciem reſpexit. Sed putabit fortè uel Valla, uel alius, alio loco morbum eſſe. Siquidem Venuleius mãcipia ueterana dici & nouitia uoluit: Vlpianus contrà, mancipia eſſe quæ nouitia nõ ſint, tradidit. Sed eòdem errore laboratur: quis enim neſciat mancipia in ſpecie inueniri, quæ non ſint nouitia, uti ſunt ueterana? Nec tamen obſtat mancipia in genere utrunq; complecti. Sic in ſimili hæc enunciatio uera eſt, animal nõ eſt homo, ſi de aſino intelligas: à qua non diſsidet, ſi dixero animal hominem dici & aſinum poſſe. Hæc cum puluerariis ſint cognita ſcholaſticis, quomodo Vallæ, qui uel cœlum cũ gigantibus oppugnare potuiſſe uideretur, fuere ignota? quo modo ipſe dialectica tractauit, qui ueſtibularia iſta non perſpexit? Sed opponi poſſet, alio adhuc loco Martem feruere, qui placari non poſsit. Docuiſſe enim Vlpianum, ueterana ea eſſe quæ trita ſint, nouitia adhuc rudia intelligi. E diuerſo Venuleius ueteratorem ex nouitio fieri, etiam qui tritus non ſit, ſed nouiter ad officiũ aliquod aſſumptus. Sed nec hic ulla

Antinomia ll. per Vallam notata.

L. præcipiunt. & l. fi. ff. de ædil. edict.

Amolitur contrarietatem dictarum ll.

Alia dilutio.

eſt reluctatio. Si enim in mancipio ſeruiendi aſſuetudinem æſtimaris, ueterana erũt quæ trita ſunt: quod Vlp. in d. l. præcipiunt. ſignificat. Sin ex officio iniuncto, iam qui ante officium nouitius erat, pôſt ueterator erit. Nec obſtat quod Venuleius d. l. fin. ad fin. ueteratorem non ſpatio ſeruiendi, ſed genere & cauſa æſtimandum ſcribit: ſubauditur enim dictio, tantum, ut ſic negatio non purè, ſed complexiuè ueniat.* Sic paulò antè in eadem l. morbum ſonticum Venuleius ex Caſſio dicebat, qui perpetuus noceret, non qui ex tempore finiretur: id eſt, non tantum qui tempore finitur, ſed etiam, &c. Quæ loquendi figura Iureconſultis peculiaris eſt. Sic in l. lex Cornelia. §. domum. infrà de iniur. domus appellatione non proprietatem intelligi, ſed domiciliũ: ubi de neceſsitate ſubaudies, tantum. Item in l. j. §. quod ſi. infrà furti aduer. naut. ſi caupo ſaluum receperit, furti actionẽ non dominus rei ſurreptæ, ſed & ipſe habet: ubi orationis & naturæ ſeries efflagitat ſubaudiri, tantum. Sed & Cicero ea loquendi figura uſus eſt. Nam ad filium ſcribens 11. Offic. eam orationẽ ſuſceptam eſſe dicit, non de filio, ſed de toto genere: ubiq; enim intelligas, non tantum. Sed hæc plus nimio: leuicula enim ſunt, uel mediocribus iuris profeſſoribus: in quibus tamen Valla conſiſtere nõ potuit, & audet homo temerarius, ne dicã inſanus, ſeſe iactitare, quòd iuris ciuilis ſcientiã edocere eos, quos tãquã primarios iuris interpretes ueneramur, triennioq; meliores quàm Accurſ. gll. ſuper iure ciuili facere poſsit. Vide quò erumpat improuida temeritas. Legerat Ciceronem Valla, ubi in oratione pro Muræna, triduo ſe Iureconſultum futurum, ſi quis ei ſtomachum moueret, dicebat. Hunc tantum uirum, hoc doctrinarum lumen fraterculus iſte gigantum in ſuam effingere perſonam conatur. Pulchra mehercule & lepida comparatio Ciceronis ad Vallam, lucis ad tenebras. Cicero ſe Iureconſultum triduo futurum non iniuſtè pollicebatur, qui à iuuene Scæuolam audierat, à cuius latere non diſceſſerat, qui iuris prudentes omnes perlegerat, in eis ita conſueuerat, ut ſicut erat oratorum princeps, ita iuris ciuilis ſcientia clarus haberetur. At Valla, in triuiis, in compitis fortaſſe, grammaticis ſuffarcinatus rudimentis, inſignem iuris ciuilis ſcientiam ne à limine quidem unquam ſalutauit. Quo ergo pacto in ſublimia iuris noſtri ſcita, uel modicum ſcribere potuiſſe præſumetur? niſi fortè ex triuialibus ſuis concertatiunculis,

**fa. l. in illa. ij. ff. de uerb. obli. ibi, non hoc ſignificatur.*

Vallæ alia temeritas.

Cicero Iurecõſultus.

lis, quibus cum Raudenſi ſuper capiſtro diſceptabat, noſtræ ſcientiæ abdita expenderit. Sed maius mihi offertur negocium. Nam Budæus ille, ille inquam Budæus, elegantiæ candore ad aſſem formatus homo, imò in politioribus literis cũ paucis princeps, in præclaro ſuo opere ſuper Pádectis, & Vallæ ſubſcripſit, & inſuper nonnullas alias, ut ipſe opinatur, Antinomias recenſuit: modeſtius tamen quàm Valla, & doctius egiſſe uiſus eſt: ſtylum enim non ita in Iureconſultos, ut ille, ſed in Tribunianum ſtrinxit, quem in Pandectis conſarcinandis dormitaſſe arbitratur. Quas autem collegit Antinomias, licet in medulla non diſsideant, ſunt tamen alicuius momenti, & earum aliquæ ita ad pugnam compoſitæ, ut uel iuris peritioribus negotium facere uideantur. De Tribuniano & ſuis collegis (ſi modo de tantis uiris calculum ferre liceat) ita iudicamus, ut ſit in eis quod commẽdes, ſit item quod culpes. Quinquaginta enim illos Pandectarum libros, ex tam immenſa iuris ciuilis philoſophia, ex tot infinitis propè excellentium autorum uoluminibus cõgeri, tanto, tamq; docto & breui ordine potuiſſe, inſigni laude dignum eſſe putamus. E' diuerſo elegantiſsimos Iurecõſultorum libros, principes illos legalis ſcientiæ uiros, illuſtres illos philoſophos, omnium propè doctrinarum duces, tot egregios, tot pręſtantes labores, tantam diuinarum humanarumq; rerum ubertatem interuertiſſe (ſi modo interuerterũt) grande iudico eſſe piaculum, nullo unquam nec ſulphure, nec tæda expiandum. Quam nos irreparabilẽ iacturam, utiliſsimarũ interitu doctrinarũ fecimus? Periiſſe tot pulcherrima uolumina quis unquã ex iuſto cõplanget? Quæ tanta licentia ſuppreſſorẽ inuadere potuit, ut nõ iam frũctũ ligni ſciẽtiæ boni & mali, ut Adam, attentaret, ſed totum lignum uel à ſtipite euerteret? Quanto illuſtrior, quãto laudatior, quanto omni ætati gratioſior Iuſtinianus foret, ſi qua diligẽtia Pandectas colligi curauit, eadem & doctiſsimorũ uirorũ libros omnigenã philoſophiam cõtinẽtes, adſeruari procuraſſet? & qui in riuos attenuare flumina iuſsit, fonti certè pepercisſet, & nõ ut Palęſtini puteos, terra (ut ita dixerim) iniecta obſtruxiſſet. Eſt ergo quod in Pandectarũ architectis iure ſit reprehendẽdum: eſt & rurſus quod cõmẽdari cõueniet: atq; adeò ſicuti de Apellis imperfecta Venere Plin. dicebat, in hoc cõmẽdationis lenocinio dolorẽ ineſſe fatebimur. Super Antinomiis uerò, uel legũ repugnantiis

Antinomiæ per Budæum annotatæ.

Tribunianus in quo culpandus cõmendandúsue.

Iuriſprudẽtiæ uetuſtatem interuiſſe dolendum.

gnātiis non nego cōpluria in legibus offendi poſſe, quæ pugnantia primis oculis appareant: ſi tamen introſpexeris, ſi ipſam excuſſeris, ſi ad medullā manus admoliaris, iam propemodum omnia tibi conſonantia, concordia, & iunctiſsimè amica eſſe comprobabuntur. Nec crediderim, obiter aut ex incuria, ſed altiſsimo conſilio, legalia ſcita, quaſi inter ſeſe aliquando uariarent, collecta fuiſſe: prouiderant enim uiri prudentiſsimi complures uenturos eſſe rabulas, qui cum idiotæ, tum imperiti eſſent, legum tamen ſynceritatem fœdare, prophanare, uernaculis inuulgare uerbis aggrederentur: id quod à nonnullis in noſtra Germania, ſiue cucullo, ſiue ſtoliditatis mitra, tentatum eſſe cognouimus: hoc ne uel fieret, uel fieri poſſet, ſub uerborum aliquando inuolucro, ſub indeterminatas deciſiones, quæ tamen alio loco determinarentur, legalis philoſophiæ eminentiam abſconderunt, quæ non niſi à uiris doctis, à iuris interpretibus, ab iis qui multa ætate legales doctrinas uerſaſſent, aperirentur. Auſim itaq; non iam cum Accurſio, ſed cum ipſo Imperatore aſſerere, non eſſe in legibus Pandectarū ullam tantam contrarietatem, quæ non conciliari poſsit & complacari. Sed induſtria opus eſt, quando archetypos libros, præſtantiſsimos Iureconſultorum labores, legalis ſapientiæ fontem perdidimus: ex quibus, ſi extarēt, per tractatorum ſeriem, per præcedentia & ſequentia aliquanto leuius expediremur: nunc ingenium addere, multa proſpicere, ueritatem in profundo dimerſam, ex latibulis eruere oportuerit. Rerum enim, negociorū, cauſarum, perſonarum, cōditionum, qualitatum, temporum differentiis confuſa diſtinguere, coërcere effuſa, moderari generalia, caſum à caſu diſcernere, ſeiungere colligata, ſeparare compacta, & multis id genus coniecturis ratiocinari neceſſe eſt, ut infoſſa eruantur, erudentur congeſta, ambigua diſſoluantur, & uelut lumine obſcura illuſtrētur. hoc enim Iulianus, hoc Vlp. hoc Celſus, hoc Paul. aliiq; Iureconſulti iuſſere. l. nō poſſunt. cum l. ſeq. l. in ambigua. l. non eſt nouum. cum duabus ll. ſeq. ſuprà de ll. Huiuſmodi igitur & aliis coniecturis, ſi Accurſ. ſi Bart. ſi alii uiri docti utantur, nō iam ariolari, ſed probabili & acutiſsima uti diuinatione mihi uidentur: qua & Cicero in prima Verrina, & ſæpe in ſuis orationibus, ubi cū teſtes, monumenta, aliæq; probationū ſpecies defecerunt, cū laude uſus fuiſſe comperitur. Proinde Budæū, uirum in politioribus literis principē, aliosq;

Iuriſprudētiæ ſacraria uernaculo idiomate non prophananda.

Contrarietas legum nulla.

Iuriſprudentiæ profeſsio in quo ſit difficilis.

Budæus.

aliosq; eloquentiæ uertices hortamur, ut quas coniecturas in Rhetoricæ præceptis non ſolum recipiunt, ſed etiam ex eis præcipuum inter alios ſtatum conſtituunt, in noſtra legali ſcientia non ſubterant uel cõdemnent. Rhetoricæ enim artis cõiecturæ, ſine iuris doctrinis tantũ non exarmantur. Addimus nullã eſſe tam perſpectam ſcientiã, ne in diuinis quidem rebus, in qua non in uerborum cortice pugnantia appareant: quę ſi à cõiecturis, à diuinatione probabili diſceſſeris, quomodo diſſolues? Et ut interim uno ſim exẽplo contẽtus, quid diuerſius, quid inter ſe pugnãtius, quàm quòd unus ex Euangeliſtis Saluatorẽ hora tertia, alius hora ſexta fuiſſe crucifixum ſcribit, niſi qualitate alia & alia diſsidiũ ſis conciliaturus? Sed ad Antinomias Budæi procedimus. Putat Budæus pugnare l. per ſeruũ. §. deniq;. infrà de uſu & hab. cum l. huic. §. j. infrà uſufr. quẽad. cauc. Siquidẽ in priore lege, fructus ſine uſu nõ cõſiſtit, quòd adempto uſu & fructus periit: in poſteriore cõſiſtit, cum fructus ſine uſu legari poſsit. Non inficiamur à fronte apparere diſsidentiã. Nam & tu uir clariſſime eum nodum nuper ad me baptiſmatis lauãtem retuliſti. Sed non eſt ulla inter huiuſmodi ll. contrarietas. Siquidẽ cum fructui ex natura rei inſit utẽdi cõmoditas, quòd nemo frui, niſi utendo poſsit: mirum non eſt utendi facultate adempta, etiam fructum adimi, ut d. l. per ſeruũ. Ad hoc de ea utendi facultate, quæ ex concomitantia fructũ ſequitur, intelligi conueniet. Poteſt tamen nihilominus fructus legari ſine uſu, quę ſit ſeparata ſeruitus. d. l. huic. quo caſu fructuarius, licet fruendo utatur cauſaliter, ſeorſum tamẽ uti iure ſeruitutis nõ poſſet. Itaq; in l. per ſeruũ, fructui inerat facultas utendi ex cõcomitantia. in l. huic. ius ſeruitutis uſus, fructui formaliter non inerat. Nec eſt hæc diuinatio impertinens: nam uſus coniunctus fructui, non poteſt alius eſſe, niſi uel concomitans, uel (ut nos loquimur) cauſalis: duo enim formalia iuri coniungi non poſſunt. l. j. de uſufr. leg. quod & ipſa ſani hominis ratio docet. Separatus itaq; à fructu uſus, mox formalis eſt, & in ius ſeruitutis erumpit, qui coniunctus fructui, cauſalis erat, & proprii iuris nomen perdiderat: rectè ſicut apud Imperatorem Inſtitut. de rer. diuiſ. §. ſi tamen alienam. purpura iuncta ueſtimento, poteſtate iuris ceſſat eſſe purpura: ſeparata à ueſtimento, iam in nomen purpuræ reuertitur. Sic tegula, ſic tignum iunctum domui, uim propriam perdidit & domui accedit:

Nullã profeſſionem immunem à contrarietatibus.

L. per ſeruũ. §. denique. de uſu & hab. & l. huic. § j. ff. uſufruct. quemad. caue.

cedit: ſeparatum à domo rurſus tignum nominabitur.l.eum qui.infrà de uſucap. In iſtis tamē iuribus incorporalibus ſubtilius res procedit: aliud enim eſt, cū fructus legatur ſine uſu: nam tunc à principio, uſus pro iure ſeruitutis non ineſt, utendi tamen commoditas ineſt: aliud cum uſufructus legatur: hic enim uſus à principio ita innectitur fructui cauſaliter, ut ſeparari in ius formale nūquam poſsit, qui tamen à principio tanquàm ius proprium per ſe ſtare poterat: quam ſubtilitatem in tigno & purpura, quæ exempli cauſa adduxi, non inuenias. Quòd autem fructus ſine uſu à principio cōſtare poſsit, probatur in l.ſed ſi.in fi.infrà de uſu & hab.ubi proprietas fundi mea erat, fructus Titii, uſus Flacci. Hæc ergo iura formalia à ſeſe mutuò ſeparari poſſunt.quæ tamen coniungi, imò connecti & cōfundi uideas, ſi uſufructus apud unum ſit, & ceſſabunt eſſe iura formalia. Colligendo ergo, aut uſus legatur, aut fructus: ſi uſus, nihil iam commune cū fructu, nec cauſaliter, nec formaliter habebit.l.j.infrà de uſu & hab. Sin fructus, hoc caſu pro iure ſeruitutis ſeparatus eſt.d.l.huic.pro cōcomitanti uerò & cauſali utēdi facultate ſeparatus non eſt, ut l.per ſeruū. Ad prædictam noſtrā elucidationem quàm commodiſsimè facit l.qui uſufructū.§.ſed qui.cum §.ſeq.infrà de uerb.obl.ubi qui actum ſtipulatur, deinde iter, nihil agit: ſic & qui uſufructū ſtipulatur, deinde uſum, nihil agit, utiliter tamen nouandi animo utraq; ſtipularetur. Cuius nulla eſt alia ratio, quàm quod ſuperioribus caſibus, iter, id eſt, cōmoditatem eundi, & uſum, id eſt, cōmoditatem utendi cauſaliter ſtipulabatur, quo caſu inerat, in poſteriori reſponſo, nouare, id eſt, ſeruitutē itineris & uſus, formaliter conſtituere uoluit, quæ nō inerat: quam diſtinctionem etiā fundat l.ſi pupillus. §.qui actū infrà de nouat. Hæc qui intelligit, & cui procliuus ſit ad ueritatē animus, in huiuſmodi legibus non ſolum nihil repugnantiæ, ſed etiā ordine poſitas determinationes inueniet. Quòd ſi cui eæ tam claræ diſſolutiones non ſatisfacerent, conſultiſsimū erit, niſi fortiora adferat, ut circa legales doctrinas non fatigetur. Aliud obiicit contrarium Budæus de l.ſi pœnæ.§.j.de cond.indeb.ad l.repetitio.eo.tit. ubi qui ſoluit nō debitū uero creditori, uno loco repetit, alio non repetit. Sed ſi ſoluentiū cōditionem conſideres, iam omnis pugna deflaccuit. Siquidē qui ſoluit ſuo nomine, nihil dubitans ſe eſſe debitorem, is repetit.d.§.quamuis.fallebatur

l.ſi pœnæ.§.j. de cōd.ind. & l.repetitio.eod. tit.

tur enim & propoſito ſoluendi, & facto ſolutionis. Sin ſoluat ut debitor, ſed non alio reſpectu quàm ratione rei quam debuit, is non repetit. d. l. repetitio. licet enim opinione falleretur, ipſa tamen ſolutio propter rem debitam facta nihil fefellit. Exemplo res plana eſt in hærede putatiuo, qui hæreditatẽ tanquam credens ſe hæredem poſsidet: is ſi creditoribus hæreditariis ſoluat ſuo nomine, nõ ut poſſeſſor, euicta hæreditate repetit. d. §. quamuis. Sin ut poſſeſſor ſoluerit, id eſt, propter hæreditatẽ, non repetit. d. l. repetitio. ſed hæreditati euictæ imputat. Vtrobiq; erat hæres putatus, utrobiq; creditores ſuũ receperũt: ſed primo loco ſolutio debiti ex ſola indebitè ſoluẽtis perſona fundabatur: alio loco, non ſolum ex perſona ſoluẽtis qui nihil debebat, ſed etiã ex re, id eſt, hæreditate, quæ obligata fuit, proceſsit ſolutio: unde meritò illic condicitur, hic non cõdicitur. Et prædicta declaratio tum ex d. §. quamuis. tum alibi ex l. ſi quid poſſeſſor. ſuprà de pet. hær. eleganter fundatur; ubi I. C. poſſeſſorẽ hæreditatis, qui ſoluẽdo creditoribus nõ eſt factus locupletior, ab eo qui eſt factus locupletior, non alia ratione diſcreuit, quàm quòd hic condictionem indebiti habet, ille non habet. Cuius diſſeparationis quæ poteſt alia eſſe radix, quàm quòd alter ſuo, alter hæreditatis nomine ſoluerat? Soluere autẽ uel expreſſo hæreditatis nomine poſſe, tex. docet in l. fin. §. ſin autẽ. C. de pet. hære. Nec tamen id ago, ut d. l. repetitio. ad ſolam hanc ſpeciem hæreditariæ ſolutionis coërceã, cum uarias ea lex adhuc ſpecies contineat. Nam ſi eum qui ſupra legitimum modum mihi donatũ uoluit, creditori meo delegauero, & is ſoluit: licet indebitè ſoluat, tamẽ quia pro uero debitore ſoluit, & creditor ſuum recepit, ceſſat repetitio. l. purè. §. ſi eum. infrà de dol. except. Sic qui mihi obligatus quidem eſt, ſed exceptione aliqua contra me tueri poterat, ſi delegatus ſolueret meo creditori, nõ repetit, & tamen indebitũ (quod ſaltẽ exceptione oppoſita erat indebitũ) ſoluit. l. ſi quis delegauerit. infrà de nouat. Porrò fieri poteſt, quod & uſu quotidiano uenit, ut aſſerat ſibi quiſpiam uillam, caſtra (ut cum uulgo loquar) iuriſdictionẽ, dotem, peculia, uel alia quę ſunt iuris uniuerſalis, is creditoribus debita opera, & ex compoſito ſuo nomine ſoluit, ut poſſeſsionis uel umbra gaudeat: cur ille nõ repeteret, ſi fortè quod poſſederat fuerit euictũ, cum ſuo & non rei nomine ſoluerit? per d. l. ſi pœnæ. §. quamuis. fa. l. fi. de neg. geſt.

Vide text. cum gl. in l. cũ quis. §. de peculio. ij. reſponſo. ff. de ſolut.

Comparatio quæ ad antinomiæ huius concordãtiam uel in primis facit.

ſari dixerat. Nam ex ſtomachi amaritudine, quæ iam à Cicerone oratoribus inoleuerat, iudicaſſe uiſus eſt. Vel certè ad ueterem iuriſprudentiam necdum adultæ frugis, ſed imperfectam reſpexerat, quæ & Ciceroni anſam extenuandi præbuit: ut credibile ſit, nihil illorũ iudicaturos fuiſſe, ſi in illuſtrium Iurecõſultorũ Papiniani, Pauli, Vlpiani, aliorumq; tam alta, tam acuta, tam ſublimis cognitionis uolumina incidiſſent. Sed ad Budæi pugnantia reuertamur. Subnectitur enim alia contrarietas de l. quid tamen. ad l. cum ab eo. infrà de contr. empt. ubi uno caſu conſtabat emptio æris pro auro: alibi in menſa quæ putabatur argentea, non conſtabat. Sed ſi dictas ll. inſpicias, ipſæ ſe ſoluunt. Quippe in l. quid tamen, materia erat mixta: confuſum enim erat æs auro, ut ſic in materia non fuerit prorſus erratum. Sed in l. cum ab eo: penitus errabatur in materia: menſa enim licet eſſet argento cooperta, laminis fortè, in materia tamen nihil fuit argenti. Sic & qui acetum pro uino emit, ſi à principio acetum fuerit, nihil aget: ſecus ſi uinum ex poſt facto acuerit. l. in uenditionibus. in fin. eod. tit. Sumitur & facilior ſolutio ex textuũ ſerie: nam in l. cum ab eo. actum fuerat ut menſa ſolida argentea uenderetur, quod in l. quid tamen. non erat. Porrò antinomia quam Budæus ex l. cum quidam. & in l. in fraudem. in prin. infrà de iur. fiſ. adduxit, quamuis non careat difficultate, ſi tamen ingenium intẽderis, ex ueritate diſſolues. Nam l. cum quidam. de reo loquitur, qui accuſatus quidem erat, uerum nec damnatus, quod uerba indicant: is non acquirendo, in fraudem fiſci nihil commiſit, quod adhuc dubium erat, condemnaretur, an non condemnaretur. Regulariter enim acquirere nemo tenetur. l. qui autem. ſuprà quæ in frau. credit. At in l. in fraudem. iam damnatus erat, qui lucra ſibi oblata non acquiſierat, meritò in fraudem fiſci feciſſe cenſebitur. Quòd autẽ d. l. in fraudem. de condemnato loquatur, probatur ex primo reſponſ. eiuſdem l. ubi res alienatæ reuocantur: reuocari autẽ nõ poſſunt, niſi poſt condemnationem, per elegantem text. in l. facultas defenſionis. C. eodem lib. x. Præterea & ſubtilius dici poteſt, quòd l. in fraudem. de eo intelligatur. qui dum damnatus eſſet, directò & ex ſua ipſius perſona acquirere noluit, adeoq; rem illicitam fecit. Sed in l. cum quidam. reus actum licitum fecerat, quod necdum damnatus, filium emancipauit: quo caſu licet in conſequentiam nõ acquireret (hæreditatem

L. cum ab eo. & l. quid tamẽ. ff. de cõtr. emp.

L. cum quidã. & l. in fraudẽ. ff. de iur. fiſ.

enim filio delatam filius ſibi quæ ſiuit) in fraudem tamē fiſci feciſſe non dicitur, tum quia adhuc accuſatio dubia erat, tum quia adminiſtrare adhuc poterat. l. aufertur. §. in reatu. ff. eo. Item cauſa filii fraudem excuſabat propter naturæ pietatem. arg. eorum quę not. in l. Iul. in fin. infrà ſi quis omiſ. cau. teſt. Deniq; fraus tum facilius excluditur, quod reus, ut diximus, non directò & principaliter, uel ex deſtinato nō acquirebat, ſed per conſequentiam, & uelut per obliquum: quorum nullum in l. in fraudem. concurrerat. Quæ eſt, ut nos opinamur, uera ſolutio, & fortè rara: Bart. enim aliter & non bene ſenſit. Sed Accurſii fidelis inueſtigatio, quamuis & ipſa incerta, huiuſmodi tamen nodi diſſolutionem adiuuit: quem licet Valla implacabilis conuiciator, uituperanter proculcare pergat, in ſublimibus tamen ciuilis philoſophiæ ſcientiis, à quibus unis præcipue reſpubli. ſtat, in minima ſui ingenii particula, plus iuſtæ eruditionis habuit, quàm ſi terra Vallis uelut cyniphibus Aegyptiis repleretur. Parcent mihi, ut ſpero, quicūq; hæc legerint: nec enim conuitiis appetere eruditos unquam libuit, ſed receptiſsimæ exiſtimationis uiros tam turpiter inuadi, quàm fecit Valla, diſsimulare nec debui, nec potui. Inter dictos enim uiros, uetuſtis moribus receptū eſt, ut ſi à ſcriptoribus recedendum fuerat, res ipſa in diſceptationem ueniret, conuitiis parceretur: quod utinam tam ſeruarent eloquentes uiri, quàm debent ad omnem modeſtiam eſſe compoſiti, cum Orator ſit uir bonus, dicendi peritus: iam enim in adſerenda maiorum noſtrorum exiſtimatione, non laboraremus.

Excuſat ſe Zaſius quòd impetierit Vallā,

Obiicitur & repugnantia, de l. hoc iure. & l. inſulam. cum l. ſtipulationes. ij. infrà de uerb. oblig. quaſi in altera dies expectetur, in aliis non expectetur. Sed conſideranti diuerſam ubiq; naturam obligationis, non difficilis eſt reſolutio. Nam in l. hoc iure. factum ad diem, & erat conditionale, & ad euentum tertii reiiciebatur: quo caſu quandocunq; etiā ante diem conditio defecit, purata uel purificata iam erat promiſsio, ex communibus iuris regulis. At in l. inſulam. factum à promiſſore ad diem duntaxat explicandum fuit, unde tota obligatio tanquam non habens cōditionem cuius euentus expectetur, in diem collata eſt, ut meritò hic dies expectetur, illic nō expectetur. Alius autem text. l. ſtipulationes. in fin. ſe ſoluit: ibi enim ante diem, non ad totale factum agitur, ſed ad id quod in partem intereſt non eſſe cœptum. proinde propria ratio quanq;

L. hoc iure. l. ſtipulationes. & l. inſulam. ff. de uerb. oblig.

quanq; legem defendit: quæ tamen omnia in lectionibus ordinariis, ſuperiori anno, ex iuſto explicuimus, ut hic breuitas non ſit incōgrua. Adde, quòd in re certa & clara diffundi, hominis ſit ocioſi & ſeſe mirantis. Tandem Budęus urgere cōtendit, ex l. ſi filiusfa. infrà de iud. & l. fin. infrà de uar. & extraor. cog. ubi in priore, iudex litem ſuam facere intelligitur, cum dolo malo egerit: in poſteriore, iudex qui litem ſuam fecerit, cum ex quaſi maleficio teneatur, nihil dolo feciſſe uidetur. Sed ſatis leuicula hæc ſunt, & nullo negocio diſſoluūtur. Nam ſuperius dolo fecerat iudex: ſecundo loco, nō dolo, ſed per imprudentiā: quod tum eſt clarius, quia ex ipſiſmet textibus fundatur. Nec enim procedit ſi ex indeterminata quiſpiā deciſione legum nos impellere pergat. Nam ſicut in Logica, indefinita oratio in accidētalibus non æquipollet uniuerſali: ita in lege, pro regula ſeruatur, quod ab indefinita deciſione, ad taxatiuā uel uniuerſalē, aut præciſam, niſi propria exigat ratio, non arguatur. Itaq; cum d. l. ſi filiusfam. doceat iudicē tunc litē ſuam facere, cū dolo egerit, nō ſequitur quòd igitur eo dūtaxat caſu litē ſuā facere dicatur: poteſt enim iudex dolo, poteſt & præter dolū, ex imprudentia litem ſuam facere.

Lectura Zaſii.

L. ſi filiusfa. de iud. & l. fin. de uar. & extraor di. cog.

Hęc ad te Claudi breuibus mittere uolui, ſi quidē circa quaſque leges latius uerſari potuiſsē: ſed quia arbitramur ſatis propoſito noſtro feciſſe, euagari noluimus, maximè ea de cauſa, ꝙ Budæo uiro tā eminēter docto obſtrepere, graue prorſus & inuiſum fuit. Nec uerbū ſcripſiſſemus, ſi huiuſmodi putatiua legū repugnantia nō fuiſſet mille & amplius exēplaribus in orbē diffuſa. Vnde ſciētiæ ciuilis cauſam aſſerere non dedecuit, ne recepta Budæi autoritas, quæ & meis quoq; calculis alioquin urnā implet, quęquā moueret ueritatis ſpecie, ſicq; noſtræ ſciētiæ amplitudo, quaſi contrariis eſſet legibus diſſecta, eleuaretur, & paruo initio, uel pręter Budæi cōſiliū, paſsim extraneis rerū ciuiliū inſuetis proculcanda exponeretur. Tu igitur clariſsime uir, noſtratia hęc æqua mēte deſumito, & cū ſis in legalibus doctrinis cū florenti facūdia inter primos eruditus, acri iudicio cuncta diſcutito, & ſi fracta fidelia uitiū ſonet, oſtēdito. Paratus enim ſum, & Budæo in primis, ſi meliora habuerit, & tibi, ſi amplius dubites, ita reſpondere, ut & noſtra amicè tueri, ſi ueritas patiatur, effuſius enitar: uel liti cedere, ſi neceſſe ſit, nō erubeſcā, qui ueritati & ſtamus & cadimus. Vale. Friburgi, III. Cal. Decēb. Anno M.D.XVIII.

Peroratio.

M 2 Reſpon

RESPONSIO ZASII CONTRA aſſertam confutationem Stellæ.

INCIDIMVS nuper in libellũ Petri Stellæ Doctoris Aurelien. uiri, ut apparet, non uulgariter docti: is cum l. repetitio. de cond. indeb. repetendã ſumpſiſſet, inter alia noſtram concordiã, quam ad l. ſi pœnæ. eo. tit. dedimus, improbat, prolixius quàm fundatius: & tandẽ utraſq; ll. ſic cõciliat, ut in l. repetitio. is cui ſolutum eſt aliquid, receperit rem ſuam propriam, cuius erat dominus: at in l. ſi pœnæ. rem debitã creditor receperit. Cui concordiæ non accedimus, tum quia ex argumẽtis ambiguis ſe fundat. Ea enim dictio, *ſuum*, nõ ſemper dominiũ, ſed ius perſonale importat ſæpenumero. Porrò dictio, *nulla*, etiam ſi ſit negatiua uniuerſalis, tamẽ coërcetur ad materiam ſubiectam, ut ſuprà in Intellectibus docuimus. Et ſic fidem in re dubia, ea argumenta ambigua mihi non faciunt. Præterea d. l. repetitio. non eſſet dubitabilis: cur enim rem cuius ſum dominus, reſtituerem, etiã ei qui ex errore ſoluiſſet? Plus igitur peritiæ & utilitatis noſtræ habẽt reſolutiones, quàm frigida iſthæc nõ niſi ampullis uerborum ornata. Denique cum repetitio, quæ ex condictione indebiti datur, tunc cõpetat, cum ſoluendo res in dominiũ accipientis tranſlata eſt. Inſtit. de oblig. quæ re contrah. §. is quoq;. cũ uulg. & conſtet quòd d. l. repetitio. in materia cõdictionis indebiti ſita ſit, unde iuxta exigentiã tituli in quo ponitur, & ſic ſecũdum naturam condictionis indebiti intelligenda eſt, argu. l. Imperatores. de in diem addict. Quapropter deciſio d. l. repetitio, ſuper ea tantummodo qualitate ſolutionis intelligi neceſſariò debebit, ex qua dominium in accipientem tranſiit. Quibus conſequens eſt, peregrinum illum caſum, quo dominus propriam ſuam rem ibidem accepiſſe prætenditur, in d. l. non poſſe intrudi. Proinde liquère putamus dominũ Petrum Stellam, cum ſyncerum noſtrum intellectum uellicare prætendiſſet, erroneum & à natura tituli abhorrentem ſenſum in ſuo commentulo inuexiſſe: cui tamen ex iuſto reſpondimus, id quod in lucẽ prodiit. Sed non contentus is Stella, concertationis fortaſſe auidus, rurſus repugnauit, ſed extra cauſam. Vnde cum uideam hominem uictum eius eſſe pertinaciæ ut uinci nolit, in re cuius ueritas pro nobis eſt, altercare diutius nolumus. Altercatione enim perdi ueritatẽ, uulgò cognitum eſt. Ita aliorum iudicio rem relinquamus.

DE

DE ANTINOMIARVM ALIQVOT DISSOLVTIO-nibus pars ſecunda.

LEX fin.ad fi.principii, de uſucap. ex diametro diſsidet cum l.ſi quiſquam. de diuerſ. & temp. præſcrip. Nam illic qui pluribus annis piſcatus eſt, non poteſt prohibere alium eodem iure uti uolentem: hic autem in caſu omnino pari, prohibere poteſt. Gloſ. poſt alias ſolutiones dicit piſcatorem hic fuiſſe in quaſi poſſeſsione piſcandi, illic autem non fuiſſe in quaſi poſſeſsione. quam ſolutionem Bart. recipit, & dicit eam ab aliis teneri. Sed uide ne aduerſarii noſtri dicant Accurſium diuinare, ſcilicet quòd iſthæc diſtinctio non ſolum ex textibus non appareat, ſed etiam contrarium ex l.fin. colligatur: ibi enim de præſcriptione longi tẽporis fit mentio, & deinde de piſcatore ſubditur. Vnde ut exemplum conueniat regulæ, neceſſe eſt fateri, quòd ibidem piſcator longo tempore in quaſi poſſeſsione fuerit. Hoc tamen non obſtante, uera eſt ſolutio ſupradicta, ſi ſubtiliter declaretur. Nam longa poſſeſſio aliquando uſucapionem parit, & ius dominii: & ſic loquitur d.l.fin. quæ uult quòd in locis iure gentium publicis ex poſſeſsione non procedat uſucapio dominii, ut in duobus exemplis ibidem. Piſcator ibidem non dicitur fuiſſe in quaſi poſſeſsione, ex qua uſucapio oriretur, etiam ſi pluribus annis piſcatus. qui intellectus ex natura tituli colligitur, ſcilicet quòd tit. de uſucap. inſcribitur. At uerò in l.ſi quiſquã. cũ piſcator pluribus annis piſcaretur, nudũ uſum ex ea quaſi poſſeſſione præſcripſit, ſic, ut quandiu uteretur facultate piſcandi, alios prohibere poterat, ne eũ in uſu turbarent: quod etiã ex eo ipſo titulo, qui de diuerſ. & temp. præſcrip. inſcribitur, colligitur. Vnde ſufficit eo loci pręſcriptio ad nudã utendi facultatẽ. Apparet ergo ueritas ſolutionis: quia piſcator in diuerticulo multis annis piſcatus in l. contraria, nõ fuit in quaſi poſſeſsione quò ad uſucapionẽ dominii: at in l.ſi quiſquã, fuit in quaſi poſſeſsione ad præſcribendã facultatem utendi, ne ab alio in ſuo uſu turbaretur. Cæterũ ſi is piſcator per tempora legitima uti deſiiſſet, poterat facultas piſcandi eo loci ab alio occupari. nec potuiſſet à primo piſcatore iure dominii prohiberi. quod per d.l. finalem rectè & elegãter determinatur, dũ

L. final. in ſi. de uſucap. & l. ſi quiſquã. de diuerſis & temp. præſcript.

de ædificio in littore poſito & derelicto, fit mentio: ſicq; lex legem determinat. Et certè cum ibidem poſt exemplum ædificii, de piſcationis diuerticulo ſubditur, non poteſt res aliter intelligi, quàm ut prædiximus. At hodie ius piſcandi conſuetudinibus & uſurpationibus mutatum eſt.

L. in fraudem. iij. ff. qui & à quibus. & l. ſi quis cũ. ff. quæ in fraud. cred.

L. in fraudem. iij. ff. qui & à quibus. implacabiliter uidetur diſsidere cũ l. ſi quis cum. ff. quæ in fraudem creditorum. quia illic dicitur libertates intercidere ſi aliis creditoribus non ſoluatur, etiam ubi priores creditores dimiſsi ſunt: cuius contrarium in l. ſi quis. planè habetur. Gl. in d. l. in fraudem. diuinat ineptè. Angel. tenet ſolut. gl. quod in d. l. in fraudem. text. loquatur de fideicommiſſaria libertate. Sed hoc eſt apertè contra text. ibid. cum exprimit libertates teſtamento datas. Tu dic, quòd uarii generis creditores habuit, quorum aliqui priores erant tempore, alii poſteriores, omnes tamen extabant tempore quo in fraudem alienauit. Vnde non ſufficit priores tempore dimittere, niſi & reſidui, quibus adhuc non erat ſolutum, dimittantur. Et hæc ſolutio fundatur ex uerb. reſiduos. Dices tu, quòd hoc caſu l. erit ſuper indubitato poſita. Sed fortè dubitatio in eo eſt, quòd dum libertates dedit, uoluit tantummodo fraudare priores: ſed hoc non poterat, niſi etiam reſiduis noceretur. putabat reſiduis conſultum eſſe ſi priores dimitterentur, & ſic non erat fraus deſtinata contra reſiduos. ad quod poteſt facere l. in fraudẽ. j. eod. tit. qui & à quibus.

L. fin. ff. de cõd. cauſ. dat. & l. naturalis. §. j. de præſcript. uerb.

Diſsidere inter ſeſe uidẽtur l. fi. ff. de cond. cauſ. dat. cauſ. nõ ſeq. & l. naturalis. §. j. de præſcript. uerb. Nam priore, ſi dedero tibi pecuniã ut tu des Stichum, non contrahitur emptio: cuius diuerſum poſteriore lege docetur: ibi enim ſi pecuniam dedero ut Stichum accipiam, emptio eſt. Sed eum nodum rectè explicuit Bart. nempe quòd in l. naturalis. §. j. contrahebatur per uerb. accipiendi, quod generale eſt, nec urget tranſlationem dominii, ſicut uerb. dandi. in d. l. fin. Quæ ſolutio mihi uera uidetur: nam & ex commodato, ex precario, ex traditione, & ex uariis figuris cauſarum accipitur, in quibus non tranſit dominium, id quod euidentia docet. & fa. ad hanc ſolutionem l. aliud eſt capere. ff. de uerb. ſig. Sed multa occurrunt quæ hãc ſolutionem collidere uidentur. Nam ſit ſanè uerb. accipiendi generale, per hoc non impellitur, quòd ideo id genus cõtractus, do ut accipiam, emptio ſit, & non potius contractus innominatus. Deinde, quia id exemplum in tractatu do ut des, poſit

poſitum eſt, rectè & iure uerb. accipiendi, ex uerb. dandi regulabitur. Et tandem ſi is contractus ad emptiouem coërceretur, iam eſſet do ut tradas, quod ad dictā eam ſpeciem qua dicitur, do ut des, accommodari non poterit, cum tradere ſit factum, atque adeò potius in ſecunda ſpecie contractuum innominatorum contineretur. Ad has difficultates Doctores tantum abeſt ut reſponderint, ut ne aduerterint quidem. Nos eas diſſoluimus ut poſſumus, & ad primam obiectionem reſpondemus, quòd tametſi uerb. accipiendi, ſit generale ad uarias conuentiones, tamen coërcenda eſt ad ſpeciem contractus nobiliorem & frequentiorem, ſicuti eſt emptio. pro quo fa. l. ij. in prin. in uerb. contrahitur. ff. pro emption. Ad ſecundam & tertiam obiectionem puto dici poſſe, quòd in contractu do ut des, uerbum dandi, traditionem non excludat, id quod neceſſariò in primo exemplo recipiendum eſt. Et licet tradi rem, ſit factum, momentaneum tamen eſt, & uerbo dandi proximum, quod diſſeparatur à contractu do ut facias, quod tractum habet ſucceſsiuum: & cum quatuor ſint contractus innominati, Do ut des, do ut facias, facio ut des, facio ut facias: inq; nullo contineatur do ut tradas, niſi in primo: unde habes quod rem tradi factis non connumeratur, ad limitationem l. ſtipul. non diuid. de uerborum obligatione. Ex diametro pugnat l. intereſſe. de acquir. poſſ. cum l. licet. §. rei. ff. depoſi. Nam illic dicitur, ſequeſtratione non dimitti poſſeſsionem, niſi ea mente ſequeſtretur, & idipſum apertè fuerit approbatum. At hic diuerſum dicitur, nempe in ſequeſtratione neutrum poſsidere: id enim agi, quòd neutri ius poſſeſsionis procedat. Gloſſ. putat illam per hanc determinari, ut tunc dicatur hoc conſtare, cum de contrario non appareat. Doct. ſuſpenſo pede in hoc difficilimo contrario tranſeunt. Veram ſolutionem puto, quòd d. l. intereſſe. loquatur, quando res ſequeſtratur cauſa cuſtodiæ, nec eſt conflictus circa poſſeſsionem, id quod ex fine d. l. intereſſe. ſatis liquet: quia tunc is qui poſsidet, non perdit poſſeſsionem, niſi ea mente ad cuſtodiam dederint ut dimittant poſſeſsionē: quod tamen nō præſumitur, niſi apertè conſtiterit. Sed in l. licet. §. rei. circa poſſeſsionē erat cōflictus, quod facile ex ea l. colligitur: unde nō ad cuſtodiā, ſed ut neutrius poſſeſsioni præiudicaretur facta eſt ſequeſtratio: & meritò neuter poſsidet, poſtquā utraq; pars hoc egiſſe præſumatur.

L. intereſſe. de acq. poſſ. & l. licet. §. rei. ff. depoſiti.

L. qualē. ff. de arbit. & l. ſi cō. uenerit. ff. de re iud.

Diſsident l. qualem. ff. de arbit. & l. ſi conuenerit. ff. de re iud. Nam illic deciditur, conueniri per litigantes non poſſe ut certam arbiter ferat ſententiam: at hic in poſteriore l. contrarium diſponitur. Gl. Bart. & Doct. uariè ſoluunt, quorum ſolutiones reprobare nihil attinet, cū pro ſuo quilibet capite hic probet, ille reprobet. Vera ſolutio eſt, quòd non licet conuenire ut certam in indiuiduo ſentētiam uel arbiter uel iudex ferat, tunc enim iudicium eſſet de nihilo, deficeret iudicandi cardo, quem Cic. iudicationem uocat. & hoc uoluit d. l. qualem. At uerò conuenire inter partes in genere ſubalterno poteſt, ut iudex non ad totam cauſam, ſed ad ea reſpiciat quæ magis ſint controuerſa. Sic ergo pronunciatio iudicis finibus quibuſdam temperatur & perputatur, non ad indiuiduū coërcetur, quo caſu ei iudicationis ſcopus relinquitur. Simile eſt in Rhetoricis, cum partes litis cauſam partiendo, ſeiunctione utuntur, controuerſum à non controuerſo ſeparant, ut & cōtrouerſia certis finibus concluſa clarius appareat, & iudici eo facilior ſit uia iudicationis inueniendæ: ut ſic d. l. ſi conuenerit. ex Rhetoricis præceptis deprompta uideatur.

L. fructus. ff. de rei uēd. & l. & an eadē. §. qui cum partē. de except. rei iud. l. ſi Titio. §. j. de uſufr.

In l. fructus. de rei uendicat. cum concord. in gl. ibidem allegatis, dicitur quòd fructus pendentes pars fundi eſſe uideantur. E' diuerſo in l. & an eadem. §. qui cum partem. de exceptione rei iud. cū l. ſi Titio. §. j. de uſufr. habetur quòd uſusfructus non ſit portio fundi, ſed perſonæ. Hæc res non multum eſt difficilis: fructus enim pendentes de ſe ſunt quodammodo pars fundi, uel potius una & eadem res cum fundo. l. final. §. fructus. ff. quæ in fraudem creditorum. Sed uſusfructus ius eſt quod perſonæ cohæret. l. recte. de uerb. ſig. Nā facultas fruēdi fundum, nec maiorem, nec minorem, meliorémue, nec deteriorem facit: ſiue enim fruatur is uſusfructuarius, ſiue non fruatur, fundo nihil deerit nec accedet. Et ſic mirabiliter, fructus qui leuantur portio fundi ſunt: ius leuandi perſonam reſpicit, facultas leuandi ius perſonæ, & nō fundi.

L. ſi quis cū ſciret. ff. pro emp. & uerſ. niſi fortè in ead. l.

In l. ſi quis cum ſciret. ff. pro empt. uidetur l. ſeipſam ſubuertere, & in ſe collidi. Nam is qui ſcit uenditorem pecuniam conſumpturum, & tamen emit ab eo, uſucapit, id quod etiam gl. ibidem tenet. Et mox uelut ſimili exemplo, qui à uenditore emit luxurioſo, & protinus ſcortis daturo pecuniam, is non uſucapit, cum tamen nulla ſit differentia inter conſumptionem in genere, & conſumptionem in ſpecie: utrobique enim conſumitur:

mitur: cur ergo uno loco conſumit, & alio loco non dicetur conſumpſiſſe? Paulus de Caſt. putat intereſſe an ematur ab eo quem conſtat in uſum incertum conſumere, quia tunc uſucapiet: aut qui in malum certum uſum, ut ſic non uſucapiat, &c. Hoc mihi in effectu non placet, & credo unicum eſſe in tota lege caſum, ita ut is qui pecuniam ob emptionem dat uenditori conſumpturo, nihilominus uſucapiat, id quod Iureconſultus duplici ratione probat: tum quia bona fides eum contractum defendit, tum quòd uitatur abſurdum. Nam ſi conſumpturo uenditori emptor pecuniam dando non uſucaperet, ſequeretur quòd etiam emptor ad rei emptæ uſucapionẽ non admitteretur, ſi luxurioſo uel in ſcorta conſumpturo pecuniam daret, quod Iurecõſultus putat eſſe abſurdum, per rationem in text. inſertam, ibi, Quomodo enim mala fide, &c. Deniq; quid refert ſiue in malum uſum incertum, ſiue certum conſumat uenditor, emptore id ſciente? utrobique enim malus uſus eſt. Dum factum malum eſt, non admittetur differentia, ſiue ſit certum ſiue incertum malum factum: & poſſet fortaſſe incerta conſumptio in malum uſum peior eſſe, quàm cõſumptio in ſcorta, id quod ad ſenſum cognoſcitur. Cum igitur ad contractum emptionis ſuſtinendum, ſufficiat cõſenſus, merx, & precium, cùm bona fide, iſta extrinſeca & impertinentia quæ circunſtant, contractum eiuſq; effectum non inficiunt, quod ex text. d. l. ſi quis. in d. uerſ. quomodo enim mala fide, &c. ſubtiliter penſitato, facile colligitur. Sic enim in dicto cõtractu emptionis æſtimatio conſideratur, quæ circa rem eſt, non quæ in circunſtantiis extrinſecis uerſatur. l. ſi ſterilis. §. cum per uenditorem. ff. de act. empt. Et quòd conſumere uel aliàs perdere pecuniam æquiualeat, text. eſt in l. quod ſi minor. §. pen. ff. de minoribus. ubi etiam euidenter cauetur quòd contractus emptionis non inficitur, ſed precium ex neceſsitate ſoluendum eſt, etiam ſi emptor ſciens, uenditori perdituro pecuniam daret, eo ſaluò quòd minori reſtitutiò competeret: minori autem natu ius in nihilo ſubueniret. Pecuniam itaque in ſcorta conſumere, uel aliàs perdere, non differt. Et pro mea aſſertione fa. text. in l. iij. §. necnon. ff. de in rem uerſ. Porrò ſi dilapidare, perdere pecuniam, non datur uitio ei qui re ſua ſe abuti putat, l. ſed etſi lege. §. conſuluit. ff. de petit. hæred. niſi fortè ei bonis interdictum eſſet, ut habet cõmunis opinio in l. is cui. ff. de uerb.

oblig.cur ergo in dicto caſu l.ſi quis cum ſciret.in fin.uſucapio in recto contractu uenditionis impediretur? Ordo igitur ſenſus l.ſi quis cum ſciret.ita habet, quòd nō ſit in mala fide, qui à domino etiam conſumpturo pecuniam emit, niſi is non uſucapiet qui à luxurioſo, &c.emit, quod certe eſſet abſurdum. Colligit igitur Iureconſultus, quòd cum dici non poſſit, ut emens à luxurioſo, &c. non uſucapiat, rectè igitur & is uſucapiet qui ſciens à domino pecuniam conſumpturo emit: quomodo enim mala fide emiſſe uidetur qui à domino emit? quæ ratio in utroque reſponſo pariter locum habet, nec ulla iuſta poterit differentia diſparitatis introduci, ut ſuprà declarauimus. In l.ſcire debemus.iij.reſponſ.ff.de uerborum obligat.dicitur, quòd quamuis ſi plures res una ſtipulatione promittantur, ſint plures ſtipulationes, ſi tamen ſub ſigno uniuerſali plura promittantur, una conficitur ſtipulatio. Sed obiicitur urgentiſsimè de l. pluribus. eodem titul.ubi pluribus propoſitis ſi poſtea ſubdatur ſtipulatio ſub ſigno uniuerſali, non erit una, ſed plures ſtipulationes. Non uidi apud Doctor.expeditam ſolutionem: ſed uera ſolutio in promptu eſt, quia refert aut ſingulæ res exprimantur & proponantur à principio, & poſtea ſubdatur clauſula relatoria ſub ſigno uniuerſali, tunc enim erunt multæ ſtipulationes, quia ſignum uniuerſale non comprehendit ſeu concludit in ſe multa, ſed cauſa declarationis ad multa refertur: ut, lancem, calicem, equum, fundum, omnia hæc ſuprà ſcripta promittis? Cæterum ſi à principio ſub ſigno uniuerſali multa comprehenduntur, quæ prius non ſunt enumerata, tunc erit una ſtipulatio propter uniuerſalitatem, quæ multa ſub uno comprehendit. hoc caſu procedit dict. l. ſcire. caſu priore dict. l. pluribus. Et pro iſta ſolutione facit textus in l. quod dicitur. eodem titulo de uerborum obligationibus. Sic è diuerſo ſi promittuntur uel legantur aliquæ res in genere, & poſtea enumerantur ſpecies cauſa declarationis, per hoc non conficiuntur plures res particulares, ſed erit genus legatum uel promiſſum. argumen. l. quæſitum. §.finali. ff. de fundo inſtructo. quam tamen rem ibi tractat latius Bartolus poſt gloſſam: tametſi in multis eget luna, ut alibi dixi. Per prædicta fundari uideo ſpeciem argumentationis, quæ apud Logicos inductio dicitur; ubi rectè arguitur, ſi quis pluria particularia enumeret, & poſtea ſubdita clauſula generali

L.ſcire debemus.ff.de uerb. oblig.& l.pluribus.eod.tit.

concludat, ueluti, Stichum uolo, & Danum, & Daniam, & Pamphilum, & ſic de aliis, igitur omnem ſeruum uolo: licet uario ductu utraque procedant. Circa eam orationem qua dicitur, uerſum dici non poſſe, quod non durat uerſum, gloſſ. in l. ſi pro patre. §. uerſum. ff. de in rem uerſ. in utranque partem diſceptat, frigidè tamen ſoluit, nec omnia complectitur. Nam in l. j. §. prodeſt. ff. quorum legatorum. ſufficit ſi occupanti rem legatam accommodata ſit ſemel uoluntas, etiam ſi poſtea non duret, cum ceſſet interdictum. E' diuerſo in §. quod ait prætor. eadem l. j. &c. diuerſum deciditur, nempe quòd non ſufficit ſi hæres legatario immiſſo in rē legatam, dederit ſatiſdationem, niſi ea perſeueret. Sed diuerſa eſt utrobique conditio: nam cum uoluntas ſit inconſtans & ambulatoria, rectè in ea non requiritur perſeuerantia. facit quod gloſſ. dicit Inſtit. de iuſt. & iur. circa definitionem iuſtitiæ. Cæterum in alio caſu ſatiſdationis ceſſat ea mutabilitas. In l. j. §. hoc interdictum. ff. de tabulis exhibendis. dicitur, interdictum locum habere etiam ſi falſum eſſe dicatur teſtamentum. Cuius oppoſitum ex profeſſo in l. fin. eod. tit. traditur, nempe ſi ad publicam quæſtionem pertineret, tabulas non exhiberi. Per publicam autem quæſtionem intelligi neceſſe eſt falſi crimen, quod certè publici iudicii eſſe nemo ignorat. Gloſſ. utrobique uariè ſoluit, & nihil reſoluit, niſi eo loci quo dicit, in caſu l. final. criminaliter agi, alibi ciuiliter. Quæ ſolutio bene declarata uera eſt, licet Bart. eam non recitet. Vnde dic, quòd in §. hoc interdictum. principaliter ad hoc agebatur, ut tabulæ exhiberentur, & ſic principaliter fuerat actio ex interdicto propoſita. Porrò è contrario opponebatur non eſſe exhibendas, quia falſæ eſſent, in quo certè aduerſarius non auditur, qui cogitur exhibere ſine ulla exceptione. At in l. final. principaliter uertebatur quæſtio falſi contra Notarium uel ſcribentem, qui criminabatur falſum ſcripſiſſe, uel ſibi adſcripſiſſe, uel alio caſu in pœnam legis Corneliæ teſtamentariæ incidiſſe: is reus tabulas exhiberi petiit, ſed non auditur, tum quia falſi crimen fortaſſe contegere credebatur, tum uel maximè quia tabulæ teſtamenti non exhibentur, niſi eis qui aliquod commodum ex teſtamento habere putantur. dicta l. j. §. ſolent. at is reus nihil commodi ex teſtamento prætendebat. & hanc ſolutionem puto ueram. Cæterum prima ſolutio gloſſ.

L. ſi pro patre. §. uerſum. ff. de in rē uerſ. l. j. §. prodeſt. ff. quorum legat. & §. quod ait prætor. in eadem l.

L. j. §. hoc interd. ff. de tabu. exhib. & l. fin. eod. tit.

gloſſ. non multum abhorret ab hac reſolutione, niſi quia hæc eſt clarior. Dicitur in l. ſi quis miſſus fuerit. in princip. ff. ne uis fiat ei qui in poſſeſsionem miſſus eſt. quòd is qui prohibuit miſsionem in poſſeſsionem, uel expulit, & interdicto ne uis fiat tenetur, & extra ordinem manu militari coërcetur, uel prætoria poteſtate, eiuſdem decreta exequi, cõpellitur. Cuius diuerſum docetur in l. j. §. neceſſariò. ff. ſi mulier uent. nom. in poſſeſsionem, &c. ubi ſi mulier ſit in poſſeſsionem miſſa, quæ poſſeſsionem in alium transtulerit, iſte alius tenebitur interdicto, at manu militari non urgebitur, &c. Gloſſ. in utriſque iuribus uariè ſoluit, & mihi eorum quę dicit nihil placet. Puto itaq; diuerſos utrobique eſſe caſus. Nam in l. ſi quis miſſ. prohibitio uel expulſio interceſsit: at in §. neceſſariò. nihil illorum, quia mulier quo minus in poſſeſsionem mitteretur, nemo prohibuit. Porrò is cui à muliere tradita eſt poſſeſsio, nullam uim fecit: cur ergo manu militari teneretur, qui nec ex contumacia, nec ex rebellione intrauit? Contra eum igitur ordinariũ interdictum ſufficit. Pugnare euidenter inter ſeſe uidentur l. ij. ad fin. princ. ff. ſol. matr. & l. cum dos. in fi. ff. de pact. dotalibus. Doctores noſtri poſt gll. in utriſq; ll. alias atq; alias dederunt ſolutiones, quarum melior pars diuinat, cæteræ nihil reſoluunt, quemadmodum in Lectura mea d. l. ij. latius deduximus. Ego itaque in medullas utriuſque tex. penitius introſpiciẽs, reperi ſolutionem non eſſe adeò difficilem, ſi extra fines textuum non uagaremur. Nam in l. ij. fuit iuſſus mulieris, at in l. cõtraria, pactum conuentũ. In primo caſu per eum iuſſum non fuit læſa actio mulieris, ſi eã exercere in uita patris potuiſſet: ſed in l. cõtraria, actio filiæ pacto fuit lęſa, ſi eã in uita patris exercuiſſe potuiſſet. Accedat quòd in d. l. ij. iuſſus mulieris reſpexit tantummodo perſonam mariti qui delegabatur, doti nõ nocuit: unde mirũ non eſt, ſi pater adiuncta filiæ perſona, agat. In l. uerò contraria, pactũ fuit in ipſam dotem conuentũ: quapropter licet patri ſolo agenti non noceret, ſi tamen filiam paciſcentem adiungat, nocet. Et hæc, niſi fallor, eſt uera ſolutio, quia ex utriſq; textibus collecta, de qua etiã fecimus mentionem in Lectura noſtra, d. l. ij. ff. ſoluto matrimonio.

L. ſi quis miſſus. ff. ne uis fiat, &c. & l. j. §. neceſſariò. ff. ſi mulier uet. nom.

L. ij. ad fi. prin. ff. ſol. mat. & l. cum dos. in fi. ff. de pact. dot.

DE ANTINOMIARVM DISSOLVtionibus partis ſecundæ finis.

NOBIL

NOBILI ET CLA-
RISS. VIRO HIERONYMO BAL-
dugno de Leonibus, V. I. *Doctori, illuſtriſsimi prin*
cipis FERDINANDI *Regis Romanorum,&c.*
Cancellario digniſsimo, Vdalrichus *Zaſius*
LL.Doctor, *& ordinarius Fri-*
burgenſis ſeſe com-
mendat.

*

SVBSTITVTIONVM *materiam, clariſsime &*
doctiſsime uir, quam in ſcholis meis nuper publico au-
ditorio, in modum ſummarij tractatus legi, & plus ſe
mel recognoui, à compluribus qui me audierunt, &
qui ingenio & eruditione ſunt laudati, hortatus ſum
ut ederem. & licet ſubſtiterim initio, & quidem nõ ſine ratione, cum
iſthæc materia & ſit ultro difficilis, & à Doctoribus pro cuiuſq; uel
ingenio uel commodo, uſqueadeo diſceptationibus & opinionũ pro-
cellis inuoluta, ut quo plus in eorum commentarijs procedatur, tanto
minus certioris itineris ſemita appareat : attamen deſiderijs eorum
deeſſe nolui. Itaq; tractatum breuem quidem pro materiæ amplitudi-
ne, ſed utilem & commodum, ut ſpero, in lucem emiſi. In quo tria ma-
ximè obſeruare contendi: tum ut eam materiam exemplis & declara
tionibus, uel uſque ad minutiora, clariſsimam redderem : tum etiam,
ut uehementes opinionum concertationes uel amputarem, uel conci-
liarem: & tandem ut reſectis ſuperfluis, quorum magna in commen-
tarijs ſylua eſt, ea docerem, quæ & utilia eſſe, & noſtræ ſaltem Ger-
maniæ conferre poſſent. Quicquid hoc ſit laboreuli, ſub clariſsimo tuo
nomine edidi : non tam quòd omni officij genere me tibi debere profi-
tear, qui magna me ſemper humanitate es proſecutus, quàm quòd ſub
egregiæ dignitatis tuæ nomine, ſi ſingularem tuam eruditionem ta-
ceam, meas uigilias tutiores futuras ſpero. Nec enim obſcura eſt tuæ
doctrinæ eminentia, qua à iuuenta præ cæteris omnibus claruiſti. Iu-
uenem te audiuimus Aeneadum Vergilij magnam partem memori-
ter recitantem: carminis facilitatem & elegantiam, cum ſententia-
rum pondere, cum perſpicuitate, & quadam poëtica diuinitate in te
iuuene ſæpius admirati fuimus. Iuris ciuilis doctrinam, iam tum mi-
nor natu, ſupra ætatis uigorem ita cohauſeras, ut & publicè tracta-
ueris. Sed nemo hoc mirum fecerit: ab inclyta enim familia tua cum
iſthæc ingenij proceſſerit nobilitas, quid aliud quàm fœturam præcla

ram

ram proferret? Patrem habuiſti cùm doctrinarũ genere omnifariam ornatum, tum ſummi Pontificis & diui Cæſaris Maxæmiliani dignitatibus & priuilegijs illuſtrem, qui & omni de re, qua de quærebatur, reſpondere cum laude poterat. Si interim taceam cognatos tuos Ioannem & Caſparem Baldugnos, illum patruum, hunc auũculum: quorum alter cum honeſtioris famæ & nominis integritate uitã ſoluit, alter uel hodie aſſeſſor ſacri Romani Imperij, egregiam iuris dicendi èxercet prouinciam. Quo loco multa tranſeo, ne & adulari uidear, & epiſtolæ leges tranſgredi. Hoc habeto, meos iſtos labores nemini quàm tibi commendare felicius & tutius potuiſſe, qui ex ſolidiſsima fide, & uelis, & pro incomparabili doctrina poſsis à maleuolis eos defendere. Non deerit defenſioni, ſi ita res ferat, nobilis ille Federicus Frantz ab Schneberg, Diui principis noſtri conſiliarius inſignis, quem ego primæ ætatis iuuenem à diuo Maxæmiliano meæ commendatum præceptioni & tutelæ, non minori fide & amore, quàm filium proprium educaui. In quo uiciſsim tanta præ omnibus iuuenibus erat in præceptorem pietas, ut nihil omitteret quod laudatiſsimum præſtaret alumnum, & ſimul pulchra eruditione commendabilem ſeſe redderet, ut nemo mirum fecerit, qui diuorum Principum noſtrorum curiam iam ab adoleſcentia cũ dignitatis honore ſecutus, inter primos primus claruerit. Sed de eo aliàs plura.

Vale. Friburgi, VIII. Calend. Februarij, M. D. XXXII.

VDAL

VDALRICHI ZASII SVBSTITVTIONVM TRACTATVS.

QVEMADMODVM inſtitui dicũtur, quæ principaliter ordinata ſunt & ſtatuta: ita & ſubſtituendi uerbum ea cõplectitur, quæ ſubordinãtur: & utriuſq; uerbi ſignificatio latè patet. Nam & uita inſtitui dicitur, dum cõponitur: & leges inſtituere dicimur, dum ordinamus, ſtatuimus. Sic & uerbum ſubſtituẽdi ad multa uſurpatur: ſubſtituuntur enim procuratores, ſubſtituuntur iudices dum ſubordinãtur. Item & arbores ſubſtituit uſufructuarius in locum demortuarum, & ſi quæ ſunt ſimilia. ſa. l. pen. iud. ſol. l. agri. de uſufr. Cæterũ in materia ultimarum uoluntatũ uerba inſtituẽdi & ſubſtituendi ex cõmuniter accidentibus ſucceſſionem uniuerſalẽ reſpiciunt: qui enim hæres generaliter ordinatur, inſtitui, & is qui ſequẽti loco ſubordinatur, ſubſtitui dicitur. & ita uſu obſeruatur. In ſingulari autem ſucceſsione, quãuis uerbũ ſubſtitutionis ad legata & ad donationes cauſa mortis accõmodatur, l. ut hæredibus. de leg. ij. l. Titia. §. Seio. §. libertis. ff. eo. l. ſi cui. de donat. cauſ. mor. cũ ſimil. nõ tamen inuenio quòd inſtitutionis uerbo, teſtatores in legatis & donationibus uſi ſint: fortaſſe ne ordinationes ſucceſſoriæ, quæ diſcretæ eſſe debẽt, miſcerẽtur. uerũ ex uerbi ſignificatione, nihil impedit ſi & legatarii & donatarii (ut Polito ſatisfaciamus) inſtitui dicantur. Eſt ergo, ut propius ad materiã accedamus, ſubſtitutio nihil aliud, quàm ſequenti loco facta ſubordinatio. quod & Accurſ. in rub. de uulg. & pup. attigit, dum ſubſtitutionẽ ſecũdã eſſe inſtitutionẽ definiuit. *Subſtitutio quid.* Superuacaneas autẽ diſceptationes, quibus Sozi. in d. l. j. ff. eod. in prin. ſuę repetitionis inuoluitur, trãſeo, ut quæ ad nihil aliud quàm ad fatigationẽ ſtudioſorũ, & ad obſcuritatẽ materiæ, quæ tamẽ ultro difficilis eſt, tendere uidẽtur. Sunt autẽ uerba inſtitutionis & ſubſtitutionis inter ſeſe ita confinia, ut uerbo inſtitutionis aliquãdo ad ſubſtitutionẽ abutamur, ut in l. mulier.

lier.in fi.de cond.inſtit.l.Gallus.in princ.de lib.& poſthu.l. quæ cõditio.de cond.& demõſt. Porrò uarii gradus ſubſtitutionũ fieri poſſunt: teſtator enim Titio hærede, primo loco inſtituto, deinde Semproniũ ſecũdo loco uel gradu, & porrò Flaccũ tertio loco uel gradu, & ita deinceps poteſt inſtituere, ut in l.iij.de lib.& poſth.cũ ſimil. Et quãuis Politus ingenii ſui ſubtilitate, differẽtiã inter illa uerba, primo gradu, uel primo loco, facere uideatur, gl.tamen in d.l.j.in prin.gradũ pro loco ſine differẽtia poſuit, per tex.in l.ij.§.defertur.de bon. poſſ.ſecun.tab.ubi nõ refert hæredes primo gradu, an primo loco ſint ſcripti: quod certè ad uitãdã obſcuritatẽ expeditius eſſe credo, quicquid aliàs tenuerim, &c. Adde ſecundum Sozi.ea uerba, primo uel ſecũdo loco uel gradu, &c.ad uulgarem referri, nõ ad pupillarẽ, quæ ſecundarũ tabularũ, non ſecundi gradus dicitur, per l.ij.ad fi.uerſ.ſi ita.de uulg.& pup. Hoc quoq; nõ eſt prętereundũ, ſubſtitutionẽ ſine inſtitutione eſſe nõ poſſe, id quod gl.in d.l.j.ad prin.rectè docuit: ſiquidem & uerborũ uis idipſum efflagitat, licet à nõnullis oppugnetur, per l.ſi quis ita hæres inſtituatur.& l.ex facto.de hæred.inſtit.in quibus ſubſtitutio facta eſſe apparet, nullo hęrede inſtituto. Sed uerior eſt aſſertio gl.quam etiã Iaſ.poſt Doct.ſequitur. Et certè uerborũ natura exigit, ut nemo ſubordinari poſsit ei, qui nõ ſit ordinatus. Et nõ obſtãt iura in contrariũ facta, quia rectè intelligẽdo in utriſq; ll.nõ ſit mentio ſubſtitutionis, ſed potius inſtitutionis ſub cõditione factæ. quod etiã dicitur tenuiſſe Imol.ut cũ Sozi.allegat. Nã in d.l. ſi quis ita.ex illis uerbis, Si legitimus hæres nõ uendicet: euidenter apparet, quòd legitimus hæres non ex teſtamẽto, ſed ab inteſtato ſuccedere poterat. Vnde cũ dicitur conditionem teſtamẽti defeciſſe, ea cõditio ad inſtitutionẽ pertinere intelligẽda eſt, nõ ad ſubſtitutionẽ. Sic in l.ex facto. Sempronius nõ erat ſubſtitutus, nec lex hoc dicit, ſed fuit ſub cõditione, licet fruſtratoria, inſtitutus. Quomodo enim ſubſtitutus diceretur, cũ nullus inſtitutus præceſſerit cui ſubſtitueretur? Eo accedente, quòd d.l.ex facto.uariè intelligitur, ut ibi per gl. Quòd ſi quis moueretur cõtra gl.ex eo, quòd in legatis & donationibus cauſ.mor.ſubſtitui poteſt, cũ tamen nulla præcedat inſtitutio, ut etiã ſuprà meminimus: ſed nõ obſtat: nã gl. noſtra ad ſucceſsiones uniuerſales hæredum reſpexit, non ad legata. Deniq; cũ in legatis ſubſtituitur, uerbũ legandi, quod

præcedit,

præcedit,inſtitutionis uicem referre intelligitur. Et tantum de præludiis.

Nunc ad ſubſtitutionis materiam accedentes,ſubſtitutionem indeterminatè ſumptam ex mente Doct.in directam & obliquam diuidimus.Directa eſt,per quam ſubſtitutus directè,immediatè,ſine miniſterio alterius capit hæreditatem teſtatoris:ut cum dicitur,Hæres eſto.At obliqua eſt,per quam ſubſtitutus hæreditatem ex manu alterius, & ſic uia obliqua capit:ut cum dicitur,Hæres reſtituat hæreditatem Titio. Inſtit.de fideicommiſſ.hære.per tot. de qua poſtea ſuo ordine plura dicentur.Porrò directa ſubſtitutio ſubdiuidi in quinq; ſpecies ſolet,in uulgarem,pupillarem,exemplariam,breuiloquam & compendioſam. Nec te moueat quòd ſubſtitutionē in quinq; ſpecies diuiſerimus,cum tamen Iureconſultus in l. iam hoc iure,cod.tit.breuiloquam tertium genus ſubſtitutionis nominauerit. Nam eo loco genus pro ſpecie more legali ſumitur,id eſt,pro re determinata,quæ ab aliis certa qualitate differat.Sic enim Iureconſultus uerbo generis frequentiſſimè abutitur,ut in l.iij. §.genera.de acquir.poſſ.cum dicit, genera poſſeſsionum tot eſſe,quot ſint cauſæ acquirēdi,&c. Nihil enim aliud,quàm differentiæ & qualitates poſſeſsionum intelliguntur,ſicut latius in Intellectibus noſtris in tractatu generis eam rem explicauimus. Et per prædicta ceſſat ſuperuacanea diſceptatio Soz. & aliorum, an breuiloqua ſit propria ſpecies ſeparata à cæteris:quia imò ſi ſpeciem accepe rimus pro re quæ certis qualitatibus determinata,ab aliis differt,rectè ſeparata ſpecies dici poterit. Nec enim ignotū eſt, eam à cæteris non parum differre, ſicut in capitulo breuiloquæ,latius dicetur.

Vt autem clarius ac diſtinctius doceri dictæ ſpecies ſubſtitutionum poſsint, propter quas præſens labor præcipuè inſumptus eſt,noſtrum hunc tractatum in ſex capita partimur. Primo de uulgari,deinde pupillari, tertio loco de exemplari, & quarto de breuiloqua,quinto de compendioſa,& tandem ſexto miſcellanea quædam adiungemus,prout uaria lectio ſubminiſtrabit. Accedendo ad primum caput,nempe ad uulgarem,iuxta mentem Bart.uidendum eſt primo,quid ſit, deinde quotuplex,tertio quibus uerbis fiat, quarto quis eius effectus,& tandem quomodo deſinat uel extinguatur.

In primo puncto, tametſi Doctor.definitionem uulgaris

ſubſtitutionis controuertant,tamen Politum ſecuti, uulgarem definimus ſubrogationem uel ſubordinationem eſſe hæredis ſubſtituti, in locum inſtituti qui deficeret. Dicitur autem uulgaris ſecundum Barto.& Doctor.ideo,quia à quolibet,cui eſt teſtamenti factio,cuilibet idoneo & capaci,uulgaribus,id eſt, ſimpliciter,apertis,& communiter uſitatis fit uerbis.Nec ignoramus quo pacto Sozi.& Politus poſt Doctores in eo diffundantur,ſed quæ poterant omitti, tranſeunda putauimus,

In ſecundo puncto quotuplex ſit uulgaris,Bart.tres ponit ſpecies,expreſſam,tacitam,& partim tacitam,partim expreſſam.Quæ diuiſio licet non ſit ubique tuta,tamen cauſa traditionis facilioris,eam cum temperamento ſequemur,dum hoc præmiſerimus aliqua exprimi poſſe in genere,id eſt, indeterminatè:aliqua in ſpecie,id eſt,determinatè:& tandem aliqua ſingulariter,ut quæ cum certiori determinatione ueniãt:cum enim hominem dicimus,indeterminate & in genere iuxta legales traditiones loquimur:cum Stichum dices,determinata eſt ſpecies:cæterum cum Stichum album nominas, ea eſt indiuidua determinatio.Sic & in uulgari ſubſtitutione uerba poſſunt eſſe plus uel minus expreſſa. Itaque ex ſententia Politi, expreſſa uulgaris eſt,quę uerbis quibuſcunque,generalibus, ſpecialibus, uel ſingularibus propriè ſignificatur, & ſemper expreſſa dicitur,ſiue uerba ſunt plus uel minus determinata, quæ tamen omnia pòſt uidebimus.Tacita autem uulgaris dupliciter dicitur: aliquando enim ex uerbis teſtatoris colligitur,licet ex eis propriè non ſignificetur,ut eſt exemplum in l. Titius.ij.cum l.ſeq.de hæred. inſtit.ubi teſtator inſtituerat Titiũ & Sempronium uter ex eis uiueret:hic colligitur tacita uulgaris, ſcilicet alteruter non eſſet hæres:quæ ex uerborum quidem ſignificatione nõ uenit,ſed ex ſenſu colligitur.Alio modo tacita nominatur,quę nec ex uerborum ſignificatione uenit,nec ex eis colligitur,ſed quæ poteſtate legis etiam contra uim uerborum præſumitur.Exemplũ eſt in l.iam hoc iure. de uulg. quia cum pater pupillum inſtituit, & ſi intra ætatem pupillarem moriatur, Caium ſubſtituit: iſta eſt pupillaris expreſſa,ut pòſt dicetur:in qua tamen pater alium caſum(nempe ſi pupillus hęres non eſſet) omiſerat,unde lex eum ſubintelligit:præſumit enim teſtatorẽ ſi de eo cogitaſſet, uoluiſſe quòd ſubſtitutus etiam hoc loco uocaretur, unde impropriè

tacita

tacita dicitur: ſed magis propriè ex ſententia Politi, præſumpta uulgaris nominabitur, ideo, quia contra uerbórum ſignificationem ſola præſumptione legis recepta eſt, ut poſtea latius declarabitur. Sic fortaſſe & ius accreſcendi poſſet ſaltem improprie nominari præſumpta ſubſtitutio, quia l. eum qui ius accreſcendi habeat, quaſi ſubſtitutum nominat, in l. ſi Titio & Meuio. §.j. infrà de leg. ij. De uulgari autem partim tacita, partim expreſſa, poſtea tractabimus.

Tertium punctum proſequamur, quibus uerbis uulgaris fiat ſubſtitutio: & repetenda ſunt quæ ſuprà diximus, uulgarem aliquando generalibus, aliquando ſpecialibus, & item ſingularibus uerbis fieri ſolere. Verba generalia hæc ſunt, cũ teſtator dicit, inſtituo Titium & Sempronium, eosq; inuicem ſubſtituo: quæ uulgaris in breuiloqua uſurpatur. Specialibus uerbis uulgaris ſic explicatur, ut cum inſtituit teſtator Titium, & ſi hæres non ſit, Caium ſubſtituat: hæc ſunt uerba ſpecialia magis determinata quàm ſuperiora: uerum quia ex uariis caſibus fieri poteſt quòd aliquis non ſit hæres, aliquando enim quia non uult, aliquando quia non poteſt, & ſimilia, ut in l. cum proponas. C. de hæredi. inſtit. unde ſi ſubſtitutio uulgaris alios etiam caſus ad indiuiduum enumeret, dicitur ſingularibus uerbis expreſſa: ut, cum teſtator Titium hæredem inſtituat, & ſi nolit eſſe hæres uel non poſsit, ſubſtituat Seium, &c. Idem eſt cum teſtator Titium, ſi filius ſe uiuo moriatur, uel ſi filius non naſcatur, &c. qui caſus ideo ſingulares uel particulares dicuntur, quia ſunt ad indiuiduum (ut diximus) expreſsi. Quo loco ex ſententia Bart. aduertendum eſt, in uulgari ſubſtitutione duo extrema conſiderari: unum quod ad hæredem refertur cui ſit ſubſtitutio, ut cum dicitur, ſi Titius inſtitutus hæres non ſit: alterũ eum reſpicit qui ſubſtituitur, ut cum dicit teſtator, Caium ſubſtituo: hoc enim ad ſubſtitutum pertinet. Primum extremũ ſemper eſt negatiuũ, ſcilicet ſi hæres non ſit, uel ſi filius non naſcatur, &c. Alterum eſt affirmatiuum, ſcilicet Caium ſubſtituo. & hæc obſeruantur ſiue uulgaris ſubſtitutio uerbis ſpecialibus fiat, ſiue ſingularibus. Cæterum uulgaris generaliter expreſſa, uerbis affirmatiuis ſemper explicatur, ut ſi inſtitutis Titio & Sempronio dicat teſtator, uos inuicem ſubſtituo: uel cum filiũ inſtituit, & ex eo nepotem, & ſi quæ ſint ſimilia. Verum quamuis iſta uulgaris, quæ in genere exprimitur, uerbis affirmatiuis fiat,

N 2 primum

primum tamen extremum ui ipſa eſt negatiuum:ut cum dicit teſtator,uos inuicẽ ſubſtituo:uel ſi dicat,inſtituo Titium,& ſubſtituo Caium, ſemper intelligitur, ſi alter non ſit hæres, alter hæres ſit. Paria obſeruantur in tacita uulgari, quam ſuprà duplicem eſſe diximus, ſcilicet quæ ex uerbis colligitur, quæ rectè tacita dicitur, & quæ legis poteſtate præſumitur, quam uerius præſumptam nominabis. Nam utraque uerbis affirmatiuis concipitur,ſed primum extremum, quod negatiuum eſt,ſubintelligitur:exempli gratia,cum dicitur, filium & nepotem inſtituo:uel ſi dicat teſtator, Titium & Sempronium, uter eorum uiuat inſtituo: hic enim colligitur tacita uulgaris, ſcilicet ſi alter hæres non erit.d.l. Titius.ij. cum l. ſeq. De alia uerò tacita uulg. quæ præſumpta dicitur, exemplum habes in expreſſa pupillari, in qua præſumitur uulgaris tacita,ut ſuprà declarauimus,& poſt latius dicemus. Et ut ſummatim dicam, non poteſt dari uulgaris ſubſtitutio, quæ iſta duo extrema expreſſe uel tacitè non contineat, ut rectè dicit Bart.in d.l.j. Et licet primum extremum aliquando taceatur, neceſſe tamen eſt ſecundum extremũ ſemper exprimi,ex ſententia Politi,id quod exemplis ſuprapoſitis patuit. Quę cum ita ſint,neceſſariò conſequens eſt ſubſtitutionem partim tacitam,partim expreſſam,quo ad uerba,non eſſe ſeparatã ſpeciem:cum enim in tacita uulgari primum extremum ſemper taceatur,ſecundum uerò extremum exprimatur,ut iam ſuprà diximus,neceſſe eſt quòd tacita uulgaris ſemper ſit partim tacita,partim expreſſa. Quapropter,quo ad uerba, ſubſtitutionem partim expreſſam,partim tacitã, Bart.pro ſeparata ſpecie male poſuit,cũ tacita uulgaris(ut iã dixi)nihil aliud ſit,quàm partim tacita,partim expreſſa. quod mirũ eſt Doct.nõ peruidiſſe. Cæterum quo ad caſus particulares uel ſingulares, negari non poteſt,quin ſubſtitutio quadam differentia ſit partim tacita, partim expreſſa. Cum enim hæredem inſtituo,& ſi nolit eſſe hęres,ſubſtituo Caium,hic tacetur alius caſus,ſcilicet ſi non poſsit eſſe hęres,qui tamen reducitur ad caſum in ſubſtitutione expreſſum,ut poſtea dicetur. Et in hoc Bar.bene docuit:crediderim tamen ſubſtitutionem partim tacitam, partim expreſſam,quo ad caſus inueniri nõ poſſe,niſi in uulgari ſingularibus uerbis expreſſa:ſeparata tamen ſpecies eſſe non poterit,ut quæ ſit mixta.

Quartum punctũ,qui ſunt effectus ſubſtitutionis uulgaris.

tis. Bart. quinq; enumerat. Ego cauſa melioris declarationis ſeptē pono, & alio ordine quàm Bart. Primus effectus, quòd uulgaris in uno caſu expreſſa, trahitur ad alium non expreſſum. Secundus, quòd per ſubſtitutionem uulgarem de ſuo & neceſſario hærede fit uoluntarius. Tertius, quòd iſta uerba, ſi hæres non ſit, comprehendunt nō ſolum ipſos inſtitutos, ſed etiam alios qui ex illorum perſona ſuccedunt. Quartus, ſuum & minorem reſpicit, cum hæreditatem recuſant, & tamen aliquò beneficio reponuntur. Quintus, quòd teſtamentum uitiatum in primo gradu, uires à ſecundo gradu poteſt accipere, nempe à uulgari. Sextus, quòd uulgaris expreſſa continet pupillarem tacitam. Septimus, quòd per uulgarem ſoli teſtatori ſucceditur.

Primus igitur effectus eſt, quòd uulgaris in uno caſu expreſſa, ad alium trahitur non expreſſum: ut, ſi Titio hærede inſtituto, ſi hęres eſſe nolit, ſubſtituantur Flaccus, certè ſi inſtitutus etiam non poterit eſſe hæres, locus erit Flacco ſubſtituto, ut ſic nolle & non poſſe, hoc loco à pari procedant, ut uoluit Bartol. in tertio effectu ſui ordinis, qui allegat l. j. §. uſus. de procurat. Alia exempla habetis in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. de lib. & poſthu. ubi cum dicit teſtator, ſi filius me uiuo moriatur, ſubſtituo nepotem, intelliguntur & alii caſus non expreſſi, ſcilicet ſi filius exportetur, exbanniatur, ſi emācipetur: qui caſus omnes cum non ſint ad indiuiduum expreſſi, ſub expreſſo tamē caſu, ſcilicet, ſi filius me uiuo moriatur, intelliguntur, & ad eum reducuntur. fa. l. fin. C. de inſtitu. & ſubſtit. ubi dicebat teſtator, ſi filius non naſcatur, certè quamuis iſte filius ſit natus, ſed poſtea mortuus ante aditam, adhuc locus erit ſubſtitutioni: quo nomine ſi teſtator inſtituat fratrem ſuum, & ſi is ſe uiuo ſine liberis moriatur, ſubſtituat Titium: ſi frater inſtitutus etiam poſt mortem teſtatoris uixerit, ſed ante aditam hæreditatem ſine liberis deceſſerit, adhuc locus erit ſubſtituto, excluſis hæredibus legitimis ab inteſtato. Et ita Raph. in alio caſu non abſimili per d. l. fin. C. de inſtit. & ſubſtit. conſuluiſſe dicitur. Quod autem diximus nolle & non poſſe alterum reduci ad alterum, contra hoc fortiter opponitur de l. pater Seuerinam. in prin. ff. de cond. & demonſtra. ubi pater filiæ ſuæ quæ necdum nubilis erat, legauit prædium ſi Aelio Philippo nupſerit, & ſi nō nupſerit, legauit idē prędiū Aelio: iſta filia obiit antequam eſſet uiri potēs, & pro-

pterea non nupſit, quia non potuit, Aelius tamen legatū non conſequitur: quia iſta conditio, ſi non nupſerit, intelligitur, ſi noluiſſet nubere: non autem, ſi non potuiſſet: & ſic non dicitur noluiſſe filia, quę non potuit. Bartol. in d. l. pater. putat legatum non niſi in pœnam filiæ nolentis nubere, tranſlatū fuiſſe in Aelium: unde cum nubere non potuerit, ceſſare pœnam, &c. quam ſolutionem Soz. in d. l. j. col. xiiij. latius explicat, ut ibi patet. D. Crotus in c. Raynut. de teſtam. dicit, quòd in d. l. pater. dicti caſus non parificentur propter præſumptā uoluntatem teſtatoris: quod & ſatis ex text. colligitur, ibi, in conditionibus teſtatoris. At hæc ſolutio in effectu nō diſcrepat à ſolutione Bar. & credo D. Crotum bene ſenſiſſe. Quod ergo dicitur ſubſtitutionem uulgarem factam in caſu expreſſo, comprehendere omnes alios ſibi ſimiles non expreſſos, qui occurrere poſſent, tunc procedit cum ſubiectæ materiæ ratio talis eſt, ex qua præſumi poſsit, teſtatorem etiam caſum nō expreſſum prouiſurum fuiſſe, ſi de eo cogitaſſet: quod & Iaſ. in d. l. j. bene attigit, allegando l. Titius. §. Lucius. ff. de lib. & poſth. Verum quia ea res latè extenditur, remitto me ad Doct. in d. l. gallus. §. & quid ſi tantum. & quæ diffuſe tradit Sozin. in d. l. j. col. xiij. cum ſeq.

Secundus effectus eſt, quòd per uulgarem ſubſtitutionem de ſuo & neceſſario hærede fit uoluntarius. Nam iure noſtro cōſtat filium famil. à patre inſtitutum, ſuū dici & neceſſariū. Ideo enim dicitur ſuus, quia domeſticus: quaſi ad proprium patrimonium ueniat, eiusq; ſucceſsio quadam continuatione paterni dominii facta eſſe intelligatur. Inſtit. de hæred. qualit. & diff. §. ſui. cum §. ſeq. & in l. in ſuis. de lib. & poſthu. Neceſſarius autem ideo dicitur, quia uelit nolit, erit hæres, etiam ſi repudiat hæreditatem paternam: licet prætor ex humanitate, ei beneficium abſtinendi dederit, ſi fortè occaſione hæreditatis in damnum incidiſſet. l. neceſſariis. de acquiren. hæred. ſed nihilominus erit hæres de iure ciuili, quia prætor non poteſt uel facere uel tollere hæredē. Inſtit. de bon. poſſ. §. quos autem. Cæterum ſi pater dederit filiofam. uulgarem ſubſtitutum, hoc eſt, ſi dicat, Filium Titium hæredem inſtituo, & ſi non ſit hæres, ſubſtituo Caium: iam filio libertas datur repudiandi etiam de iure ciuili. Nec opus eſt beneficio prætoris, cum dando ei ſubſtitutum uulgarem pater, ſuſtulit neceſsitatem ſuccedendi: quo caſu factus eſt uoluntarius. An autem

autem ſuitatis iura tollat ſubſtitutus uulgaris, dubitari poteſt. Bar. in l. ſi filius hæres. de lib. & poſthu. tenuit etiam iura ſuitatis tolli, quod Doct. communiter ſequi dicuntur. Sozin. tamen in d. l. j. col. xix. dicit Bald. & quoſdam modernos contrarium tenere: quod certè mihi uerius uidetur. Nam iura ſuitatis in trib. præcipuis conſiſtunt: tum quia domeſtici hæredes dicuntur, tum quòd primum gradum, & præcipuam cauſam ſuccedendi habent. d. §. ſui. cum §. ſeq. & porrò quòd ui uo patre quodammodo domini paternarum rerum exiſtimantur. d. l. in ſuis. Hęc tria ſuitatis iura quomodo ex uulgari ſubſtitutione intercidant, & elidantur, non ſatis uideo. Verum hæc in præſentia latius non diſcepto, qui in hac materia per compendia procedere, quantum licuit, propoſui, maximè in his quæ præteriri poſſunt.

Tertius effectus, quòd illa uerba, ſi hæres non erit, etiam eos comprehendunt, qui ex inſtituti hæredis perſona ſuccedunt. Quorum uerborum hæc eſt uirtus, ſi nec hi qui inſtituti fuere, hæredes ſint, nec alios hæredes faciant: tunc enim admittitur ſubſtitutus. At hi qui ex inſtitutorum perſona ſuccedunt, in quadruplici ſunt differentia. Aut enim ſeruus alienus inſtitutus eſt, & is facit dominum hæredem: aut filius famil. inſtituitur ab aliquo extraneo, & hæredem patrem facit: aut hæres inſtitutus non adita hæreditate mortuus, trãſmittit ius deliberandi ad hæredes ipſius: aut ex delicto hæres indignus redditur, & facit fiſcum hæredem.

Primo caſu, cum ſeruus alterius inſtitutus eſt hæres, is hæreditatem de facto adire poteſt, ſed dominũ facit hæredem: nam ſeruus pro nihilo, quo ad ius ciuile, habetur. l. quod attinet. l. ſeruitutem. de reg. iur. Vnde licet de facto hæreditatem adeat, ſicut aſinus ſellam portat, dominum tamen facit iuſtum hæredem, id eſt, iuris ſucceſſorem. Poſſet autem ſeruus nolle adire de facto, etiam ſi per dominum excarnificaretur. dict. l. cum proponas. in fin. C. de hæred. inſtit. quo caſu domino noceretur. Cæterũ ſi teſtator eum quem inſtituiſſet, neſciret eſſe ſeruum, putaret liberum hominem, tunc cæteris paribus inter dominum & ſubſtitutum hæreditas diuideretur. l. ſi paterfa. in fin. de hæredibus inſtit. Verũ in ſeruorũ materia me non diffundo, cum noſtra Germania neſciat tales ſeruos. De monacho autem eſt quæſtio impeditior, an uidelicet monaſterium hæreditatem monacho delatam, adi-

re poſsit ſine facto monachi, & an eo inuito. Sozin. in d. l. j. col. xxvij. per ſex col. tractat. at mei propoſiti non eſt, hoc faſtidioſum & inutile pelagus concertationum inter Canoniſtas & Legiſtas intrare: credo tamen quia monachus ſe & ſua Deo dedicauit, uouitq; obedientiam, quòd ſuper huiuſmodi ſucceſsionibus nec uelle, nec nolle habeat, obſtante obedientia. fa. gl. in l. Deo nobis. ad fin. in uerb. quaſi legatum. C. de epiſ. & cler. cum aliis iuribus per Doct. allegatis. Et ſic opinio Canoniſtarum uerior mihi uidetur, quæ & in noſtra Germania conſuetudine notiſsima ſeruatur: niſi ante ingreſſum monachi, omnia ſint per cognatos diligenter prouiſa. Aequiparatio autem monachi, qua is aliquando filio, aliquãdo ſeruo comparatur, mihi in præſenti materia non multum probatur, cum monachi tota conuerſatio in tribus, uotis & religione conſiſtat, & ad monaſterium omnis temporalis adminiſtratio pertineat. An autem ſubſtitutus uulgaris monaſterium excludat? non credo, quia aut filius iam ingreſſus inſtituitur, dato ei ſubſtituto uulgari, & is caſus eſt inſolitus: conſtat enim monaſterium haberi loco filii. Aut ante ingreſſum ſubſtitutio uulgaris facta eſt, & adhuc non puto ſubſtituto locum eſſe, cum ad monaſterium omne ius monachi ſit totaliter deuolutum, niſi fortaſſe monaſterium repudiaret. Quæ tamen res maiori explicatione per Doct. tractatur. Videri Soz. poteſt l. j. col. xxxj. cum ſeq. & Politus in tractatu ſuo. Hoc tamen inueſtigari poſſet, ſi monachus fuiſſet uagabundus certos annos, & neſciretur quo loco degeret, & interea hæreditas ei ab inteſtato, fortè à matre, deferretur, an monaſterium adire poſſet, quibuſdam dicentibus eum ante delatam hæreditatem mortuum, aliis contrarium contendentibus. Vidi ſententiam ante xxx. annos latam, per quam monaſterio Carthuſienſium facultas adeundi data eſt: quæ ſententia poſt curriculum triginta annorum in cõtrouerſiam ab agnatis deducta fuit, ſed Carthuſiani præſcriptionis exceptione defenſi ſunt.

In ſecundo caſu cum filii fam. hæredes inſtituuntur ab extraneo, non à patre, tunc ex eorum perſona olim de iure Digeſt. ſuccedebant patres, ita, ut tota hæreditas eis quæreretur, ut ne uno quidem momento apud filium inſtitutum reſideret. l. placet. ff. de acquir. hæred. Hodie uerò aliud eſt, humaniore iure utimur. Nam ſi filius fam. ab aliquo inſtitutus

hæred

hæreditatem adeat, proprietas hæreditatis filii eſt, patri autem uſusfructus quæritur. l. fin. in prin. C. de bon. quæ lib. Verum ſi filius hæreditatem adire recuſaret, pater ſuo iure eã adire poteſt. d. l. fin. §. j. Quo loco quæritur, quid ſi filius ab aliquo ſubſtitutus, haberet ſubſtitutum uulgarem, & adire recuſaret, an ſubſtitutus admittatur patre excluſo? an pater, excluſo ſubſtituto? Doct. uariant. Gl. in d. l. fin. §. j. tenet ſubſtitutum excludi propter patrem adire uolentem: quod & Bartol. ibi ſequitur. Cum enim ea uerba, Si filius hæres non ſit, ita intelligantur, ſi & alium hæredem non faciat, non poteſt uulgari ſubſtitutioni locus eſſe, cũ filius recuſando, mox hęredem patrem faciat, ut & is pleno iure, & taliter admittatur, ac ſi ipſe ab initio eſſet hæres inſtitutus. d. l. fin. §. ſimili modo. fa. regula quæ per manus traditur, quandiu inſtitutioni eſt locus, ceſſare ſubſtitutionem. l. quandiu. de acquir. hęred. & hæc doctrina communiter tenetur. Politus contrarium tenet, uidelicet, quòd patre excluſo, ſubſtitutus admittatur. Nam quòd in §. ſimili modo. dicitur patrem admitti ac ſi ipſe eſſet inſtitutus, intelligendum eſſe cum filius non habeat ſubſtitutum. Dato enim ſubſtituto, ea uerba non operari, quòd ſubſtitutus iudicium expreſſum habeat teſtatoris, &c. iunctis quibuſdã aliis. Quam opinionem Politi, & quidam ex auditoribus meis Theobaldus Bapſt, & Theodoricus Hadſtein, nunc Doctores inſignes, & in excutiendis nodis legalibus uiri ſpectati, in circulari congreſſu ſunt ſecuti. At uero nos in hoc caſu non prorſus expedito, communem opinionem credimus eſſe ſequendam, niſi fortaſſe talis cõditio eſſet ſubſtituti, de quo ueriſimile foret quod teſtator eum prædilexiſſet, tunc enim non negauerim patrem excludi. & ita Politus communem opinionem limitat.

In tertio caſu huius tertii effectus, ubi hæres inſtitutus hęredem facit tranſmiſsione, aduertendum eſt, quòd quamuis hæreditas non adita regulariter ad alios non tranſmittatur, l. quoniam ſororem. C. de iur. delib. l. j. §. in nouiſsimo. C. de cad. toll. tres tamen ſpecies (quantum ad præſentia ſatis eſt) excipiuntur, in quibus locum habet tranſmiſsio.

Prima eſt, in qua filii parentum ſuorum hæreditatem non aditam, etiam clauſis tabulis ad eorum propriam ſobolem tranſmittunt, non autem ad alios cognatos de latere. l. unica. C. de his qui ante aper. tab. Et in ea ſpecie, ſubſtituto uulga-

N 5 ri prorſus

ri prorſus non eſt locus, ut bene ſenſit Bart. in d.l.j. de uulg. & eſt tex.in d.l. unica. quo caſu hic effectus ſine diſtinctione procedit, ſcilicet quòd filius inſtitutus ſobolem ſuam traſmittendo hæredem faciat, excluſo ſubſtituto.

Secunda ſpecies tranſmiſsionis eſt in l.apud hoſtes. C. de ſuis & legit. ibi patre apud hoſtes defuncto, filia hæreditatem patris non aditam ratione ſuitatis, etiam ignorans ad matrem tranſmiſit, uel fortè matre non extante ad alios aſcendentes. Quo caſu ſi filiæ inſtitutæ dediſſet pater ſubſtitutum uulgarem, an ſubſtitutus præferatur, & impediat tranſmiſsionem, pendet ab eo articulo, an per ſubſtitutum uulgarem tollantur iura ſuitatis: quod communiter tenetur, ut ſuprà diximus: unde ſtante ueritate communis opin. crediderim ſubſtitutum præferri, in quod & Sozin. inclinat, licet alio fine. Cæterum ſi teneamus iura ſuitatis non tolli, quod mihi probabilius uiſum eſt, tranſmiſsio per ſubſtitutum non impeditur. At quia hic caſus per Doct. uarie diducitur, ſuam cuiq; ſententiam dimitto.

Tertia ſpecies tranſmiſsionis eſt ex l. cum antiquioribus. C. de iur. delib. ubi cautum eſt, quòd ſi cui ſit delata hæreditas, & is intra annum deliberandi moriatur, hæreditate necdum adita, hoc ius deliberandi tranſmitti ad quoſcunq; hæredes ipſius intra dictum annum. Quo caſu quæritur, ſi teſtator hæredi inſtituto uulgarem ſubſtitutum dediſſet, & hæres intra deliberationis annum moreretur, an ſucceſſores hæredis defuncti iure tranſmiſsionis ſubſtitutum excludant, an uero ſubſtitutus eis præferatur? Dubia eſt apud Doctores quæſtio, & in qua in ambas partes ualide pugnatur. Communis opin. poſt Bartol. tenet, hæredes ſeu ſucceſſores defuncti ſubſtituto præferri. Nam iſta uerba, ſi hæres non erit, intelliguntur, uel ſi alium hæredem ex perſona ſua non faciat. d. l. ſi paterfam. de hæred. inſtit. & Inſtit. de uulg. ſubſtit. §. fin. cum aliis per Bartol. & Doctor. allegatis. At in caſu noſtro hæres qui ante aditam hæreditatem deceſsit, ius deliberandi ad proprios hæredes ſuos tranſmiſit, & ſic ex perſona ſua alios hæredes fecit. dict. l. cum antiquioribus. undę ſubſtitutum meritò excludit: quia quandiu eſt locus inſtitutioni, &c. d. l. quandiu. de acquir. hæred. Et pro communi iſta opin. tex. eſſe uidetur in d. l. unica. §. in nouiſsimo. iuncto §. cum in ſuperiori. C. de cad. toll. ubi cum Imperator regulam

poneret,

poneret, ſcilicet hæreditatem non aditam non tranſmitti, ſed locum ſubſtituto eſſe uel fiſco, excipit duos caſus, unum in d.l.j.C.de his qui ante aper. tab. alium in d.l.cum antiquioribus. iunctis multis aliis fundamentis. Ex diuerſo Ang.in l. cum proponas. C.de hæred. inſtit. hanc aſſertionem improbat, uolens quòd in caſu d.l.cũ antiquioribus. ſi extaret ſubſtitutus, eum præferri hæredibus tranſmiſſoriis. Quod & Salic.ſequitur in d.l.cum antiquioribus. per multa bona fundamenta. Porrò & Politus in tract.ſubſtit.uerſ. xcij.diffuſe reprobat opin.Bart.& D. Crotus in d.c. Raynutius. dicit opinionem contra Bart.eſſe in puncto iuris ueriorem. Quæ opinio & mihi placet, maximè ea ratione, quòd ſucceſſores hæredis, qui hæreditate non agnita deceſſerat, non ueniunt nec ex mente, nec ex propoſito, nec ex uerbis teſtatoris, quin etiã nec ex mente legis antiquæ, quę eſt prohibitiua, quod hæreditas non adita non tranſmittatur, licet tranſmiſsio ſit recepta de iure Codicis. At è diuerſo ſubſtitutus habet mẽtem expreſſam teſtatoris, uocatur ex uerbis teſtatoris, unde is meritò præfertur. Deniq; (ut corollam addam) finge ſtare hic ſubſtitutum uulgarem, & teſtamentum proferre, legere ſeſe ſcriptum in teſtamento: alibi autem hæredes tranſmiſſorii compareant, ſed nihil pro ſe habeant, nec uerba nec mentem teſtatoris, niſi quòd à remotis argumentum ſumitur ex d.l. ſi paterfam.de hæred.inſtit. utri ſubſcribes? ſecundum quem dabis litem? proculdubio ſecũdum ſubſtitutum uulgarem. Nec porrò dubitari poteſt, ſi is ſubſtitutus ex l.fi.C.de edict.diui Adria.toll.poſſeſsionem peteret, & prolato teſtamento ſeſe prima figura literarũ ſubſtitutum oſtenderet, quin cognatis, ſucceſsionis uerba iactãtibus, longè præferretur. Quæ una ratio licet à Doct.fortè non tacta, hanc litem ſine diſceptatione dirimet. Et ſic non obſtat uulgaris iſta doctrina, ſi hæres non ſit, uel hæredem alium nõ faciat, &c. quia adhuc diſceptatur, an ea doctrina hic locum habeat. Propterea à dubiis argumenta ſumere contra artem eſt, ut uoluit Bartol.in l.in ambiguo.de reb.dub. Nec obſtat §.in nouiſsimo. iuncto §.cum ſuperiori. quia ſtructura ſermonis non patitur eam repetitionem, quæ per Iaſ.cõmmentitiè colligitur, quod legenti facile patet, ne nimis corrigatur ius antiquum, quod trãſmiſsionem prohibet. Sed nec alia fundamenta per Bar.allegata eum tuentur, ſicuti per Doct.noſtræ opin.ſatis ſunt ſublata.

In quarto

In quarto genere tranſmiſsionis,cum hæres indignus redditur, quia necem defuncti non uindicauit, an hæreditate necdum adita fiſco locus ſit, ita quòd bona defuncti ad fiſcum tranſmittantur,excluſo ſubſtituto uulgari? Bartol. putat excludi ſubſtitutum à fiſco:allegat l.ſi ſequens.in prin.l.cum fiſco bona.ff.ad Sylla.l.in ſeruitutem.§.ei.ff.de bonis lib.l. recuſare.§.ſi fiſco.ad Trebell.quam doctrinam Sozin.in d.l. j.col.xl.dicit eſſe communem. Sed Politus in tractatu ſuo, uerſ.lxxij.eam improbat.Et mihi quoq; opin. Bart.non placet: quomodo enim is qui necdum hæreditatem adiit,indignus hæres dici poterit,qui non ſit hæres?arg.à parte in modo ad ſuum totum negatiuè:& quod per manus traditur,non entis nullas eſſe qualitates.l.eius.ff.ſi certum pet.cum uulg. Porrò quid imputari poterit hæredi inſtituto,qui fortaſſe potius carere hæreditate uult, quàm criminaliter accuſare occiſorem?cum magni periculi ſit accuſatio,& à quo deterrere I.C.uideatur in l.ſi cui.in princ.de accuſa. Qua ergo ratione is qui probato more pericula accuſationis uitare pergit,ut indignus locum fiſco faceret?Eo igitur hæreditatem repudiante, recte ſubſtituto locum facit,fiſco excluſo.Et non obſtant iura per Bartol.adducta.Nam l.ſi ſequens. loquitur de hærede qui adiit,ut gloſſ.ibidem intelligit. Nec obſtat l.recuſare. §. ſi fiſco. imò nihil facit: nam uerbum, uindicauerit, ibi poſitum, non importat uindictam, ſed uendicationem, qua bona uacantia uendicantur, ut in l.Marcellus. §.fin. ad fin.ibi, hæreditas fiſco uendicata eſt. eodem tit. Verum Doctores uerbum,uindicauerit,ſalua uenia,non intellexerunt, ut dixi latius in Intellectibus meis. Nec obſtat l.cum fiſco bona caduca.quia cum uerb. caduci, generale ſit, poſſunt bona caduca intelligi etiam quæ à dominio hæredis cadunt, ut eſt argum.in l.ij. §.final.ff.ſi quis aliquem teſt.prohib.& conſtat quicquid cadit caducum dici, ut per Politum recte deducitur.Veruntamen doctrina Bart.duobus caſibus ſaluari poteſt:Tum ſi hæres inſtitutus in fraudem fiſci, & ſic improbo more adire negligeret uel recuſaret, quod & per Sozin. animaduerſum eſt:Tum etiam ſi teſtator dicatur à ſua familia occiſus: tunc enim antè haberi quæſtio,ſuppliciumq; de ſeruis ſumi oportet, quàm hæreditas adeatur. l.neceſſarios. §. non alias.ad Sylla.l.ſi quis ingrauaſcente. §.non tantum.ff. eodem tit.

Quartus

Quartus effectus partim ſuum hæredem, partim minorem reſpicit, qui ſi etiam hæreditatem repudiant, tamen ex pœnitentia reponi poſſunt. Videamus primo de ſuo hęrede: is ſiue ſit maior nata, ſiue minor, ſi repudiat hæreditatem, pœnitere intra tempora per legem præſtituta poteſt, & hæreditatem acceptare. l. final. C. de repud. hæred. quod ſine dubio procedit, ſi non habeat ſubſtitutum uulgarem. Sin uero ſubſtitutum habeat, in hoc dubitari poſſet: quia ſi aliquorum Doct. opinio procederet, qui uolunt iura ſuitatis tolli per ſubſtitutum uulgarem, hæres beneficio dict. l. fin. deſtitueretur, quæ ſolum loquitur de ſuo, ut dicit Politus. Verum quia nonnulli contrà tenent, uidelicet, iura ſuitatis non tolli, id quod & nos ſuprà ſecuti ſumus (Quomodo enim ſuitatis iura quæ ex origine naturæ radicantur, per aduentitiam ſubſtitutionem uulgarem tolli poſſent? cum conſtet naturam potius, quàm alicuius emergentis qualitatis caſum eſſe ſpectandum. gloſſ. in l. uédicatio. ff. de rei uend.) quapropter putamus ſuum hæredem adiunctione ſubſtituti uulgaris, beneficio dict. l. fin. non deſtitui. Sed dato quòd diuerſa opinio procedat, quam tamen non puto tutam, adhuc crederem filiumfamil. d. l. fin. beneficio uti poſſe: nam ſufficit quòd uel radix ſuitatis reluceat. Sic enim alibi Iureconſultus filios hæredes ſuos nominat, licet ſint inſtituti ſub conditione ſi uoluerint, ut in l. iam dubitari. in princip. de hæred. inſtit. quam ad hoc ponderauit uir doctus Politus uerſic. xxxvij. De minore uero xxv. annis qui habet ſubſtitutum uulgarem, ſatis conſtat, etiam ſi non eſſet ſuus hæres, ſed extraneus, ſi tamen repudiando hæreditatem læſus eſſet, in integrum reſtitui poſſe ex communi beneficio minorum: habet tamen poſt tempora reſtitutionis, quæ ſunt quatuor anni, adhuc tres annos, in quibus ei hoc beneficium competit. d. l. fin. paulò ante fin. C. de repud. hęred. & fa. d. l. neceſſariis. ad ſi. de acquir. hæred. l. quod ſi minor. §. Scæuola. ff. de minor. Hoc autem certum eſt, quòd licet ſuus & minor facultatem habeant repudiandi & iterum pœnitendi, ea tamen facultas ſubſtitutum uulgarem non impedit, quin mox quam repudiarũt hæreditatem ex ſubſtitutione adire poſsit. Nec attẽditur ea facultas, uidelicet pœnitere poſſe, ut quæ ſit ex beneficio ſpeciali, quod non cõſideratur, arg. in l. iiij. §. j. ff. de fideicom. lib. quod Bart. hic bene attigit: unde talia, ſubſtitutum qui iure communi uenit, non morantur,

rantur. Quòd autem diximus ſuum & minorem repudiatam hæreditatem reſumere poſſe, uerum eſt, ſi omnia adhuc integra eſſent, & hæreditas in ſuo ſtatu duraret. per dict. l. fin. Sin uero res non eſſet integra, ſi aliqua bona hæreditaria alienata eſſent, uel aliàs ſubſtitutus hæreditatem à ſuo ſtatu commutaſſet, tunc minor extraneus, qui non eſſet ſuus, non poſſet repellere ſubſtitutum. per dict. l. quod ſi minor. §. Scæuola. ſecũdum intellectum Politi. Similiter & ſuus qui eſſet maior, eo caſu non audiretur. d. l. fin. poſt princip. Cæterum ſi filiusfamil. & ſuus eſſet & minor, tunc nõ obſtante, quòd res non eſſet integra, & quòd per ſubſtitutum aliqua eſſent alienata, is ſubſtitutus nihilominus cedere cogeretur. per d. l. fin. in fin. quo caſu deciſio Scæuolæ in d. §. Scæuola. locum non haberet. quæ eſt notabilis concordia Politi ad dicta duo iura, quæ aliàs inter ſeſe diſsiderent.

Quintus effectus, quem Bart. in ſuo ordine pro ſecundo ponit, nempe quòd teſtamentũ uires à ſecundo gradu, id eſt, à uulgari accipiat. Bartol. diſtinguit: ut ibi per eum: nos quatenus ad præſentem tractatum ſufficere credimus, per duas concluſiones rem reſoluimus. Prima concluſio: Si in teſtatore defectus fuit in præteritione uel exhęredatione, uidelicet quòd præteriuit uel exhæredauit filium, tunc teſtamentum cadit, nec inſtauratur à ſecundo gradu. Cum enim eo caſu exhæredatus uel præteritus, iura ſua contra teſtamentum tueri poſsit, nullus locus eſſe poterit ſubſtituto. l. nam ſi ſub conditione. in fin. ff. de iniuſt. & rup. teſtam. Secunda concluſio: Si defectus ſit in primo gradu, qui non afficiat ſubſtitutionem uulgarem, tunc ceſſante primo gradu, teſtamentum uires à ſecũdo, nempe à ſubſtitutione accipiet: cuius plura poſſunt recenſeri exẽpla: ut, ſi inſtitutus ſit incapax. l. nam ſi miles. de iniuſt. teſtam. l. j. C. de hæred. inſtit. uel ſi ſeruus in fraudẽ creditoris inſtitutus eſſe præſumatur. l. ſi is qui ſoluendo. ff. eodem tit. uel ſi aliàs inſtitutus non poſſet aut non uellet adire, his & ſimilibus caſibus locus erit ſubſtituto uulgari, niſi aliqua tranſmiſsionis ſpecie impediretur. hæc habentur in dict. l. cum proponas. C. de hęred. inſtit. l. quandiu. iij. de acquiren. hæred. cum concordan. ibi per gloſſ. Et habent prædicta locum quo ad ſubſtitutionem uulgarem expreſſam. Quid autem de tacita uulgari quæ continetur in expreſſa pupillari? an teſtamentum patris, pupillo ante aditam

hæred

hæreditatem mortuo, uires ſumat à tacita uulgari? Bartol. in dict.l. ſecundo effectu ſui ordinis, poſt recitationem opinionum, duos uidetur complecti caſus: unum, ſi pupillus poſt mortem patris hæreditatem eius non adierit: alterum, ſi pupillus uiuo patre deceſſerit. In primo caſu concludit, teſtamentum hæreditate non adita, ex tacita uulgari uires aſſumere poſſe, atque ita ſubſtituto locum eſſe. quæ aſſertio quantum ex Doctor. comperi, non admodum controuertitur, licet ſuper iuribus per eum allegatis quidam mordeant. In altero caſu, cum pupillus uiuo teſtatore moritur, Bartol. diſtinguit: quia aut ſtatim poſt pupillum deceſſerat pater, ita quòd ei tempus mutandi teſtamentum non ſuppetebat, & ſubſtituto ex tacita uulgari locum eſſe. Aut diu pòſt deceſſit, quo caſu quia teſtamentum mutare poterat, & non fecit, ſubſtituto ex tacita uulgari non eſſe locum. per l. tractabatur. de mil. teſtamen. l. iij. C. de inoffic. teſtamen. Cæterum Doctor. per Bartol. uſqueadeo uariant, ut facilius fuerit Nili fontes inuenire, quàm eius nodi exitum conſequi. Alexand. & Iaſ. multa uoluunt. Sozin. in dict a l. j. col. 1. cum xij. ſeq. hanc materiam recitando, probando, & improbando Doct. impeditiſsimam reddit. At cum mei propoſiti non ſit impetuoſis iſtis procellis fatigari, puto, ſaluo peritiorum iudicio, concludendum eſſe, quòd ſiue pupillus moriatur in uita patris teſtatoris, ſiue poſt eius mortem, hæreditate non adita, ſubſtitutum ex tacita uulgari ſine diſtinctione admitti. Moueor ratione non improbabili: cum enim tacita uulgaris ſub expreſſa pupillari, non uirtute uerborum (aliàs enim uitiato expreſſo, uitiaretur tacitum) ſed legis poteſtate, legis præſumptione, etiam contra uerba pupillaria ueniat, debet in caſibus ſupradictis dicta tacita uulgaris ſine diſtinctione ulla potenter operari, cum lex parem habere uideatur cauſam ſuper tacita uulgari præſumendi uno loco ſicut alio. Nec obſtat quod dicitur, hæreditate non adita tabulas concidere pupillares. l. ij. de uulg. l. eam quam. ibi gloſſ. cum concordan. C. de fideicommiſſ. l. quod ſi filius. de capti. quia hoc uerum eſt quo ad tabulas pupillares, & in eis deſcripta: tamen quo ad tacitam uulgarem, quæ (ut dixi) legis poteſtate uenit, ea regula non procedit: quod eſt notandum. Deniq; cum ſubſtitutus ex tacita uulgari teſtatori ſuccedit, nemo iuſte dicet teſtamentum non eſſe aditum. Quibus conſequenter tenendum

dum eſt, eum qui uentri pupillariter ſubſtitutus eſt, poſthumo nõ nato, ex tacita uulgari poſſe ſuccedere, id quod Iaſon loco prædicto tenuit, per l. qui uentri. & ibi gloſſ. de uent. inſpi. cum ſimilib. allegando Alber. in repet. ſua, qui dicit ſe uidiſſe ita obſeruari. Alia per Bart. & Doctor. hic tractata dimitto, tranſiri enim poterant.

Sextus effectus eſt, quod in expreſſa uulgari ex præſumpta mente teſtatoris continetur tacita pupillaris. l. iam hoc iure. in princip. ff. de uulgar. ubi hoc eſt expreſſum. Nam cum teſtator filium ſuum impuberem inſtituit hæredem, & ſi non ſit hæres, Caium ſubſtituit, iſta eſt uulgaris expreſſa: certè ſi pupillus efficeretur hæres, ſed intra pupillarem ætatem decederet, iam nihilominus ſubſtitutus ſuccedet ex tacita, uel potius ex præſumpta ſubſtitutione pupillari. Et ſi dicas, quomodo in his uerbis, ſi hæres non erit, poſsint intelligi contradictoria, ſcilicet ſi hęres erit & moriatur intra ætatem, &c. quomodo poterit alterum contradictorium uenire ſub altero? Dicite hoc totum conſiſtere in præſumptione iuris: id quod Crotus & Politus ſæpius repetunt. Ius enim præſumit, ſi teſtator cogitaſſet hunc caſum, nempe quòd impubes intra ætatem pupillarem decederet, ueriſimile eſſe quòd & eo caſu prouidiſſet: quapropter lex eum caſum tacitæ pupillaris perinde recipit ac ſi prouiſus eſſet. Et licet uulgò nominetur tacita pupillaris, præſumptam tamen uerius nominabis, ut ſuprà latius docuimus. Et ſic ſubſtitutus uulgaris ſuccedet ex tacita pupillari, excluſis legitimis hæredibus. Hæc doctrina limitatur primo, ſi mater ſit in medio, id eſt, ſi pupillus relinquit matrem: tunc enim tacita pupillaris contra matrem nõ operatur, ſiue quòd in expreſſa uulgari hoc loco non continetur (quod uoluit gl. in l. centurio. ff. de uulgar.) ſiue cõtinetur, effectum tamen non habet contra matrem, ut gl. in l. precibus. C. de impub. & aliis ſubſtit. quę eſt cõmunis opinio. Et huius limitationis ratio eſt, quia cũ tacita pupillaris in uulgari inſit iuris præſumptione, ut ſæpe dixi: iſta præſumptio ceſſat fauore matris, ne ipſa à luctuoſa hęreditate filii pupilli excludatur: de quo in ſeq. capit. latius. Secundo fallit, ſi teſtator in ſubſtitutione uulgari utatur uerbo taxatiuo, tantum, uel dũtaxat: ut ſi dicat, Inſtituo filium meum impuberem, & in eo tantum caſu quo hæres non erit, uel, ſi tantum hæres non erit, ſubſtituo Caium: tunc pupillaris non continetur,

continetur. quia ceſſat præſumptio. fa. l. iam hoc iure. in fin. de uulg. & eſt communis doctrina Doct. licet D. Crotus hic contra communem nitatur, ſed nulla iuſta ratione. Tertio fallit, cum ex aliis coniecturis apparuerit teſtatoris uoluntatem refragari, ita quòd præſumi poſsit teſtatorē noluiſſe includi tacitam pupillarem: quia tunc non includitur. Sozinus allegat l. in teſtamento. in fin. C. de teſta. militari. Cum enim tota hæc res in præſumpta (ut ſæpe diximus) uoluntate teſtatoris quieſcat, d. l. iam hoc iure, meritò coniecturis ſtabitur: ut, exempli gratia, ſi teſtator inſtituto pupillo dicet, ſi hæres non erit, ſubſtituo Caium, ne teſtamentum meum reddatur caducum: hic eſt cōiectura quòd nolit includere pupillarem, qui hoc ſolummodo prouidit, ut ex teſtamento paterno hæreditas adiretur. Et eſt aliud exemplum: ſi teſtator duos haberet impuberes filios, alteri uulgariter ſubſtitueret, ſi hęres nō erit: alteri pupillariter, ſi hæres erit, & in pupillari moriatur: quia tunc coniectura eſt quòd in uulg. ſubſtitutione alteri facta non includatur pupillaris, cui coniecturæ ſtabitur, ut per Sozin. d. l. j. colū. lxv. Debet autem de uoluntate teſtatoris euidentibus coniecturis apparere: & in eo ſufficerent duo teſtes, ut Sozinus & Crotus uoluere. argum. l. hæredes palàm. §. ſed ſi notam. ff. de teſta. Quarto fallit, ſi teſtator utrunq; caſum prouidiſſet: ut, ſi pater filium inſtituat, & ſi hæres non erit, ſubſtituat Caium: ſi uero hæres erit, & intra ætatem pupillarem moriatur, Flaccum ſubſtituat: hic cum in quemlibet caſum proprius detur ſubſtitutus, meritò alter caſus in altero non continebitur. d. l. iam hoc iure. uerſ. hoc itaq;. Quinto limitatur, ſi ſubſtitutio facta ſit diſparibus filiis, quorum alter ſit pubes, tūc ſi ſubſtituat uulgariter, ſi hæredes filii non erunt, tacita pupillaris ibi non continebitur: quia cum in filio pubere contineri & uerificari non poſsit, rectè etiam nec in impubere continebitur: ea enim determinatio, ſcilicet, ſi hæredes non erunt, utrunq; caſum debet æqualiter determinare, quòd inæqualitas & lege & moribus ſit odioſa. & ita procedit l. quamuis. C. de impuber. & aliis ſubſt. ubi pater filium impuberem & uxorem inſtituerat, & ſi hæredes non eſſent, ſubſtituit Caium: certè cū in uxore tacita pupillaris locū habere non poſsit, nec in impubere, ſi intra pupillaria moriatur, locum habebit, & excludetur ſubſtitutus. Quòd & in breuiloqua procedit, cum duobus filiis impari ætate ſubſtitutis,

teſtator eos inuicem ſubſtituat.per dict.l.iam hoc iure. uerſ. quod ius.Cæterum ſi ſeparatim cuilibet uulgariter ſubſtituatur,ut,inſtitutis filio & uxore uel extraneo,teſtator, ſi filius impubes hæres non erit,Flaccum ſubſtituat:& ſi uxor uel extraneus hæres non erit,eũdem Flaccum uel alium ſubſtituat, hic in filii perſona locum habebit duplex ſubſtitutio,in altero autem hærede tantum una,ſcilicet uulgaris, propter ſeparatam prouiſionem:quæ eſt communis opinio contra Vltramontanos,ut latè tradit Sozinus d.l.j.col.lxiij.

Vltimus effectus, cum aliàs per ſubſtitutionem uulgarem expreſſam teſtatori ſuccedi ſoleat, communi doctrina receptum eſt,ſi pater impuberi filio hæredi inſtituto, uulgariter ſubſtituiſſet,& is impubes,hæres patri non eſſet,& poſtea in pupillari decederet,quòd ſubſtitutus ex uulgari expreſſa,bona teſtatoris accipiet,& ex tacita pupillari poſtea in bonis pupilli ſuccederet.& ita Bar.in ſuo quarto effectu poſt recitatas opin.tenuit:& fa.l.ij.§.fin.in uerſ.ſed & ſi quis ita.de uulg. ubi dicitur,ſi filius hæres non extiterit, proculdubio Seius ei hæres erit:intelligendum eſt, ei ſcilicet patri, de quo paulò antè fecerat mentionem: licet nonnulli Doct.ad filium non bene referant,cum de filii ſucceſsione teſtator ibidem ſpecialiter prouiderat, nempe ſi filius intra ętatem moriatur,Seium pupillo hæredem futurum.& hæc eſt ueritas.Porrò ex tacita uulgari teſtatori ſucceditur,ut,ſi inſtituto filio, pater ſubſtituat pupillariter:nam ſi is filius non ſit hæres,ſubſtitutus bona teſtatoris ex tacita (ut diximus) uulgari accipiet : & ſi is filius poſtea intra pupillaria moriatur, bona etiam pupilli ad ſubſtitutum peruenient. Quod & locum habet ſi pater & pupillus ſimul morerentur,quia ſubſtitutus utraq; bona habebit,ſed diuerſo genere ſuccedendi, ſecundum Bart.quia (ut diximus) bona teſtatoris habebit ex uulgari, bona uero pupilli ex pupillari. Quid autem ſi pupillus non eſſet hæres,& intra pupillaria moreretur,mater tamẽ pupilli uiueret, an ſubſtitutus ex tacita uulgari matri præferetur? Dic præferri in bonis patris,cum per uulgarem ſuccedatur teſtatori,cui uxor ſuccedere non poteſt.per gloſſ. in d.l.fin. in fin. & ibi Iaſon poſt Doct.C.de inſtit.& ſubſtit.At uero in bonis pupilli mater præferetur in ſucceſsione filii, ut uidetur uoluiſſe Iaſ.d.l. fin.& habet rationem. Cæterum ſi teſtatoris mater uiueret, iſta excluderet ſubſtitutum, etiam in bonis teſtatoris: non enim

enim præſumitur quòd teſtator matrem ſuam ſucceſsione ei legitimè debita priuare uoluerit. ita Bart. in hac materia. Sed quæro, ſi pupillus moriatur uiuo patre, an & quomodo ſubſtitutus admittatur? Puto eum admitti ad bona teſtatoris ex tacita uulgari, à qua teſtamẽtum uires accipit, ut ſuprà tenui: niſi fortaſſe mater teſtatoris eſſet in medio, quod etiam ſuprà declaraui. Sed in bonis pupilli non ſuccedet, cum expreſſus ſit tex. in d. l. quod ſi filius. quòd eo caſu nihil ſit quod de tabulis pupillaribus tractari poſsit: igitur cognati ab inteſtato ſuccedent pupillo. quod & Iaſ. in d. l. j. col. xvj. ſequitur, & ut ex uerbis ipſius colligo, etiam Aret. hoc ſenſit: quam puto eſſe ueritatem in iſtis ſpinoſis locis, in quibus Doct. ſatis fatigantur.

Tandem pro complemento effectuũ addimus, quòd quamuis ſubſtitutus cum inſtituto non concurrat, l. quandiu. de acquir. hæred. ſi tamen filius eſſet hæres inſtitutus à patre, dato ei uulgari ſubſtituto, is filius legitimam ſuam acceptare liberè poteſt, & repudiare cætera bona patris: quod maxime uerum eſt, ſi bona patris eſſent grauata legatis uel ære alieno. ita ſenſit Bart. in ſuo primo effectu, ad fin. qui allegat l. ſi libertus patrono. uerſ. quid ergo. de bo. lib. & uoluit hoc in fortioribus terminis Ludouicus Romanus, d. l. j. prout eum allegat Sozinus, qui in d. l. j. colum. xlj. cum decem colum. ſequẽtibus, hunc præſentem caſum & alios latiſsimè tractat. Nos uero quibus propoſita eſt breuitas, ad extralimitanea non diffundimur.

Nunc ueniendo ad quintum membrum huius capitis, quæ ſubſtitutionem uulgarem impediant, & quomodo extinguatur. Bartolus in d. l. j. per aliquas dubitationes procedit. Nos dimiſsis quæ dimitti poterant, ponimus cõcluſiones hic ſubſequentes.

Prima: Subſtitutio uulgaris poſt aditam hæreditatem extinguitur. l. poſt aditam. C. eodem tit. Nam cum teſtator inſtituit Titium, & ſi hæres non erit, ſubſtituit Sempronium, rectè conſequitur, ſi hæres ſit Titius, ceſſare iam ſubſtitutionem uulgarem, tanquam cõditione defecta, ſcilicet ſi Titius hæres non erit. Quam concluſionem primo ampliate, etiam ſi eſſent plures gradus ſubſtitutionum: ut, ſi teſtator inſtituat Titium, ſi Titius hæres non erit, inſtituat Caium, ſi Caius hæres non erit, tertio loco inſtituat Florum, & ita deinceps:

certè primo exiſtente hęrede, omnes aliæ ſubſtitutiones uulgares ceſſabũt, ut quod in uno dictum eſt, etiam in pluribus ſequentibus decidatur. argum. l. ſi finita. §. cum plures. ſuprà de damno infect. Bartolus allegat l. cum in teſtamento. ff. de hæred. inſtit. quæ modicum facit. Secundo ampliate, etiam ſi hæres per bonorum poſſeſsionem adiret hęreditatem, nam nihilominus expirauit uulgaris ſubſtitutio: & è diuerſo, ſi hę res renunciaret bonorum poſſeſsioni, ſed adiret de iure ciuili, ſemper expirauit ſubſtitutio uulgaris. Quod autem poſsit ita hæres renunciare uni remedio retento altero, textus eſt in l. puberem. cum l. ſeq. C. de iur. delib. quia cum habet aliquis duplex remedium, unius renunciatione non relinquitur alterum. l. ſi filii. ij. ad finem. ff. de bon. lib. & eſt bonus textus in l. ſi domus. ff. de ſeruitute urbanorum prædiorum. Hæc concluſio ſic ampliata, poteſt limitari: quia primo non procedit, ſi hæres ſit negligens in exequenda uolũtate defuncti: dato enim quòd hæres iam adierit, acceptarit hæreditatem, ſi tamen intra annum non exequitur uoluntatẽ teſtatoris, tunc per legem priuatur hæreditate, quo caſu locus erit ſubſtituto uulgari, dum caueat de exequenda uoluntate teſtatoris. auth. hoc amplius. C. de fideicommiſ. & fa. c. licet. de uo. & uo. redempt. Ratio eſt, quia quem lex priuat, is intelligitur nunquam habuiſſe remedium. gloſſ. notab. in l. in ſubſtitutione. ff. de uulg. Secundo limitate, ſi hæres aduerſus aditionem ſit reſtitutus beneficio prætoris: poteſt enim hæres minor natu, ſi hæreditatem temere adierit, per prætorem reſtitui ut abſtineat. l. & ſi ſine. §. ſed quod Papinianus. ff. de minoribus. hoc loco redit uulgaris ſubſtitutio, datur ſubſtituto locus poſtquam minor abſtinuerit. d. l. & ſi ſine. fa. in argumentum quæ habentur in l. ij. §. interdum. ad finem. ff. de uulga. ubi reſtitutio contra repudiantem confirmat ſecundas tabulas. Sic è diuerſo reſtitutio contra aditionem, debet etiam confirmare uulgarem: & licet is qui contra aditionem reſtitutus eſt, hæres remaneat iuris intellectu, ſubſtitutus tamen erit hæres cum effectu, cum utilitate. d. §. interdum. in fine. & ſic diuerſis reſpectibus ambo hæredes eſſe poſſunt. Tertio limitate, ſi plures ſint inſtituti hæredes, & eis datus ſit ſubſtitutus, tunc uno ex hæredibus adeunte, propterea non expirat uulgaris ſubſtitutio in aliis hęredibus non adeuntibus, ut eſt argumentum in l. ex duobus. §. filium. ff. de uulga. Sed hoc habet

habet temperamentum, quia Doctores hic confligunt. Nam refert quomodo ſit facta plurium hæredum inſtitutio, & ſubſtitutio uulgaris. Si enim pluribus hæredibus inſtitutis, Titio & Meuio & Cicerone, teſtator ſubſtituat ſpecialiter Flaccum Titio, Meuio Florum, Ciceroni Quintum, ita quòd ſeparatim unicuique hæredum ſubſtituatur, hoc loco uera eſt limitatio quam ſuprà dixi: nam ex ſeparatis nihil infertur: quòd enim Titio adeunte expirat ſubſtitutio ei facta, hoc nō nocet nec ſubſtituto Meuii, nec ſubſtituto tertii hæredis, ſi ipſi ſeorſim ſunt inſtituti, quilibet ſuo hæredi.fa. quod dicitur, ſubſtitutum præferri coniuncto.l.j.§. pro ſecundo .C. de cad. toll. niſi ex uerbis alia uoluntas teſtatoris appareret, ut in l. quidam teſtamento.ff.de uulg. At ſi ſubſtitutio fuerat facta copulatiuè, ſiue per copulam poſitiuā ſiue negatiuam, uel etiam per numerum pluralem, tunc non procederet noſtra limitatio: quia tunc neceſſe eſt quòd omnes hæredes omittant antequam locus ſit ſubſtituto. Exemplum: Teſtator inſtituit Titium, Marcum & Caium, & ſi hæredes non erūt, ſubſtituit Florum: hic neceſſe eſt quòd omnes hæredes deficiant, antequam expiret uulgaris. habetis argum. in l. ſi hæredi plures .ff. de condi. inſtitu. quia ad ueritatem copulatiuæ requiritur concurſus partium. Sic etiam ſi ſit negatiua copula: ut, cum teſtator inſtituit Titium, Sempronium, & Caium, & ſi neque Titius neq; Sempronius neq; Caius hæredes fuerint, ſubſtituitur Flaccus, hic neceſſe eſt quòd omnes hæredes deficiant, ut uulgaris ſubſtitutio intercidat.d.l.quamuis. C.de impub.& aliis ſubſtit. & eſt argum. in l. ſi quis ita ſtipulatus fuerat. ad fin. ubi cum aliquid promittitur ſub conditione, ſi neque Titius conſul factus ſit, neq; nauis ex Aſia uenerit, neceſſe eſt utrunque uenire. Bar. allegat l. ex filio. §.fin. & l.cohæredi. §.cohæres.ff. de uulg. quæ iura modicum faciunt. Verum hæc materia infrà in ultimo capit. in miſcellaneis circa plures perſonas inſtitutas & ſubſtitutas latius tractabitur.

Secunda concluſio: Si pater filio impuberi ſubſtituat cum præfinitione temporis pupillaris, adueniente pubertate, ſicuti pupillaris expirat, l. in pupillari.ff.de uulg. ita & tacita uulgaris extinguitur: hoc enim pater, qui ad pupillare tempus ſe adſtrinxit, uoluiſſe præſumitur. Idem ſi breuius tempus præſtituiſſet.l. ſi ita quis. de uulgar. Sin uero pupillo ſubſtituat

ſine tẽporis præfinitione, tunc adueniente pubertate, licet pu pillaris extinguatur, tamẽ tacita uulgaris, poteſtate legis præſumpta, manet. l. fin. C. de hæred. inſti. Et per hoc conciliantur gl. in l. lex Cornelia. de uulg. & Doct. per Bartol. recitati in dict. l. j. ad fin. in materia uulgaris, qui ad hoc iura allegat. Declaro pro iunioribus. Si pater inſtituto filio impubere, ei, ſi intra tempus pupillare uel intra decẽ annos moriatur, ſubſtituat Caium, iam finito tempore non ſolum pupillaris, ſed & tacita uulgaris concidit. Sin uero pater filio impubere inſtituto, ſubſtituat Caium, quandocunq; filius moriatur, is ſi hæres non ſit, & deceſſerit etiam poſt tempora pubertatis, tacita uulgaris ſubſtituto ſuffragabitur quo ad bona teſtatoris, licet pupillaris ſubſtitutio poſt tempus pubertatis, quo ad bona pupilli, euanuerit. Atq; ita uitiato expreſſo, non uitiatur tacitum, ut per Guil. de Cu. quem Bart. & Doct. in d. l. j. ad fi. ſequuntur. & eſt communis opin. reprobata, gl. Inſtit. eo. §. extraneo. An autem exiſtentia ſuitatis ſubſtitutionem uulgarem impediat? Bartol. putat impediri, ſi teſtator ex neceſsitate filium ſuum, & ex eo nepotem naſciturum, uel natum, iuxta conſilium Galli & legis Velleiæ inſtituat, & nepoti ſubſtitutum dederit, certè ſi patre mortuo, uterq;, filius & nepos repudiant, ſubſtituto non eſſe locum iure ſuitatis in hoc uel illo ſubſtitutionem impediente. gl. in l. ſi mater. §. j. de uulg. Cæterùm ſi ſuo hæredi, uoluntariè & extra neceſſitatem Galli & legis Velleiæ detur ſubſtitutus uulgaris, in eo non impediri iura ſuitatis, quin filio non adeunte, locus ſit ſubſtituto. Quæ tamen longius non tracto: eam enim ſubſtitutionem Marius Salomonius, uir doctrinæ conſummatiſsimæ, in pulcherrimis illis paradoxis ſuis, aquilianam & non uulgarem nominari oportere putat, ut adeò extra propoſitum meum ſit ea operoſius tractare, quæ omitti poterant, præſertim cum dictus præſtantiſsimus uir in huiuſmodi materia nihil non & uerè & eleganter tractarit.

Habes tandem caſum ab aliis non tractatum, ubi ſubſtitutio finitur: nempe, ſi ſubſtitutus in cauſa fuerit, ut inſtitutus hæreditate non adita decedat: tunc enim is ſubſtitutus ab hæreditate repellitur. Bartol. in l. ſi ab hoſtibus. §. ſi uir. ff. ſol. mat. fa. in argumentum. l. ſi quis affirmauerit. §. j. & ſeq. ff. de dolo malo.

CAP.

De pupillari. CAP. II.

NVNC ergo cum dei ope accedamus ad ſecundum caput, quod tractabit pupillarẽ ſubſtitutionem. In hoc capite elucidabimus ſeptem mẽbra principalia per ordinem. Primo, quid ſit ſubſtitutio pupillaris, & quare ita dicatur. Deinde, quotuplex ſit. Tertio loco, quibus uerbis fiat. Quarto, quo iure ſit introducta, & ob quam cauſam. Quinto quæ requirantur ad iſtam ſubſtitutionem. Sexto, qui ſint effectus. Et tandem, quando expiret, quando finiatur.

Ad primum breuiter uenientes, ſubſtitutio pupillaris eſt, quæ à patre filio pupillo fit, ut ei intra pupillaria mortuo ſuccedi poſsit. Et ideo dicitur pupillaris, quòd non niſi pupillo fiat. Hæc eſt definitio legalis, non logica: quia omnis definitio eſt periculoſa. l. omnis. infrà de reg. iur.

Secũdi mẽbri inueſtigatio ſatis cognoſcitur ex his quæ in materia uulg. ſubſtitutionis diximus. Nã ſicut uulg. ita & pupillaris eſt duplex, expreſſa & tacita. Expreſſa fit uerbis expreſsis, ſiue in genere, ſiue in ſpecie. In genere, ut cũ dicit teſtator, uos inuicẽ ſubſtituo. In ſpecie, ut cũ utimur uerbis idoneis, quæ mox dicã. Tacita pupillaris eſt, quę in expreſſa uul. cõtinetur, nõ ex uerbis, ſed legis poteſtate præſumentis talẽ eſſe uoluntatẽ teſtatoris. Nã cũ pater filiũ pupillũ inſtituit, & ſi hæres non erit, ſubſtituit Flaccũ, hæc eſt expreſſa uulgaris: certè ſi iſte pupillus hæres fieret, ſed intra pupillaria moreretur, ſubſtitutus etiam hoc caſu ex tacita pupillari admittitur: quia ſi teſtator cũ caſum prouiderat quo filius heres nõ eſſet, præſumitur etiã aliũ caſum, ſcilicet, ſi hæres erit, & intra pupillarẽ moriatur, ſi de eo cogitaſſet, prouidere uoluiſſe. Hæc dicitur tacita pupillaris, ex tacita mente teſtatoris per legis poteſtatem inducta.

In tertio mẽbro, quibus uerbis ſubſtitutio pupillaris expliceetur, nouiſſe cõueniet ex ſentẽtia Bar. in l. ij. de uulg. ea uerba eſſe recepta, ſi teſtator filiũ ſuum impuberem inſtituat: & ſi hæres eſſet, & intra pupillarem ætatem decederet, Flaccum ſubſtituat. Quam formam tradit Bartol. loco præallegato, uolens priora uerba eius ſubſtitutionis eſſe poſitiua uel affirmatiua, ſcilicet, ſi hæres erit: at poſteriora uerba ad pupillum relata, eſſe negatiua aut priuatiua, facientia mentionem mortis pupilli. Verum quòd Bartol. priora uerba dicit ſemper eſſe affirmatiua, non puto eſſe uerum, ut ex tex. Inſtit. in tit. de

pupill.ſubſtit.circa prin.patet,ubi per Imperatorem talis forma traditur, ut teſtator inſtituat filium impuberem, & ſi hæres non erit,uel ſi hæres erit,& intra pupillaria moriatur,ſubſtituat Caium. Proinde Bart.doctrina hoc loco non eſt integra, ſcilicet quòd teſtator priora uerba non ſemper affirmatiuè, ſed & per adiunctam negatiuam, ſi hæres non erit, uel ſi hæres erit,pronunciet. Hoc tamen bene docet Barto.quòd iſta uerba,ſi hæres erit,non ſint neceſſaria in ſubſtit. pup. poteſt enim teſtator ita ſubſtituere,quòd inſtituat filium impuberem, & ſi intra pupillaria moriatur, ſubſtituat Caium: hic non fit mentio uerborum, ſi hæres erit. Quod autem ea uerba non ſint neceſſaria, ex hoc liquidò cognoſcitur, quòd olim exhæredato impuberi poterat ſubſtitui pupillariter, ut d. l.ij.poſt prin. Alia autem poſteriora uerba, ſi pupillus deceſſerit, ſemper ſunt neceſſaria ut exprimantur in genere, uel in ſpecie. Vnde pro regula ſeruabis: Vbicunq; fit in ſubſtitutionibus mentio pupillaris ætatis, eam ſubſtitutionem eſſe pupillarem, quibuſcunq; uerbis tandem hoc fiat:niſi fortè ex ſententia Bal.in l.precibus. C. eo. pupilli mentio non diſpoſitiuè, ſed demonſtratiuè fieret:ut ſi teſtator dicat, ſubſtituo filio meo impuberi Seium: hic enim non neceſſariò colligimus ſubſtitutionem pupillarem, cum ſit demonſtratio quædam,quæ ſæpenumero nihil operatur,ut traditur in l.demonſtratio falſa.ff.de cond. & demon. Cæterum quia huiuſmodi demonſtrationes aliquando diſponunt, materia ſubiecta inſpicienda eſt, ut cognoſcatur quid ea demonſtratio operetur, qua filio impuberi ſubſtituitur. Certum enim eſt ea uerba etiam diſpoſitiuè intelligi, & ſubſtitutionem pupillarem importare,ut in l.qui liberis. §.hæc uerba.ff.de uulg. & pup. ubi teſtator ſimpliciter ſubſtituit filio ſuo impuberi,& tamen pupillaris ſubſtitutio intelligitur. At hoc,ut iam diximus,materia ſubiecta docebit, ut ita Alex.ſatisfaciamus, qui doctrinam Bald.impugnarat. Vos autem iſthæc ambigua fugite, & quàm clariſsime poteſtis,uerba ſubſtitutionum ponite,ne in uoluntatis quæſtionem,& in controuerſiam ueſtra teſtamenta incidant. Vt igitur reuertamur unde digreſsi ſumus, priora uerba ad inſtitutum relata ſub diſiunctiua, ſi hæres non erit,uel ſi hæres erit, explicari poſſunt. Quòd ſi ſimpliciter ſine diſiunctiua proferantur, ut ſi teſtator filium impuberem inſtituat, & ſi ſit hæres, & intra pupillaria moriatur, Caium ſubſtit

ſubſtituat, Politus putat filium eſſe indignum ſi recuſet, & propterea ſubſtituto, deficiente conditione, non eſſe locum. Sed communis opin. Bartol. & Doct. tenet ſubſtituto locum eſſe, etiam ſi filius repudiet, per l. Iulian. de acquir. hær. l. pater. de priuil. cred. quæ iura licet euadi poſſe uideantur, tamen uera eſt opin. communis. Siquidem in ſubſtitutionibus latiſsima interpretatio eſt facienda, ut eis faueatur. l. fin. C. de inſtit. & ſubſtit. & in d. l. Gallus. §. & quid ſi tantum. Quo loco non eſt abſurdum, quòd ſub iſta conditione, ſi hæres erit, quæ eſt expreſſa, intelligatur tacita conditio, ſi hæres non erit, ut caſus expreſſus ad non expreſſum extendatur. d. §. & quid ſi tantum. Poſſunt etiam alia uerba uſurpari in hac ſubſtitutione, uidelicet, ſi teſtator inſtituat filium impuberem, & ſi intra tutelam moriatur, uel ſi moriatur antequam in ſuã tutelam ueniat, ſubſtituat Caium: his uerbis rectè dicitur explicata ſubſtitutio. Inſtit. de pup. poſt prin. Tunc autem dicitur in ſuam tutelam ueniſſe, cum eſt factus quatuordecim annorum, ita I.C. in l. cum filio. in prin. ff. de leg. iij. Poteſt & ita ſubſtitui: Filio meo ſubſtituo, cum erit legitimæ ætatis, uel maturæ ætatis, uel iuſtæ, & ſi quæ ſunt ſimilia: at quia iſta uerba ſunt dubia, non conſulo ea uſurpari: exigunt enim declarationem uoluntatis teſtatoris quid ſenſerit, cum uariè intelligantur, ut pulchrè I.C. in d. l. cum filio. per totam legem. Solet etiam ſubſtitutio pupillaris per uerba relatoria explicari: ut, ſi teſtator inſtituat duos uel tres cum filio, & deinde dicat, Quiſquis mihi hæres erit, ſit & filio impuberi hæres: quæ uerba habent hanc uim, ut non alii intelligantur ſubſtituti, quàm qui ſcripti ſunt in teſtamẽto. Vnde ſi extraneus aliquis filius fam. uel ſeruus inſtitueretur cum aliis hæredibus à teſtatore (quo caſu patri uel domino acquireretur hæreditas) iſti, pater & dominus non admitterentur ad bona pupilli, ſi intra pupillaria moreretur, quia non ſunt ſcripti in teſtamento, nõ ueniunt iudicio teſtatoris, ut dicit Politus, ſed poteſtate iuris: ſicut nec hæres hæredis ueniret ad bona pupilli, ut qui non ſit ſcriptus in teſtamento. Secundo operantur hæc uerba, quòd eaſdem partes in ſubſtitutione accipient ſubſtituti in bonis pupillaribus, quas acceperunt in inſtitutione in bonis teſtatoris. Vnde ſi aliquis ſit inſtitutus in quadrante, & ſubſtitutus pupillo per iſta uerba relatoria, is etiam quadrantem accipiet in bonis pupilli. d. l. qui liberis. §. hæc uerba. ff.

eo. Poteſtis etiam hic aduertere contra opin. Baldi, in l. precibus.cum dicitur,ſubſtituo filio meo pupillo,quaſi iſta uerba demonſtratiuè intelligantur, ut ſuprà dixi. Nam contra hanc opinionem pugnat text.in d. §.hæc uerba,cum dicitur, quiſquis mihi hęres eſt,ſit hæres filii mei impuberis,ubi qualitas impuberis non demonſtratiuè, ſed diſpoſitiuè ponitur. Sed hoc ex materia ſubiecta colligitur.

Quo iure pupillaris ſit introducta, eſt quartum membrū. Et certè conſtat ex d. l. ij. in prin. moribus eſſe introductam, uſu populi Rom. & ideo introducta, ut cum pupillus ſibiipſi teſtamentum facere non poſsit defectu ætatis, quòd pater ei de teſtamento prouideret. Tantus fauor fuit in ueteribus circa teſtamenta. gl. in d. l. ij. errando intelligit moribus, id eſt, iure Lacedæmoniorum. §. ex non ſcripto. Inſtit. de iur. nat. gen. & ciui. Sed ut dixi, error eſt, & quidem ridiculus: nihil enim de Lacedęmoniis moribus, cū uſu populi Romani. Hoc autem dubitari poteſt, cum ſubſtitutionum obſeruatio ſit in ſcriptis redacta, ut toto titulo de uulg. ff. & C. an hodie ea ſubſtitutio de iure ſcripto uel de moribus Rom. eſſe dicatur. Dimiſsis multis quæ hic per Doct. poſt Bart. tractantur, dic ſubſtitutionū materiam moribus quidem à principio introductam, ſed poſtea per ius ciuile reformatā, & multa addita, ut rectè dici poſsit, eam eſſe iuris ſcripti. l. ius ciuile. ff. de iuſti. & iur. Conſequenter dubitari poſſet, cum moribus introductū ſit, quòd pater filio impuberi teſtamētū facere poſſet, an hæc obſeruatio latius porrigi poſsit? Quid enim ſi ſtatuto caueretur quòd alter poſſet teſtari pro altero? Nā ſi moribus eſt introductum, id eſt, conſuetudine, quòd pater faciat pro filio teſtamentū, certè poſſet uideri extendi ad ſtatutū, quod alter pro altero teſtaretur. Sed certè hoc ſtatutum non ualeret, & eſſet quoq; irrationabile & contra bonos mores, incideretq; in inſtitutionem captatoriam, qua alter ſe committeret circa teſtamenta uoluntati alterius. l. captatorias. C. de teſtam. mil. l. illa inſtitutio. ff. de hæred. inſtit. debet enim teſtādi arbitrium pendêre ex uoluntate propria, ut dicit eleganter Bal. in d. l. captatorias. Ergo in caſu noſtro hoc ſtatutū eſſet inualidum. Et non obſtat quòd pater filio teſtari poteſt: quia hoc eſt primo propter defectum ætatis, & deinde propter defectum rationis: & tertio, quia pupillus liberos non poteſt ſuſtollere: iſta ceſſant in ratione ſtatuti, ut hic Politus.

Quæ ad ſubſtitutionem pupillarem requirantur.

ACCIPIO nunc quintum membrum, quæ ſcilicet ad ſubſtitutionem pupillarem requirantur. Gloſ. in d. l. ij. in prin. quinq; requiſita enumerat. Bart. addit adhuc tria, & ſic octo requiruntur. Primo, quòd is cui fit ſubſtitutio, ſit de liberis. Deinde, quòd ſit impubes. Tertio, quòd ſit in poteſtate patris. Quarto, quòd efficiatur ſui iuris morte paterna. Quinto, quòd non deſinat eſſe in poteſtate. Sexto, quòd pater ſibiipſi faciat teſtamentum. Septimo, quòd filius ſit inſtitutus uel exhæredatus. Octauo, quòd patris adeatur hæreditas. Tria poſteriora reſecat Politus tanquam parum neceſſaria: ego ſequor Bart. cauſa facilioris eruditionis. Videamus ergo ſingula requiſita.

In primo requiſito, nempe quòd hi, quibus ſubſtituitur, ſint de liberis, res eſt expedita per tex. in d. l. ij. in princ. Nec dubitari oportet quin liberi legitimi & naturales intelligantur. Inſtit. eo. in prin. fa. l. ſi teſtamento. C. eod. Et intelligas nõ ſolũ liberos primi gradus: ſed nepotes, pronepotes, & ita deinceps alios deſcẽdentes, per d. l. ij. in prin. Imò & poſthumi includuntur (quod hic eleganter addit Politus) qui ſunt adhuc in utero: quia pater ſubſtituere partui poteſt qui eſt in utero. tex. eſt in d. l. ij. in uerb. poſthumus, & fa. l. qui in utero. ff. de ſtat. ho. ubi qui in utero eſt, pro nato habetur, quoad ea quæ utilitatis ſunt. fac. l. uentri. de uent. inſpi. Porrò non ſolũ liberi legitimi & naturales, ſed etiã dũtaxat legitimi, qui per leges ſunt matrimonio liberorũ adſcripti, ut ſunt adoptati, qui per adoptionẽ tranſeunt in patriã poteſtatẽ adoptãtis: ut ſi aliquis de aſcẽdẽtibus auo, abauo, proauo, adoptaret nepótes. Cæterũ ſi nõ trãſiret in poteſtatẽ adoptãtis, ut cũ extraneus aliquis adoptaret pupillũ, tũc nõ poſſet fieri ſubſtitutio pupillaris. Arrogatus autẽ ſemper trãſit in patriã arrogantis poteſtatem, quapropter ei pupillo ſemper poteſt ſubſtitui hęres. tex. eſt elegãs qui hoc tractat, in l. cũ in adoptiuis. C. de adopt. iuncta l. ſi arrogator. §. fi. ff. de adopt. & elegãter in l. ſed ſi plures. §. in arrogato. de uulg. & pupil. not. in d. l. ij. §. ſed ſi extraneũ. eo. tit. cũ ſim. His cõſequẽs eſt, quòd filiis naturalibus tantũ, ut qui ſunt geniti ex ſoluta & ſoluto, nõ poſſit pupillariter ſubſtitui, cũ pater eos nõ habeat in poteſtate. Inſtit. de pa. pot. in princ. ubi nuptiæ pariũt patriã poteſtatẽ: niſi fortè eſſent legitimati, quia tũc æquipararẽtur legitimis,

uęritate

ueritate iuris inſpecta, nõ natura. ita Bart. in dicta l. ij. & in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. Quod uſqueadeo uerũ eſt, quòd etiã legitimati cõſequũtur iura ſuitatis, & agnationis, ut uerè dicãtur de familia. Bal. ſingulariter in l. eã quam. C. de fideic. ſicuti eum alleg. Iaſ. in d. l. ij. in v. col. quod eſt elegans & pulchrum dictum. Imò ſicuti patri eſt priuilegium teſtandi inter liberos coram duobus teſtibus. l. hac conſultiſsima. §. ex imperfecto. C. de teſtam. ſic etiam pater poſſet teſtari inter filios legitimatos coram duobus teſtibus. Iaſon allegat Bald. & dicit ſe alibi non legiſſe, in cap. de cauſis. de offic. deleg. penul. col. Et ſic extendimus hoc primum requiſitum ad filios pupillos legitimatos. Deniq; & ſi pater ſubſtitueret filio pupillo naturali tantum, non legitimato, quo caſu ſubſtitutio nihil ualeret, ſi tamen pater hunc pupillum legitimaret, iam certè cenſeretur facta ſubſtitutio: quia legitimatio fingitur retro, ut ab initio intelligatur legitimus. l. fin. ff. de nat. reſtit. Quid autem ſi pater ſubſtituit pupillo naturali tantũ, & poſt mortem patris, filius naturalis legitimatur, an iſta ſubſtitutio etiam cõualeſcat? quod meritò dubitationis eſt, ne lædantur iura legitimorum hæredum. Bart. in d. l. ij. circa hoc requiſitum ſimpliciter tenet adhuc ualere ſubſtitutionem, per auth. ſi quis. C. de nat. lib. Politus pulchrè diſtinguit, uerſic. v iij. quia aut concurrit uoluntas patris, qui hoc uoluit, dum uiueret, & uera eſt doctrina Bartol. ita loquitur. authen. ſi quis. & ibi text. eſt. aut non poteſt doceri de uoluntate patris dum uiueret, & tunc non ualeret ſubſtitutio, ſicut nec legitimatio. ita intelligunt authen. alii Doctor. quia non debet tolli ius quæſitum legitimo hæredi.

Secundum requiſitum, quòd liberi ſint impuberes, id eſt, necdum quatuordecim annorum, ſi ſint maſculi: uel duodecim annorum, ſi ſint fœminę. Iſta enim dicitur ætas impubes. l. qua ætate. ff. de teſta. d. l. ij. in princ. cum dicit Iurecõſ. ſubſtitui poſſe maſculis, dum ad quatuordecim annos peruenerint. Hic diſceptãt Moderni, Sozi. & alii, quomodo hæc uerba intelligãtur, Cum ad quatuordecim annos peruenerint: an ſufficiat decimumquartum annum eſſe inceptum, an debeat eſſe completus. Quidam intelligunt ſufficere, ſi annus ſit inceptus: uerum text. apertus eſt in contrarium, in d. l. qua ætate. ad fin. de teſtam. ubi dicitur intelligi annum completum, unde de uento eſt iſta diſceptatio. Quærit Bar. in d. l. ij. quid ſi ſtat

ſi ſtatuto caueatur, quod minor x x v. annis nõ poſsit teſtari, ſicut ſunt ſtatuta Italiæ, an pater poſsit tali minori ſubſtituere pupillariter, ut qui ſibiipſi teſtamentum facere non poteſt? Et tenet nõ poſſe, quod uerũ eſt, & eſt ocioſa quæſtio: quomodo enim poſsit pater pupillariter ſubſtituere ei, qui nõ eſt pupillus? per locum à cõiugatis. Sed nec ei ſubſtitui poſſet ut minori. Nam pro ſentẽtia Politi, uerſ. xix. hoc ſtatutum non ualet, quod liberã factionẽ teſtamẽti tollit homini ſanæ mentis, ut traditur in l. ſtipulatio hoc modo. ff. de uerb. oblig.

Tertiũ requiſitũ, quòd liberi ſint in poteſtate patris: quod etiam hodie obtinet. Nam quamuis per iura nouiſsima ſublata ſit differentia inter emancipationem & patriã poteſtatem, auth. de hæred. quæ ab inteſt. defe. hoc tamen intelligẽdum eſt circa ſucceſsionẽ ab inteſtato: ſed quo ad ſucceſsionem ex teſtamento, remanent iura antiqua intacta. gl. in auth. ex cauſa. C. de liber. præteri. & Doct. communiter in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. Cum ergo requiratur poteſtas patria, quòd filii ſint in poteſtate etiam hodie, conſequitur quòd hæretici non poſſunt pupillariter ſubſtituere, ut qui carent patria poteſtate, in pœnam hæreſis. tex. in c. ij. §. fin. de hæred. lib. v i. Quod non ſolum intelligitur de his qui ſunt declarati, ſed etiam de his quos cõſtat eſſe hæreticos: & ſic ciuitates ſi quæ noſtra ætate hæreſim ſaperent, non poſſent pupillariter ſubſtituere. Iudæorum autem filii poſt ſacrum baptiſma eripiuntur à patria poteſtate, & nihilominus ſuccedũt parentibus in hæreditate. gl. in c. Iudæorũ. xxviij. q. j. & ſcripſi in tractatu de Iudæis & eorũ paruulis baptizandis. An autem Francigenæ, & alii qui dicuntur nõ eſſe ſub Imperio Romano, pupillariter ſubſtituere poſsint, ideo nõ tracto, quia ocioſum eſſe uidetur talia inueſtigare, cũ & ipſi moribus eam ſubſtitutionem introducere poſsint, & porrò Romanis uiuant legibus. Vide tamen, ſi uelis, gl. Inſtit. de pat. poteſt. Bal. c. j. an maritus. & in c. ſi duo. de duo. fratr. de no. ben. inueſt. in uſi. feu. Porrò caſum uideo, in quo pater etſi habeat filiũ impuberem in poteſtate, tamen ei pupillariter ſubſtituere nõ poteſt: utpote ſi ſit perſona turpis, abiecta, & uilis, cui non admitteretur adminiſtratio propriorũ bonorũ, ut ſunt decoctores & prodigi. ita tenet Bart. in d. l. ij. in ſeptimo requiſito, qui allegat l. fi. C. de ſentẽ. paſſ. cum ſimil. infrà per eum allegatis. & dicit hoc eſſe notandũ. Doct. tamen Ang. Alex. & alii reprobant

hanc

hanc opinioné Bar.tanquam ex inuẽtione ſua enatam, ut dicit Iaſ.in d.l.ij.col.vij.moti per gloſ.in l.Papinianus.§.ſed nec impuberis.ff.de inoffic.teſt.ubi gl.putat ualere pupillarem,etiam ſi turpis perſona ſubſtituatur. Politus in materia pupillari,uerſ.xxxvj.uidetur ſaluare Bart.in uno caſu, uidelicet,ſi patri iam eſſet interdicta adminiſtratio bonorũ:idcirco,quia cum talis non poſsit ſibi teſtari,quomodo teſtaretur pupillo? fa.l.is cui bonis.ff.de teſtam. Cæterum ſolum uilitas & abiectio patris non ſufficeret. Ego credo Bartol.nihil aliud ſenſiſſe,cum dicit, ſi parens tam ſit uilis & turpis, ut ei meritò interdicenda ſit adminiſtratio.Hic caſus non eſt abſimilis ei,qui interdictam adminiſtrationem reſpicit, dum iſta turpitudo ſit notoria.& hanc puto ueritatem pro Bart.quicquid dicat communis opinio:quam doctrinã ſequitur Franc. Aret.ut dicit Iaſ.d.l.ij.col.viij.per l.ſed ſi.§.filio.uerſic.interdum.ff.de iniur.ubi quamuis pater poſsit remittere iniuriam filii,utpote quod præſumitur pro patre, ſi tamẽ is ſit abiectiſsima perſona,uilis,& turpis, nõ poſſet remittere in contumeliam filii. Certè ſi hoc patri in cauſa iniuriarum nõ permittitur,quanto fortius non debet permitti, quòd perdat bona pupilli,turpiter ſubſtituendo?Quod autem putat communis opinio, ſubſtitutionẽ pupilli habere prouiſionẽ, tendere in fauorẽ eius:hoc uerum eſſe poteſt,niſi uitium paternũ concurrat,quod coërceri oportet.arg.l.cuidam.ad fin.C.de nat. liber.& fa.pro prædictis l.ſi cum dotem.§.eo autem tempore.ff.ſol.matr.ubi non permittitur dos adminiſtranda marito abiecto & diſperdito.& hæc doctrina eſt æquior. Et nõ obſtat gloſ.in d.l.Papinianus.§.ſed nec impuberis.quia intelligenda eſt loqui de patre honeſto, qui ignorans ſubſtituat hominem,quem credit honeſtum,cum ſit turpis. Et niſi ſic intelligatur, recedendum eſt à gloſſ.quia pater qui ſciens ſubſtituit turpem perſonam, uериſimile eſt quòd & ipſe ſit turpis, cum magna ſit inter molles cõcordia,ut dicit Satyricus: & ſimilis ſimilem trahat,dicitur in l.arenam.in fin.C.de inoffic. teſtamẽ.Ego tamen hoc totum relinquerem arbitrio iudicis, qui ex perſona patris & ſubſtituti arbitrari circa hoc poterit. arg.l.j.ff.de iur.deliber.

Quid autem de matre? certè cum illa non habeat in poteſtate filios,Inſtit.de pat.poteſt.nõ poterit is pupillariter ſubſtituere,ut uoluit Bar.d.l.ij.& ſequuntur cõmuniter alii.Sed huic

huic aſſertioni uehementer obſtat.l.ſi mater.ff.de uulg.ſubſtit. ubi mater filiū impuberem, cū efficeretur quatuordecim annorū,hæredem inſtituerat,eiq; pupillaribus tabulis, ſi ſibi hæres non erit, Titium ſubſtituit, dicit text. ualere ſubſtitutionem,&c.Doct.ſatis fatigātur,& Politus hic plura miſcet. Vera ſolutio eſt quā ibidem dat gl.quòd mater ſubſtituit filio impuberi tantum uulgariter,& non pupillari ſubſtitutione:quod uerum eſſe puto : quia cū filius ſit inſtitutus,cum ad decimumquartum annū peruenerit, quo caſu pupillaris finitur, non poterat mater pupillariter ſubſtituere in eum caſum quo finiretur pupillaris ſubſtitutio, arg.in l.Titio cum morietur.ff.de uſufr.unde tantum ibi erat uulgaris ſubſtitutio,id quod & tex.ibidem cantat,ſcilicet ſi hæres non erit.Et in iſta uulgari nō cōtinetur pupillaris tacita, ut dicam in effectibus. Nec obſtat quòd text.nominat tabulas pupillares : quia ideo ita dicūtur, quòd mater ſubſtituerat pupillo, ut ita dicta ſubſtitutio facta pupillo, tabularum pupillarium nomen acceperit.Quod quamuis rideat Politus,tamen uerum eſt, & poteſt defendi per locum à coniugatis, & per conſuetam figurā loquendi, qua genitiui in denominatiua commutantur. Sed incidit maior nodus in d.l.ſi mater.quia ibi mater inſtituerat pupillum,cū perueniret ad quatuordecim annos:hęc eſt ſubſtitutio cōditionalis.l.ſi Titio.in prin.ff.quan.dies leg.ced. Quid ergo ſi filius interim moreretur?iam filius eſſet præteritus à matre,quo caſu teſtamentum matris non ualeret.Bart. Alexand.Iaſ.fatigantur,quomodo defendant hoc teſtamentum. Veritas eſt, quòd iſte euentus præteritionis non curatur, cum mater bona mente ſic inſtituiſſet impuberem in id tempus quo bona poterant eſſe tutiora. Vnde talis præteritio etiam ſi eueniret,non noceret .elegans text.in l.ſi patronus.§.ſi quis non mala mente.ff.de bon.liber. ubi dicit Iureconſul. poſſe præteriri uel exhæredari filium impuberem bona mente, ut ſalua ſit eis ſubſtantia cum in eorum tutelam peruenerint.Sed dices,quis alet interea pupillum?Probabile eſt ei præberi alimenta ex bonis maternis.argum.l.necare.ff. de alen.liber.

Quid autē ſi ſtatuto caueretur, quòd mater haberet filios in poteſtate,an tunc ei poſſet pupillariter ſubſtituere?Bartol. tenet non poſſe, & ueritas eſt, licet moderni contrarium teneant fragilibus argumentis. Nam quāuis mater filiū habeat

in po

in poteſtate, tamen quia fragile eſt conſiliū mulierum, Inſtit. quib. alien. non lic. §. j. unde eis nō confiditur circa ſubſtitutiones. Deniq; facile poſſet fieri, quòd matres ſubuerterēt filios, maximè cōtractis ſecūdis nuptiis. arg. l. lex quæ tutores. §. ſerui. C. de admin. tut. Niſi fortè quis putaret matrē in caſu dicti ſtatuti, in bonis maternis filio impubi poſſe ſubſtituere, dum hoc honeſte & bono more fieret: quod mihi non uidetur improbabile, exemplo filii arrogati, cui pater arrogator in bonis ab ipſo uenientibus ſubſtituit, ut poſtea dicetur.

Porrò circa hoc requiſitū dubitari poterit, quid ſi teſtator inſtituat extraneū pupillum, & ſubſtituat pupillariter, quod fieri non poſſe prædiximus: at ſi teſtator poſtea arrogauerit eundem, an per hoc conualeſcat ſubſtitutio pupillaris, inualide facta? Gl. & Bar. in d. l. ij. §. ſed ſi extraneū. de uulg. tenēt ſubſtitutionem cōualeſcere, ac ſi à principio recte facta eſſet, & mutari uoluntarium hæredem in neceſſarium. & ita intelligūt d. §. ſed ſi extraneum. quæ eſt communis opinio. Equidem hanc opin. non puto eſſe ueram, quæ & ex text. allegato in d. §. ſed ſi. probari nō poteſt: quia ibi uerb. arrogauerit, eſt preteritū perfectum ſubiunctiuū, quod in tempus perfectum ſonat. Vnde ueritas eſt, quòd ſi teſtator inſtituat extraneum pupillum, non poterit ei ſubſtituere pupillariter, niſi prius arrogato pupillo: ut uerb. arrogauerit, intelligatur, quòd arrogatione filii inſtituti iam facta, ei poſſet pupillariter ſubſtitui. Iſta enim uerba ſubiunctiua, pro materia ſubiecta præteritum uel futurum ſignificant. At in d. §. ſed ſi extraneū. materia ſubiecta exigit præteritum tempus: fortius enim præſumitur quis actum à principio ualidum facere, quàm actui inualido remedium quærere. arg. l. final. C. in quibus cauſ. in integrum reſtit. non eſt neceſſ. Vnde ſenſus uerior eſt, ut in præteritum intelligatur: & ita etiam Iaſ. & Politus ſentire uidentur, communi opinione reprobata. Nec obſtat quòd prætendi poſſet, noſtrum intellectum eſſe indubitabilem: nam ſatis dubitationis in eo erat, quòd ſubſtituebatur pupillo poſt conditionem ſuam mutatam: dum enim inſtitueretur, fuit extraneus: at dum ei ſubſtituitur, iam arrogatus erat. Deniq; fragilis eſt confutatio, quæ ſuper indubitabili fundatur, dum de æquitate rationis conſtat, id quod in aliis meis Intellectibus, quos ædemus, latius tracto.

Quarto requiritur, quòd pupillus morte paterna adeo ſit ſui

ſui iuris factus, ut non ſit recaſurus in alterius poteſtatem. d. l. ij. poſt prin. in uerb. poſthumus. Si enim auus, qui filium & ex eo nepotem pupillum in poteſtate habebat, eos hæredes inſtitueret, & nepoti pupillariter ſubſtitueret, auo mortuo, cum nepos in poteſtatẽ ſui patris recideret, euanuerat ſubſtitutio, niſi filius aui, qui eſt pater nepotis, prius fuiſſet ab auo emancipatus, aut deceſsiſſet. Hæc ſunt uera, præterquam in milite: quia miles auus, ſubſtituere pupillo nepoti poteſt, etiã recaſuro in poteſtatem alterius, & hoc in bonis propriis aui. l. cum filius. ff. de teſtam. mil.

Quinto requiritur, quòd is impubes, cui pupillariter ſubſtituitur, non deſierit eſſe in poteſtate ante mortem teſtatoris. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de uulg. ubi dicitur, Si quis mortis quoq; tempore in familia fuerit, ſubſtitutio eius ualet: iſta dictio, *quoque*, implicat, quod eſt notandum ad ea quę ſtatim dicam. Vnde ſi pater emancipauerit filium pupillum cui ſubſtituerat, iam cecidit ſubſtitutio, quia exiuit talis pupillus ex familia, id eſt, ex patria poteſtate. Si reuertatur in patriam poteſtatem reſciſſa emancipatione, ex ſententia Bart. ea ſubſtitutio ſemel extincta non redibit. Per manus enim traditur, ea quæ ſemel extincta ſunt, non reuiuiſcere. Et fa. ad doctrinã Bart. dictio implicatiua *quoq;*, in d. §. cum filiæ. poſita: & dictio *irrita*, quibus colligitur eam ſubſtitutionem irritam eſſe, non ſolum ſi mortis tempore, ſed etiam ſi ante mortem teſtatoris, patris poteſtas concidat. Nec tamen ignoro, quòd Politus in hac materia uerſ. xxvj. contrariũ teneat, per quædam debilia: ſed hoc loco non recedo à ſententia Bar. quam communiter Doct. ſequuntur, licet aliquando aliter tenuerim: ſed me multum mouet uerb. *irrita*, euaneſcit enim quod irritum eſt. l. j. in fi. de iniuſt. & rup. teſtam. non obſtante quòd dicitur magnum eſſe fauorem pro ſubſtitutionibus: hoc enim in dubio recipio, non ubi lex certa eſt. Quid autem ſi pupillus cui eſt ſubſtitutum pupillariter, exeat ex poteſtate patris per dignitatem aliquam quę ſoluit patriam poteſtatem, ut ſi ſit factus patritius, conſul, uel ſimili dignitate præditus, an eo caſu etiam euaneſcat ſubſtitutio pupillaris, cũ patria ceſſet poteſtas? Bar. hic & Doct. communiter tenent, eam dignitatem nõ nocere ſubſtitutioni pupillari: & eſt tex. pro hoc in auth. cõſtit. quæ de dig. §. illud quoq;. ubi Imp. omnia iura cognationis ſeruat filio illibata, etiam ſi ſit ſoluta poteſtas patria.

Sexto requiritur, quòd pater teſtator ſibiipſi faciat teſtamentũ, antequam faciat pupillo.d.l.ij. §. prius. quod uerum eſt, niſi in milite: is enim pupillo pupillariter ſubſtituere poteſt, etiam ſi ſibi non faciat teſtamentum.l.miles ita.ff. de teſtam.mili. An autem ex interuallo poſsint fieri iſta duo teſtamenta patris & filii? Dic poſſe, per l.ſi quis cum. §. ſi ſuo.de uulg.& pupil.

Quid autem ſi pater faceret minus ſolenne teſtamentum, an ex hoc uitietur ſubſtitutio? certè non: ſiquidem tex.in §. ex imperfecto.in l.hac conſultiſsima.C.de teſta. habet etiam locum in ſubſtitutione pupillari, ubi ſi pater teſtatur inter filios, ſufficit quæcunq; teſtatio, quodcunq; teſtamentum minus ſolenne, & quocũq; modo hoc faciat, ſi etiam pater ſubſtituat pupillariter filiis.

Sed quid ſi pater ſubſtituat filio extraneum aliquem, non unum ex fratribus, teſtamento nõ ſolenni, an adhuc tolleretur ſubſtitutio? Sunt concertationes inter Doct. Iaſ. hoc tractat quaſi per tres columnas: nos putamus ueritatem eſſe pro Bart. quòd iſta ſubſtitutio non ualeat, ſi teſtamentum patris eſſet minus ſolenne, per d. §. ex imperfecto. ubi apertè dicitur, quòd ſi ſit immixta aliqua extranea perſona, teſtamentũ haberi pro non facto.& ita etiam ſentit hic Politus.

Septimo requiritur, quòd impubes ſit inſtitutus per patrẽ, uel exhæredatus: de quo hic non extendor, quamuis Politus ſe diffundat, cum hodie impuberes non poſsint exhæredari, ut qui non poſſunt cõmittere cauſam ingratitudinis.l.ſi quis ſuo.in fi.C.de inoff.teſt. Niſi fortè impuberes eſſent doli capaces, quia tunc etiam contra patrem cauſam ingratitudinis committere poſſent: tales enim impuberes puniri poſſe, tex. eſt in l.excipiuntur.ff.ad Sylla.cum ſimil.

Vltimo requiritur, quòd ex teſtamẽto adeatur hæreditas: nam hæreditate non adita, nihil ualet quod in teſtamẽto ſcriptum eſt.l.j.ad fin.ff.de uulg.

Quid ergo fiet, quando teſtator inſtituit hæredem unicum pupillum, uel duos pupillos, quos habet, & ſubſtituit eis pupillariter? quid ſi illi pupilli beneficiõ prætoris abſtineãt, noliut eſſe hæredes? Dic, ſi pupilli unus uel plures eſſent hæredes ſui, licet hæreditas non ſit adita, tamen ſuitas ſuſtinet tabulas pupillares: quæ eſt materia l.ſi filius qui patri.ff.de uulga.& pupill. ubi Doct. multa ſcribunt: at nos in hoc tractatu

hactenus

hactenus ſuitatis iura tractauimus, quatenus credebamus pro poſito noſtro ſufficere.

Pupillaris ſubſtitutionis effectus.

Quo ad ſextum membrum, inueſtigandi ſunt effectus pupillaris ſubſtitutionis, quorũ Bar. quinq; ponit. Ego ſex effectus pono, non morando Politum hic, qui enumerat tredecim. Nam ſi ſic eſſet agendum, totus titulus de uulgari eſſet percurrendus, quod non eſt mei propoſiti. Primo igitur, quòd pupillaris expreſſa, continet in ſe uulgarẽ tacitam. Secundo, quòd per hanc ſubſtitutionẽ ſucceditur duntaxat pupillo. Tertio, quòd in caſu, ſubſtituti efficiũtur neceſſarii hæredes. Quarto, quòd ſecundæ tabulæ & patris & filii teſtamentum dicuntur. Quinto, quòd annullato patris teſtamento, nihilominus remanet pupillaris ſubſtitutio. Et tandem, quòd per pupillarem expreſſam, mater pupilli excluditur.

In primo effectu, certum eſt quòd pupillaris expreſſa, ſiue ſit in genere expreſſa, ſiue in ſpecie, continet in ſe tacitã uulgarem. In genere exprimitur, cum pater filios impuberes inſtituit, & dicit, uos inuicem ſubſtituo: quo loco ſi alteruter hæres non erit, & intra pupillaria moriatur, tunc alter ex tacita ſubſtitutione uulgari hæres erit. Idem eſt, ſi pupillaris in ſpecie exprimatur: ut, ſi teſtator inſtituat filium impuberem, & ſi intra ætatem pupillarem moriatur, inſtituat Caium. Nam ſi filius impubes non eſſet hęres patri, quia fortè repudiaret hæreditatem ipſius, & intra pupillaria moreretur, nihilominus admitteretur ſubſtitutus ex tacita ſubſtitutione uulgari, ſcilicet ſi hæres non erit, quæ intelligitur ſub expreſſa pupillari: ut ſic caſus expreſſus ad caſum non expreſſum extendatur, ex præſumpta mẽte teſtatoris, non ex ui uerborum, ſed legis poteſtate, quæ caſum tacitum reducit ad expreſſum, ut ſuprà ſæpe diximus: quia nulli dubium, ſi teſtator hunc caſum cogitaſſet, eum prouidiſſet. Nam ſi teſtator uoluit habere ſubſtitutum Caium, ſi filius ſuus hæres eſſet, & intra ætatem moreretur, certè etiam eundẽ Caium eo caſu, quo filius hæres non eſſet, uocare uoluit. d. l. iam hoc iure. in prin. & in fi. ff. de uulga. & ita communiter Doct. ſenſiunt, licet Politus diſsidere uideatur, ſed nulla ratione. Prædicta procedunt, niſi teſtator apertè contrarium ſenſiſſet, quia fortaſſe utrũq; caſum prouiderat, tunc enim tacita uulgaris non ſubintelligeretur, cum ibi ceſſet uoluntas præſumpta. fa. ad hæc quæ ſuprà in ma-

teria uulgaris ſubſtitutionis in eam rem ſcripſimus. Denique caſum habeo à nemine notatũ,ubi tacita uulgaris in expreſſa pupillari non continetur,quem in ſeq.effectu dicam.

Secundus effectus eſt, quòd per pupillarem ſubſtitutionem pupillo intra ætatem decedenti ſucceditur in omnibus bonis ſuis,ſiue ea à patre,à matre,à cognatis,uel quocunque alio euentu habeat:quæ omnia ad ſubſtitutum pertinebunt. l.ſed & ſi plures. §.ad ſubſtitutos.ff. de uulga. Et quod dixi bona pupilli ad ſubſtitutum pertinere,extenditur notabiliter ad ſubſtitutum ſecundi gradus:ut in exemplo: Pater inſtituit filium impuberem,& ei ſubſtituit pupillariter Titium,is dicitur ſubſtitutus primi gradus:& quandocunq; Titius moriatur ſine liberis,ſubſtituit Caium,qui ſubſtitutus ſecundi gradus nominatur, iam ſi Titius primo gradu ſubſtitutus moriatur ante pupillum,& deinde pupillus deceſſerit intra pupillaria,omnia bona pupilli pertinebunt ad ſecundũ ſubſtitutum, ad Caium, qui eſt ſubſtituti ſubſtitutus. & hic caſus eſt frequens,prouiſus etiam in teſtamento meo. Ratio eſt quòd omnia bona pertinebunt ad Caium,quia is Caius primo ſubſtituto Titio fuerat ſubſtitutus per compendioſam, de qua tractabimus ſuo ordine:in qua compendioſa ſecundum communem ſententiam intelligitur tacita uulgaris. Vnde cum teſtator dixit,quandocũq; Titius moriatur ſine liberis,ſubſtituo ſecundo gradu Caium:in uerbis iſtis continetur tacita uulgaris,ſcilicet ſi Titius hæres non erit:quæ in caſu noſtro uerificata eſt,cum Titius non ſit hæres pupilli:unde ad bona pupillaria Caius ex ſua ſubſtitutione admittitur. Quod uerum eſt, ſi ſecundus ſubſtitutus per compendioſam ſubſtituatur,ſicut fit quotidie.ita Bar.ſubtiliter & acutè,cæterum obſcurè,in l. quandiu.ij.ad ſi.& ibi Paul. de Caſt.pulchrè declarat.ff. de acquir.hær. Quæ doctr,non procedit,ſi eſſet duplex ſubſtitutio pupillaris,quia tunc ad ſubſtitutum ſecũdi gradus non perueniãt bona pupilli.l.qui habebat.ff.de uulg. Declaro ut intelligant iuuenes:ut,ſi pater, qui habebat duos filios impuberes,inſtituiſſet alterum filium impuberem,& alterũ exhæredaſſet,quem exhæredatũ pupillum ſubſtituiſſet pupillariter alteri fratri pupillo inſtituto,ſic uidelicet, ſi inſtitutus frater intra pupillaria moreretur,frater exhęredatus hęres eſſet: cui filio exhæredato pupillariter ſubſtituit ſuã teſtatoris uxorem.Ecce hæc eſt duplex ſubſtitutio pupillaris,una primi gra

dus,

dus, altera ſecundi gradus. Iſte filius exhęredatus moritur intra pupillaria, quo caſu uxor teſtatoris ex ſubſtitutione ſua ei dem exhæredato ſuccedit in bonis ſuis: deinde moritur pupillus inſtitutus etiam intra pupillaria, certè bona ipſius nõ pertinebunt ad ſubſtitutam ſecundi gradus, ſcilicet uxorem, per d.l. qui habebat. Ratio huius ſubtilis doctrinæ eſt, quia cum filius exhęredatus qui fratri ſubſtitutus erat, ſit mortuus ante fratrem, iam uxor teſtatoris tan quam ſubſtituta ſucceſsit ei in bonis ſuis, cũ intra pupillaria ſit mortuus: & ſic conditio ſuæ ſubſtitutionis eſt impleta. Si ergo frater inſtitutus, poſtea etiam intra pupillarem moriatur, quid hoc ad ſecundam ſubſtitutã, ſcilicet uxorẽ, quæ ex ſua ſubſtitutione recepit quod ad eam pertinuit? Et hoc loco in expreſſa pupillari, non cõtinetur tacita uulgaris: quia iſta uxor per tacitam uulgarem nõ poteſt manus porrigere ad bona pupilli. Cum enim pupillaris ſecundo gradu facta, ſuum ſit ſortita effectum, quid faceret tacita uulgaris? Et hoc eſt quod ſuprà dixi, habere me caſum à nemine ad hoc notatum.

Sed hic dicet aliquis ſubtilis ingenii: Nónne iſte filius exhæredatus, fratri ſuo ſubſtitutus, habuit ſpem pupillaris ſubſtitutionis, quam tranſmiſit ad eius ſubſtitutam? Dicite quòd non: quia cum regulariter hæreditas non adita, non tranſmittatur niſi in caſibus ſuprà in primo capite, in materia uulgaris deductis, multo minus hæreditas necdum delata, tranſmitti poteſt: & eſſet ſpes improba in mortem alterius, ut dicitur in l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de uerb. obli. l. qui ſuperſtitis. ff. de acquir. hær. Politus hoc loco in ſuo octauo effectu, quædam circa d.l. qui habebat. comminiſcitur, quæ non curo referre.

Circa effectum ſupradictum aduertendum eſt, quòd is qui ſubſtitutus eſt pupillo, bona pupillaria ab hæreditate paterna, quam pupillus adierat, ſeparare non poteſt, ſiue pupillus ſolus fuerit inſtitutus, ſiue habuit cohæredem: quia factũ eſt unum patrimonium utrorũq; bonorum, & iuncta cœpit eſſe hæreditas, ut eſt tex. in d.l. ſed & ſi plures. §. filio. ff. de uulg. Et hæc uera ſunt, quando pupillus adiuit hęreditatem paternam in toto uel in parte, ut in d. §. filio. ubi ponitur uterque caſus. Poſſet autem ſubſtitutus petere in integrum reſtitutionem ex perſona pupilli, ut liceret ei bona paterna grauata ære alieno, ſeparare à bonis pupillaribus. Hoc enim beneficium

cum competat minoribus natu, & maxime pupillis, ut reſtituantur in integrum, ſi læſi ſint, certè & ſucceſſoribus pupilli datur. l. non ſolū. ff. de in integ. reſt. & ita ſentit Bar. in d. §. filio. nēpe ſubſtitutū in integrū poſſe reſtitui, contra improuidam aditionem pupilli: quæ eſt communis opinio, quam tamen Politus impugnat in tractatu ſuo, uerſ. xl. per argutum dilemma: quia iſte ſubſtitutus, aut necdum adiuit bona pupillaria, dum petit reſtitutionem, & tunc non erit ſucceſſor pupilli, nec egebit reſtitutione: aut petit reſtitutionem, dū iam bona pupilli adiuerat, & non eſt læſus ex perſona pupilli, ſed ex proprio ſuo facto, quia potuit adire uel nō adire, unde nec eo caſu iuuabitur. Sed non recedo à cōmuni opinione: nec puto uerū quòd ſubſtitutus ſuo facto beneficiū reſtitutionis perdiderit adeūdo, cum ſciuit ei hoc beneficiū tanquam ſucceſſori pupilli competere: & ut uerbo dicam, text. in d. l. non ſolū. argutias Politi oppugnat. Poſſet tamen fortaſſe cautela dari, quòd ſubſtitutus cū proteſtatione adiret, de ſaluo ſibi iure, &c. ſed nō puto hoc eſſe neceſſariū, poſtquam per d. l. nō ſolū. ſatis prouiſum eſt ſubſtituto. Quid autē ſi pupillus nō adiſſet hæreditatē paternā, ſed abſtinuiſſet? Hic ſunt certi caſus aduertendi: quia aut pupillus fuit ſolus hæres à patre inſtitutus, aut habuit cohæredem extraneū. Si fuit ſolus inſtitutus, quamuis abſtineat ab hæreditate paterna, tamen ſi moritur impubes, ſubſtitutus impunè accipiet bona pupillaria, etiā ſi hæreditas patris nō fuerit adita, quia hoc loco ſuitas pupilli ſuſtinet & fouet tabulas pupillares, per ſæpe alleg. l. ſi filius qui patri. & ibi Doct. ff. de uulg. d. l. Iulianus. ff. de acquir. hæred. d. l. pater. cum gl. ff. de pri. cred. & hoc nō habet diſceptationē. Cæterū ſi pupillus inſtitutus cohæredē extraneū haberet, hoc loco refert an ambo repudient hæreditatem paternā: tūc enim ſi poſtea pupillus intra pupillarē ætatē decederet, ſubſtituto nō eſſet locus, per regulā qua dicitur, hæreditate nō adita, cadere tabulas pupillares. d. l. ij. §. adeò. & d. l. ſed ſi plures. §. ſi ex aſſe. ff. de uulg. Et ſi diceretis, nónne ſuitas in pupillo, ſaltē in partē hæreditatis ei delatā, ſuſtinebit tabulas pupillares? Certè non, quia ſuitas hoc loco nō cōfirmat tabulas pupillares, poſtquam eſt ei datus cohæres. d. l. ſi filius qui patri. Et licet iura ſuitatis propterea ex radice non tollātur, ut ſuprà in primo capite in materia uulgaris tenui, tamē hoc caſu ea iura ſubſidūt. Si autē pupillo repudiāte, cohæ

res

res ipſius adiret, hic duo ſunt caſus aduertēdi: aut enim is qui cohæres eſt, pupillo eſt ſubſtitutus, aut tertius aliquis. In his utriſq; caſibus cohærede adeunte, etiam ſi pupillus repudiet, ſubſtitutus, ſiue ſit cohæres, ſiue tertius, ſi uult pupillo ſuccedere, etiā partē bonorū paternorum à pupillo repudiatā agnoſcere cogitur, nec poterit alterū ab altero ſeparare. l. quidam. C. de iur. delib. Supradictū ſecundū effectum ſic declaratū limitabimus aliquibus modis: & primo in filio arrogato cui ſubſtituitur per arrogatorem pupillariter: quia filio intra pupillaria mortuo, ſubſtitutus in his bonis quæ filius ab arrogatore uel eius intuitu habuit, ſuccedet, in aliis bonis pupillaribus nō ſuccedet. d. l. ſed & ſi plures. §. in arrogato. de uulg. iuncta l. ſi arrogator. ad fin. de adopt. quæ ll. altera alterā determinat, ne pugnare uideantur. Secūdo fall. ſecundū quoſdam in matre, quæ ex ſtatuto filios in poteſtate haberet: probabile enim eſt ut poſsit ſubſtituere impuberi in bonis maternis, dum hoc honeſte fieret, exemplo arrogatoris, in quibus & ſubſtitutus ſuccederet, & non in aliis bonis pupilli, de quo iam ſuprà diximus: quod uoluit Politus in tract. pup. uerſ. xx. Tertio fallit in milite, qui in bonis tantummodo certis impuberi poteſt ſubſtituere. d. l. ſed & ſi plures. §. ad ſubſtitutos. de uulg. & pup.

Tandem circa hunc effectum nouiſſe conueniet, cum iure cautū ſit patrem filio ſuo naturali ex cōcubina nato, pluſquā duas uncias, extantibus filiis legitimis, non poſſe relinquere, l. ij. C. de nat. lib. attamen ſi pater filio ſuo legitimo impuberi pupillariter filiū naturalem ſubſtituat, & pupillus intra ætatem pupillarē moriatur, quāuis ſubſtitutus incapax ſit quo ad bona paterna, tamen bona pupilli accipiet. text. eſt in l. ſi is cui. ff. de uulg. ubi dicit Bartol. eſſe mirabile, quod incapax in paterno, poterit eſſe capax in pupillari teſtamento.

Tertius effectus eſt, quia pater poteſt facere filio impuberi ſubſtitutū hæredem neceſſarium, ſicut ipſe ſibi fecit: ut, ſi pater inſtituit filium impuberem & fratrē filii impuberis, iſti ambo ſunt neceſſarii & ſui hæredes: quòd ſi fratrem filio impuberi ſubſtituiſſet, iam is frater erit neceſſarius fratri, ac ſi eſſet ſuus. d. l. ſed & ſi plures. §. quos poſſum. & in dict. l. ij. §. prius reſponſ. iiij. ff. de uulg. l. ſi pupillus. §. ſed quod in fratres. de acquir. hæred. De ſeruis hic nihil dico, quia parum utile eſt in noſtra Germania.

Quartus effectus. Nam teſtamentum patris & teſtamentū pupilli dicuntur & ſunt unum teſtamentum, intelligite quo ad cauſam efficientem, id eſt, perſonam teſtantis, qui utrunq; teſtamētum fecit. l. patris & filii. ff. de uulg. & d. l. ij. §. interdum. eod. tit. Sunt etiam unum teſtamentum quo ad ſolēnia, quia ſufficit teſtamentum patris eſſe clauſum & ſignatum teſtibus, etiam ſi tabulæ pupillares eſſent apertæ, & non haberent teſtes. d. l. patris & filii. Item quo ad partialem inſtitutionem: quia ſicut teſtator inſtituendo aliquem in re certa, ſi nullum alium hæredem relinquat, iſte inſtitutus erit uniuerſalis hæres. l. j. §. ſi ex fundo. ff. de hæred. inſtit. Hoc & in tabulis pupillaribus ſeruatur: quia pater inſtituendo filiū impuberē in fundo aliquo, in re aliqua certa, ſi eidē filio in ea re ſubſtituat, ea ſubſtitutio ad omnia bona & patris & pupilli trahitur. tex. eſt notabilis in d. l. cohæredi. §. fin. & ibi Bart. ff. de uulg. Sed quo ad aliqua, duo ſunt teſtamenta patris & filii: quia pater cū ſibi teſtatus eſt, poteſt ex interuallo facere tabulas pupillares. d. l. ſi quis eū. & tūc ad tabulas etiam pupillares opus erit ſeptē teſtibus cū ſignaculis. Itē teſtator poteſt ſuum teſtamentū facere in ſcriptis clauſum, tabulas autē pupillares nūcupatiuē & nō ſcriptis. d. l. patris & filii. in fin. Itē inſtitutio aliquādo uitiatur, & remanent tamen tabulæ pupillares, ut in l. & ſi contra. ff. de uulg. & dicam in ſequenti effectu. Itē ſunt duæ hæreditates patris & filii. d. l. ij. §. interdum.

Quintus effectus: Sicuti ex cauſa præteritionis uel exhæredationis teſtamentum patris nullum redditur quo ad inſtitutionem, legata autem & libertates, & cætera in teſtamento ſcripta firma manent, per d. auth. ex cauſa. C. de lib. præter. ita etiam ſubſtitutio pupillaris in eodem teſtamento facta, remanebit firma, & non annullabitur. quæ eſt communis opin. Bart. & Doct. in l. ij. §. interdum. de uulg. & pup. pro qua allegatur l. j. §. planè. ff. eod. tit. & fa. l. nam quod. §. ſi quis cō pulſus. ff. ad Trebell. licet Dyn. contrarium tenuerit, motus, quòd cum uitiatum ſit antecedens, etiam conſequens uitiari. Sed uerior eſt communis opin. Nec obſtat ratio Dyn. quia licet ſubſtitutio fieri non poſsit niſi præcedat inſtitutio, ut ſuprà à prin. diximus, tamē nihil impedit quin ſubſtitutio permaneat, anullata inſtitutione, quia non habent neceſſariam dependentiam inter ſe: ſicut etiam in tutelæ datione, quæ nō poteſt fieri in teſtamento niſi præcedat inſtitutio. l. ij. C. de teſt.

teſt.tut.tamen uitiata inſtitutione non uitiatur tutelæ datio. d.auth.ex cauſa. & expreſsius in corpore unde ſumitur.

Sextus effectus: nam ſubſtitutio pupillaris expreſſa, excludit à ſucceſsione matrem pupilli, etiam ſi prorſus extraneus uel alienus eſſet pupillo ſubſtitutus. Vnde cum pater inſtituit filium impuberem, & ei, ſi intra ætatem pupillarem deceſſerit, ſubſtituat Titium, mortuo pupillo intra pupillaria, ſubſtitutus ſuccedet, matre excluſa. text. eſt in l. Lucius. ad fin. ff. de uulg. ubi expreſſe dicitur matrem excludi. fa. d. l. Papinianus. §. ſed nec impuberis. ff. de inoff. teſt. ubi quamuis mater à ſuceſsione pupilli per ſubſtitutum pupillarem ſit excluſa, tamẽ querelam inofficioſi teſtamenti non habet, quia pater filio hoc fecit. Quæ deciſio quibuſdam dura uiſa eſt, nempe excludi matrem ab hæreditate filii quæ luctuoſa nominatur. d. l. fi. C. de inſtit. & ſubſtit. Vnde Archid. in c. ſi pater. de teſtam. lib. VI. dicebat eam doctrinã tolerari poſſe de iure fori, nõ de iure poli, deberiq; matri ſaltem legitimam: ſed non eſt uerũ: iſthæc enim iura approbata ſunt, imò & canonizata (ut nominãt) in d. c. ſi pater. ad fi. ubi Papa apertis uerbis excludit matrẽ à bonis pupilli propter ſubſtitutionẽ pupillarẽ, motus ex ratione d. §. ſed nec impuberis. & quia pater filio teſtamentũ fecit, nõ nomine filii, ſed iure patriæ poteſtatis. Tantũ pollet patria poteſtas, ut mater in tabulis pupillaribus excludatur, quod pupillus non potuiſſet, ſi ei factio fuiſſet teſtamenti. Sed non eſt nouum multa nos poſſe per alios, quæ per noſipſos non poſſumus. l. Ariſto. ff. quæ res pignori oblig. poſſ. cum uulg. Politus uir doctus cum interrogaretur ſuper iſto caſu, reſpondebat (ut ipſe dicit) ſub temperamento: aut enim bona paterna ad pupillum peruenerunt, & tunc uera eſt doctrina, matrem potuiſſe excludi: aut pupillus habuit bona aliunde acquiſita, & eo caſu uideretur ei ex pura conſcientia, quòd matri relinqueretur legitima, quod mihi æquum uideretur: ſed communis opinio obtinet. Puto tamen hoc caſu, ubi mater excluderetur à ſucceſsione pupilli, ſi ipſa magna egeſtate urgeretur, ſubſtitutum cogi poſſe, etiam de iure ciuili, nedum in foro conſcientiæ, ut præſtet alimenta matri pupilli quæ ratione naturali ei debentur, & naturalia eſſe immutabilia nemo ignorat. fa. l. ſi quis à liberis. §. pares. cum §. ſeq. ff. de alen. lib. Quod autem diximus per ſubſtitutionem pupillarem expreſſam, matrem excludi à bonis pu-

pilli, extenditur etiam ad breuiloquam, in qua ſubſtitutio pupillaris in genere exprimitur. Nam ſi pater duobus impuberibus inſtitutis eos inuicem ſubſtituat, in genere exprimitur pupillaris, per quam & mater excluditur. d. l. Lucius. ff. de uulg. Porrò & dicta doctrina in caſu ad patrem pupilli extenditur. Nam ſi auus paternus habens filium emancipatum, & ex filio nepotem in poteſtate (quod fieri poteſt) faceret ſubſtitutionem pupillarem nepoti, ſubſtituendo extraneum aliquem, hoc loco non ſolum mater excludetur, ſed etiam pater, qui pro extraneo habetur, poſtquam fuit emancipatus ab auo, ut eſt arg. in l. ſed etſi lege. §. ſed ſi filius. ff. de in ius uocā. Deniq; & per expreſſam pupillarem excluditur auia, non ſolum mater, & ut breuis ſim, omnes aſcendentes, auus maternus, proauus, & alii excluduntur, ut hic eleganter tenet Bartol.

Sed quid de tacita pupillari, quæ continetur in expreſſæ uulgari, & mater ſit in medio, an filio non exiſtente hærede, & intra pupillaria mortuo, mater ſuccedat, excluſo ſubſtituto, an ſubſtitutus excluſa matre? Dic ſubſtitutum, licet ex uulgari ſubſtitutione accipiat bona teſtatoris, tamen à bonis pupilli propter matrem excludi. Et quamuis ſecundum ſaniorem opin. tacita pupillaris eo etiam loco in expreſſa uulgari legis poteſtate continetur, iſta tamen tacita pupillaris contra matrem in bonis pupillaribus non habebit effectum. & hoc tenet gl. & communiter Doct. in d. l. precibus. C. eod. tit. cum dicit text. omni modo matrem pupillo ſuccedere: qui eſt tex. apertus, cum in uno tantum caſu ſubſtituitur, ſcilicet in caſu uulgaris: quamuis Doctor. aliqui huiuſmodi uerba ad ſuum quiſq; commodum figant & refigant. Cæterum gl. in l. centurio. de uulg. tenuit, quòd cum mater in medio eſt, tacita pupillaris, propter fauorem matris, non contineatur in expreſſa uulgari. Sed uerior eſt gl. in l. precibus. quæ & communiter tenetur, quòd tacita pupillaris contineatur quidem, ſed ſine effectu. Vtilitatem eius differentiæ uidero per Doctor. quia non poſſum omnia proſequi cum pomo Atalantæ. Et quod de matre diximus, quæ ex tacita pupillari à bonis pupillaribus non excluditur, idem ſentiendum de auia, quia plerunq; ubi nō eſt diuerſa ratio, mater & auia æquiparantur, in auth. ut matri & auiæ. unde auia ſuccedet in bonis nepotis ſui, ſcilicet pupilli. At in bonis teſtatoris, ſubſtitutus, propter expreſſam

preſſam uulgarem, admittitur: quod certè ſine dubio in auia materna locum habet, ut quæ nihil iuris ad bona teſtatoris habeat. Idē tamen dicendum puto in auia paterna, quæ in bonis teſtatoris, licet is fuerit filius ſuus, propter expreſſam uulgarem, non ſuccedet, à pupilli tamen bonis non excludetur. Sed uide ne per querelam inofficioſi teſtamenti ſaltem conſequatur legitimā. Bar. in l. ij. in tertio effectu ſuo, uerſ. ulterius quæro an tacita. hunc nodum non aperit. Sed nec in Doct. reſolutionem inuenio, proinde cogitandū relinquo. Quid autē de fratribus pupilli, an excludantur per tacitā pupillarē? Et uidentur nō excludi, ſicut nec mater, cum non præſumatur teſtator extraneos præferre ſuæ poſteritati uelle. l. cum acutiſsimi. C. de fideicomm. l. cum auus. de cond. & demonſt. Breuiter, licet Doct. diſceptent, tamen uerior ſententia Bart. quòd frater per tacitam uulgarē excludatur. Vnde ſi teſtator filium impuberē inſtituit, & ſi hęres non eſſet, ſubſtituit Flaccū, iſte filius ſi non eſt hæres patris teſtatoris, ſubſtitutus ex uulgari expreſſa recipiet bona teſtatoris: & ſi pupillus pòſt in pupillari ætate moriatur, idē & bona pupilli recipiet excluſo fratre, ſiue ſit frater utrinq; coniunctus, ſiue à latere tantū. Ratio eſt præſumptiua, quia non eſt tantus nexus in fratre ad fratrem, quantus eſt matris ad filiū. Nam frater poteſt præterire fratrē in teſtamēto, niſi inſtituta turpi perſona. l. fratres. C. de inoff. teſtam. quod non recipimus in filio & matre. Item ſæpe fit, quòd frater graue ferret, ſi ei frater deberet ſuccedere, ut dicit Imper. in l. cum oportet. poſt princ. C. de bon. quæ lib. quod aliquando grauius ferunt filii, ſi bona eorum ueniant ad fratres. & in eadem l. §. ſin autem. dicit periculoſas eſſe fratrum altercationes. & in l. cum pater. §. dulciſsimis. de legatis ij. damnoſam eſſe diſcordiam fratrum. Hoc eſt quod dixit Ouidius fratrum gratiam raram eſſe. Proinde reiecta opin. Guiliel. de Cun. obtinuit quòd frater per tacitam pupillarem à bonis pupilli excluditur. Nec obſtant iura quibus Guil. mouetur, uidelicet l. cum acutiſsimi. & ſimiles: quia iſtæ ll. procedunt præſumptione aliqua adiuuante: ſed hic cōtra fratrem eſt legis pręſumptio fortior. Quod autē ſuprà diximus matrē ex tacita pupillari non excludi, non eſt perpetuum. Nam ſi coniecturæ aliquæ apparerent, per quas poſſet præſumi teſtatorem uoluiſſe matrem excludere, tunc excluderetur. Probari autem huiuſmodi coniecturas ſaltem duobus teſtibus

opor

oportebit.arg.l.hæredes.§.ſi notam.de hæred.inſtit.& fa.l. in teſtamento.C.de teſt.mil. Collegimus autem ex Bartol. quinq; conie&cturas. Prima, ſi pater uel inter uicinos uel alios aliquando dixiſſet, ſe nolle quòd obolus, uel ulla bona peruenirent ad matrem ex bonis pupilli: iſta uerba extra teſtamentum dicta, uoluntatem teſtatoris in teſtamento probant, ut eſt bonum arg.in l.triticum.& quæ ibi dixi.ff.de uerbor. oblig.& in l.Titia.§ idem reſpondit.eodem tit.ubi dicitur, ſæpe quæ in præfationibus dicuntur, intellectum dare diſpoſitioni. In hac cōiectura paulominus ſubſiſto: quod enim patri permiſſum eſt expreſſa ſubſtitutione pupillari matrē excludere, hoc prouiſio impuberis & patria poteſtas effecit, ut ſuprà diximus, qua nō debet pater abuti, per iura uulg. Vnde ſi pater in ſuo teſtamento uel extra, ſignificaret ſe in uindictam, odium, animi exulcerationem, matrem à bonis pupilli excluſiſſe, crediderim hoc loco expreſſam etiam pupillarem matri non præiudicare, utpote quòd teſtator non eſſet uſus rationabili iudicio.arg.l.qui cum maior.§.is demū.ff.de bo. liber.& l.quidam in ſuo.de cond.inſtit.quanto ergo minus per tacitam ſubſtitutionē matri præiudicari poterit, ſi ob eam ſolam cauſam fieret, quòd nollet ulla bona ad matrē peruenire? Vnde putarem, ſaluo meliori iudicio, nō oportere permitti patri, quòd is contra officium ſuū & filiorū pietatem naturalem, frena licētioſe ſuæ poteſtatis in iacturam matris ex uindicta ſeu alia improbabili cauſa laxet etiam in tacita ſubſtitutione.arg.c.odia.de reg iur.l.cū quidam.de lib.& poſth.niſi fortè aliqua iuſta ratione ad inimicitias moueretur. Secunda, quando pater reliquit matri aliquid in teſtamento à ſubſtituto pupilli, eamq; iubet eſſe contentam. Cum enim grauatus ſit ſubſtitutus pupilli, ergo debet ſuccedere. fa.l.peto.in prin.ff.de leg.ij.quam rem Bart.hic latius tractat. At ego nec huic coniecturæ ſubſcribo, ex his quæ iam ſuprà dixi, niſi aliqua iuſta ratio accederet, & matri ſaltem de legitima eſſet cōſultum. Tertia coniectura eſt, ſi pater reliquiſſet aliquid annuum matri, donec uitam uidualem duceret: quia ſi ad ſecunda uota conuolaret, certum eſt annuum perdi legatū quo ad futuras penſiones.arg.l.ij.C.de indi.uid.tollē. Sic etiam præſumetur pater uoluiſſe, quòd per ſecunda uota priuaretur bonis pupilli, etiam per tacitam pupillarem: quia non ſolum marito, ſed etiam filio per ſecundas nuptias quodāmodo iniuria

iniuria ingeritur. Ang. alleg. authen. de nupt. §. ſoluto. & fa. dict. l. lex quæ tutores. §. ſerui. C. de admin. tut. Quarta, ſi mater fuit inimica patri, rebellis, rixoſa cum patre, ſi iunxit ſe inimicis patris, & ſcholaribus, ut dicit hic Bartol. ſi ſit ſuſpecta de adulterio, uel aliàs leuis opinionis: iſta mariti animum percellunt & exaſperant. l. conſenſu. C. de repud. quapropter eſt ſatis euidens coniectura, quòd pater eam à bonis pupilli, etiam ex tacita pupillari uoluit excludere. fa. l. iij. in fin. ff. de adimen. leg. ubi graues inimicitiæ adimunt legatum: ſecus ſi eſſet leuis offenſa. idem in l. ex parte. ff. eodem. fa. l. utilitatem. ff. de confir. tut. Vltima coniectura ſumitur à fauore cognationis. Nam ſi pater inſtituit filium impuberem, & ei fratrem ſuum uulgariter ſubſtituat, ibi cum magnus ſit fauor teſtatoris ad cognationem, frater hoc loco matri etiam ex tacita pupillari præferetur in bonis pupilli. gl. elegans in d. l. precibus. in fin. de impub. & aliis ſubſtitut. licet Bal. & Imol. tenuerint contrarium, ſed male. In aliis prolixius tractatis remitto te ad Bartol. & Doctor. Vnum tamen meminiſſe uelis, quòd in caſu l. ſi mater. in princip. de uulg. tacita pupillaris in expreſſa uulgari non continetur, ut etiam ſuprà dixi. Ad ultimum punctum, nempe quando ſubſtitutio expiret, quando finiatur. Bartol. extendit ſe in l. in pupillari. ff. de uulgar. Nos breuiter collegimus ſeptem caſus ex eius ſentẽtia. Primus, ſi pater deportatur, id eſt, ei igni & aqua interdicitur, quia tunc ſeruus fit, & perdit ciuitatem: eſt enim maxima capitis diminutio: quo caſu cadunt tabulæ pupillares. l. ſi quis filio. §. irritum. ff. de iniuſt. rupt. teſtamen. Hodie hæc fortè in exbannitis uel excommunicatis locum non haberent: quia licet uideãtur ſuccedere in pœnam deportationis, tamen non in totum, quia non efficiuntur ſerui, nec perdunt iura ciuitatis. An autem exbannitorũ teſtamenta ualeant, tractatus prolixus eſt, non mei propoſiti. Secundus, ſi pater fecerit aliud teſtamentum, quia tunc primum cecidit cum tabulis pupillaribus. l. ſi quis eum. §. final. ff. de uulg. Tertius caſus eſt, ſi non adeatur hæreditas patris, ut ſuprà diximus in effectibus niſi ſuſtineantur tabulæ pupillares per exiſtentiam ſuitatis, uel per edictum, ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti, uel ſi hæres coactus adiſſet. dicta l. nam quod. §. ſi quis compulſus.

Quartus caſus eſt, ſi ſubſtitutus fuerit is qui non poſſet uel in totum, uel ex aliqua parte accipere bona, ut ſpurii & inceſtuoſi,

ſtuoſi, filii naturales tantum, qui in aliqua parte ſunt capaces: iſtorum ſubſtitutio euaneſcit uel in totum, uel in parte, iuxta incapacitatem ipſorũ. per l. ſi is qui bonis. ff. de uulg. Quintus caſus eſt, ſi inſtitutus ſit factus pubes: adueniéte enim pubertate, finitur pupillaris ſubſtitutio. dict. l. in pupillari. Et aliquando finitur pupillaris ſubſtitutio intra ætatem pubertatis, ut ſi teſtator & idem pater breuius tempus præfixerit & ſubſtituerit: nam eo tempore finito, extinguitur ſubſtitutio: ut, ſi pater filium impuberem inſtituat, & ſi intra decem annos moriatur, alium ſubſtituat, iam decem annis finitis extincta eſt ſubſtitutio. dict. l. ſi quis ita. ff. de uulg. Sextus caſus eſt, ſi filius impubes, cui eſt teſtamentum factum, adoptetur ab aliquo uel arrogetur: iſta etſi ſit minima capitis diminutio, tamen tollit & eneruat ſubſtitutionem pupillarem. l. nec ei. §. eorum. ff. de adopt. cum uulgatis. quod procedit, niſi is ad quem pertinet ſubſtitutio, ſibiipſi prouideret per ſtipulationem, quòd ſalua ſit ei ſubſtitutio, & hoc promittat adoptator uel arrogator. l. non aliter. cum l. ſequen. ff. de adopt.

Vltimus caſus eſt per ingreſſum in religionem. Si infans ingreditur religionem, & ibi duret & perſeueret, tũc quia efficitur inteſtabilis ſicut quilibet religioſus, per authẽ. ingreſſi. C. de ſacroſanct. eccleſ. iam extinguitur ſubſtitutio. Quod ſanè intelligite: infans enim non poteſt uouere ante tempora pubertatis. capit. ij. de regula. nec etiam ſi parentes eum religioni darent, quia non antè obligabitur. argum. pulchrum in l. Lucius. §. fin. ff. ad municip. capit. cum uerum. de regula. Et per hoc conciliantur Doctor.

De ſubſtitutione exemplari. CAP. III.

EXPEDITI de II. cap. cũ attinentiis, proſequamur tertiũ c. principale de ſubſtitutione exẽplaria: in qua licet Bartol. & Doct. rem prolixius tractent in l. ex facto. de uulg. & pup. nos tamen breuiſsimè agemus, & utiliora ſelegẽtes, docebimus rem per ſeptẽ particulas. Prima uerſabitur circa cognitionem ſubſtitutionis exẽplaris. Deinde, à quo fiat. Tertio loco, cui fiat. Et quarto, quibus uerbis. Quinta particula tractabit requiſita. Sexta effectus docebit. Et ultima extinctionem, & qualiter finiatur iſta ſubſtitutio.

Quo ad primã particulam, cum res per definitionẽ cognoſcatur, notandũ eſt quòd exẽplaris ſubſtitutio, ſecũdũ ſenten-

tiam

tiam Polit.in hoc tractatu in primo dubio eſt,quam parentes faciunt liberis ſuis, qui ipſi propter furorem uel aliũ morbum ingraueſcentem teſtari nõ poſſunt. Et dicitur exemplaris uel exemplaria,quia ad exemplũ ſubſtitutionis pup.eſt introducta,quæ olim non niſi à principe impetrabatur. d.l.ex facto. Hodie autẽ poſtquàm recepta eſt cõſtitutio Iuſtiniani, non opus eſt eam impetrari à principe.Inſtitut.de pup.ſubſtit.§. qua ratione.d.l.humanitatis.C.de impub.& aliis ſubſtitut. Et eſt ideo inuenta uel recepta, quia filii impedimento furoris uel morbi, ſibiipſi teſtari non poterant: propter humanitatem ergo indultum eſt parentibus,ut eis ſubſtituant.

Secũda particula,à quo fiat ſubſtitutio hæc. Et certè à parẽtibus utriuſq; ſexus: pater poteſt ſubſtituere exẽplariter,& itidem mater.Nec cõſideratur hic patria poteſtas,ſufficit aliquem naturæ & generationis poteſtati ſubeſſe, quæ ita eſt in matre,ſicut in patre.d.l.humanitatis.Et ratio eſt quòd in pupillari pater tantũ ſubſtituit,hic autẽ utriq; parẽtes, quia humanitas ſuggeſsit Imperatori, & quædã cõmiſeratio eorum qui morbo laborãt,quæ meritò habet laxiores habenas:quæ nõ eſt in pupillo, in quo nõ eſt alia ratio,quàm quòd ipſe teſtari nõ poſsit:& quidã rigor iuris cõcurrit cũ pupillo,ut uoluit Bar.Et cũ plurimũ philoſopharetur Bar.de ratione,tandẽ cõcludit id placuiſſe Imp.per l.nõ omniũ.ff.de leg.Matrem autẽ intellige,quæ ſit honeſta,pudica, nõ turpis, arg.eorum quæ habẽtur in l.ſi qua illuſtris.ad ſi.C.ad Tertul.Et quæ ſuprà de patre turpi diximus,multò maxime recipiuntur in matre impudica,quæ ſi ſibiipſi moderari non poteſt, quomodo proficeret filio?Deinde matrẽ intellige,quæ nõ trãſierit ad ſecũda uota:eo caſu adeò nõ poteſt ſubſtituere exẽplariter,ut ſi ſubſtituiſſet antequam ad ſecũdas nuptias cõuolaret,& poſtea ſecũdo nuberet,teſtamẽtũ factũ euaneſceret, ut per Bar.in d.l.ex facto.col.iiij.uerſic.quid ſi mater.Habet autẽ rationẽ, quòd mater ad ſecũda uota trãſiens nõ ſubſtituat. Nam ſicut iſta perdit tutelã,quando eſſet tutrix.l.j.C.quãdo mul.tute. off.fun.poſſ.ita etiã perdit facultatẽ ſubſtituẽdi exẽplariter. Nam de muliere ad ſecũdas nuptias tranſeũte,lex male confidit.per d.l.lex quæ tutores.§.ſerui.C.de admin.tut. Deniq; pupillus nõ debet ali apud mulierẽ tranſeuntẽ ad ſecunda uota.habetis l.ij.C.ubi pup.edu.deb.Et quamuis Imol.& Iaſ. circa hoc diſceptẽt,tamen ueritas eſt pro Bar.cuius doctr.ſequitur

quitur Polit.in quinto ſuo dubio. Quid autem ſi pater & mater,uterq; uelint exemplariter teſtari filio furioſo, & fortaſſe ambo fecerũt teſtaméta maritus & uxor, an ambo teſtamenta ualeãt?an alterũ alteri præferatur? & quod præferatur? Bar.in d.l.ex facto.recitat opin.& ſatis prolixa diſtinctione procedit. Ego ex ſentẽtia Politi puto patris teſtamentum præferri tanquàm dignioris. Nam in tutelis(à quibus recte ſumuntur arg.)à patre tutoré datũ extra teſtamẽtũ, iudex cõfirmat ſine aliqua inquiſitione:ſed à matre tutoré datũ etiã in teſtamento,iudex nõ confirmat,niſi diligenter inquirat:adeò præfertur patris autoritas matris facto.l.j.l.mulier.ff.de confir.tut. Hoc tamen uerũ & receptũ eſt,quod prælato teſtamento patris,ſubſtitutus hæres ex fideicommiſſ.reſtituat bona materna ei,qui in teſtamento matris ſubſtitutus fuit. An auté frater fratri furioſo ſubſtituet?non puto,cum hoc non ſit iure traditum. Deniq; in fratre ad fratrem non ſolum non eſt aliqua patria poteſtas,ſed nec ulla ſuperioritas naturæ uel generationis,id quod omnibus conſtat.

Tertia particula,cui fiat exemplaris ſubſtitutio. Et conſtat quòd ſit filiis legitimis & naturalibus,uel legitimis tantũ,eo furore correptis,qui poſsit eſſe perpetuus. Itẽ & mẽte captis, quiq; ſint illi qui mẽte & ratione capiantur.d.l.ex facto.d.l. humanitatis. Item & ſurdo,qui in totũ eſt ſurdus:ſic & in muto:nã quia teſtari non poſſunt,l.diſcretis.C.qui teſt.fa.poſſ. certè eis ſubſtitui exemplariter poterit. De muto eſt expeditũ in d.l.ex facto.circa prin. De ſurdo non eſt dubitandum. Paria dicemus de prodigo,cui ob prodigalitatem eſt bonis interdictum: quia ſicut teſtari nõ poteſt,in l.is cui.de teſtamẽ. ita ei ſubſtitui poteſt exẽplariter. Et quamuis aliqui Doct.cõtrarium ſentiãt,tamẽ uerũ eſt quod dixi,quia prodigus cõparatur furioſo,ſcilicet quòd furioſum exitum pariat prodigalitas.l.is qui. §.fi.de tut.dat.in l.j.C.de cura.furio.ubi iſti duo æquiparantur. Prædicta ſunt uera,niſi iſti ſubiecti morbo uel uitio,ante morbum uel uitium teſtamẽtum feciſſent,dum fuiſſent ſani: quia iſta teſtamenta furore ſuperueniente non cadunt. Quod enim à principio recte factum eſt, non debet ab euentu ſuperueniente intercidere.l.nec eum. cum multis concord.per gloſſ.ff.de itin.actuq; pri. Et eſt alia ratio uiua: quia lex, quæ ex humanitate proceſsit (ſicut hic de exemp. ſubſtitut.)non debet in duritiam conuerti,hoc eſt,ut auferatur

tur teſtamenti factio ſano homini, ut hic pulchre Bar.

Quid autem de fatuo, an pater ei poſsit ſubſtituere exemplariter? Ioan. Fab. & Ang. Inſtit. de teſta. mirabiliter negant poſſe eis ſubſtitui, per l. iiij. in fi. C. qui teſta. fa. poſſ. Sed nõ eſt uerũ, cum eodem morbo laboret fatuus, quo mẽte captus (de fatuis loquor, non de his qui ſunt craſſæ rationis) rectè igitur eis exẽplariter ſubſtitui poteſt: quod & Politus tenet. Nec obſtat d. l. iiij. quia non de fatuis, ſed de his loquitur, in quibus nõ eſt plenus uigor, id eſt, qui needũ attigerunt x x v. annos, ut gl. ibid. Quid enim fatuus diceret niſi fatua? d. l. quidam. ff. de cond. inſtit. Sed quid ſi aliquis pupillus ſit & furioſus? hic duo concurrunt, pupillaris & exemplaris ſubſtitutio, utra ex eis præferetur? utram poterit facere pater? utrã mater? Dicite notabiliter ex ſententia Bar. quòd pater hoc loco non poſsit ſubſtituere exemplariter, ſed tantum pupillariter. Nam ſubſtitutio pupillaris eſt ordinaria, exẽplaris extraordinaria: ſed ordinarium præfertur extraordinario. l. in cauſæ. ff. de mino. & habetis tex. in l. qui habet. ff. de tute. ubi ſi pupillus in furorem cadat, nõ eſt ei dandus curator tanquam furioſo, ſed manebit ſub tutoribus tanquã pupillus: niſi pupillus non eſſet in poteſtate patris: tunc enim exemplariter ſubſtituit, & ualebit ea exemplaris, intra pupillarẽ ætatem, iure pupillaris, poſtea ut exemplaria, ut latius per Bar. in d. l. ex facto. col. iij. uerſ. ſed quæro circa hoc. Cæterum mater quæ non habet pupillũ in poteſtate, illa poſſet ſubſtituere pupillo exemplariter, per ea quæ ſuprà dixi. Quid autem de naturalibus tantum? quid ſi incidant in furorem? certè eis per patrem exemplariter ſubſtitui non poteſt, licet Bart. in d. l. ex facto. aliter ſentiat: ſed improbatur cõmuniter à Doct. quia cũ inſtitutis ſit relinquẽda legitima, ut d. l. humanitatis. quæ legitima nõ habet locum in naturalibus tantum. Et iſta eſt cõmunis ſententia, licet Politus conetur defendere Bar. ſed nulla iuſta ratione. Hoc uerum eſt, quòd mater mulier ſoluta poteſt ſubſtituere filiis exemplariter, filiis naturalibus tantum, imò & ſpuriis, qui ſunt uulgò cõcepti. Inſtit. de ſtat. ho. §. uulgò. Nam matri ſuccedunt filii naturales & ſpurii unà cum filiis legitimis. Inſtit. ad Orfi. §. nouiſsimè. l. j. §. j. ff. ad Tertul. quod difficile eſſet obtentu apud laicos.

An autem filius poſsit patri furioſo ſubſtituere? Bar. hic putat non poſſe, poſtquam hoc non eſt iure cautũ. Nam d. l. hu-

Q manitatis

manitatis.clarè diſtinguit, quibus, & à quo poſsit fieri hæc ſubſtitutio,à qua non debemus recedere. Nec obſtat d.l.his qui.de tuto. dat. ubi filius poteſt dari curator patri furioſo: quia hoc receptũ eſt propter bonorũ adminiſtrationẽ. Nam filius poteſt adminiſtrare bona patris in uita ſua,quod eſt officium curatoris:ſed ſubſtituere eſt quiddã grandius,quia infert perpetuam ſucceſsionẽ bonorũ poſt mortẽ patris, quod non ita facilè conceditur. Quam ſententiã Bar.hic approbat Politus,dicẽs indecorum eſſe quòd filius patri ſubſtitueret. Deniq; dixi in ſuperioribus,hi qui ſubſtituũt,debent habere aliquam ſuperioritatem,quam non habet filius in patrem.

Quarta particula,quibus uerbis explicetur exemplaris ſubſtitutio. Et ſanè iſta uerba ſunt recepta,quòd cum pater inſtituit filium furioſum,ei ſubſtituat,ſi in furore uel alio morbo, quo teſtari impediretur,deceſſerit. Iſta ſunt propemodũ uerba in hac ſubſtitutione uſurpata,quæ poſſunt etiã breuius cõfici:ut,Si in furore uel morbo filius deceſſerit, ſubſtituo,&c.

Quinta particula,quæ ad ſubſtitionem exemplarem requirantur colligemus.Sed ſi meminerimus requiſita ad pupillarem,quæ ſuprà ſunt prolixè tractata,facilè etiam requiſita in exẽplari patebũt.Nam primo exemplaris nemini fit niſi filiis legitimis & naturalibus, uel legitimis tantũ, aut legitimatis. Item non requiritur hic patria poteſtas,quæ requiritur in pupillari,cũ & mater poſsit exemplariter ſubſtituere. Porrò hic requiritur,quòd filius cui ſubſtituitur,non recidat in poteſtatem ſui patris, ſi fortè ab auo ſubſtituatur nepoti furioſo, ut per Bar.loco ſuprà allegato: quòd tamen apud me nõ eſt expeditũ,cum patria poteſtas hoc loco non curetur, & filio furioſo prouiſum fuerit ſemel teſtamẽto. Item requiritur quòd furioſus uel alius morbidus in furore uel morbo decedat, ſicut de pupillis ſuprà diximus. Item neceſſe eſt quòd pater ſibiipſi faciat teſtamentũ,quod colligitur ex d.l. humanitatis. cum dicit relinquendã eſſe legitimam filio furioſo. At legitima relinqui nõ poteſt niſi iure inſtitutionis, per uulgata. Itẽ requiritur quòd hæreditas patris ſit acceptata,non dico adita de iure ciuili,ſicuti in pupillari:nam furioſus non poteſt adire hæreditatem,cũ careat animo.l.fin. §.ſin autem perpetuò. C.de curat.furio. Nec curator pro eo adire poteſt, cũ ex alieno animo nõ adeatur hæreditas,ſed neceſſe eſt quòd curator petat bonorũ poſſeſsionem ſecundũ tab.quod eſt no.dignũ.

d.§.

d. §. ſin autem perpetuò. quæ procedunt in furioſo & mente capto. Cæterũ ſi aliquis ſit qui morbo perpetuò detineatur, & habeat tamen rationẽ, tunc iſta non procederent. Item in eo conueniũt pupillaris & exemplaris, quòd ſicut exiſtentia ſui hæredis tabulas pupillares ſuſtinet, ita & exiſtentia ſui hæ redis furioſi ſuſtinebit tab. ſecundas. Deniq;, ut dixi, hic non requiritur patria poteſtas. Item quãuis pupillo, quilibet poſſit ſubſtitui, etiam extraneus, hoc tamen non eſt in exemplari: quia pater uel mater coguntur ſubſtituere filios eius qui in furore eſt, uel eius qui mutus uel ſurdus eſt, ſi habeat. Sin uerò non haberent deſcendentes, neceſſe eſt quòd ſubſtitueren tur fratres furioſi, muti, uel ſurdi, ſi fortè pater habeat alios filios: quibus deficientibus, tunc poſſunt ſubſtituere parẽtes quem uolunt. Iſta per ordinem tradũtur in d. l. humanitatis. Poſſunt autem parentes unum ex filiis ſubſtituere furioſo, & alios præterire, ſi uelint, quamuis in hoc diſceptẽt Doct. ſed tex. eſt clarus in d. l. humanitatis. cum dicit, unum, uel duos, uel omnes. & ita ſentit Politus. Deniq; in hoc diſsident pupillaris & exemplaris, quia pupillaris non fit niſi pupillo & impuberi, ſed exẽplaris debet fieri puberi. tex. eſt Inſtit. de pup. ſubſt. §. qua ratione. ad quem §. nõnulli non bene aduertũt: cũ enim dicit tex. & ſi puberes, intelligunt, *&*, implicatiuè, quod non ſolũ puberibus, ſed etiam impuberibus poſsit ſubſtitui exẽplariter, quod nõ eſt uerũ: quia dictio, *etſi*, pro quãuis ponitur: nam ſuprà diximus, impuberi furioſo, per patrem non niſi pupillariter poſſe ſubſtitui: & hoc etiam Politus probat. Cætera quæ in pupillari dixi, hic applicabis.

Sexta particula, qui ſint effectus exemplaris ſubſtitutionis. Et primo ſubſtitutio exemplaris continet in ſe tacitam uulgarem, ut cum teſtator dicit, inſtituo filium furioſum, & ſi in furore deceſſerit, ſubſtituo Flaccũ: certè ſi is in furore decedat, & non ſit hæres patri, quæ eſt tacita uulgaris, nihilominus ſubſtitutus accipiet bona, quia hoc loco non eſt ratio aliqua diuerſitatis inter uulgarem & exemplarem, cum iſta continentia tacitæ uulgaris, legis poteſtate emergat, ex præſumpta mente teſtatoris. An autẽ in expreſſa uulgari, tacita exemplaris contineatur, ſi fortè ſuperueniat furor filio uulgariter inſtituto? Barto. in d. l. ex facto. col. vij. uerſ. quæro qualiter hæc ſubſtitutio. non ſatis explicat. putarem paria eſſe ſicut in pupillari, ut ſi pater inſtituat filium aliquem, & ſi hæres non

erit, ſubſtituat Flaccum: is filius ſi in furorem incidat, & in eo deceſſerit, credo ex tacita exemplari admitti ſubſtitutū. Item ſicut mater per expreſſam pupillarem excluditur, ut ſuprà diximus in ſuperiore cap. ita & per expreſſam exemplariam: quibus conſequens eſt, quòd mater poteſt præteriri in exemplari ſubſtitutione, licet hoc negauerit gl. in d.l. precibus. tamē hæc eſt communis opin. poſt Bar. Et ſicut tacita pupillaris in expreſſa uulgari non excludit matrem, nec auiam, nec patrem emancipatum, de quibus dixi ſuprà in præcedenti capite, ita & tacita exemplaris non excludit matrē, ex paritate rationis. Item ſicut in pupillari ad ſubſtitutum pertinent omnia bona patris & filii, ita etiam in exemplaria ſubſtitutus omnia bona habebit. arg. d.l. ſed etſi plures. §. ad ſubſtitutos. ff. de uulg.

Septima particula, qualiter finiatur ſubſtitutio exemplaris. Hæc ſubſtitutio extinguitur, ſi teſtamentum patris cadat his modis, de quibus dixi in pupillari. Et breuiter, quæcunq; dixi in effectibus de pupillari, iſta poſſunt cæteris paribus hic repeti. Sunt tamen duo præcipua, quibus hæc ſubſtitutio finitur. Vnum eſt, ſi furor ceſſat uel morbus, quia tunc euanuit & extincta eſt ſubſtitutio. d.l. humanitatis. ubi eſt hoc expreſſum circa fin. Quid autem ſi deficiente furore uel morbo, is morbus reuertatur, ſicut uidemus eſſe quotidianum? Bart. hic in pen. colum. reiectis opin. antiquorum, tenet ſubſtitutionem exemplariam non expiraſſe, ita quòd nihilominus poſtquam rediit furor, duret teſtamentum exemplare: & perpendit uerbum *ceſſat*, & uerbum *extinguitur*, in d.l. humanitatis. quia iſta dicūtur ceſſare, quæ non ſunt extincta, & quæ redire poſſunt. in d.l. inter ſtipulantem. §. ſacram. de uerbo. oblig. cum dicitur obligationem ceſſare, ſed non eſſe extinctam. Et hoc communiter tenetur circa furioſos qui habent dilucida interualla. Politus hanc communem opin. reprobat, & bene: quia poſtquam deſiit furor, & reuerſa eſt ſanitas, cur non finiretur teſtamentum exemplare, cum ceſſante cauſa, ceſſet effectus? Deniq; expectare an iterum recidat in furorem, eſt caſus aduerſus hominis, qui non debet conſiderari, ut dicitur in d. §. ſacrā. Quapropter Politus putauit, definente furore mox finitam eſſe hanc ſubſtitutionem: & ſi rediret furor, iſta ceſſans ſubſtitutio non reſuſcitaretur. Et licet aliàs differentia ſit inter extingui & ceſſare, d. §. ſacram. tamen in materia noſtra nō eſt differentia, imò hic æquiparantur: nam in d.l.

in d.l.ex facto.dicitur extingui ſubſtitutionem:at in d.l.humanitatis.dicitur ceſſare.Ego puto concordari poſſe utraſq; opiniones.Refert enim cum furor deſiit, an longo pòſt tempore redeat,an uerò per pauca interualla. Nam ſi longo pòſt tempore furor,ſanitate iam extante,redierit, tunc ueram eſſe puto opin.Politi,quia teſtamentum exemplare abiit. & redeunte furore non conualeſcit: nam tales furioſi teſtari poſſunt.l.furioſi.C.de teſta.Cæterum ſi furor redeat breui tempore,ſicuti hi ſunt qui dicuntur inumbratæ quietis,in l.quod meo.ff.de acquirenda poſſeſſ.tunc ſto cum Bart.quòd teſtamentum exemplare non expiret ceſſante aliquando furore: nam tales non poſſunt acquirere poſſeſsionem. & fa.l. quicquid.in fin.ff.de regulis iur. ubi non dicitur mulier diuertiſſe,quæ ſtatim rediit. Secundum eſt quo finitur teſtamentum exemplare,ſi is cui ſubſtitutum fuit,filios acquirat:quod in ſurdo & muto uerificari poterit, in furioſo non uerificatur:ſiquidē illi gignere filios legitimos poſſunt, hi non poſſunt.fa.d.l.ex facto.

De breuiloqua ſubſtitutione. CAP. IIII.

NVNC ad quartum capitulum ſuccedentes, breuiloquam expediamus.Bart.in l. Lucius.ff. de uulga. per IIII. colum. extenditur. Iaſ. ibi per XVI. columnas. Nos ſumma per faſtigia rerum tranſibimus.Tria præcipua in hoc capite tractabuntur.Primo, quæ & qualis ſit iſta ſubſtitutio:deinde,quibus uerbis fiat:& tertio loco de effectu. Super primo ſciendum eſt ex ſententia Bart. loco ſuprà allegato,hanc ſubſtitutionem non eſſe ſpeciem diſtinctam ab aliis, ſcilicet quæ alias in ſe ſubſtitutiones cōtineat: unde eſt quædam adiectio,ſicut quando agitur ex peculio contra patrem, peculium non eſt nomen actionis, ſed quædam qualitas circa actionem.l.iij.§.cui congruit.ff.de pecul. Sic ſubſtitutio breuiloqua quoddam accidentale eſt circa directas ſubſtitutiones.Et hanc I.C. in d.l.iam hoc iure.de uulg. reciprocam nominat,quaſi retroductam,repetitam,reflexam: quia ſicut fluctus reciprocantur in anguſto mari, id eſt, ſeſe repercutiunt refluendo,ita iſta ſubſtitutio de uno in alterum retroducitur,reflectitur,& repetitur. Doctor. nomime magiſtrali uocarunt breuiloquam,propter l.cum in teſtamento. §.his uerbis.ff.de hæredibus inſtituen.ubi hæc ſubſtitutio dicitur

breuiter fieri. Doctores poſt Bartolum diſceptant uariis in locis, an ſubſtitutio breuiloqua ſit propria ſpecies. Tu dicas ex ſententia Iaſonis uno uerbo, quòd modus inducendi in reciproca, eſt alius & ſeparatus à cæteris ſubſtitutionibus: ſed quo ad materiam circa quam uerſatur, non diſtinguitur à cæteris.

Secundo dixi, inquirendum eſt quibus uerbis fiat. Et ſanè noueris uerba huiuſmodi uſuuenire, cum teſtator inſtitutis aliquibus hæredibus dicit, Vos inuicem ſubſtituo: ibi alter alteri breuibus uerbis eſt ſubſtitutus, ut d. l. iam hoc iure. fa. l. quæ plures. l. cohæredi. §. qui diſcretas. ff. de uulg. l. hæreditatem. C. eod. cum aliis hic per Bartol. Item fit etiam his uerbis: Inſtituo Titium & Sempronium, & uter ex eis ſuperuiuat alteri, ſubſtituo. ita eſt text. in d. l. Titius. ij. cum l. ſeq. ff. de hær. inſtit. Bartol. allegat l. ſi fundo ſub conditione. §. his uerbis. ff. de leg. j. quæ tamen parum facit, ut etiam dicit Iaſ. Deniq; & breuiloqua huiuſmodi uerbis uſurpari poterit: Publius & Marcus & Caius ſubſtituti inuicem mihi hæredes ſunto: perinde eſt ac ſi dixiſſet, Publius, Marcus, & Caius hæredes ſunto, quos inuicem ſubſtituo. d. l. cum teſtamento. §. hæc uerba. ff. de hær. inſtit. Quòd ſi teſtator huiuſmodi uerbis utatur: Vos hæredes meos inſtituo, & ſi quis inter uos deceſſerit, bona mea ad reliquos deueniant, uel alter alteri ſuccedat: quæ uerba ſunt quotidiana in Germania noſtra: unde quæri circa huiuſmodi uerba poterit, an faciāt ſubſtitutionem breuiloquam. Rayn. dicebat eam eſſe obliquam fideicommiſſariam, propter uerbum deueniat, uel perueniat: nam eo uerbo utimur in fideicommiſsis. allegat l. fideicommiſſa. §. hæc uerba. ff. de leg. iij. Tamen Guil. de Cu. Bartol. & cum eis communiter Doct. tenent eſſe breuiloquam: quia iſta uerba, perueniat, &c. quamuis aliquando obliquari poſſunt, ut d. §. hæc uerba. tamen etiam in directa ſubſtitutione uerificantur: ſunt enim uerba communia, id eſt, quæ directè & obliquè ueniunt, ſicut dicemus in compendioſa. Et regula eſt, quoties ſubſtitutio poteſt intelligi directo iure, tūc non intelligetur iure obliquo: quod ipſum in compendioſa tractabitur. Eſt ergo uelut pro regula tenendum, illam dici rectè breuiloquam, quando in una conceptione uerborum plures hinc inde inſtituuntur & ſubſtituuntur, ut hic pulchrè per Bartol.

Quo

Quo ad tertium principale de effectu huius ſubſtitutionis, hic tria docebimus. Primo, quid operetur hæc ſubſtitutio, facta perſonis æqualibus. Deinde, quid operetur facta inæqualibus perſonis. Et tertio, an hæc ſubſtitutio ſit expreſſa uel tacita, relictis multis quæ per Doctores tractantur, quę omitti potuiſſe uidebantur.

Quo ad primum, ſubſtitutio breuiloqua facta perſonis æqualibus, uarias ſubſtitutiones complectitur, ſecũdum quod uariant uerba ſubſtitutionis. Nã aliquando breuiloqua continet tantum duas uulgares, ut cum extranei inſtituuntur, & mutuò ſubſtituuntur, quo caſu intelligitur, ſi alter ex eis hæres non fuerit. Item & alio modo breuiloqua tantũ duas uulgares continet, ut ſi duo impuberes emancipati inſtituerentur, & mutuò ſubſtituerentur: quia hic non poteſt uenire pupillaris, cum filii emancipati non ſint in poteſtate. Porrò & tertio hæc breuiloqua tantum duas pupillares continet, ſi filiis impuberibus exhæredatis ita ſubſtituatur, tunc enim uulgares includi non poſſunt: quia certum eſt quòd non poſſunt eſſe hæredes, cum ſint exhæredati: ergo tantum duæ pupillares continebuntur. Item & quarto fieri poteſt, quòd hæc ſubſtitutio tantum duas fideicommiſſarias contineat, ut ſi pater filios impuberes hæredes inſtitutos, in codicillis inuicem ſubſtituat. Nam hæreditas in codicillis directò dari non poteſt, ſed tantum in teſtamento ſolenni. quapropter iſta ſubſtitutio patris ad filios impuberes, licet uerba ſint directa, tamen obliquantur, ſecundum doctrinam Bartol. per l. Scæuola. ubi eſt text. ff. ad Trebell. Putant tamen nonnulli ex recentioribus, ſicuti Fran. Areti. quòd imò iſta ſubſtitutio remaneat directa, & non obliquetur. arg. l. ſi militis codicillis. ff. de teſtam. mil. ubi miles poteſt directè ſubſtituere in codicillis, ex priuilegio militari: quia miles ſi ſequitur ius gentium, ſatisfacit, nec iuri ciuili hoc loco adſtringitur. At pater inter filios æquiparari poterit militi, ut & in eo ſufficiat, ſi teſtetur ex iure gentium. Nec enim eo caſu adſtringitur nodis legalibus, authent. ex imperfecto. in l. hac conſultiſsima. C. de teſtam. & hoc tenuerunt aliqui Doct. in d. l. hac conſultiſsima. in auth. hoc inter liberos. quod mihi uidetur uerum, quamuis uehementer contradicatur: ſed conſuetudo Germaniæ noſtræ, pro noſtra parte militat, & fa. l. ſi. C. famil. erciſ. ubi quocũq; modo pater ordinet inter filios quibuſcũq;

uerbis,ſufficit & ualet iſta ordinatio iure directo. Porrò ſubſtitutio breuiloqua, quæ fit mente captis & furioſo, non poteſt fieri, quin quatuor ſubſtitutiones contineat: ut ſi pater dicat, Inſtituo filios meos mente captos, & ſi in furore deceſſerint, eos inuicem ſubſtituo, &c. Hic ſi filii ſint puberes, neceſſe eſt contineri quatuor ſubſtitutiones, duas uulgares, & duas exemplares, in cuiuslibet perſona unam. Nam tantum exemplares uenire non poſſunt, cum pater eos nõ poſsit exhæredare: ergo neceſſe eſt, quòd uulgaris concurrat cum exẽplari in qualibet perſona, ut ita ſint quatuor ſubſtitutiones: quod eleganter deducit Iaſ. in d. l. Lucius. Itẽ breuiloqua poteſt etiam continere ſex ſubſtitutiones, poteſt cõtinere octo: ut, ſi duobus filiis impuberibus breuiloquè ſubſtituatur, Vos inuicem ſubſtituo quandocunq; alter ex uobis deceſſerit: hic continentur duæ uulgares in qualibet perſona, ſi nõ adeatur hæreditas. Item continentur duæ ſubſtitutiones pupillares, ſi adeatur hæreditas, & moriantur in pupillari. Item cõtinentur duæ exemplares, ſi poſt tẽpora pubertatis in furore deceſſerint. Ecce ſunt ſex ſubſtitutiones. Item continentur duæ cõpendioſæ, ſi iſti filii ceſſent eſſe in furore, & poſt tempora pubertatis moriantur, tunc per fideicommiſſum ſubſtituti accipient bona, quæ dicitur compendioſa, ut ſuo loco dicemus. Prædicta procedũt, ſi pater duobus filiis impuberibus breuiloquè ſubſtituat. Si autem pater haberet tres filios, tunc poſſunt concludi in qualibet perſona ſex ſubſtitutiones, uel uulgares uel pupillares. Si habet quatuor filios, tunc concluduntur octo, tum uulgares, tum pupillares. Et ſi omnes ſubſtitutiones uenirent, tunc in quatuor filiis locum haberent XXXII. ſubſtitutiones: & ita ex augmento filiorum notabiliter poteſt augeri numerus ſubſtitutionum ſecundum capita filiorum. Quod autem dicimus de perſonis æqualibus, intelligendum eſt de perſonis in quibus utriſq; poſſunt uerificari ſubſtitutiones, id eſt, quando utræque perſonæ capaces ſunt ſubſtitutionum quæ continentur in breuiloqua, ſicut quando ambo ſunt impuberes, uel aliàs in ſimilibus & paribus conditionibus. Quòd ſi ſubſtitutio in perſonis fiat inæqualibus (dicuntur autem perſonæ quæ inſtituuntur, inæquales, quando eſt diſpar eorum qualitas, ut, aliqui ſunt puberes, aliqui ſunt impuberes) de quo ſume hanc doctrinam pro regula: Quòd ſi perſonis inæqualibus inſtitutis, quæ non ſunt capaces omniũ

ſubſt

ſubſtitutionum, ſubſtituatur, tunc propter inæquales nõ includentur ſubſtitutiones, niſi quæ in omnibus perſonis æqualiter uerificari poſſunt. Exempli gratia: Pater inſtituit filium impuberem, & filium maiorem natu puberem, & ſubſtituit eis per breuiloquam, dicens, Vos inuicem ſubſtituo: hic certum eſt quòd continetur uulgaris, ſcilicet, ſi ille uel alter hæres nõ erit: hæc enim poteſt uerificari in utraq; perſona æqualiter. Pupillaris autem ſubſtitutio hoc loco non ueniet, quia non poſſet uerificari in maiori natu, proinde nec in impubere uerificabitur: quo fit, ut ſi impubes hæres exiſtat, & intra pupillaria moriatur, frater ſuus maior natu nõ accipiat bona ipſius ex pupillari ſubſtitutione. Quid ita? quia ſi maior natu mortuus fuiſſet adita hæreditate, impubes etiam ei non potuiſſet ſucceſsiſſe pupillariter. Vnde determinatio debet determinare æqualiter ſua determinabilia. Subſtitutio enim breuiloqua, eſt determinatio circa ſucceſsionem: pubes & impubes ſunt determinabilia, ergo determinabunt æqualiter, reiecta ea ſubſtitutione quæ eſſet inæqualis. text. in l. iam hoc iure. ij. reſponſ. ff. de uulg. ubi ponit I. C. rationem abſurdi, dicens: Non enim debet in una perſona locum habere duplex ſubſtitutio, & in altera perſona tantum una. Quis ergo accipiet bona impuberis, ſi moritur in pupillari? Frater maior natu cohæres accipiet, non ex pupillari, quia pater eo caſu pupillarem ſubſtitutionem facere non uoluit, ſed ab inteſtato. Voluit enim teſtator hoc loco conſeruare fratri puberi ius legitimarum hæreditatum. l. uel ſingulis. in fi. ff. de uulg. Hęc ſunt uera, niſi euidenter probetur patrem uoluiſſe, quòd in pupilli perſona duplex inſtitutio ueniret. arg. l. in teſtamento. C. de teſta. milit. Prædictis conſequens eſt, ſi pater haberet duos filios impuberes, & unum puberem maiorem natu, in his tribus perſonis iam audiuimus ſubſtitutionem breuiloquam uulgarem tantum locum habere. Quid autem in perſona impuberum? quia diximus duos eſſe impuberes, & tertium puberem: an in ſubſtitutione breuiloqua ſaltem pupillaris in duobus iſtis impuberibus locum habeat excluſo filio pubere? Guil. & Rayn. putabant pupillarem in eis contineri, per iura quæ tamen non probant. Verior eſt ſententia Bartol. quòd inter duas has perſonas pupillaris locum non habeat, propter immixtionem puberis, qui eſt imparis ætatis, ne una res redigatur ad par & impar. Nam immixtio facit ut diſpoſitio

ſitio aut tota prohibeatur, aut tota recipiatur. l. j. §. itē quæritur. ff. de aqua quoti. & æſti. ubi ſi aliquis habeat ius aquæ ducendæ, quia hoc anno duxit, ſi immiſceat aliam aquā qua nunquam uſus eſt, prohibebitur in totum ab aqua. & ſa. rectè ratio d. l. iam hoc iure. abſurdum enim eſſet, quòd in una parte eſſet duplex ſubſtitutio, in alia tantum una. Nec præſumitur teſtator hoc uoluiſſe, poſtquam ſciuit imparem ætatem filiorum: unde ſi alteruter moriatur in pupillari, ſuccedent ab inteſtato, quæ eſt communis ſucceſsio omnibus, ut ita conſeruetur ius legitimarum hæreditatum. per d. l. uel ſingulis. & ſa. quòd inæqualitas eſt cauenda inter fratres. arg. l. illud. ad fin. C. de colla. ſa. d. l. cum pater. §. dulciſsimis. & ibidem gl. cum concord. ff. de leg. ij. Verum eſt quòd Doct. recentiores & alii etiam uehementer confligunt circa hoc & decertant: non curo referre eorum certamina, quæ tamen concordantur per Bal. in d. l. in teſtamento. quæ omitto. Et quod dixi de duobus impuberibus cum uno maiori natu, intelligite etiam de decem impuberibus, quibus iungeretur pubes, quia numerus hoc loco nihil nouat. arg. l. ſi finita. §. cum autem plures. de dam. infect.

Quid autem, pater habens duos filios, unum anniculum, alterum duodecim uel tredecim annorum, ambo ſunt impuberes, ſed alter minus diſtat à pubertate quàm alter: pater huiuſmodi impuberibus inſtitutis, ſubſtituit breuiloquè, Vos inuicem ſubſtituo: an hic contineantur in qualibet perſona duæ ſubſtitutiones, nempe uulgaris, ſi fortè alteruter non ſit hæres: item pupillaris, ſi in pupillari alteruter decedat? Poſſet uideri quòd non, cum magna ſit inæqualitas annorum in utriſque, & dicit text. in d. l. Lucius. circa medium. de uulg. quòd debent eſſe eiuſdem ætatis impuberes. Rayn. diſtinguebat, ut eum Bartol. recitat in d. l. Lucius. Sed Guil. de Cu. Dyn. & Bartol. contrarium docent. Nam quamuis ſit ſatis magna inæqualitas in utriſque, iſta tamen inæqualitas cum fuerit ab initio teſtamenti, non referet, ſi ex pòſt facto ad effectū perducatur, quia non infringit diſpoſitionem teſtatoris, qui eam inæqualitatem ſciuit & non præcauit eam: & eſt bonum arg. in l. & eandem. §. j. ff. de duobus reis. ubi ſi duo rei conſtituuntur rectè ab initio, dato quòd incidat inæqualitas, propter hoc non uitiabitur duorum reorum obligatio. allegat Guil. l. iij. §. ibidē. ff. de Carb. edicto. ubi ſi Carbonianū edi

ctum incidat in duos puberes, quorum alter ſit modicorum annorum, alter plurium, ſi pubuerit alter, expectanda eſt nihilominus ætas alterius. Et iſtam puto ueritatem, quamuis Doct.uſq; ad fatigationem certent etiam circa hoc punctum, dum quiſq; indulget capiti ſuo. Mihi uidetur ſatis ocioſum de talibus diſceptare, cum rarò accidat, quòd par ſit ætas in duobus impuberibus, niſi fortè in geminis, & proinde rarò locum haberet pupillaris in breuiloqua. Et ſi diceres, in caſu noſtro magnam eſſe diſtantiam pluriũ annorum: dico, quòd plus uel minus annorum non diuerſificat diſpoſitionem, dũ intra metam ætatis pupillaris conſiſtatur, id eſt, dum ab initio ambo filii ſint impuberes. per d.l.iij. §.ibidem. Denique nónne poſsibile eſt, quòd maior natu mox intra pubertatem moriatur? nũquid frater impubes ſuccedat ex pupillari? Proinde paria dices, ſi minor natu antè moritur: aduentitii enim euentus non uitiant diſpoſitionem certam. argum. gloſſ. in d.l.uendicatio. de rei uend. quæ uult aptitudinem potius, quàm alicuius emergentis caſus qualitatem ſpectari. Et non obſtat l.Lucius. quia intelligitur de eadem ætate impuberi in genere, non in indiuiduo quo ad annos. Quærit porrò Bar. Pater habens duos filios impuberes, quos inſtitutos, inuicem ſubſtituit, & ſic continetur pupillaris & uulgaris, de quo nemo dubitat. Is pater unum ex filiis emancipat, quo caſu ſine dubio finitur ſubſtitutio pupillaris in ipſo, ut diximus in capit. ſecundo, ſuprà de pupillari, an etiam hoc caſu ſubſtitutio pupillaris finiatur in alterius filii perſona, qui adhuc eſt in poteſtate? an doctrina l. iam hoc iure. habeat hic locum? abſurdum enim foret duplicem ſubſtitutionem eſſe in uno, & in emancipato tantum uulgarem. Guiliel. tenebat ex mutatione ſtatus in uno, etiam mutari ſtatum in alio, ut ſic pupillaris quæ ceſſat in una perſona, etiam cenſeatur finiri in alia. Mouetur argum. l.j. C. de reſcrip. ubi uno uitiato tota congeries uitiatur. & per alia iura. Et iſtam partem ſequitur Bald. in d.l.in teſtamẽto. quam multi Doct. approbãt. Bar. tamen contrariũ tenet, uidelicet, non finiri ſubſtitutionẽ in perſona alterius, maximè ſi pater ex neceſsitate coactus emancipaſſet filium. Nam in neceſsitate nemo eſt liberalis. l.rem legatam. in fin. ff. de adi. leg. Poteſt autẽ cogi pater ut emãcipet filium, ſi fortè mater ita diſpoſuit: uel ſi pater ſit decoctor, uel aliàs uilis & turpis perſona, & ſi qui alii ſunt caſus. Hanc opin. Bart.

ſequuntur

ſequuntur propémodũ omnes Doct. Et ſic habetis caſum ubi non eſt abſurdum, quòd in uno habeat locum duplex ſubſtitutio, in altero non. Iaſ. hunc caſum proſequitur per tres columnas. Breuiter ego teneo opinionem Bald. & Guiliel. de Cu. quia non uideo bonas rationes Bartol. quibus alibi reſpondebitur. Quid ſi pater habeat duos filios, unum impuberem, alterũ furioſum, & iſtos utroſque inſtitutos inuicem ſubſtituit, an in eis concurrant breuiloqua pupillaris in pupillo, & breuiloqua exẽplaris in furioſo? Fingite furioſum eſſe puberem, pupillus moritur in pupillari, an furioſus ei ſuccedat ex breuiloqua? uel furioſus moritur pubes, tamen in furore, an pupillus frater ei ſuccedat exemplariter tanquam furioſo? ut ſic ſimul concurrant hæ duæ ſubſtitutiones quæ fraternizant, pupillaris & exemplaria. Quidam ex Doctor. admittunt, quòd in dicto caſu concurrant iſtæ ſubſtitutiones, cum in eis ſit magna ſimilitudo, & exemplaris ſit facta ad exemplum pupillaris. Alii tenent, ut hic Bartol. quòd non concurrant, quòd nec pupillus ſuccedat exemplariter furioſo, nec furioſus pupillariter pupillo: quamuis ſit aliqua ſimilitudo, ut diximus in materia exemplaris, ab uno tamen ad alterum nõ eſt ſumendum exemplum. Ioan. de Imol. ſequitur aliam opi. contra Bartol. quam approbant communiter Doctor fauore ſubſtitutionum, quæ debent ampliari, non reſtringi. Et quia Imperator ſumit argum. à caſtrenſibus bonis ad aduentitia in filiofamil. l. fin. C. de colla. quanto fortius etiam eſt hic ſumendum argumentum? Præterea non obſtat quòd ſit aliqua diſsimilitudo inter exemplariam & pupillarem, quia ſufficit quòd hoc caſu nulla ſit diſsimilitudo. Eſt enim regula Abb. in cap. translato. de conſtitut. quòd nõ ſufficit dicere aliquid eſſe ſimile uel diſsimile alteri, niſi in indiuiduo dicatur, quo loco ſit uel ſimilitudo uel diſsimilitudo: quã opinionẽ puto magis probabilem. Quid ſi teſtator inſtituat filias ſuas in re certa, & filios ſuos inſtituat hæredes uniuerſales, deinde dicat, Vos inuicem ſubſtituo, (quæ eſt quæſtio utilis & quotidiana) an ſub iſta breuiloqua uniuerſali cõprehendãtur etiam filiæ, quæ ſunt hæredes in re certa? Bartol. hic tractat, & poſtquam arguit ad partes, concludit filias non contineri in iſta breuiloqua ſubſtitutione, quia filiæ iſtæ tanquam legatarii habentur, quum eis coniuncti ſint hæredes uniuerſales. allegat gl. in d. l. ex facto. de uulg. Deniq; hæres in re certa non habet

habet ius accreſcendi cum inſtitutis, ut traditur in l. j. §. ſi ex fundo ff. de hæred. inſtit. quapropter nõ poſſunt uenire cum filiis, attenta maximè conſuetudine, attentis ſtatutis, quibus filiæ non ſuccedunt cum filiis. His coniecturis ſimul coniunctis filiæ excludũtur à breuiloqua ſubſtitutione: & quamuis Doctor. concertent, ueritas tamen eſt pro Bart. quem hoc loco ſequor. Tandem ſciẽdum eſt, quòd breuiloqua tantum coniunctos reſpicit. Nam ſi in eodem teſtamẽto aliqui eſſent coniuncti, & aliqui diſiuncti, & poſtea ſequeretur ſubſtitutio breuiloqua, ea ſubſtitutio tantum ad coniunctos refertur: ut, teſtator inſtituit Titium & Sempronium in aliqua quota bonorum, deinde inſtituit Valerium & Flaccum in alia parte bonorum, & fingite quòd in reliquis bonis inſtituit Ciceronem & Salluſtium: ecce ſunt tres combinationes, & quælibet combinatio eſt diſiuncta ab aliis: primi ſunt ſimul coniuncti re, ſecundi etiam ſunt coniuncti inter ſe re ipſa, ita & tertii: ſed ſecundi & tertii ſunt diſiuncti à primis, tertii ſunt diſiuncti à ſecundis. Poſt iſtos omnes inſtitutos dicit teſtator, Vos omnes inuicem ſubſtituo: hoc certè non intelligitur de omnibus permixtim, ut ſi fortè unus ex eis non eſſet hæres, alii omnes admitterentur: certè nõ: quia iſta breuiloqua, Vos omnes inuicem ſubſtituo, reſpicit coniunctos primi ordinis, & non diſiunctos alios: & item reſpicit coniunctos ſecundi ordinis, & non diſiunctos alios. & ita dicite de coniunctis tertii ordinis. ita habetis text. in ſæpe allegata l. cohæredi. §. qui diſcretas. de uulg. Dicta tamen doctrina non habet locum in cõiunctione legali: ut, ſi teſtator habuerit duas uxores, & ex utraq; filios, nẽpe duos filios ex priori, duos uel plures ex poſteriori, ſi eos omnes hæredes inſtituat, & inuicem ſubſtituat, hoc loco decedẽte uno ex filiis primi matrimonii, non præferetur frater utrinq; cõiunctus, ſed omnes ſimul admittentur ex ſubſtitutione, non obſtãte quòd duo filii prioris matrimonii ſunt coniuncti: quia (ut dicit Bart.) licet ſint coniuncti coniunctione naturæ & ſanguinis, quę eſt coniunctio legalis, tamen non ſunt coniuncti facto hominis. Illi enim dicuntur rectè coniuncti, qui à teſtatore in una quota bonorum coniunguntur. At coniunctio ſanguinis in diſpoſitione teſtatoris non attenditur. Bart. in l. re coniuncti. in iij. quæſt. principali. ff. de leg. iij. Porrò hoc non eſt prætermittendũ, quòd ſubſtitutio breuiloqua generaliter omnibus facta:

cta,non comprehendit eos quibus fuit ſpecialiter prouiſum: quia uulgò dicimus,generi per ſpeciẽ derogari. Nam ſi teſtator patrem & filium coniungat in dimidia bonorum, & eos inuicem ſubſtituat(hæc eſt ſpecialis ſubſtitutio)deinde inſtituat alios hæredes in reliqua parte bonorum, & dicat:Omnes hæredes meos inuicem ſubſtituo, quæ eſt generalis ſubſtitutio:per iſtam generalem non includuntur pater & filius, quibus fuerat ſpecialiter prouiſum.d.l.cohæredi. §.qui patrem. Nunc ad ultimam particulam. Subſtitutiones in breuiloqua ſunt expreſſæ,ſaltem in genere,ut eſt gloſſ.in d.l.Lucius.de uulg.Inſtitut.eod.de pup.& idem tenuit Azo.dixi uobis ſuprà in primo cap.Et quòd ſint expreſſæ ſubſtitutiones, ſaltẽ in genere,argumento hoc conuincimus:quia ſubſtitutio pupillaris quæ in breuiloqua generaliter exprimitur, excludit matrem. d.l.Lucius.ad fin.unde conſequens eſt,quòd ſit expreſſa.Nam ſi eſſet tacita, mater non excluderetur. Nam ſuprà in primo cap.audiuimus matrem non excludi per tacitam pupillarem.Et quamuis gloſſ.in dict.l.precibus.putet ſubſtitutiones in breuiloqua cõtentas,tacitè contineri, hoc quamuis uerum eſſe poſsit, quo ad primam figuram uerborum, & quo ad expreſsionem indiuidualem, tamen quo ad expreſſionem generis non eſt uerum: quia tunc non dicuntur tacitæ,ſed expreſſæ. Nam qui dicit homines, is ſub compendio uerborũ omnes ſpecies complectitur.l.Meuius. §. duorũ.ff. de leg ij.Ne ergo uos ſeducat diſtinctio Bart.in materia uulgaris,eas ſubſtitutiones quæ in genere ſunt expreſſæ,non dicite tacitas,ſed expreſſas. Verũ ſi loqueremur de præſumpta ſubſtitutione,tunc tacitè dicitur ineſſe uulgaris in pupillari, & pupillaris in uulgari:quæ potius dicetur præſumptæ quàm tacitæ,ut dixi in primo cap.ex ſententia Politi.

De compendioſa. CAP. V.

ISTA materia latiſsimè patet,in qua Doctor.uix poſſunt inuenire finem : nos quantum poſſumus breuiſsimè eam tractabimus. Præmittimus autem pro euidentia id quod à principio ſuprà in primo capit.aliqualiter attigi, quòd aliquando directè ſubſtituitur,aliquãdo obliquè. Directè tunc dicitur ſubſtitui, cum hæres bona ex teſtamento relicta propria autoritate ſumit,quod ſtatim latius declarabimus.Obliquè autem ſubſtituitur,aut ex propoſito & intentione teſtatoris,

toris,aut ex euentu præter intentionem teſtatoris. Prior dicitur obliqua,poſterior obliquata.Obliqua ſubſtitutio quæ ex intentione teſtatoris, & ex eius propoſito emergit, eſt quam nos uulgo nominamus fideicommiſſariam: ut, cum teſtator inſtituit hæredem unum uel plures,& grauat eos ut reſtituāt hæreditatē Titio, iſta dicitur ſubſtitutio per fideicōmiſſum, de quo principaliter in noſtro tractatu non tractabimus,niſi fortaſſe incidenter aliquando.eſt enim materia tituli ad Trebell.ff.& C.quia tunc hæres deducit quartam, ne fit fruſtra hæres.Inſtitut.ad l.Falcid.in princ.cum uulg.Ex euentu autem & præter intētionem dicetur obliquata ſubſtitutio,cum teſtamentum propter defectum aliquem redigitur ad codicillos ex regula codicillari:quia tunc obliquatur,ut hæres inſtitutus bona teſtatoris non directè, ſed de manu ſuccedentium ab inteſtato accipiat.Hoc ſic præmiſſo,diuidemus materiam compendioſæ in quatuor membra.Primo, quid ſit compendioſa,& quare ſic dicatur.Deinde,quibus uerbis fiat.Tertio de effectu ipſius. Et quarto aliquas quæſtiones tractabimus.

Super primo membro Bar.in l.centurio.de uulg.compendioſam ex mente Azo.definit eſſe ſubſtitutionē,quæ ſub cōditione,mortis,uel alia plura tempora complectitur. Ab iſta definitione recedit Ioan.de Imol.& Franc.de Aret.propter rationes quas omitto. Politus hic in tractatu compendioſæ, dicit eam eſſe defectuoſam:unde aliter definit, eſſe ſubſtitutionem,quæ cum plura tempora contineat,aut tractum temporis,ſub compendio tamen plures ſubſtitutiones complectitur.Eſt enim propriū compendioſæ,quòd tractum temporis in ſeſe contineat(quod eſt ad multa ſequentia notandum) ut cum dicitur, quandocunq; deceſſerit hæres, ſubſtituo Titium,ut ſuo ordine dicetur. Continet autem plures ſubſtitutiones cōpendioſa,ſub iſta modica breuitate, ſcilicet, uulgarem,pupillarem,exemplarem, directam, & fideicōmiſſariam obliquatā,ſicut iam declarabo.Et dicitur compendioſa,à cōpendio,id eſt,à breuitate uerborū. Differt autem à breuiloqua,quæ licet etiam plures ſubſtitutiones contineat, tamen non habet tractum temporis,uel quod uerius eſt, breuiloqua nō explicatur niſi in duobus ad minus,uel pluribus perſonis, ut cum dicitur,Vos inuicem ſubſtituo.At compendioſa reſpicit tantum unam:quæ eſt uerior differentia. An autem compendioſa

pendioſa ſit propria ſpecies, an adiectio quædã? Dimiſsis quę per Doct. hic diffuſe tractantur, dicite, quòd quoad militem ſit diſtincta ſpecies, ut pòſt uidebimus. quo ad alios, dicemus, quòd quãtum ad materiam circa quam uerſatur compendioſa, tunc non erit diſtincta ſpecies.

Super ſecundo membro, qualiter & quibus uerbis fiat compendioſa. Hic aduertendum eſt, nos loqui de uerbis duplici reſpectu, aut quæ reſpiciunt ſubſtitutum, aut quæ eum concernunt cui ſubſtituitur. Priora illa uerba ad ſubſtitutum pertinentia, ſunt in triplici genere: aliqua enim directa, aliqua obliqua, aliqua communia nominãtur. Directa ſunt, per quæ ſubſtitutus directò & per ſe, non per mediam perſonam ad hæreditatem peruenire poteſt. Vnde omne uerbũ, per quod immediatè ſucceditur teſtatori, & quod miniſterium uel factum alterius non requirit, eſt directum, ut dicit Bartol. in l. centurio. circa finem. quod etiam procedit in ſubſtituto, ad quem bona poſt mortem inſtituti hæredis directè & immediatè deuoluuntur, ut per gloſſ. in l. eam quam. in uerb. directis. C. de fideicommiſſ. Bald. in l. fin. C. de ſacroſan. eccleſ. Et licet Bartol. in l. centurio. in iij. col. diſtinguat uerba directa, quòd aliqua ſint directa ciuilia, quæ Ioan. Andr. in cap. ſi pater. de teſta. lib. v i. nominat directò directa, ut eſt uerbũ, hæres eſto: & alia directa non ciuilia, quæ Ioan. Andr. nominat non directò directa: iſta tamen diſtinctio nihil eſt, utpote commentitia, ex proprio cerebro Bartol. & Ioan. And. quę & à pleriſq; Doctor. & maximè à Polito improbatur, qui dicit Bartol. ſeſe non intellexiſſe: nec mihi unquam placuit ea diſtinctio, quæ rem ultro difficilẽ magis obſcurat ſine omni neceſsitate: unde ſileamus deinceps de hac diſtinctione tanquam iure nõ fundata. Verba igitur directa ſunt, hæres eſto. Item uerbum, dominus eſto. in l. his uerbis. in princip. ff. de hæred. inſtituen. Item hæredem inſtituo, ut toto tit. ff. de hæred. inſtit. quo loco non credas, quòd uerbum, inſtituo, ſit directum de ſui natura, cum uerificetur etiam in legatis, in fideicommiſsis. ut in principio tractatus noſtri ex ſententia Politi diximus. Hoc ergo uerbum, inſtituo, licet latè patet ſe ſolo ſumptum, tamen cum additur qualitas hæreditaria, ut, hæredem inſtituo: tunc dicetur uerbum directum, ut eleganter hic Politus in materia compendioſæ. Iſta ſunt uerba directa indubitatè, licet Doctor. aliqui cauillentur circa uerbum,

dominus

dominus eſto, quod non curo referre. Bar. addit ad uerba directa, uerbum capiat, uerbũ accipiat, uerbum moriatur: ut cũ dicitur, poſt mortem filii moriantur bona mea Titio, ut in c. ſi pater. ſuprà alleg. ſed iſta potius dicētur uerba cõmunia, de quibus loquemur ſuo ordine, quamuis Bar. ea nominet directa non ciuilia. Sed is ipſe Bar. circa finem melius ſentiendo, uult quòd uerba directa nõ ciuilia (ſicut ipſe nominat) nihil differant à cõmunibus, quod uerum eſt. Obliqua uerba ſunt, cum teſtator iubet, rogat, mandat, iniungit hęredi ut reſtituãtur bona Titio. l. reſtituta. ff. ad Trebell. l. iubemus. C. eo. tit. Vnde uerbum, reſtitui. uerè obliquum eſt, ſicut & alia uerba diſtribuendi, ut cum dicit teſtator, bona mea diſtribuantur, reddantur, diuidantur, partiantur, & ſimilia, quæ per diſcurſum iuris inueniri poſſunt, & maximè iſta uerba, rogo, uolo, mando, quibus uerbis fideicõmiſſaria ſubſtitutio conficitur, quam & precariam nominat Iureconſultus in l. quærebatur. iij. reſponſ. ff. de teſta. mil. Cõmunia uerba ſunt, quæ utriq; ſignificationi conueniunt: poſſunt enim eſſe directa aliquando, ut cùm manu ſua capit hæreditatem hæres: poſſunt & eſſe obliqua, cum de manu alterius capit. gl. in d. l. precibus. C. de impub. & in l. centurio, &c. Super quibus uerbis ex ſententia Bald. in d. l. fin. C. de ſacroſan. eccle. hanc ſume no. doctrinã: Verba quæ ex propria ſignificatione ad directã & obliquam trahi poſſunt, ſi uniuerſitati bonorũ adiiciãtur, directa ſunt: ſi rem certam reſpiciant, obliqua: ut ſi dicat teſtator, hæreditatem meam capiat Titius, uel accipiat, uel perueniat ad Titium: iam iſta uerba ſunt directa. Sin uerò dicat, fundum capiat Titius, uel aliam rem certam nominet, ſunt obliqua: quæ regula non eſt perfecta, ut poſtea dicetur. Verba communia complura nominantur per Bart. in d. l. centurio. per Bald. d. l. fin. per Philip. Fran. in d. c. ſi pater. & per Doct. Nam & uerbum, ſubſtituo, commune eſſe nemo ignorat. Dicimus enim ſubſtitui directò, & ſubſtitui per fideicommiſſum. Si tamen qualitas hæreditaria adiiciatur, ut, ſubſtituo hæredem, iam uerbum ſubſtituo (cæteris paribus) eſt directũ, ut dicit Franc. in d. c. ſi pater. Item, capiat, accipiat, moriatur (quæ Bar. directa non ciuilia nominat) ſed rectè communia ſunt, quia poſſunt ad directam & ad obliquam ſubſtitutionem accõmodari. Paria dixerimus de uerb. deueniat, licet Rayn. male putarit ea eſſe obliqua, ut diximus in breuiloqua. Sunt & alia

uerba cõmunia,ut,pertineat,remaneat,redeat,reuertatur,deuoluatur,deferatur,habeat,conſequatur:item uerbum deputo,relinquo,competat,maneat,& multa id genus,quæ Fran. eleganter enarrat poſt alios Doct.in d.c.ſi pater.licet Doct. de uerbo,ſuccedat,diſceptarint.Item uerbũ uolo,iuxta qualitatem diſpoſitionis modo directum eſt, ut cum dicit teſtator, uolo hæres meus bona accipiat, uolo Titius ſit hæres meus.Eſt & obliquum,ut cum teſtator dicit, uolo quod bona mea reſtituat hæres Titio.De uerbo,lego,dubitari poteſt an ſit commune. Bart.in d.l.centurio. (credo in iij. colum.) dicit quòd quamuis hoc uerbum,lego,ex latiſsima ſignificatione etiam ad hæreditatem poſsit accommodari,ut,lego tibi hæreditatem meam, lego tibi omnia bona mea, argum.l. uerbis legis.ff.de uerborum ſignifica.ubi in principio recitatur ius duodecim tabul.uti quiſque legaſſet bona ſua, ita ius eſto:tamen ex communi uſu,etiam cõmunibus moribus hoc uerbum,lego, recedit ab hæredis inſtitutione: eſt enim hodie coanguſtatum ad res ſingulares legatas, id quod uoluit Iureconſultus in d.l.uerbis legis.in fin.Doctor.tenent quòd ſit uerbum commune,quod eſt pro Notariis,qui non ſemper ſciunt ſcribere,inſtituo. Et quòd hoc uerbum poſsit accommodari ad hæreditatem, eſt argum.in l. filium. §. ſed ſi portio.ff. de leg.præſt.ubi cum dicit I. C. hæreditatem relinqui honeſto titulo,intelligitur titulo legandi,quem nominat honeſtum,quod eſt notatu dignum:licet dicat hęreditatem conferri pleniori honore, id eſt, titulo inſtitutionis. Vnde titulus legandi eſt honeſtus titulus,inſtituendi habet pleniorem honorem.Ex quo tex.ſumunt Doctores,quòd legitima ſit relinquenda filio iure inſtitutionis tanquam pleniore honore. Et hæc quantum ad uerba communia ſubſtitutum reſpicientia.At uero quo ad eum cui ſubſtituitur,modus ſubſtituendi receptus eſt,ut inſtituatur filius, & quandocunque deceſſerit,uel ſi intra xxv.annos deceſſerit, ſubſtituatur Caius, uel hæreditatem capiat,uel ei relinquatur hæreditas,uel aliis uerbis communibus.Et hæc eſt uera & recta compendioſa. Poſſunt autem tempora non limitari,ut,quandocũq; deceſſerit. Poſſunt etiam limitari ad certos annos uti teſtatori placuerit,dum tamen anni pubertatis excedantur. gloſſ. eſt in d.l. centurio.gl.in d.l.uerbis ciuilibus.ff.de uulg.gl.Canoniſtarum in cap.Raynutius.in uerbo,uel ſubſtitutionis.Poteſt & compen

compendioſa ita fieri, ut inſtituatur filius, & ſi ſine liberis deceſſerit, Titius ſubſtituatur: hæc enim uerba, *ſi ſine liberis*, habent tractum temporis, ut ad ſenſum patet. gl. in d. c. ſi pater.

Quid autem ſi teſtator ſic dicat: Inſtituo filium, & quandocunq; Titius conſul fuerit, uel quandocũq; nauis ex Aſia ueniat, ſubſtituo Caium: & ſic iſta diſpoſitio facta eſt ſub extranea conditione, an etiam conficiatur compendioſa per huiuſmodi uerba? Si Bart. credimus in definitione compendioſæ, tunc iſta ſubſtitutio dicetur cõpendioſa. Dicit enim compendioſam eſſe, quæ ſub cõditione, mortis, uel alia plura tempora contineat. Vbi uult Bart. quòd ſub quacunq; conditione, quæ contineat plura tempora, conficiatur compendioſa: quod & Iaſ. ſequitur. Politus hic, quamuis uideatur dubitare, tamen dicit, ſi eſt compendioſa iſta conditionalis ſubſtitutio, impropriè erit compendioſa, in qua non continebitur pupillaris. & dicit, quòd de iſta ſubſtitutione, etiam ſi ſit compendioſa, nihil ſit ad propoſitũ, nihil pertineat ad materiam noſtram. Sozi. in l. centurio. poſt princip. eam conditionem euentilat, poſt Areti. Ego iſta ſuperuacanea non ingredior, quamuis non uideam quomodo hæ conditiones ad compendioſam pertineant: nec enim habent tractum temporis, cum huiuſmodi conditiones uno euentu uel extent uel deficiant.

Requiruntur autem ad compendioſam ea uerba, quæ apta ſunt importare plures ſubſtitutiones. Hoc enim uelut proprium eſt in compendioſa, ut actu uel aptitudine plures ſubſtitutiones, uulgarem, pupillarem, exemplarem, & aliquando fideicommiſſariam contineat, ſicuti infrà in effectibus clarè docebitur. Proinde requiritur quòd uerba interueniant habentia tractum temporis, uel quę multa tempora contineant. Prædictis etiam conſequens eſt, quòd hæc uerba, filio meo ſubſtituo Titium, quamuis ſint indefinita & generalia, tamẽ non faciunt compendioſam, ut hic bene docuit Bar. ſed continebũt aut pupillarem, ſi fiat filio impuberi, qui impubes moriatur: aut uulgarem, ſi filius non ſit hæres. Vtraſque autem ſubſtitutiones non includant, quod ad compendioſam pertinet. Nec hic ſunt multa diſtincta tempora, quamuis Bal. in l. precibus. errando docuerit contrarium, cuius dictũ per Doctores communiter improbatur: ita Philip. Franc. in d. c. ſi pater. col. xl.

Nunc ad tertium, quis ſit effectus compendioſæ. In hoc

difficili & ſubtili membro duos principales articulos tractabimus. Primo de milite, deinde de pagano. Dicitur autem paganus omnis ille qui non eſt miles, & qui eſt priuatus, à pago uel uilla nominatus, quaſi homo ruſticus uel uillaticus. Nam apud ueteres omnis labor fuerat circa culturam agrorum. & ita uſurpat ſæpe I.C. ut in l.iij. poſt princip. & circa fin. ff. de teſtam. mili. ibi, quemadmodum pagani ſolent, &c. & Inſtit. eodẽ. §. illis autem. Sic & apud Suet. Auguſtus confodi iuſſerat Pinarium equitem, quòd aduocata turba paganorũ aliqua ex cõcione, &c. Ita & Perſius ſe ſemipaganum nominat.

Nunc ergo ad militem ueniamus. Militis priuilegium inſigne eſt, quòd poteſt hęredi per eum inſtituto, ſiue ſit filius, ſiue extraneus, ſiue impubes, ſiue maior natu, ſubſtituere directò, etiam poſt pubertatem: poteſt & ad quodcũq; tempus ei placuerit: ut ſi dicat miles, Inſtituo Titium uicinum meum, commilitonem meum, & quandocunq; deceſſerit, ſubſtituo Flaccũ. Hæc inſtitutio & ſubſtitutio ſemper eſt directa: ſubſtitutus accipiet bona teſtatoris cũ fructibus in hęreditate inuẽtis, iure directo, manu propria, propria autoritate. l. milites etiã. l. miles ita. ff. de teſt. mil. & eſt tex. elegãs in d. l. cẽturio. Et iſta dicetur propriè compendioſa, prout eſt diſtincta ſpecies ab aliis ſubſtitutionibus. Quòd ſi miles ſubſtituat filio impuberi, quandocunq; deceſſerit, Titium, quæ eſt (ut dixi) propriè compendioſa, in hac compendioſa includuntur iure cõmuni tres ſubſtitutiones directę, uulgaris, pupillaris, exemplaria. Siue enim inſtitutus non ſit hæres, ſiue ſit hæres, & in pupillari uel furore moriatur, ſubſtitutus iure communi ſuccedet. Cęterum ſi nullum illorum acciderit, & inſtitutus poſt pubertatem moriatur, iam relucebit compendioſa tanquam diſtincta ſpecies, quia ſubſtitutus accipiet bona teſtatoris cũ fructibus inuentis in hæreditate ipſius poſt mortem inſtituti, ex ſaniori opinione Bart. Alia autẽ bona pupilli qui factus eſſet pubes, accipient hæredes ab inteſtato: uel ſi iſte pubes fecit teſtamentum, teſtamẽtarius hæres ſuccedet. & ita eſt intelligenda d. l. centurio. quæ procedit non ſolum in impubere inſtituto per militem, ſed etiam in maiori natu, cui militariter ſubſtitueretur.

Quid autem ſi mater ſit in medio? Pone, teſtator miles inſtituit filiũ impuberẽ, & ſubſtituit ei cõpendioſe, quãdocũq; moriatur iſte filius: moritur intra pupillaria, iam ſubſtitutus accipiet

accipiet omnia bona ex pupillari, bona patris & filii. per d.l. ſed & ſi plures. § ad ſubſtitutos.excluſa etiã matre.ita eſt tex. rotũdus in d.l.precibus.paulò ante finem. Quod nemo mirũ habeat, quia ſuprà diximus, per pupillarem expreſſam excludi matrem. At iſta pupillaris, quæ in cõpendioſa continetur, expreſſa in genere dicitur: nec nominabis eam tacitam, quia per eam mater non excluderetur. In hoc non eſt diſcordia. Si autem poſt tempora pubertatis moriatur iſte filius, hoc loco inter Doct. parum conuenit, & propemodũ quot capita, tot ſunt ſententiæ. Bart. putabat, quòd ſi miles per uerba directa ſubſtituiſſet filio, tũc ei poſt pubertatẽ mortuo, ſuccedat ſubſtitutus in bonis teſtatoris, excluſa matre, per d.l.centurio.in fin. Sin autem teſtator miles ſubſtitutũ per uerba communia uocaſſet (ut eſt uerb. ſubſtituo) tũc ſubſtitutio fauore matris obliquaretur, & ſic mater in bonis per filium relictis ſuccederet, ſed ſubſtitutus bona teſtatoris peteret à matre iure fideicommiſsi. ita intelligit d.l.precibus.in fin. quæ eſt cõmunis opi. quam Alex. in d.l.centurio.dicet eſſe tenendã, tanquam paucioribus ſpinis refertam. Hæc opi. ideo nõ procedit, quia in utriſq; ll. ſunt uerba uerè directa, ut uoluere Salicet. Chriſto. de Caſtell. & ambo Raphaëles, ut eos allegat & ſequitur Iaſ. in d.l.centurio. Quod certè facile ex tex. in d.l. precibus. apparet: nam in narratione dicitur, quòd miles ſecundũ hæredem ſcripſerit: & alibi dicitur, eos habeat hæredes, &c. quæ ſunt uerba uerè directa. Proinde opinio Bar. & cõmunis confunditur. D. Chriſtoph. & Raphaëles tenẽt utrobiq; eſſe uerba uerè directa, quod uerũ eſt: ſed mortuo filio poſt pubertatem, mater quæ bona eius occupauit, debebit reſtituere ſubſtituto bona teſtatoris, uelut iure fideicõmiſsi, ut dicit tex. quãuis uerè non ſit fideicõmiſſum, ſed habeat ſimilitudinẽ. Politus in materia cõpendioſæ putat, quòd licet utrobiq; ſint uerba directa, ea tamen fauore matris uerè & non per ſimilitudinem obliquari, ita ut mater filio ſuccedat, ſed cogatur bona teſtatoris reſtituere ſubſtituto. Et hoc mihi placet, quia eſt ſenſus expeditior, & relucet ex hoc notabile priuilegium militis, quòd uerba uerè directa, fauore matris obliquãtur. Quo intellectu d.l.centurio. determinatur & limitatur per l.precibus. & reiecta differẽtia uerborũ, quam Bar. in d.ll. introduxit, reformatur cõmunis opi. Summa igitur eſt, filio impubere per militẽ inſtituto per cõpẽdioſam, quãdocũq; deceſſerit

R 5 poſt

poſt tempora pubertatis, mortuo filio, ſubſtitutus accipiet bona teſtatoris (ut ſæpe diximus) iure directo: ſi autem mater ſit in medio, accipiet bona teſtatoris per fideicommiſſum, & petet à matre, quæ deducet quartam, &c. Hæc quæ diximus de militibus & priuilegio teſtandi iuxta Doctores, non habent locum in militibus noſtri temporis, qui auro & ueſtibus potius quàm armis & enſe inſtruuntur: ſolis militibus cõuenit qui ſub ſigna Cæſaris iurarunt, & in quibus uerificari poſſunt ea quæ habentur in gl. in l. pen. ff. quibus ex cauſ. maior. uidelicet, quòd non ſint negociatores, quòd examinentur, quòd cingantur enſe, cum aliis ibi enumeratis. Dicit tamen Alex. quòd quamuis ea ſolennitas ad aſſem non obſeruetur noſtris temporibus, nihilominus milites qui ad hoc deſtinati, ad hoc parati ſint, ut ſequantur ſigna Cæſaris, poſſe uerè dici milites pro moribus noſtris, ut eis hæc priuilegia competant. Politus non dubitat de militibus Rhodiis, quin ſint compotes huius priuilegii, & omnium maximorum priuilegiorum. Cæterum ſtipendiatos iſtos martiales, qui caſtra ſequuntur propter numos, etiam in bellis iniuſtis, remouet Politus à noſtro priuilegio, quamuis quis eos milites nominauerit. Cyn. in l. j. q. vj. C. de iur. & fact. igno. tenet, ſi milites uacent armis qui parati ſtent pro defenſione reipub. uel ciuitatis, uel regis domini ſui, ſicut ſunt milites qui ſtant in Apulia, eoſdem gaudere priuilegiis militaribus. & ita his diebus obtinui in iudicio. At uero cum confligitur iam in terra hoſtili, non eſt differentia inter militem & priuatum, quin poſſint ex priuilegio militari teſtamenta facere. text. eſt not. in l. unica. in prin. ff. de bon. poſſ. ex teſtam. mil. Quid autẽ de aduocatis? Nam & ipſi militare dicuntur, per text. in uulg. l. aduocati. C. de aduoca. diuer. iud. Alex. putat etiam eos teſtari poſſe ex priuilegio militum, & quidam alii: ſed Politus hic eleganter contrarium tenet, & pleriq; alii. Et mihi nunquam placuit iſta extenſio: quia hæc priuilegia militibus conceduntur, qui ſunt plus aſſueti armis quàm iuribus: cuius cõtrarium in aduocatis inuenias, id quod pulchre Cicero in oratione pro Muræna tractat, ubi egregie ridet Sulpitium Iureconſultum, qui præferebat aduocatos rei militari. Cicero inter alia dicit: Te gallus ex plumis ſuſcitat, at militem buccina & claſsicũ. Tu actiones inſtruis, milites aciem. Tu de regundis finibus tractas, milites de finibus propagãdis. Tu caues ne

conſult

conſultor es tui capiantur, milites ne urbes capiantur. Tu arces aquam pluuiam, miles hoſtes arcet, &c. Hæc quia uera ſunt, nolumus ita inſanire, ut aduocatos conferamus hoc loco militibus. Quid autem ſi fiat ſubſtitutio compendioſa ad pias cauſas; quæ maximum merentur fauorem, & in quibus ſeruatur ius gentium ſicut in militibus, c. cum eſſes. c. relatum. de teſtam. an poſsit compendioſe directò ſubſtitui in pia cauſa? Bar. in l. j. xv. col. in v. quæſtione. C. de ſacroſan. eccleſ. eleganter tenet hoc priuilegium compendioſæ etiam piæ cauſæ competere, id eſt, cum pro ſalute animæ diſponitur, dummodo inſtitutio & ſubſtitutio fiant ad pias cauſas. Mouetur ratione quã dixi, quia ſufficiat ſeruaſſe ius gentiũ. Exempli gratia: Si inſtituat aliquis confeſſorem ſuum in hæredem ut ſaluti animæ operetur, & quandocunq; ſacerdos deceſſerit, ſubſtituat aliquod altare & capellanum pro ſalute animæ ſuæ, iam ſubſtitutio & iuſtitutio conferuntur ad pias cauſas. Bald. in d. l. j. in repetitione ſua, in vij. colum. C. de ſacroſanct. eccleſi. dicit hanc doctrinam non eſſe commemoratione dignã, & eſſe fantaſiam. Politus hic in uerſ. xvij. ſecutus Bald. negat doctrinam Bartol. eſſe ueram, tum quòd tollitur teſtamenti factio homini, qui ſit maior natu, tum quòd cõtra ius naturale ſit tollere rem meam ſine facto meo, per d. l. id quod noſtrum. ff. de regul. iur. Ego credo doctrinam Bartol. eſſe uerisſimam, & ualde notabilem. Quid enim prohibet cum inſtituo aliquod altare, aliquod monaſterium, aliquam eccleſiam, & quandocunq; deſtruantur uel ceſſent, quòd inſtituam pauperes Chriſti, inſtituam aliud altare, aliam eccleſiam? Non uideo quid prohibeat. Nec per hoc tollitur factio teſtamenti, ut Politus putat: quia iſte ſacerdos uel prælatus eccleſiæ cui ſubſtituitur, poteſt in aliis bonis facere teſtamentum. & hoc ſufficit, ut dixi in d. l. ſtipulatio hoc modo. ff. de uerb. obli. Deniq; non uideo quomodo alii auferatur quod ſuũ eſt, cum hæres inſtitutus, onus teſtamenti in ſe exceperit. Igitur doctr. Bar. uera eſt, & ſępe practicatur. Accipiamus exemplũ: Hic Friburgi in domo Sapiẽtiæ, ubi reuerẽdus pater, eius domus fundator, ordinãdo ſuũ teſtamentum, eandem domũ fundauit, & ſi ceſſaret domus, ſi nõ ſeruarẽtur ſtatuta, ſi deſtrueretur, ſubſtituit aliam uniuerſitatẽ, in qua ea domus Sapiẽtiæ ſeruaretur: hæc ordinatio fundatur ex prædi cta pulchra doctrina Bar. Quid ſi fundatores altarium & ec-

cleſiarum, quæ iam à quibuſdam ciuitatibus ſunt deſtructæ, in alias pias cauſas ſubſtituiſſent? iam in uim ſubſtitutionis cōpendioſæ poſſent ciuitates cogi, ut talia bona darent ſubſtitutis eccleſiis. Hoc certè loco ſalubris fuiſſet ſubſtitutio cō pendioſa, per doctrinā Bar. Veniamus nunc ad paganum, dimiſſo milite, & inueſtigemus quis ſit effectus cōpendioſæ in pagano. Hic tria uidenda ſunt. Primo, quid efficiat compendioſa per uerba directa. Deinde, quid efficiat per uerba communia. Et tandem, quid per uerba obliqua.

Circa primum mihi prius uētilanda eſt quæſtio ſatis impedita, an compendioſa facta à pagano, quæ à principio fuit directa pupillaris, poſt annos pubertatis obliquetur: ut in exemplo, ſi teſtator inſtituat filiū impuberem, & ſubſtituat ei per compendioſam, dicēdo, Quandocunq; filius moritur, Titius ei hæres eſto, uel, Titium hæredem ſubſtituo, quæ ſunt uerba directa: quo loco non eſt dubium, quin filio intra pupillaria decedente, admittatur ſubſtitutus ex pupillari, quæ in huiuſmodi uerbis includitur. An autem adueniente pubertate filii euaneſcat compendioſa, & tota ſubſtitutio recidat in irritum: an uerò ex obliquo, id eſt, iure fideicommiſſi ſubſtitutus admittatur, Doct. uariarunt. Sunt enim duæ principales opin. aduerſæ. Vna eſt gloſſatorum iuris ciuilis & canonici. Nam gl. in d. l. precibus. gl. Inſtit. eodē. §. qua ratione. gl. in l. Scæuola. ff. ad Trebell. in l. uerbis ciuilibus. in l. in pupillari. ff. de uulg. gl. in c. Raynutius. gl. in c. ſi pater. de teſtam. li. vi. tenent quòd poſt pubertatē cōpendioſa expiret, ita quòd in exemplo ſuprà poſito, ſi filius poſt pubertatem decederet, ad ſubſtitutū nihil perueniret, nec iure directo, nec ex obliquo. Hanc opin. plures Doct. tenuerunt, & dicit Alex. eā eſſe communem. Iaſ. eam ita tenet, quòd proteſtatur ſe eam perpetuò tenturum. Mouetur primo per l. uerbis ciuilibus. ubi ſatis uidetur prouiſum, quòd poſt xiiij. annos fruſtra fiat ſubſtitutio pupillaris. Item & in d. l. in pupillari. ubi uitiatur ſubſtitutio quæ plus annorū complectitur quàm annos pupillares. fa. l. ſi ſeruus alienus. §. ſi ſeruus legatus. ff. de leg. j. ubi quāuis ſit magnus fauor libertatis, tamen ſi ſeruo alieno detur libertas directo, uitiatur ea datio, & nō obliquabitur, ut ualeat iure fideicommiſſi. Hanc opin. D. Crotus in materia ſubſtitutionū probat multis egregiis fundamentis: quæ ſi uera eſſet, ſicut cōmuniter tenetur, iam cōpendioſa maximè infringeretur.

tur. quod tamen teſtatori imputandũ eſſet, qui uerbis ineptis uſus fuiſſet. Quid enim magis eſt impertinens, quàm directũ ad obliquum? Euaneſcente igitur ſecundum hanc opin. dicta ſubſtitutione, hæredes ab inteſtato ueniẽt. Nec obſtat l. precibus. quia ibi ex priuilegio militari, propter fauorem matris, compendioſa obliquatur, ut ſuprà declarauimus. At hic nullus fauor pugnat, ut obliquemus directam. Nec ſunt propter imperitiam teſtatoris ſolennia mutanda, qui non ſit uſus uerbis aptis. arg. in l. impuberi. ff. de admi. tuto.

In diuerſum eſt alia principalis opinio, uidelicet, quòd ſubſtitutio compendioſa facta filio impuberi uerbis directis à pagano, quandocunq; deceſſerit intra annos pupillares, ualeat iure directo: at uero poſt annos pubertatis obliquetur, & cõſiſtat iure fideicõmiſsi. quã opin. tenuit Ioan. Andr. in nouella, in d. c. ſi pater. quamuis in gl. ſuis aliud ſenſerit: & ſequitur eum Cyn. Sali. in d. l. precibus. & recitat Cyn. multos antiquos, qui ita tenuerunt. Eandem tenuit Card. in d. c. Raynutius. & ibidem Ant. de But. qui dicit Canoniſtas communiter ſic tenere. Idem tenuit Bal. in l. ex tribus. C. de inoff. teſtam. qui tamen ſæpe uariaſſe dicitur: & dicit Iaſ. eam ſapere magnam æquitatem. Ego dum materiam ſubſtitutionum in uoce legerem, hanc poſteriorem opin. ſecutus ſum, ut quæ ſit humanior, & uoluntati teſtatoris ſubſcribat: quæ & per d. c. ſi pater. d. c. Raynutius. ſatis probari uideatur. Verum cum negare nõ poſsim pro opin. prima fortia eſſe iura & rationes, quapropter cogitaui ſi utræq; opiniones concordari poſſent. Et præmitto quòd pater filio pupillo in bonis pupillaribus non poſsit ſubſtituere, niſi intra ætatem pupillarem: qua ætate per pubertatẽ finita, ſubſtitutio in bonis pupillaribus extinguitur. & ita intelligo l. uerbis ciuilibus. & l. in pupillari. Cum enim moribus introductũ ſit, ut pater filio impuberi ideo poſſit teſtamentum facere, quòd ipſe ſibi in ætate impubi teſtari nequeat, ut per omnes Doct. in d. l. ij. de uulg. certè non debet admitti patris teſtamentũ, quod faceret filio puberi eo caſu, quo ipſe ſibi teſtari, & hæredem facere poſſet. Quod uſqueadeò uerũ eſt, quòd etiã miles, qui tamen in teſtando multũ eſt priuilegiatus, filio impubi ultra ætatem pupillarẽ ſubſtituere in bonis pupillaribus nõ poſsit, ſed ſolũ in bonis teſtatoris. d. l. centurio. in fi. & dicit text. in l. cum filiusfa. in fi. ff. de mili. teſt. hęreditati ſuę militẽ, qualẽ uellet, facere ſubſti

tutionẽ poſſe,alienũ ius minuere non poſſe. Quæ ſi in milite obſeruātur,quanto magis in pagano obſeruari debebũt, ut is filio ſuo puberi facto, in bonis eis propriis nec directò,nec per fideicommiſsũ ſubſtituat.ad quod eſt text.expreſſus in d. l.cohæredi. §.cũ filiæ. ibi,nec fideicõmiſſo, &c. & ibi gl. de uulg.His conſequenter puto utraſq; opiniones (ut dixi) concordari poſſe:quòd prima opinio uera ſit quoad bona pupillaria,quæ ſubſtitutus filio pubere defuncto,nec directò, nec per fideicõmiſsũ recipiat, utpote ſubſtitutione pupillari quo ad bona huiuſmodi iã extincta. At uero opin. poſterior procedat quo ad bona teſtatoris,quæ iure fideicõmiſsi cum fructibus poſt mortem filii inuentis, ſubſtituto debebũtur, uerbis directis non obſtantibus.arg.eorum quæ colligi poſſunt ex d.l.cẽturio.in fi.& ſa.inſtit. de pupill.ſubſtit. §.fi.in fi.Capiet autẽ ſubſtitutus huiuſmodi bona teſtatoris ex manu hæredum,qui filio ab inteſtato ſuccedent, ſalua Trebellianica. Quòd ſi quis prætenderet bona patris & filii ſeparari nõ poſſe,hęreditate iã adita,d.l.ſed & ſi plures. §.filio.de uulg.arg. l.quidã eulogio.C.de iur.deli.non puto obſtare,quia iſthæc iura intelligẽda ſunt, cũ bona patris nõ ſunt fideicõmiſſo onerata.Sed ſi ab initio bona patris fideicõmiſſo grauata eſsẽt, tũc cũ iſto onere ad filiũ peruenirent, ne ſubſtitutio in bonis teſtatoris redderetur inutilis:quo caſu meritò ſeparatio à prętore impetrabitur,arg.eorũ quæ traduntur in l.j. §. præterea ſciendũ. uerſ.quid ergo.cũ duobus §§.ſeq.ff.de ſepar.quæ eſt noua & not. limitatio ad d. l.ſed & ſi plures. §.filio.& ad l.quidã eulogio. circa fi.cũ gl.ibi. C.de iur. deli.& ita ſentimus,eãq; reſolutionẽ in ſequẽtibus quęſt.ſicubi cõmodũ eſt, repetitã haberi uolumus, iudicio tamen peritiorũ ſemper ſaluo. Quòd ſi quis probabiliora affert, paratus ſum ſtare ueritati. Cæterũ ad uitãdos cõflictus opinionũ,ex ſententia Doct. cõſultũ uidetur,ut teſtator addat in teſtamẽto clauſulã codicillarẽ,de qua plura Bar.in l.j.C.de iur.codicill. Quid autẽ ſi teſtator puberibus maioribus natu , aut emãcipatis ſuis filiis, uerbis directis ſubſtituerit per cõpẽdioſam?ut ſi diceret,Titiũ filiũ emãcipatũ aut puberẽ inſtituo hæredẽ,& quãdocũq; deceſſerit,Sẽpronius ſit hæres:iſta ſunt utrobiq; uerba directa, an ualeat hæc ſubſtitutio?gl.in d.l.uerbis ciuilibus.putat hãc ſubſtitutionem ualere, ſed ut fideicommiſſum, ita ut mox ab initio obliquetur:quam gl.Doct. cõmuniter ſequũtur, quia

potentius

potentius ſubuenitur ſubſtitutioni omnino nulli, quàm quæ ſit aliqua. At D. Crotus eam improbat, putans ipſam funditus nullã, nec obliquari. Nam ſi eſſet aliqua, facilè eludi cõpendioſam. fa. quòd uulgò dicitur, in ſubſtitutionibus quod à principio nullũ eſt, ſucceſſu tẽporis non cõualeſcere. l. quod ab initio. ff. de reg. iur. Mihi uidetur D. Croti opinio uerior, quia perpetua eſt prohibitio, ne ſubſtitutio per uerba uerè directa obliquetur, niſi in caſibus certis, per gl. in c. ſi pater. enumeratis. Quid autẽ ſi teſtator ſubſtituat cõpẽdioſe per uerba directa filio ſuo impuberi, ſi ſine liberis deceſſerit? Gl. in l. precibus. putat eã eſſe fideicõmiſſariã, nec aliter ualere, niſi in uim fideicõmiſsi, uel obliquationis. Mouetur ratione: quia teſtator cũ dixit, ſi ſine liberis deceſſerit, præcogitaſſe & prouidere uoluiſſe cenſetur caſum pubertatis, & nõ cogitaſſe de pupillari ętate: quia hi tantũ, qui puberes ſunt, tollere liberos poſſunt, non impuberes: & non dicitur ſine liberis decedere, qui nõ poteſt habere. l. j. ff. de ſuis & legit. ubi nõ dicitur inteſtatus mori, qui teſtamentũ facere nõ potuit: priuatio enim præſupponit habitũ. l. decem. de uerb. oblig. quæ aſſertio eſt colorata, quã uidetur ſequi Ioan. And. in d. c. ſi pater. Sed in contrariũ eſt ueritas, quã cõmuniter Doct. ſequũtur, reprobata gl. quia imò iſta ſubſtitutio ualebit iure pupillari intra ætatem impuberẽ, poſtea obliquabitur: & ſufficit quòd ex cõmuni uſu loquendi dicatur impubes deceſsiſſe ſine liberis. Nam nihil eſt uerius, quàm cũ pupilli dicãtur liberos nõ habuiſſe: at cõmunis uſus loquẽdi in teſtamẽtis præfertur, reiecta ſubtilitate & captione uerborum. l. quoniam indignũ. C. de teſta.

Expediti de effectu compendioſæ circa uerba directa, ueniamus ad uerba communia, quæ directè & obliquè intelligi poſsũt: ut uerbũ, ſubſtituo, capiat, accipiat, & alia quæ ſuprà enumerauimus. Et certè ſi pater filio puberi, uel extraneo inſtituto, per uerba communia ſubſtituat compendioſe, quandocũq; deceſſerit, ea ſubſtitutio eſt ſemper obliqua, quia nõ poteſt iure directo ualere, unde ualebit iure fideicõmiſsi, ſecundũ cõmuniter Doct. Idem iuris eſt, ſi pater filiũ impuberem emancipatũ inſtituat, eiq; per cõpendioſam quandocũq; decedat, ſubſtituat: cum enim emancipatus non ſit in poteſtate patris, non potuit ſubſtitutio directò ualere, etiam ſi emancipatus intra pupillaria moreretur, unde à principio obliqua erit: ad conſeruandam uoluntatem teſtatoris neceſſe

eſt quòd in utroq; caſu ſubſtitutiones obliquentur. Inſtit. de pup. ſubſtit. §. extraneo. Nec obſtat quod dicitur, uerba com munia in dubio directa intelligi, ut poſtea dicetur: quia hic ſumus in caſu dubio, cum certum ſit huiuſmodi uerba, tanquàm directa, ualere nō potuiſſe. Et prædicta omnia intelligo quo ad bona teſtatoris, in quibus ſubſtitutio in fideicommiſſum obliquatur, nō ad bona filii, ut ſuprà latius declaraui. Nec enim fideicōmiſſo propriæ facultates filii tenebūtur, ut dicit tex. in d. §. cum filię. & Philip. Franc. in d. c. ſi pater. iiij. col. in xj. not. Quid autem ſi teſtator filiū impuberē in poteſtate retentū inſtituat, & ei per uerba cōmunia compendioſe ſubſtituat? Hic refert ex ſententia Doct. qualiter uerba cōpendioſæ concipiantur. Nam ſi teſtator filiū impuberē inſtituat, & cum diſtinctione temporū, ſi in pupillari ætate uel poſtea, quandocūq; deceſſerit, ei Flaccū ſubſtituat, tunc ſubſtitutio iure directo intra ætatē pupillarem, & poſt pubertatem iure obliquo ualere dicitur, ut dicit Philip. Frā. in d. c. ſi pater. col. lij. Si autē generaliter ſine diſtinctione tēporū ſubſtituatur, ut cum dicitur, quandocūq; deceſſerit filius, &c. in hoc gl. & Doct. uariāt. Ego reiecta iſta temporū differētia, dico, quòd ſi etiā generaliter ſubſtituatur filio impuberi, ſcilicet quādocunq; deceſſerit, adhuc idē iuris eſt, ut filio in pupillari mortuo, ſubſtitutus directo ſuccedat: at ſi filius factus pubes deceſſerit, ſubſtitutus iure fideicōmiſsi admittatur: quod tenuit gl. Inſtit. de pup. §. qua ratione. Et licet gl. in l. precibus. aliter teneat, & porrò nōnulli Doct. etiā in diuerſum doceant, quæ in lecturis ordinariis, ſi tibi ea fatigatio placeat, legere poteris, tamē doctr. noſtra communiter tenetur. Nec obſtat quod prætenditur, determinationem debere æqualiter determinare, &c. quia hoc etiā noſtro caſu ſeruatur, ut Bart. uoluit. Nam ſi filius intra pupillaria moriatur, ſubſtitutus ſuccedit directò, ac ſi eſſet ſubſtitutio pupill. Sin uero filius poſtquàm eſt factus pubes decedat, ſubſtitutus ex iure fideicōmiſsi bona accipiet, ac ſi ab initio ſubſtitutio fuiſſet obliqua. Et ſic directa nō cōuertitur in obliquā, ſed quælibet ſuo caſu & euentu operabitur ac ſi ſola eſſet. In prædictis tamē ſemper intellige, quòd ſi ſubſtitutus ex pupillari ſuccedet, accipiet bona patris & filii, per d. §. filio. Sin autē ex iure fideicōmiſsi (filio facto pubere) ſucceſſerit, bona tantūmodo teſtatoris ex manu hęredū ab inteſtato accipiet, ut ſuprà latius attigimus. Quòd

ſi mater

ſi mater filii ſit in medio, iſta excludetur, ſi ſubſtitutus ex pupillari ſuccedat, utpote quòd pupillaris in cōpēdioſa ſaltē in genere exprimatur. At uero ex ſucceſsione fideicōmiſsi nō excludetur mater, ut ſuprà ſępe declarauimus. Quòd autē doct. ut ſuprà retulimus, differentiā poſuerūt, ſi in cōpendioſa tēpora diſtinguerētur, aut ſi generaliter ſubſtitueretur, quaſi in priori plures eſſent ſubſtitutiones expreſſæ, in poſteriori nō eſſent plures, non puto uerū eſſe. Ea enim quæ generaliter dicuntur, in ſingulis ſpeciebus uerificantur, & per ſingulas ſpecies diſtribuuntur. l. ſi chorus. in princ. ff. de leg. iij. ubi dicit tex. ſi chorus uel familia legetur, perinde eſſe ac ſi ſinguli homines eſſent legati. Sic in l. Meuius. §. duorū. ff. de leg. ij. qui legat homines ſub cōpendio uerborū, cenſetur ſingulos legaſſe. Vnde in propoſito cū teſtator dicit, quādocūq; deceſſerit, intelligitur diſtribuiſſe in tēpus pupillare, & etiā in tempus pubertatis: ut ita nihil referat ſiue generaliter, ſiue cū diſtinctione temporū cōpendioſa fiat: utrobiq; enim tēpora in ſpecies diſtribuūtur. Et hoc uidetur Sozin. ſenſiſſe in conſil. cliiij. col. j. cū uoluit, quòd ſi cōpendioſa fieret impuberi per uerba, quādocunq; deceſſerit, & ſic generaliter, tamen in pupillari ualeret iure directo, pòſt uero iure fideicōmiſsi. Dicta igitur differētia nō eſt fundata: accedat quòd ex ęquipollētibus nihil refert: & uulgò dicitur, uerba ad perſonas relata ſecundū conditionē eorū intelligi. l. plenū. §. equitii. de uſu & habi. d. c. ſi pater. Et tantū circa uerba cōmunia. nam ſciens & prudēs multa omitto, quæ narrata modicum utilitatis adferrent. Accedamus ergo ad uerba merè obliqua. Cum cōpendioſe ſubſtituitur per uerba precaria, ut quandocunque filius meus deceſſerit, uel ſine liberis deceſſerit (quod idē eſt, quia iſta clauſula intelligitur etiā ſi nō exprimatur) rogo, mando, uolo, quòd bona mea Titio uel pauperibus dentur: hoc caſu poſt mortē filii, ſiue is in pupillari ætate, ſiue pòſt moriatur, hæredes ab inteſtato ſuccedēt, & accipiet ſubſtitutus hæreditatē de manu eorū. per l. cohæredi. §. cū filiæ. uerſ. quod ſi. ff. de uulg. Idem eſt ſi teſtator inſtituto hęrede, ſimpliciter dixerit, tradantur, dentur, diſtribuantur pauperibus, uel alicui tertio: quia ſunt uerba obliqua. arg. gl. fin. in l. fundi Trebatiani. ff. de uſufr. leg. Politus tamen negat eam eſſe cōpendioſam, ſed ſemper fideicommiſſariā, quòd nōnulli ex recentioribus tenuerunt. Nam compēdioſa complectitur plures ſubſtitutiones,

nes,quod ſæpe dixi.Iſta autem complectitur unam tantum, quæ facta eſt uerbis precariis. Verum cum meminerimus nos ſuprà tenuiſſe, quòd ſubſtitutio per uerba directa compendioſe facta,ab initio ſit ſuo caſu obliqua,& nihilominus compendioſa:negare non poſſumus,quin ſubſtitutio in caſu noſtro ſit compendioſa,etiam ſi ab initio ſit obliqua.

Qualiter autẽ bona, quæ per fideicõmiſſum diſtribui pauperibus,uel aliis debent, ſint eroganda,Bart.in d.l.centurio. col.v.per aliquas quæſtiones ſe diffundit. Ego ut breuibus agam,puto ex mente Bar.ſic poſſe concludi:Nam iſta ſubſtitutio,quo ad pauperes Chriſti,ſemper eſt fideicommiſſaria: quia pauperes cogentur accipere de manu alterius. Sed ſi teſtator dixiſſet,inſtituo filium,quandocunq; deceſſerit,uolo quòd diſtribuantur bona per executores:hic ſi nullus alius ſit hæres ſubſtitutus,executores habebuntur pro hæredibus.c. cum tibi.de teſtam.Quapropter iſti executores capient bona ſua manu,& diſtribuent inter pauperes.Bartol.ad hoc allegat authen.de eccleſ.titu. §.ſi quis autem.& gloſſ.in l.alio.in fi. de ali.leg.Sed hoc loco non detraheretur Trebell.quæ regulariter non detrahitur fideicommiſſo facto pauperibus.auth. ſimiliter.C.ad l.falcid.Verum ſi mater ſit in medio,uel etiam alii hæredes ſubſtituti,tunc executores cum hæredibus diſtribuent.Si autem neq; ſint executores,neq; hęredes ſubſtituti, nec mater, hoc caſu ſuccedent pupillo cognati ab inteſtato, qui bona diſtribuent inter pauperes,cogente eos epiſcopo loci,qui repræſentat perſonã hæredum.l.nulli.l.ſi quis ad declinandam.C.de epiſc.& cler. Et hæc ſufficiant quantum ad ſummam: quam tamen materiam Iaſon latè explicat. Sed hic quærendum eſt, an ſubſtitutio compendioſa contineat uulgarem:quæ eſt bona & utilis dubitatio.Bartol.in dict.l.centurio.dicit, quòd ſi compendioſa ſit facta pupillo,quandocunq; deceſſerit, hoc caſu quia complectitur iſta ſubſtitutio pupillarem,rectè etiam complectetur tacitam uulgarem,ut ſi filius hæres nõ erit,admittatur ſubſtitutus.Cæterũ ſi inſtituto aliquo maiori natu, uel filio uel extraneo, ei ſubſtituatur per cõpendioſam,& inſtitutus hæres adeat,& ſine liberis moriatur,tunc eſt fideicõmiſſaria,& non continebitur uulgaris. Sin uero inſtitutus nõ ſit hæres, aut moriatur uiuo teſtatore, uel poſt mortẽ defuncti, ſed ante aditam hæreditatem, tunc ſubſtitutus ex tacita uulgari ueniet,ut cui ex pręſumpta mẽte teſtat

teſtatoris ſit locus. Bald. in d. l. precibus. Bar. in d. l. centurio. col. viij. qui allegat Iacobum de Aret. ſic tenentem. Et hoc loco compendioſa erit directa ſubſtitutio, propter uulgarem directam, quæ in ea continetur. Nec eſt locus fideicommiſſo, cum is qui inſtitutus eſt, nõ ſit hæres: & proinde à ſecũdo gradu ſubſtitutus ueniet, ut ſuprà diximus circa uulg. Et hoc attigimus in conſilio Hiſpaniæ, & eſt notabile quòd compẽdioſa comprehendit uulgarem ante aditam hæreditatem.

Accipiamus quartum membrum, in quo breuiter aliquas quæſtiones recitabimus. Primo quæritur: Quid ſi in re certa cõpendioſe ſubſtituatur filio impuberi, quẽ effectum habebit iſta ſubſtitutio? Dicit Bart. d. l. centurio. col. viij. quòd ſi fiat ſubſtitutio per uerba directa, ſcilicet, ſi filius impubes ſine liberis deceſſerit, Caius hæres ſit in fundo Tuſculano, uel in aliqua quantitate aut quota, tunc filio non exiſtẽte hærede, ſubſtitutus ex tacita uulgari ſuccedet in tota hæreditate, ut pars trahat ad ſe totũ. per d. l. cohæredi. §. fin. de uulg. & eſt arg. in l. j. §. ſi ex fundo. de hær. inſtit. Cæterũ ſi ſubſtitutio fiat per uerba cõmunia in re certa, tũc ſi filius ſine liberis moritur, ſubſtitutus non ſuccedet in uniuerſo, ſed habebitur pro legatario, per l. cogi. §. & generaliter. ad Trebel. ubi eſt regula, quòd uerbum cõmune adiectũ certæ rei, non trahetur ad uniuerſalem ſucceſsionẽ: ſicut eſt uerbum ſubſtituo, capiat, accipiat, &c. quam materiã latius proſequitur Bar. locis ſuprà allegatis, cum quibuſdam annexis quæſtionibus.

Quæro ſecũdo: Quid ſi ſubſtituatur filio cõpendioſe per uerba directa & communia: ut ſi teſtator dicat (ſicut quotidie fit) inſtituo filium meũ impuberem, & quandocunq; deceſſerit, ſubſtituo Caium, quem & hæredem facio: ibi habetis uerbum cõmune, ſubſtituo, cui adiũgitur uerbum directum, hæredem facio: iſta uerba ſæpe apponuntur per Notarios. Vel ſi teſtator dicat, Quandocũq; filius meus deceſſerit, uolo quòd bona mea perueniant ad fratrem meum, ad Titium, quem & hæredem facio. Vtri uerbo hic ſtabitur? An uerbo communi, quod facilè poteſt obliquari? an uero directo, quod difficilimè obliquatur? Bartol. in d. l. centurio. col. x. mihi, in capite huius quæſtionis putabat quòd eſſet tantum una ſubſtitutio & directa, ratione ſcilicet adiũctæ, hæredem facio: hoc enim uerbum non ſeparatè, ſed adiunctim ad uerbum ſubſtituo, ratione melioris declarationis, adderetur. allegat l. ſi ſeruus plurium.

rium.in fin.ff.de leg.j.ubi uerbũ ex uerbo qualificatur & declaratur. Sed Bart.recedendo ab iſta aſſertione, decidit quòd hic ſit diuerſa ſubſtitutio per uerbũ commune, una quæ obliquaretur, & alia per uerbum directũ: & daretur ſubſtituto electio an uelit adire ex ſubſtitutione uerbi cõmunis, quod obliquaretur, an uero ex ſubſtitutione directa. per l.recuſare. §.ſi Titius.ff.ad Trebell.ubi Sempronius erat ſubſtitutus Titio directo & per fideicommiſſum. Ad idem allegat Bar.l.ſi quis ſeruo.de manu.teſta.ubi teſtator ſeruũ iuſsit eſſe liberum, & nihilominus fidei hęredũ cõmiſit manumiſsionem. quo loco ſeruus electionẽ habebat, poterat directo liber eſſe ex teſtamento, uel fideicommiſſariam accipere ab hærede. Sic in caſu noſtro cum teſtator Titiũ filio ſubſtituit, & eum hæredem fecit, hoc uerbũ ſubſtituo, cum ſit coniunctũ cum uerbo directo, electionẽ ſubſtitutus habet ex utra ſubſtitutionum uelit ſuccedere. Et per hanc doctrinã declaratur cõmunis clauſula Notariorũ, qui cõmuniter ſubnectũt in teſtamentis, Subſtituit uulgariter, pupillariter, & per fideicõmiſſum, quãuis neſciãt pondus huiuſmodi uerborum: quia ex iſtis uerbis datur electio ſubſtituto, an ex pupillari, an uero per fideicõmiſſum uelit ſuccedere. Hactenus Bart. Politus in materia cõpendioſæ, reprobata hac poſteriori doctrina, in caſu noſtro probat priorẽ, ſcilicet, quòd iſta uerba, ſubſtituo Caium, & eum hæredem facio, importãt directam ſubſtitutionẽ, & unicam tantum: hoc faciat ratio adiũcti, ſcilicet, hæredem facio: quæ uerba declarant uerbum dubiũ, ſubſtituo, quòd eſt proculdubio uerius: niſi fortaſſe ſubſtitutio eſſet facta per uerba merè obliqua & directa, quo caſu iura per Bar.allegata intelliguntur. Io.de Imol.in d.l.cẽturio.ut eũ allegant Doct.intelligit clauſulã Notariorũ ſuprà memoratã aliter, quàm per Bart.tradatur, ſcilicet quòd ſint omnino ſeparati caſus, & reſpiciat quęlibet ſubſtitutio ſuũ propriũ euentũ: ut, ſi eueniat uulgaris, ſuccedatur ex uulg. ſi eueniat pupillaris, ex pup. ſuccedatur: & ita etiã de fideicõ. Sed Alex.in l.cẽturio.hoc dictũ Imol.improbat defendendo Bar. quæ eſt cõmunis doctrina: quam tamen ego nõ recipio quo ad uulgarẽ: quia ſubſtitutus nõ poteſt eligere, an uelit ex uulgari ſuccedere, an ex pupillari. Vulgaris enim cõtinetur, ſi nõ erit hæres. Cum ergo ex uulgari ſuccedit, quomodo poteſt eligere pupillarẽ, in qua neceſſe eſt filiũ factũ eſſe hæredẽ? Et ergo cõcludendo in hoc pulchro caſu,

uerum

uerum eſt quòd hæc clauſula Notariorum dat electionẽ ſubſtituto, excepta ſola uulgari, in qua non facile cadit electio.

Quæro tertio de quæſtione, quam ponit Bar. col. x. mihi, & dicit eſſe terribilẽ. Quid eſt ſi teſtator duos uel plures ſubſtitutos dederit filio, aliquos per uerba directa, aliquos per uerba cõmunia, & alios per uerba obliqua, quomodo ſuccedẽt, ſi in diuerſis ſubſtitutis diuerſa inueniatur ſubſtitutio? Bart. ita obſcurè loquitur, ut difficilè intelligatur ſine declaratione: unde diſtinguenda puto uerba in perſonis ſubſtitutorum. Nam aliquando ſubſtituitur unus pupillo per uerba directa, aliquando ſubſtituitur alius per uerba obliqua: item ſæpe fit quòd unus ſubſtituitur per uerba cõmunia, & alius obliquè: porrò aliquando unus inſtituitur directè, alter ſub uerbo cõmuni, quæ declarabimus per ſeq. cõcluſiones, dũ ante omnia præmiſerimus, quòd ſubſtitutus per uerba obliqua nunquam directabitur, id eſt, obliqua uerba nõ trahentur ad directam, per ſæpe allegatam l. uerbis ciuilibus. Item & ſecũdo præmittimus, quòd inſtitutus aliquis hęres in re certa, nullo dato cohęrede uniuerſali, detracta re certa, efficietur uniuerſalis hæres. d. l. j. §. ſi ex fundo. ff. de hæred. inſtit. Paria ſeruamus in ſubſtituto: cũ enim filius impubes inſtituitur hæres, & ei datur ſubſtitutus in fundo Tuſculano, tũc pupillo mortuo intra pupillaria, uel quia non eſt hæres, ſubſtitutus ſuccedet in uniuerſum. d. l. cohæredi. §. fi. de uulg. quod etiã ſuprà diximus. Et tandem præmittimus, quòd ſubſtitutus per uerbũ cõmune adiectũ in certa re, habebitur loco legatarii, ſi in teſtamento ſit hæres uniuerſalis. gl. not. in l. his uerbis. in prin. ff. de hæred. inſtituen. cum aliis per Bart. allegatis. His ſic præmiſsis, ponimus ſex concluſiones.

Prima: Si pupillo fuerint dati duo ſubſtituti, unus per uerba directa, in re uel portione certa, puta in fundo aliquo, uel in triente aut quadrante: alius autẽ ſubſtituitur per uerba obliqua in omnibus aliis bonis: exempli gratia: Teſtator dum inſtituiſſet pupillũ, ſubſtituit in fundo Tuſculano Fabium, & Valeriũ ſubſtituit per uerba obliqua in reliquis bonis, dicendo, rogo quòd dẽtur reliqua bona Valerio: hoc caſu filio decedente, ſubſtitutus in re certa erit uniuerſalis hæres, & alius ſubſtitutus Valerius reſidua bona accipiet per fideicõmiſſum ex manibus primi ſubſtituti, tanquam uniuerſalis hæredis, ex quo detrahetur quarta Trebell. Nec ad rẽ pertinet quòd Va-

lèrius in omnibus reſiduis bonis ſubſtitutus fuit: nam ea ſubſtitutio per uerba obliqua facta, non fecit eum hæredem, per id quod ſuprà primo loco præmiſimus, quòd uerba obliqua non directentur. Hanc concluſionem & ſequentes ponit Philip. Fran. in d. c. ſi pater. ſatis obſcurè. col. lvj. qui allegat Ioã. de Imol. in l. centurio. & in c. Raynutius. de teſtam.

Secũda concluſio: Si ſubſtitutus ſit aliquis pupillariter per uerba obliqua in re certa, uel portione certa, & alter ſubſtituatur in aliis bonis per uerba communia, tunc ea ſubſtitutio per uerba cõmunia facta, trahitur ad omnia bona, & uerbũ cõmune directabitur, cũ nullus alius ſit hęres uniuerſalis, fa. l. ij. ad fin. C. de hæred. inſtit. Exemplũ: Teſtator cũ inſtituiſſet impuberẽ, fecit duos ſubſtitutos, unũ in re certa, ſi pupillus intra pupillaria moriatur, uel non ſit hæres, rogo detur fundus Tuſculanus Fabio: deinde Caiũ ſubſtituit in reſiduo, uel dicit ſimpliciter, Caiũ ſubſtituo, quod intelligitur in reſiduo: hoc loco (ut dixi) Caius in uniuerſum ſuccedet, & dabit Fabio fundũ per fideicõmiſſum, detrahẽdo quartam Falcidiã ſi neceſſe ſit. d. l. ij. C. de hęred. inſtit. Et quare ita Caius ad uniuerſam hęreditatẽ uocatur, cũ non ſit directè ſubſtitutus? Dicite ſufficere, quòd per uerbum cõmune, ſubſtituo, ei fuerit prouiſum, cũ uerba cõmunia facilè directentur, propterea dicuntur cõmunia, tanquã participãtia cũ directis & obliquis.

Tertia concluſio: Cum teſtator inſtituiſſet pupillũ, dedit ei duos ſubſtitutos, Titium in re uel portione certa uerbis precariis: ut, rogo detur fundus Titio: rogo detur Titio tertia uel quarta pars bonorum meorum, arg. l. cum autẽ. ff. de leg. ij. Alium autem Caium ſubſtituit etiam in re uel portione certa per uerbum commune, non precarium, hoc loco ex ſententia Bar. multum obſcurè loquentis, redigentur hi duo ſubſtituti ad fideicommiſſum, ſi fortè datus fuerit cohæres pupillo uniuerſalis. De priore ſubſtituto non eſt dubium, qui per uerba obliqua fuit ſubſtitutus. Idem dicemus in poſteriore ſubſtituto, licet per uerbum commune, ſcilicet, ſubſtituo, ſit ſubſtitutus. Nam hoc uerbum commune ibidem obliquabitur per ſecũdum præmiſſum, quo diximus, uerbũ commune adiectum, nũquam trahetur ad uniuerſalem ſucceſsionem, ſi alius ſit uniuerſalis hæres: quia ut dicit Bar. obſcurè, teſtator non præſumitur facturus damnũ priori hæredi, qui fuit cohæres pupilli, & propterea iſte cohæres in uniuerſum ſucce-

det,

det, maximè in bonis teſtatoris, & ſoluet ſubſtitutis fideicõmiſſum, ea quæ ipſis relicta ſunt. Crederẽ tamẽ, quòd ſi in caſu iſto pupillus non haberet cohæredem, quòd ſubſtitutus per uerbũ commune ad hæreditatem uocaretur, & alteri ſubſtituto fideicommiſſum ſolueret, per ea quæ ſuprà ſunt declarata, & quæ infrà in quinta concluſione dicentur.

Quarta concluſio conſequenter ex tertia infertur: quia cũ teſtator inſtituiſſet pupillum, & duos ſubſtituat, alterum per uerba directa in re uel portione, alterũ per uerbum commune ſimpliciter uel in reſiduo ſubſtituat, tunc uerbũ commune trahetur ad totalitatem bonorum, & ſubſtitutus directò in re certa, remanebit legatarius, per d. l. j. §. ſi ex fundo. & eſt pro hoc tex. in l. quoties. C. de hæred. inſtit. Exempli gratia: Teſtator inſtituto impubere, dicit, Titius in fundo Tuſculano hæres eſto, & in reliquis bonis ſubſtituo Flaccum: hoc eſt uerbum commune. iam uerbũ commune directabitur, cũ nullus extet uniuerſalis hęres, & præferetur ſubſtituto directo, perſoluet eidem ſubſtituto fundum, & nihil præterea, qui & deducet Falcidiam, ſi neceſſe erit.

Quinta concluſio: Inſtituto impubere ſi dantur duo ſubſtituti, unus, ſcilicet Titius, directò in re certa, alter Flaccus ſubſtituitur per uerbũ commune, accipiat, capiat, etiam in re certa, hoc loco ſubſtitutus directò in re certa erit uniuerſalis hæres, quia nullũ alium reperit hæredem inſtitutũ uel ſubſtitutum, & ſic detracta re certa efficietur hæres, ut pars trahat ad ſe totum. Alter autem inſtitutus in re certa per uerba communia, obliquabitur, & per fideicommiſſum accipiet rem uel portionem ei relictam de manu prioris ſubſtituti, per ea quæ ſuprà præmiſimus in primo præmiſſo.

Sexta concluſio eſt: Teſtator inſtituto impubere, ſi dat ei duos ſubſtitutos, unũ in dimidia hæreditatis, alterum in altera, ut Flaccus unam, alter aliam dimidiam accipiat, hoc loco utrique erũt hæredes uniuerſales: quia iam tota hęreditas intelligitur diſtributa per portiones. ita eſt gl. in l. ſi filio. ff. de leg. j. Et quamuis uulgò ſit cognitum quòd hæreditas diſtribuitur in aſſem, id eſt XII. uncias, tamẽ poteſt hæreditas etiã diuidi in pauciores partes, id eſt, ſex tantum portiones: hoc caſu ſi unus ſubſtitutus ſubſtituatur in tertia portione, alter in alia tertia, & nullus detur cohæres pupillo, iſti ſubſtituti ſuccedent in uniuerſum.

Addite ſeptimam concluſionem, quæ conſequetur ex ſuperioribus. Nã inſtituto pupillo, ſi ei duo ſubſtituãtur, quilibet directo iure uel portione certa, ut, Titius hæres eſto in fundo Tuſcul. Valerius in domo ſuburbana, iam utriq; hæredes uniuerſaliter ſuccedent, quilibet in dimidia, per id quod ſuprà primo præmiſimus.

Pro complemento iſtius cap. de compendioſa quæro, cum Bar. de quæſtione difficili, in qua necdũ ſatis conuenit inter Doct. & eſt quæſtio utilis & quotidiana. Teſtator inſtituit pupillum ſuum filium, & ſi moriatur ſine liberis, uel ſi habeat liberos, ita quòd moriatur cum liberis, ſi ulterius iidem liberi etiam moriantur ſine liberis, tunc reliquit hoſpitali bona omnia, uel certam partem iure fideicõmiſsi. An iſti filii filiorũ, liberi nati ex nepotibus, poſsint grauari hoc fideicommiſſo? Videbatur quòd non: quia iſti filii filiorũ uel liberi nepotum nihil accipiũt ex teſtamento: teſtator auus nõ inſtituerat eos hæredes, nihil legauit eis, tantũ meminit eorũ ſub conditione: unde uidebatur quòd nõ poſſent grauari fideicommiſſo, per l. ab eo. C. de fideicomm. In hac quæſtione ſunt duæ opiniones principales. Prima eſt Bar. in d. l. centurio. quamuis aliquantiſper hæſitare uideatur, tamen in hoc inclinat, quòd filii filiorũ poſsint grauari fideicommiſſo: ut ſi teſtator dicit, Inſtituo filiũ meũ, & ſi ſine liberis deceſſerit, uel ſi habeat liberos, & iſti ſine liberis deceſſerint, relinquo hoc uel illud Titio. Iſtud fideicõmiſſum, ſiue ſit uniuerſale, id eſt, omniũ bonorũ, ſiue particulare, ualet, & præſtandum eſt. Nam uidetur eis bona ſua reliquiſſe, cũ eos grauauit. Et hanc opin. dicitur tenuiſſe Iac. de Bel. & eũ allegat Albericus de Roſa, in rub. huius tit. pro qua cõſuluit Paul. de Caſt. conſi. xxxvij. Idem ſequitur Pet. de Anch. d. c. ſi pater. in xij. not. Franc. Aret. in d. l. centurio. Ang. de Areti. in §. fin. Inſtit. de uulg. & dicit Philip. Cor. in d. l. ab eo. C. de fideicom. Doctor. Peruſinos eam tenere, quam & Bal. in d. l. ab eo. ſenſiſſe uidetur. Pro hac opin. multa adducũtur. Nam & aliàs ſi teſtator prædiũ leget libertis ſuis, & grauat ultimo morientem ut reſtituat prædiũ cuidam alteri, per hoc grauamen liberti in eo prædio inſtituti præſumuntur. l. Titia Seio. §. Seia libertis. ff. de leg. ij. Sic in præſentia cũ relinquitur à filiis filiorũ fideicõmiſſum, iſti filii inſtituti creduntur propter grauamen iniectum: quæ ratio eſt bona & urgens. Præterea uos ſcitis, quòd ſeruo in libertatem

bertatem redacto non datur peculium ſuum, niſi ſit expreſſe legatum. ita eſt tex. in l. deniq;. §. interdum. ff. de pecul. leg. Nunc ſi teſtator dicit, iubeo ſeruum meum eſſe liberum, ſi centum det Titio ex peculio: hoc loco intelligitur peculium ei tacite legatum propter grauamen centum flor. Deniq; uulgatiſsima eſt doctrina iuris: qui uult conſequens, intelligitur etiam uoluiſſe neceſſariū antecedens. l. illud. ff. de acquirenda hæreditate. l. ad rem mobilem. l. ad legatū. ff. de procu. cum ſimil. Vnde teſtator cū grauamen filiis filiorū ingerere uoluerit, neceſſariò etiam prouiſionem eis feciſſe intelligitur. Sic cum Papa diſpenſat cum illegitimo, quòd poſsit eſſe Epiſcopus, in neceſſarium antecedens cenſetur diſpoſuiſſe, quòd is illegitimus uel ſpurius poſsit presbyterari. Iaſ. allegat cap. ex literis. de exceſ. præla. & Abb. in cap. ex parte. iij. de deci. Alia fundamenta hic tranſeo. Contraria opinio eſt, quòd ſi teſtator inſtituit filium, & ſi ſine liberis moriatur, uel ſi ſui liberi ſine filiis moriātur, grauat eos fideicommiſſo uel uniuerſali uel particulari, quòd hoc grauamen uel fideicommiſſum nihil ualeat, & filii filiorum per ea uerba grauari non poſsint. Hanc opinio. tenuerunt ab antiquo Richar. Mal. & Rayn. ut eos allegat Bart. in d. l. centurio. & ipſemet Bar. pro iſta opin. conſuluit (ſibiipſi contrarius) in conſilio quod incip. Andreas condidit teſtamentum. Hanc opin. tenet Alber. de Roſ. in d. rubro. & Pet. de Anch. (ſibiipſi contrarius) conſuluit pro hac opi. conſi. cxxxvj. ut eū allegat Iaſ. Eam etiam tenuit Ioan. de Imo. in d. l. centurio. in d. c. Raynutius. in materia compendioſæ. Raph. Cum. in l. Lucius. in fin. ff. de hæredit. inſtit. Alexan. ſæpe pro hac opinione conſuluit, ut Iaſ. ſua conſilia hic enumerat: & tandem eam Iaſon tenuit, dicēs ſe ſæpius ſecundum eam conſuluiſſe. Vnde iſta opin. poteſt dici & cenſeri communis contra Bart. & dicit Pet. de Ancha. in d. conſilio propter dictum Bar. in quo & ipſe dubitat, non eſſe recedendum à communi opin. Pro hac opin. uaria adducuntur. Et primo, uulgò notum eſt, quòd iſta clauſula, Si ſine liberis moriatur: uel, ſi filii filiorum ſine liberis moriantur, facit tantummodo conditionem, & non diſpoſitionem, per gl. communiter receptam in dicta l. Lucius. in fin. ff. de hæredibus inſtituendis. Vnde cum pater nihil diſpoſuit in filiis filiorum, qui tantū ſunt in conditionem poſiti, certè eos grauare non potuit. Præterea & ſecundo non poteſt effugi uel

uitari hæc regula, qua dicitur, Quem non honoro, non onero: id eſt, cui nihil relinquitur, is nō poteſt grauari. d.l. ab eo. Nunc iam audiuimus, quòd filiis filiorum nihil eſt relictum ab auo, unde grauari non poterant. Præterea ſi uera eſſet aſſertio primæ opin. qui uult conſequens, cenſetur uelle antecedens neceſſariū: tunc hæc pulchra regula in l. ab eo. ludificaretur, quia ſemper ad circūuentionem iſtius regulæ diceretur, Qui uult conſequens, &c. & ſic grauatus ſemper cenſeretur honoratus ex antecedēte. Quapropter hæc doct. qui uult conſequens, tunc locū habet, quando par eſt ratio utrobiq;, & quando antecedens eſt omnino neceſſariū: ſed quia in caſu noſtro antecedens non neceſſariò infertur ad conſequens, bene poterāt grauari filii filiorū, & non erat neceſſariū quòd inſtituerentur, ſed hoc grauamen non ualuit. Item per manus traditur, ea quæ diſpoſita ſunt ad diminutionem, non operari augmentum. Nec enim una res contrarios effectus producet. l. legata inutiliter. ff. de leg. j. Vnde cum hoc fideicommiſsū à filiis filiorū relictum tendat ad diminutionē bonorū, eo ipſo non poteſt operari augmentum. Item & quarto mouentur per l. hæreditas ad Statiū. ff. de hæred. inſtit. ubi legatū factū fuit à Statio, per hoc non intelligitur ei fuiſſe de hæreditate prouiſum, uel de aliquibus bonis. Et tandem fa. alius text. in l. ſed & ſi ſic. §. fin. ff. de leg. iij. ubi dicitur, quæ ex fortuna nobis accidūt uel eueniūt, & non ex iudicio, in talibus non poſſe ualere fideicommiſsū. Sic in propoſito, filii filiorū accipiūt bona, non ex teſtamento, ſed per fortunam, per uiam inteſtati, igitur, &c. Sunt & alia fundamēta, ſed iſta plus ſtringūt pro contraria opinione. In his concertationū conflictibus, quid ego homo nihili decidam, cum utraq; opin. fundetur bonis rationibus? Mihi planè eſſet deficiendū ad Pyrrhonios philoſophos, qui de omnibus dubitauerūt. Sed nolo uos relinquere ſuſpenſos, addam etiam calculū meum. Dico ergo & puto opin. Bartol. eſſe ueriorem, quam primo loco recenſui, per fundamenta quæ ſuperius allegaui. Nec enim facilè uitari poterit id quod ſuprà diximus, qui uult conſequens, uult neceſſariū antecedens. Nam cum in dubio ſit fauendū uoluntati teſtatoris, l. ſi quis. ff. de inoff. teſt. unde ad hoc ut ualeat fideicommiſsū, cui fauendū eſt neceſſariò, antecedebat, quòd filiis eſſet prouiſum de bonis teſtatoris. per d.l. ab eo. Et non eſt uerū quod putat contraria opin. per hoc

ludificari iſtam l. quia non eſt ubiq; tam urgens ratio, quàm eſt in propoſito. Iam & ſecundo & fortius: certum eſt quòd pater quamuis filios filiorũ nominauerit ſub conditione, tamen cogitauit & præſuppoſuit, imò intentio ſua indubitata fuit, quòd bona ſua peruenirent ad filios filiorũ, quos poſuit in conditione, quia uoluit eis proſpicere prudenti ſuo conſilio. d. l. Lucius. in fi. Prudẽs conſiliũ teſtantis aduertitur, &c. Hinc ergo ſuccedit ratio Peruſinorũ, quam recitat Corneus in d. l. ab eo. cum teſtator credatur indubitatè rationem habuiſſe filiorũ, & grauauerit eos fideicommiſſo: iſtis duobus ſimul coniunctis, neceſſariò præſumitur anteceſsiſſe prouiſio filiorũ. Nam quamuis iſta uerba, ſi filii deceſſerint ſine liberis, & ſine filiis filiorũ, per ſe in conditionẽ ſonent, d. l. Lucius. tamen grauamen fideicommiſsi eis adiectum prouiſionem eorũ facit præſumi. Nec enim fruſtra in d. l. Lucius. mentio fit de prudenti conſilio patris. Vnde nemo eſt ita à ſole alienus, qui non credat quòd pater uoluerit etiam proſpicere filiis filiorum, quos aliàs non potuiſſet grauaſſe. Ergo ut uno uerbo claudam, grauamen filiis iniunctum nihil diſponit ſe ſolo poſitum, ſed duo iſta coniuncta operantur.

Et tertio, ut ceſſet omnis dubitatio, text. eſt expreſſus, quòd teſtator poteſt grauare hæredem hæredis fideicommiſſo. l. ſi fuerit. in fin. cũ l. ſeq. in prin. ff. de leg. iij. ubi cũ teſtator dicit, Inſtituo Titium hæredem, & rogo hæredem, quem ipſe faciet, ut det fideicommiſſũ Flacco: dicit Iureconſul. benignũ eſſe quòd fideicommiſſum ualeat. Nũc in caſu noſtro reducimus materiam ad penſum. Cũ teſtator dicit, inſtituo filiũ, & ſi ſine liberis, uel ſi ſui liberi ſine liberis moriantur, relinquo fideicommiſſum: iſte teſtator habuit indubitatũ quòd filii eſſent hæredes patrũ ſuorũ, & ſic grauando filios filiorũ, grauauit hæredem hæredis. Nam ſi ſciſſet futurũ quòd nepotes non eſſent hæredes, ipſe eos proculdubio non grauaſſet. per d. l. Lucius. in fin. ibi, prudens conſiliũ, &c. Hæc cũ pateãt ad ſenſum, non egent aliis probationibus. Et hæc ratio me in primis mouet ut hanc doctrinam ſequar. quæ doctrina Bartol. per me declarata, conſuetudine noſtræ Germaniæ confirmatur. Hac opinione ſic uera exiſtente, ſicut eam puto, quã & ſequũtur D. Crotus in d. c. Raynutius. ad fin. & Polit. eam aſſeueranter approbat, iam non eſt magni negocii reſpõdere ad omnia cõtraria. Nam non obſtat l. ab eo, quem non hono

ro, &c. quia hic ex præſumptione legis, teſtator liberos honorauit. Nec obſtat l. legata inutiliter. cum philoſophantur de diminutione: quia hoc uerum eſt de ſimplici diminutione, quæ hic non eſt, cum grauamen habeat implicitũ augmentum. Item l. hæreditas ad Statium. nihil facit, quia ibi loquitur de legato facto Statio. Item d. l. ſed & ſi ſic. in fi. omnino nihil facit pro aduerſariis, & ſalua reuerentia, Doct. eam non intellexerunt, ſicut etiam hic dicit Politus. Hoc negari non poteſt, ſi filii filiorum non eſſent hæredes parentum ſuorum, tunc tolleretur fideicommiſſum, & procederet opinio cõtraria: ſed hoc Doct. non uoluerunt.

Caput VI. & ultimum huius tractatus, quod miſcellanea tractat.

EXPEDITO ſuperiori cap. accipiamus ultimum, & aliqua miſcellanea uelut per ſatyram tractemus, quæ in materia ſubſtitutionum non eſſe inutilia putauimus. Et quia in ſuperiori capitulo uerba directa, cõmunia, & obliqua tractauimus, at ſæpe fit ut ſubſtitutionibus huiuſmodi uerba altera trahantur ad altera, unde & doctrinas aliquas in ea uerborum uſurpatione, & regulas colligamus.

Prima regula: Subſtitutio directa, ut, ſi Titius hæres non ſit, Caius hæres eſto: non conuertitur in obliquam. Illa enim quæ recta ſunt, non debent obliquari. l. uerbis ciuilibus. l. in pupillari. ff. de uulg. & habetur in d. c. ſi pater. in fin. Hæc regula limitatur, ſi ab initio nõ potuit ualere iure directo, quod aliquãdo fit ratione ſolennitatis: ut, ſi teſtator inſtituto filio impubere, ei in codicillis pupillariter ſubſtitueret: quia iſta ſubſtitutio à principio non fuit directa propter defectum ſolennitatis, unde obliquatur ut ualeat ſaltem iure fideicõmiſſi. ita eſt text. in d. l. Scæuola. ff. ad Trebell. Hoc loco ſubſtitutus pupillariter, ſi moriatur filius intra ætatem, non ſuccedet iure directo in bonis pupillaribus, ſed recipiet bona pupillaria à legitimis hæredibus. Item ſi mater ſubſtituat pupillariter, nõ ualet iure directo, ſed obliquabitur. Idẽ ſi pater naturalis pupillo naturali ſubſtitueret, ut per Doct. in hac materia.

Secunda regula: Subſtitutio per uerba obliqua non cõuertitur in directam, etiam ſi impuberi fiat obliqua ſubſtitutio: ut ſi teſtator dicat, Inſtituo filium meum impuberem, & ſi intra pupillaria moriatur, grauo ut reſtituat hæreditatem Seio:

hæc

hæc ſubſtitutio obliqua non dirigatur.d.l.cohæredi. §.cum filiæ.de uulg.& eſt gl.in d.l.uerbis ciuilibus.Hæc concluſio fallit in l.neq; enim. §.fin.cum l.ſeq. ff.de teſtam mil. ubi teſtator inſtituerat Titium, & ei ſubſtituit Sempronium, quos utroſq; grauauit, alteruter hæres eſſet, quòd daret ſeruo ſuo libertatem,& ei reſtitueret hæreditatem:iſti ambo inſtitutus & ſubſtitutus non ſunt facti hæredes, nec primus nec ſecundus, mortem enim obierunt hæreditate non adita: ecce hoc loco tantum fauetur ſeruo, ac ſi ei directò eſſet relicta libertas & hæreditas, unde ipſe liber & hæres erit, tanquam iure directo. Vide quomodo uerba obliqua, grauo, reſtituat hæreditatem ſeruo, in ius directum exurgant: quod licet fauore militum ſit receptum, tamen & in pagano, ſuo caſu, hæc deciſio ſeruaretur: quia ſi aliquis priuatus teſtator inſtituiſſet primum, & ſubſtituiſſet ſecundum, grauaſſet eos reſtituere ſeruo uel altero libero homini, ſi iſti inſtitutus & ſubſtitutus deceſſerint ante teſtatorem, qui tamen hoc ignorauerat, certè fideicommiſſarius, cui eſſet reſtituenda hæreditas, ſuo iure accipiet hæreditatem, ac ſi eſſet factus directus hæres. dicta l. ſequent. quæ incipit, tractabatur. quam l.ſuprà in primo uel ſecundo capit. ſæpe allegauimus. Secundò fallit, ſi teſtator ea quæ diſpoſuit in codicillis (quæ omnia ſunt obliqua) poſtea conuertat in teſtamentum, tunc incipiunt fieri directa.argumen.l.ante tabulas. ff.de iure codicill.& in lege quærebatur.in uerſ.imò & fin.eod.tit. Tertiò fallit ſecundum Philipp. Franc.in cap. ſi pater. ſi teſtator pupillo extraneo ſubſtituit pupillariter: quia talis ſubſtitutio cum directò non ualeat, trahitur ad obliquam, ut uidetur tenere gl.Inſtit. eo.tit. §.extraneo. Cæterum ſi teſtator eum poſtea adoptaue rit, ſubſtitutio à principio obliqua cõuertitur in directam: & quod à principio fuit fragile, iam incipit uigorem habere. per d.l.ij.uerſ.ſed & ſi extraneum.de uulg. Ego d.uerſ. ſed & ſi. ſuprà in materia pupillari, aliter intellexi quàm communiter Doct. Et cum certa ſit regula, quæ habet, pupillo extraneo nõ poſſe ſubſtitui, d. §.extraneo. à qua præſens caſus nõ eſt exceptus, unde ſtabimus regulæ. Vulgò enim traditur regulæ eſſe ſtandum, tanquam expedito iuri, donec expreſſus caſus allegetur in contrarium. Bartol. in l. quoties. ff.ſi quis cauſ. Abb.in c.ad naturam.c.conſuluit. j. de appell. Quapropter recedimus ab iſta limitatione, & inhæremus eis quæ ſuprà in

materia pupillari diximus.

Tertia regula: Verba directa in ſubſtitutione ſi ſint dubia, poſſunt conuerti in aliam directam. Exemplum habetis in l. ſi. per totam legem uſq; ad finem. C. de hæred. inſtit. ubi dixerat teſtator, Sempronii Plotii hęres eſto: hic dubitabatur an iſte Plotius filius fuerit impubes teſtatoris, quia tunc intelligeretur pupillaris directa: at hoc eſt dubium, unde decidit Imperator poſt alternationes, quòd iſta ſubſtitutio ſit uulgaris, ut ſit ſenſus, quòd teſtator Plotium inſtituiſſet hæredem, & ſi Plotius non eſſet hæres, Sempronius hæres eſſet. hoc importāt iſta uerba, Sēproni Plotii hæres eſto. Videtis hic quomodo uerba directa dubia, importāt directā uulgarē, ut tollatur dubitatio. Et ampliari d. regula poteſt, ſi uerba ſubſtitutionis pugnantia appareant: ut ſi teſtator inſtituat Titium, & ſi hæres non erit, grauet eundem Titium reſtituere hæreditatem Flacco: quæ inſtitutio inter ſeſe diſsidere uidetur. Si enim Titius hæres non erit, quomodo hæreditatem quam nō adiit, reſtituat Flacco? Si autem Titius hæres erit, grauamen fideicommiſsi cecidit, cum in caſum non exiſtentis hæredis reſtituendum ſit. Hoc caſu Politus in tract. uulgaris, uerſu nono, planè fatetur eam ſubſtitutionem tanquam pugnantem eſſe inualidam: tamen Doctores communiter eam defendunt, alii tamen aliter. Alex. autem in d. l. j. & Sozinus ibidē fol. vj. uerba fideicommiſsi reſoluunt in directam uulgarem. Cum enim dicitur: Si Titius hæres nō erit, reſtituat bona Flacco: intelligi debere, ſi hæres non erit, detur hæreditas Flacco: exemplo d. l. fin. C. de hæred. inſtit. ubi uerba dubia in uulgarem impropriantur, ut iam ſuprà dixi. ſa. l. uerbum reddendi. de uerb. ſign. & quod uulgò dicitur, in teſtamentis recedi ab exquiſita ſignificatione uerborū: magis enim ſenſum quàm uerba amplecti oportere. l. in teſtamētis. de reg. iur. l. iij. §. fi. de adi. leg.

Quarta regula, Subſtitutio obliqua præfertur directæ uulgari, ad hoc ut fideicommiſſum præſeruetur. quæ regula per uaria iura tractatur, & res ipſa nonnihil intricata eſt: unde eā per quatuor caſus, propter eos quibus iſthæc difficilia inſueta ſunt, reſoluemus. Et primus caſus eſt, ſi teſtator Titiū inſtituat, & ſi hæres non ſit, ſubſtituat Caiū, & nihilominus grauat hæredē, ut bona Valerio reſtituat: is Titius non uult eſſe hæres, iā cogi poteſt ut adeat & reſtituat Valerio fideicōmiſ-

ſum

ſum,& non erit locus ſubſtitutioni uulgari,ut ſic fideicōmiſſum præferatur directæ.arg.l.non iuſtā.ad fin.C.ad Trebell. fa.l.quia poterat.ff.eo.tit.Cæterum ſi hæres poſtquam coactus eſt adire, decederet antequam adiret & reſtitueret,tunc ſubſtituto uulgari Caio locus erit: ſed ſi adiit,reſtituet bona Valerio fideicōmiſſario,ad quod & cogi poſſet, ſi nollet adire.Iſtud enim grauamen fideicōmiſsi, à ſubſtituto repetitur per regulam antiquorum,qua dicitur, Fideicōmiſſum relictū ab inſtituto,in dubio repetitum cenſeri à ſubſtituto uulgari. l.licet.de leg.j.d.l.non iuſtam.in fin.cum gloſſ.

Secundus caſus: Si teſtator Titium & Flaccum inſtituat, eosq; inuicem uulgariter ſubſtituat, Flaccum autem alterum ex hæredibus grauet, ut portionem ſuam hæreditariam Seio reſtituat,is Flaccus non uult eſſe hæres,cupiens fortaſſe gratificari ſuo cohæredi:ſed hoc non obſtante, cogetur portionem ſibi delatam adire, & reſtituere Seio fideicommiſſario. Vides iterum quomodo fideicommiſſum præfertur ſubſtitutioni uulgari,quæ inter cohæredes fuit facta. d.l. non iuſtam.& ibi gloſſ.j. Verum ſi Flaccus,qui fuerat coactus adire & reſtituere Seio,decederet,antequam adiret, Titius alter ex hæredibus adire portionem cohæredis poteſt,imò ſi nollet,cogeretur: ſed debebit eam reſtituere Seio fideicommiſſario.d.l.non iuſtam.in fin.& d.l.licet. Quid autem ſi is Titius cohæres,cum eſſet coactus portionem cohæredis adire, etiam decederet antequam adiret,ut ſic neuter hæres reſtitue re poſſet,ad quem deuolueretur portio Flacci cohæredis fideicommiſſo grauata? Cogitabis an fortè Caius fideicōmiſſarius eam portionem ſua manu reciperet,ut hoc caſu obliqua ſubſtitutio in directam uertatur, ne fideicommiſſum intercidat.arg.d.l.tractabatur.de teſtam.mil.ſed non firmo.

Tertius caſus:Si teſtator inſtituat Titium, & grauet ut hæreditatem Valerio reſtituat: deinde ſubſtituat Titio hæredi uulgariter Lucium, grauando eum ut hæreditatem Meuio reſtituat, & ſic inſtitutus hæres fideicommiſſo proprio, & porrò ſubſtitutus etiam fideicommiſſo proprio eſt grauatus: hoc caſu ſi inſtitutus hæres recuſet adire, cogi per Valerium fideicommiſſarium poterit, ut adeat & reſtituat ex fideicommiſſo . Qua reſtitutione facta , concidet ſubſtitutio uulgaris cum ſuo fideicommiſſo in Meuium facto: ut iam iterum caſum habeas, ubi fideicommiſſaria præferatur ſubſtitutioni

ſtitutioni uulgari. Et hic eſt uerus intellectus ad l.facta. §.Iulianus.ad Trebell.reiectis aliis intellectibus per gl.adductis, tanquam uanis & contra text.pugnantibus. Verus enim text. ut ex archetypo Norico cognoſcitur, ſic habet: Iulianus ait, ſi hæres inſtitutus, Titio rogatus ſit reſtituere, ſubſtitutus Meuio,&c.ut ſit ſenſus, hæredem teſtatoris eſſe rogatum ut reſtituat Titio:ſubſtitutum uero,ſupple eſſe rogatum ut reſtituat Meuio:ut ita de duobus fideicommiſſariis eleganti ſermonis breuitate loquatur. Quid autem ſi inſtitutus cohæres coactus adire,decedat antequam adeat? Dic conſequenter ſuperioribus,ſubſtituto uulgari locum eſſe,qui ſi adierit,reſtituet bona Meuio ſuo fideicommiſſario,& concidet fideicommiſſum ab inſtituto factum,ut ſic generatio unius fideicommiſsi,ſit corruptio alterius.arg.d.§.Iulianus. nec habebit locum doctr.antiquorum in d.l.licet. Quòd ſi ſubſtitutus nollet adire,cogi poteſt adire & reſtituere.d.l.non iuſtam.

Quartus caſus eſt, ſi teſtator Titium inſtituat, & ſi hæres non ſit,ſubſtituat Flaccũ: ſin uero hæres ſit,grauat eũ ut bona eidem Flacco reſtituat: ut ſic is Flaccus hæredi directo & per fideicommiſſum ſit ſubſtitutus:hærede noléte adire,Flacco duplici capite ſubuentũ eſt: poteſt enim cogere hæredem ut adeat & reſtituat, & obliqua præfertur directæ. Poteſt etiã ipſe ultro ex ſubſtitutione uulgari adire, quo caſu directa obliquę pręfertur:ut ita in poteſtate ſua ſtet utra ex ſubſtitutionibus alteri præferatur.l.recuſare: §.Titius. ad Trebell. Poſſent fortaſſe & alii caſus deduci,ſed in prędictis pro reſolutione quartæ regulæ ſufficiat. Bart.in d.l.j.in ſuo primo effectu ad fin.ſupradicta obſcurè,& per diſtinctionẽ imperfectã attigit. Quid autẽ ſi teſtator inſtituat Titiũ,& Semproniũ ſubſtituat per uerba ſimplicia, qualis erit iſta diſpoſitio? an dicatur obliqua per cõpendiũ,id eſt,cõpendioſe obliquą,ut quãdocunq; Titius hæres nõ ſit,uel moriatur,ſubſtituto locus ſit? Et poſſet uideri ita eſſe intelligendum, & niſi fallor,Bart.ſic intellexit in d.l.centurio.quia uerba indefinita æquipollent uniuerſali. Sed contrarium eſt uerum: iſta diſpoſitio eſt ſimpliciter uulgaris, id eſt, continet uulgarẽ ſubſtitutionem: & ita uoluit Philip.Franc.in d.cap.ſi pater.col. vij.qui ponit hanc elegantem regulam. Vbi aliquis inſtituitur, & ei ſubſtituitur ſine diſtributione temporum, uel ſine conditione alia quæ habeat tractum temporis, ita quòd uerba

ba proſus ſunt indefinita,iſta ſubſtitutio ſub cõpendio uulgarem continet.arg.l.poſt aditam.C.de impuber.&c.Si tamen facta eſſet pupillo, tunc etiam pupillaris contineretur. Ita ſi eſſet facta furioſo,iam & exemplaria ueniret. Politus late tractat in materia uulg.uerſic.xxj.

Sed nunc alia ſunt diſpicieda.ſæpe enim fit,quòd pluribus inſtitutis,aliquis ſubſtituatur: quo loco dubitari poterit, an cõditio ſubſtitutionis in perſona cuiuslibet hæredis ſeparatim,an uero deficiẽtibus omnibus inſtitutis, tũc demũ admittatur ſubſtitutus, ut ita pluralitas reſoluatur in ſingularitates.qua in re Doct.multũ uariant.Sozin.poſt alios in l.hæredes mei.§.cum ita.ff.ad Trebell.multa alternat, opiniones Doct.miſcendo,& (ut ita dixerim) merces uenales exponit, ſed nihil uẽdit,quia nihil habet expeditum. Politus nimium quàm fatigatur,& etiã ſibiipſi parũ cõſtat. Nos tametſi ſuprà in materia uulgaris in quinto membro eam in rem etiã aliqua dixerimus,ſed alio fine,ea tamen quæ ibidem dicta nõ ſunt, ſequentibus cõcluſionibus quantũ poteſt fieri, clariſsimè reſoluemus,dum præmittamus duplicẽ eſſe diſtributiuã. Nam alia diſtribuit ſeparatim, ut cum cuiq; inſtituto proprius datur ſubſtitutus. Alia fit ſimpliciter per uerba diſtributiua, ut ſunt uerba, quilibet, quiſquis, alteruter, & ſimilia. quæ eſt not.doctrina Bald.in l.j.ad fin.C.de cond.inſer. Cum ergo pluribus inſtitutis per uaria uerba ſubſtituatur, non fuerit ab re totam materiam per concluſiones digerere.

Prima concluſio: Si pluribus hæredibus inſtitutis, ſuus cuiq; ſeparatim detur ſubſtitutus (ut ſi inſtituantur Titius, Sempronius, Valerius: Titio ſubſtituatur Florus, Sempronio Flaccus, Valerio Caius, ut ita diſtributiua fiat per expreſſam ſeparationem) tunc quocunque ex hæredibus deficiente,uel non exiſtente hærede,in pupillari moriente,ſubſtitutus ei datus in ipſius deficientis portionem admittitur, excluſis cohæredibus.l.poteſt.in fin.cum l.ſequen.ff.de uulg.inſtit.eod. §.ſingulis.fa.gloſſ.in l.penul.in uerb.ſubſtitutus.de iniuſt. & rup.teſt. Et licet dicta iura de impuberibus loquantur, & de pupillari faciant mentionem,tamen locum habent in maioribus natu in uulgari ſubſtitutione & fideicommiſſaria,in breuiloqua & compendioſa,& etiam in exemplaria, ſi plures eſſent furioſi inſtituti hæredes,propter paritatem rationis.l. illud.ad l.Aquil.

Secunda

Secunda concluſio: Si per diſtributiua ſimplicia (ut ſunt uerb. quilibet, quiſquis, ſinguli, alteruter) conditio ſubſtitutionis explicatur, ut, cum unus pluribus per huiuſmodi uerba ſubſtituitur, tunc ſubſtitutio etiam in partem uerificatur, ut uno ex inſtitutis decedēte, ſubſtitutus in eius portionem uocetur, & nihil accreſcat cohæredi, arg. in l. ſicut in annos. ff. quibus mod. uſufruct. amitt. Vnde ſi Caio & Seio inſtitutis hæredibus, cuilibet ſubſtituatur Titius, altero ex eis deficiente, ſubſtitutus eius portionem accipiet. Idem eſt ſi Caio & Seio inſtitutis, Titius ſingulis ſubſtituatur, quia tunc uocabitur in partem decedentis. Et hoc eleg. uoluit Bald. l. j. ante fi. C. de cond. inſer. & cōſuluit pro hoc ſubtiliter Alexā. conſil. cclxxv. col. iij. & ſeq. in v. uolum. Hæc deciſio fallit, ſi in caſibus huius ſecūdę cōcluſionis ſupereſſet perſona, quæ ex præſumpta mente teſtatoris præferretur: nam talis perſona ſubſtitutum excluderet, ne in partem uocaretur. Exempli gratia: Pater inſtituit tres filios impuberes, & cuilibet ex eis, ſi in pupillari deceſſerit, ſubſtituit Titium: finge quòd unus ex filiis uel duo fortaſsis moriantur in pupillari, quamuis in eorum portionem ſubſtitutus ex ui uerborum deberet admitti, tamen quia adhuc tertius frater impubes ſupereſt, certè ex præſumpta mente teſtatoris frater ſuperſtes ſuccedet fratribus decedentibus, excluſo ſubſtituto, etiam contra naturam uerborum: quia non præſumitur teſtator uoluiſſe extraneum ſubſtitutum præferre ſanguini ſuo. l. cum auus. ff. de cond. & demonſtr. l. generaliter. § cum quis. C. de inſtitut. & ſubſtitut. l. cum acutiſsimi. C. de fideicommiſſ. unde hoc caſu non curatur diſtributiua, ſed curatur mens teſtatoris. & uoluit hoc notabil. Alexand. in dict. conſil. cclxxv. col. iij. & iiij. in caſu parum abſimili. Nam ibi teſtator filium impuberem habuit, & tres filias impuberes: inſtituerat filium, & ſi intra pupillaria moreretur, ſubſtituit tres filias: deinde teſtator cuilibet ex filiabus quæ in pupillari deceſſerit, Titium ſubſtituit: decedebant duæ filiæ in pupillari ætate, ſubſtitutus uſurpabat bona earum propter uerba diſtributiua: contradicebatur, quòd adhuc ſupereſſet alia filia, quæ meritò eſſet præferenda: conclu dit Alexand. ex communibus opinionibus tertiam filiam adhuc ſuperſtitē præferri, & excludere ſubſtitutum: & hoc propter præſumptam mentem teſtatoris.

Tertia concluſio: Si pluribus filiis inſtitutis per uerba colle

ctiua ſubſtituatur, ut cum teſtator Caium & Seium filios inſtituiſſet, & ſi ambo uel omnes uel uterque moriatur, ſubſtituiſſet Titium: hic pluralitas nō reſoluitur in ſingularitates, unde uno decedente, non uocabitur ſubſtitutus in ipſius partem. uoluit enim teſtator, quòd eo caſu frater fratri ſuccederet. l. penult. C. de impub. & aliis ſubſtit. niſi fortè talis eſſet perſona, quæ ex cōiecturata mente teſtatoris, alteri fratri præferretur, ut per Doctor. in d. l. hæredes mei. §. cum ita. in fin. ad Trebell. Cæterum utriſq; hæredibus inſtitutis, mortuis, locus erit ſubſtituto. dict. l. penul. & fa. text. in d. §. cum ita. & ibi Sozin. & Doctor.

Quarta concluſio: Si duobus uel pluribus filiis impuberibus inſtitutis, ei qui nouiſsimus moriatur, ſubſtitutum fuerit, hoc loco filii inter ſeſe ſuccedent ab inteſtato: conſeruatur enim in eis ius legitimæ ſucceſsionis, donec nouiſsimus moriatur impubes, tunc primū incipit ſubſtitutio ſortiri effectū. Hoc enim uerba ſonant, ſi teſtator dicat, Inſtituo Caium, Seium, & Titium filios meos impuberes hæredes, & ſi omnes in pupillari moriantur, tunc ei qui nouiſsimus moritur, ſubſtituo Flaccū: decedentibus iſtis impuberibus, alter alteri ſuccedit ab Inteſtato, & poſtquàm ultimus ex eis obierit, iam ſubſtituto eſt locus. l. uel ſimilis. ff. de uulg. Et nō refert cū filiis ſubſtituitur, an pater utatur nomine collectiuo, an ſimpliciter ſubſtituat, ut uoluit gl. in l. ſi pater. ibi Iaſ. poſt Doct. de uulg. Et hoc caſu, poſtquam ultimus inter impuberes mortuus eſt, ſubſtitutus iure ſubſtitutionis, & in uim teſtamenti tantūmodo accipiet portionē eius qui ultimo obiit. Aliæ autem portiones in quibus alter alteri ſucceſſerat, ad ſubſtitutū peruenient: nō iure ſubſtitutionis, ſed tanquā auctū patrimoniū ultimò morietis. hæc habētur in l. qui duos. in ij. reſpōſ. ff. de uulg. Pari propèmodū iure utimur, ſi pater filios impuberes inſtitutos, reciprocè inuicē ſubſtituerit, & ſi filii moriātur in pupillari, ſubſtituat Flaccum: hoc enim loco, ſi unus ex filiis impubes moriatur, alius frater iure ſubſtitutionis ſuccedet, nō iure legitimo. & ita de aliis fratribus. At ſi ultimus ex fratribus impubes moriatur, omniū fratrū hæreditas ad Titiū ſubſtitutū pertinebit etiā iure ſubſtitutionis. l. ſi pater impuberes. iūcta l. qui duos. ff. de uulg. Inter iſtos autē duos caſus cum ultimo morieti ſubſtituitur, uel cū impuberibus inuicem ſubſtitutis, ulterius Titius ſubſtituitur, ea eſt differētia, quòd in primo

in primo caſu,ſubſtitutus aliorũ fratrũ bona accipiet,tanquã auctũ patrimoniũ:in altero caſu accipiet tanquam iure teſtaméti,uel iure ſubſtitutionis. Et poſſet fortaſſe maior in uno quàm in alio eſſe cõmoditas:credo tamẽ quòd in utroq; caſu mater excludatur,ſi fortè iſti filii impuberes haberent matrẽ. Nam in primo caſu excluditur propter ſubſtitutionem pupillarem expreſſam:in ſecundo caſu, cũ filii ſunt inuicẽ ſubſtituti,excludetur propter breuiloquã,quæ eſt pupillaris expreſſa in genere. Delatũ fuit ſuperioribus diebus ad me teſtamentum, ubi pater filios impuberes tres uel quatuor inſtituerat, & eos inuicẽ ſubſtituerat,ultimo autẽ morienti ſubſtituit matrem:omnibus filiis in pupillari mortuis,mater eorũ omnium uoluit habere hæreditatem:contradicebatur à quibuſdã fratribus à latere coniunctis,qui prætendebant ſe participes ſucceſsionis ex teſtamento. Cauſa pendet,quæ tamen ex prædictis magna ex parte decidi poteſt.

Quinta cõcluſio:Extra caſum ſuperiorũ cõcluſionũ,ſi pluribus hæredibus inſtitutis, ſubſtituatur aliquis uulgariter, ſubſtituto nõ erit locus,quãdiu unus ex hæredibus uiuit,nec pluralitas reſoluitur in ſingularitates. Iſta enim ſubſtitutio nõ uerificabitur in partẽ, ita quòd ſubſtitutus in portionem deficiẽtis admittatur,niſi omnes defecerint:Exemplũ:Teſtator inſtituit Caiũ,Seiũ,& Flaccũ,& ſubſtituit Valeriũ uulgariter,ſi nõ ſint hæredes.Finge,unus nõ eſt hæres, quia moritur ante aditã,uel repudiat hæreditatẽ:certè ſubſtitutus non uocabitur in partẽ deficientis,ſed portio ſua accreſcit cæteris cohæredibus.& hoc eſt perpetuũ in uulgari:unde niſi omnes ceſſent eſſe hæredes,nõ erit locus ſubſtituto. Rationẽ ponit Bar.in d. §.cum ita.iij.oppoſ.Nam ſubſtitutio uulgaris non cõpetit niſi ante aditam hæreditatẽ,etiã ſi multi ſint inſtituti. Vnde quandiu dubium eſt an poſsit adiri hæreditas, tandiu locus non eſt ſubſtituto. Quapropter quamuis alter ex eis non ſit hæres,tamen non poteſt uocari ſubſtitutus in partem ſuam,quia adhuc dubitatur an alter ſit futurus hæres.per d.l.poſt aditam.C.eod.Aliam rationem dat Bald.in d.l.j.ad fin.C.de cond.inſer.quia uulgaris ſubſtitutio ordinatur merè in fauorẽ teſtatoris, cuius intereſt habere hæredem quem cupiat. At eius deſiderio tunc dicitur ſatisfactum, ſi ſaltem unus ex inſtitutis ſit hæres. Quapropter extantibus hæredibus,ſubſtituto non erit locus circa uulgarem.

Sexta

Sexta concluſio: Subſtitutio per fideicõmiſſum pluribus facta, uerificatur in quolibet decedente, ut pluralitas in ſingularitates reſoluatur, per quæcunq; uerba fuerit ſubſtitutum. Vnde in cuiuſcunq; perſona extiterit cõditio ſubſtitutionis, ſubſtitutus admittitur. Exempli gratia: Teſtator inſtituit filios ſuos maiores natu, uel extraneos (non curo) & ſi moriantur, grauat eos per fideicõmiſſum ut reſtituant hæreditatem Flacco: alteruter ex iſtis uel filiis uel extraneis moriatur, ſubſtitutus partem fideicõmiſsi petet à cohærede. Quæ concluſio eſt quotidiana, quæ non ſolũ procedit in inſtitutionibus & ſubſtitutionibus, ſed etiam in ſingulis rebus quæ legantur pluribus, & per fideicõmiſſum ſunt reſtituendæ Titio: quia altero deficiente, ſubſtitutus in legato partem petet. Hæc eſt mens Bar. in d.l. hæredes mei. §. cum ita. ad Trebel. & habetis tex. in l. Lucius. §. Caio. qui loquitur in re legata libertis, & reſtituenda per fideicõmiſſum. ff. ad Trebell. & tex. in l. fi. §. filiũ. ubi fit par prouiſio. ff. de leg. ij. & eſt hoc rationabile: quia poſtquam teſtator utriuſq; hæredis fidẽ grauauit & ſecutus eſt, cõſequitur ut quilibet ex eis fidẽ explicet: ut per Bar. in d. §. cũ ita. Hãc cõcluſionẽ limitate primò, niſi teſtator aliter prouiderit: unde ſi teſtator legaſſet Titio & Seio uſumfructum, & ſubſtituiſſet per fideicõmiſſum Flaccũ aliquẽ, cauiſſet autẽ in teſtamẽto, quòd portio decedẽtis accreſcat alteri, hoc loco ſeruãda eſt uolũtas teſtatoris. Imò ſicut Bar. uoluit, ſi teſtator hoc non cauiſſet, tamen adhuc accretura (ut ita loquar) fuerat portio unius alteri, propter naturã uſusfructus, quæ exigit ut cohæredibus accreſcat, ut ff. de uſufr. accreſcendo. & ita procedit l. codicillis. in j. reſpõ. ff. de uſufr. leg. Quibus cõſequenter ſecundò limitate cõcluſionẽ, ſi duobus habitatio legaretur, & ſubſtitueretur per fideicõmiſſum: quia certè uno deficiente, cõmodũ habitationis pro parte ſua accreſcet collegatario, excluſo interim ſubſtituto: cuius eſt par ratio quam ſuprà dixi. & quia habitatio (ſicut & uſus) eſt indiuiduũ, quapropter meritò accreſcit Seio. d.l. codicillis. poſt prin. ij. reſpõſ. Tertiò fall. ſi fideicõmiſſum fuiſſet factũ per uerba collectiua: ut, teſtator inſtituit Caiũ & Seiũ, & ſi uterq;, uel ſi ambo, uel ſi omnes deceſſerint, grauẽtur reſtituere hęreditatẽ Titio: hoc loco pluralitas non reſoluitur in ſingularitates, ex ui uerborũ, ex modo ſignificãdi: nam hęc uis uerborum colligit, non diſtribuit. Hoc caſu altero decedẽte, ſubſtitutus

ſtutus in partem non uocaretur. hoc uoluit eleganter text.in d. §.cum ita.in prin. uidelicet ſubſtitutam perſonam cæteris paribus excludi, ſi conditio non fuerat uerificata in utriſque. Quæ uera ſunt de ui uerborũ: cæterũ nõ procederent, ſi mens teſtatoris alia præſumeretur, nempe ſi ſubſtitutus eſſet perſona, quam ueriſimiliter teſtator eſſet admiſſurus: tũc enim iſta conditio fideicõmiſsi etiam in partem uerificatur, ut eſt caſus in d. §.cum ita. Siquidem teſtator duos filios inſtituerat, & ſi uterq; ſine liberis decederet, ſubſtituit neptem Claudiã: alter ex filiis mortuus eſt relictis liberis, & ſic cõditio non eſt uerificata, quia uterq; non deceſsit ſine liberis: quamuis uideatur neptis deſtituta in ſua ſubſtitutione, uel defeciſſe, tamen aliã eſſe mẽtem teſtatoris dicit lex: præſumitur enim teſtator uoluiſſe neptẽ uocare ad partem eius, qui ſine liberis moriatur, quæ ad totam hereditatẽ fuiſſet admiſſa utriſq; deficiẽtibus. Ex hoc tex. in materia ſubſtitutionũ notabile argumentũ ſumitur, quòd ſi ſuperſit perſona, quæ ex præſumpta mẽte præferatur, recedendũ à ui uerborũ, & ſubſcribendũ uoluntati teſtatoris. Quarto limitate hanc concluſionẽ, ſi in conditione ſubſtitutionis aliqua uerba reciproca uel breuiloqua interuenirẽt: ut ſi teſtator inſtituendo Titium & Caium hæredes, ſubſtitueret eos inuicem, & poſtea grauaret ut reſtituerẽt Flacco ipſiſ deficientibus (quam limitationẽ fortè in Doct. non habetis) hoc loco uno deficiente ex hæredibus, ſubſtitutus in partem non uocabitur, ſed erit locus ſubſtitutioni reciprocæ. Iſta colligũtur per tex. in l. Titia Seio. §. Seia libertis, ff. de leg. ij. Ex quo tex. extendimus hanc limitationẽ, quòd ſi etiam tacita ex uerbis reciprocatio eliceretur, quia tũc etiã procedit cõcluſio, ut in caſu d. §. Seia legauit libertis fundũ, & dixit, Nolo quòd hũc fundũ uendatis, ſed poſt mortẽ ueſtrã reſtituatis illi uel illi liberto. Per hæc uerba, Nolo quòd eum uendatis, Iureconſ. reciprocam ſubſtitutionem colligit: quia ſi uendere fundũ non debent per dies uitæ ſuæ, neceſſe eſt quòd habeant eum & in totum, & in partem, ut adeò reciproca ſubſtitutio colligatur. Quid autem ſi teſtator inſtituto Caio & Seio grauat eos poſt mortem, ut omnia bona, totam hæreditatem reſtituant Flacco? Hoc loco Bar. putat quòd pluralitas etiam non reſoluatur in ſingularitates, & quòd altero deficiente, ſubſtitutus in partem fideicommiſsi non uocetur, propter uerbum, omnia bona, totam hæreditatem. ita tenuit

Bart.

Barto.in l. quidam teſtamento. in fin.de uulgari & pupillari. dum dicitur ſubſtitutos tertio gradu non uocari, propterea, quòd teſtator ſenſerit de tota hæreditate. Sed Doctores communiter contrarium tenent, ut Iaſ. diffuſe tractat in dicta l. quidam teſtamento. per multa iura. Et confunditur hæc doctrina per d.l.Lucius. §.Seia.ad Trebell.per d.l.fi. §.filium. de legatis ſecundo.ubi totus fundus erat legatus pluribus, cum grauamine fideicommiſsi, & tamen ſubſtitutus in partem uocatur. & eſt fortis text.contra Bart.in dicta l. hæredes mei. §. cum ita. in fin.ad Trebell.licet ad eum reſpondeant qui Bart.tuentur. Ego cum cõmuni opin. quæ textibus nititur, maneo.

Vltima concluſio: Si teſtator filio & filiæ hæredibus inſtitutis, per uerba alternatiua ſeu diſiunctiua ita ſubſtituat: Si filius aut filia hæredes non erunt, ſubſtituo Titium: licet hoc loco uoluntatem teſtator non ſatis explicuerit, ut dicit Iureconſul.in l.ſi is qui ducenta. §. fin. de rebus dub. tamen hunc habent intellectum, Si nec filius nec filia hæredes erũt: id quod text. apertè docuit in d. §. fin. Quo loco colligunt Doctor. quòd diſiuncta reſoluatur in coniunctam. Supradictæ concluſioni addo: ſi ſub aliis diſiunctiuis conditionibus negatiuè conceptis filio ſubſtituatur Titius, is ſubſtitutus nõ admittitur, niſi certum ſit nihil eorum fieri poſſe quæ ſunt in conditione relata: ut, ſi pater inſtituto filio, ei ſubſtituat Titium, ſi uel filius moriatur inteſtatus, uel ſine liberis, uel nuptias non contraxerit, iam intelligenda eſt hæc diſpoſitio, ut ſi nec filius nuptias contrahat, nec teſtamentum faciat, nec liberos ſuſtollat. Hoc loco dicunt Doctores communiter diſiunctam reſolui in coniunctam. per l. generaliter.in princip. uſq; ad §.j.C. de inſtitutio.& ſubſtit. Tu dicas, quòd quamuis ſubſtitutus tunc admittatur, cum omnes conditiones uerificentur, ut ſic diſiuncta reſoluatur in coniunctam, tamen ſtatim excluditur, ſi una ex cõditionibus defecerit, & ſic in excluſione ſubſtituti ſufficit defectus unius ex diſiunctiua. Ratio eſt ſatis aperta: nam ſi in diſpoſitione, quæ ſub pluribus conditionibus facta eſt, neceſſe eſt omnes euenire ut admittatur aliquis, conſequenter ſi una ex conditionibus deficiat, neceſſe erit eum excludi, quia tunc non plus poſsint omnes conditiones uerificari, argum. ab illatione oppoſiti.

Conditio ſine liberis.

QVIA uero in hac ſubſtitutionũ materia ſæpe nobis occurrit hæc conditio, ſi aliquis ſine liberis moriatur, ut grauetur hæreditatem reſtituere, unde uidendum eſt quid iſta uerba ualeant. Et primo non eſt ignotum, quòd appellatione liberorũ ueniũt omnes deſcendẽtes maſculi & fœminæ, nepotes, & deinceps alii, ut eſt tex. in l. liberorũ. & ibi Bar. ff. de uerb. ſig. l. ſed ſi hac. §. liberos. ibi Alex. poſt Doct. ff. de in ius uoc. & in d. l. j. C. de cond. inſer. Filiorum tamen appellatio eſt aliquanto ſtrictior. Nam quamuis ueniant maſculi & fœminæ, cæteris paribus, l. qui filiabus. ff. de leg. j. l. iuſtã. ff. de uerb. ſig. cum ſimil. tamen appellatione filiorum nepotes non ueniũt, niſi materia exigat, & niſi ſit fauor nepotum. Bart. latè in d. l. liberorũ. unde nepotes non ex propria ſignificatione, ſed ex interpretatione includuntur. Iſta tamen differentia inter liberos & filios non cadit in idiotam, id eſt, in laicum, ut dicit gl. in l. quod ſi nepotes. ff. de teſtamẽ. tut. Quapropter conſueuit ætas noſtra, cum nominat filios uel liberos, addere nepotes, *kind und kinds kinder*, ad tollendas cauillationes. Cæterum appellatione liberorũ ueniũt etiam naturales tantum ex concubinis geniti, qui & ipſi liberi uocantur. tex. multum notabilis in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. infrà. ff. ad Trebell. Dicit tamen Iureconſul. hoc eſſe quæſtionis, & non ita certũ: ſiquidem iſta exaudiri ex dignitate teſtantis, uel ex dignitate eius cui ſubſtituitur, uel ex conditione ipſius ſubſtituti. Nã ſi ſit fortè ſenator, princeps, antiquæ nobilitatis homo, qui non cum concubina, ſed cũ uulgata meretrice, cum ſcorto liberos ſuſtuliſſet, iſti nec naturales nominantur, nec ueniunt appellatione liberorum. Dicuntur enim ſpurii, quos non noſcit ius ciuile. authen. ex complexu. C. de inceſt. nup. Item appellatione liberorum ueniunt legitimati, qui per principem uel comitem Palatinum legitimati ſunt: iſti enim non differunt à legitimis: quod ſæpe dixi in auth. quibus mod. nat. eff. ſui. circa fi. Verum circa legitimatos an ueniant nomine liberorũ, an faciant deficere eam conditionẽ, ſi ſine liberis moriatur, tractatus eſt prolixior quàm qui hic recẽſeri poſsit. Videte Sozin. Iaſ. & alios in l. Gallus. §. & quid ſi tantũ. §. quidam recte. ff. de lib. & poſthu. Verificatur autẽ iſta conditio, ſi ſine liberis moriatur, etiam ſi habuerit

buerit liberos, qui tamen ante teſtatorem moriatur: iam ſatis dicitur deceſsiſſe ſine liberis, quamuis aliquando liberos ha buerit.d.l.ex facto. §.ſi quis autẽ ſuſceperit. ad Trebell. Ad prædicta Doct. allegant cap. Raynutius. de teſtam. c. in præſentia. de probat. l. cũ uxori. C. quan. di. leg. ced. Item & hoc notandum eſt, quòd ſi teſtator liberis alicuius aliquid relinquat, ut ſi dicat, liberis Titii hoc detur: iam intelligendus eſt ſenſiſſe de liberis quos habeat Titius tempore mortis teſtatoris. ita elegantet conſuluit Paul. de Caſt. conſil. lxxviij. uerſ. ſuper quarto dubio. Vnde ſi is Titius tempore mortis teſtatoris, non haberet liberos, ſed poſtea ſuſtuliſſet, certè iſte caſus non includitur, quia non debet perpetuò ſtare in ſuſpẽſo grauamen & onus. Porrò & hoc nouiſſe debes, quòd ſecundum cõmunem opi. iſta cõditio, ſi ſine liberis deceſſerit, appoſita pupillo uerificari etiã in pupillari ætate poteſt. ita tenet Bar. in l. centurio. col. iiij. mihi, in uerſ. quid ſi teſtator. per c. ſi pater. quamuis gl. in l. precibus. ſentiat contrarium, cum pupillus liberos tollere non poſsit ex communi curſu naturæ. Sed hoc ſuprà in compendioſa tractatũ eſt. Cæterum ſi ſub ea cõditione diſponatur, ſi hæc res liberos habeat, ſufficit habuiſſe liberos, etiam ſi illico moriantur: & ſic nõ habet locum regula uulgata, nõ ſufficit fieri niſi duret factum. l. ſi pro patre. §. uerſum. ff. de in rem uer. Et quòd ſufficiat habuiſſe liberos, etiã ſi ſtatim deceſſerint, tex. eſt in l. uxoris abortu. C. de poſthu. hæred. inſtit. Cyn. Bal. & alii in l. ſi quis hæredem. C. de inſtit. & ſubſtit. Imò dicit Bal. in c. j. in tit. Epiſ. uel. Abbatẽ. in uſib. feu. quòd ſufficiat natũ eſſe liberũ uel filium, etiã ſi eodem momẽto moriatur. quod nõ eſt exaudiendũ ad punctũ, aliàs eſſet ridicula locutio, ſed eſt intelligendũ ciuiliter. fa. d. l. ex facto. §. ſi quis autẽ. ff. ad Trebell. Imò ſi aliquis exiret de utero matris, uẽtre execto, ita quòd eſſet debile animal carens mẽbro, dũ habeat ſpiritũ, ſufficit ut rũpatur teſtamẽtum tanquã filio nato. l. quod dicitur. cũ cõcord. in gl. ff. de lib. & poſthu. & fa. l. quod de pariter. ff. de reb. dub. Cæterũ ſi mulier abortiret, eieciſſet abortũ, uel edidiſſet portentũ, aut aliàs nõ habẽs uocẽ humanã, uel uagitũ humanum, nõ diceretur filius haberi, & nõ eſſet uerificata conditio, maximè in fideicõmiſsis. d. l. uxoris abortu. in prin. ubi eſt tex. & idẽ putat Sozi. in d. l. cum auus. col. lxxiiij. Quòd ſi naſceretur partus quinto aut ſexto menſe, iam ſatis diceretur uxor abortiri, &

cenſeretur partus abortus, cum genitura iuſta & legitima nõ ſit recepta, niſi ſeptimo mẽſe, & deinceps. l. ſeptimo mẽſe. ff. ſi pars hæred. pet. & ita dicit ſe didiciſſe à medicis receptæ au toritatis, quòd abortiuus dicatur partus quinto aut ſexto mẽſe genitus. Ego in hoc naturam conſulendam puto, quæ ſub traditionibus legalibus non concluditur. Circa prædicta uidete pulchrã l. quæret quis. ff. de uerb. ſig. Item ſi teſtator inſtituto filio, ſubſtituat Titiũ, ſi filius ſine hęrede deceſſerit, hoc loco uerbũ, hęres, coërcetur ad liberos tãtum: etiam ſi habuit conſanguineos uel cognatos, hi tamen non includũtur, quod eſt not. dig. text. eſt in d. l. ex facto. §. ſi. ff. ad Trebell.

Hoc quoq; non eſt prætereundum, cum teſtator filium ſuũ uel extraneum hæredem inſtituit, & ſi ſine liberis moriatur, Titiũ ſubſtituit, & liberi extiterint, hi liberi excluſo ſubſtituto ad hæreditatem teſtatoris peruenient. Sed an ex teſtamento, an ab inteſtato, dubitari poſſet. Communis opinio tenet cum gloſ. in d. l. Lucius. in ſi. de hæred. inſtit. quæ uult, quòd quamuis liberi extantes præferantur ſubſtituto, non tamẽ ex teſtamento ſuccedant teſtatori, ſed ab inteſtato: ea enim quæ ſunt in cõditione, nõ cenſentur eſſe in diſpoſitione. l. ſi quis ſub conditione. ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſt. Contrarium tamen tenuere Petr. de Anch. & quidam alii, uidelicet, liberos hæredis, ſubſtituto ex teſtamento præferri. & ita dicitur conſuluiſſe Petr. de Anch. conſil. lxx. ſicut eum allegat Soz. in d. l. cum auus. ad fin. de cond. & demon. qui eam concertationem latius explicat: uerum communis opin. obtinuit, à qua non puto diſcedendum eſſe, ut quæ bene fundetur ex d. l. ſi quis ſub conditione. Hoc tamen inter omnes conſtat, quòd quamuis liberi in dicta conditione non ſint uocati ex teſtamento, habeant tamen qualequale iudicium teſtatoris, quo præferuntur ſubſtituto, quod ſufficit: & ita Iaſ. Sozin. & alii. Denique nouiſſe conueniet, quòd cum filius uel nepos aut deinceps alii hæredes inſtituuntur & grauantur, ut poſt mortem reſtituant hæreditatem Titio ſine ulla conditione liberorum, nihilominus tacite ſubintelligitur hæc conditio, ſi ſine liberis moriantur: quia non præſumitur teſtator extraneos uoluiſſe præferre ſuæ ſoboli uel ſuæ poſteritati. d. l. generaliter. §. cũ autem. C. de inſtit. &c. d. l. cum acutiſsimi. C. de fideicomm. cum ſimil. Hoc tamen dubitari poſſet, ſi pater inſtitutis filiis ſubſtituat Titium, ſi uterq; ſine liberis moriatur: alter filius

lius moritur, ſed liberis relictis: deinde ſecundus decedit ſine liberis, quis pręferatur in ſucceſsione fratris ultimò defuncti? an Titius ſubſtitutus, quia ultimò moriens ſine liberis deceſsit: an filii uel liberi alterius fratris primò defuncti, qui ſuccedant ab inteſtato patruo ſuo? Hic ſi inſpiciamus uim uerborum, res eſt ſatis expedita: quia ſubſtituto non erit locus in quo defecit conditio, unde filii alterius fratris ab inteſtato ſuccedent, niſi ſubſtitutus eſſet perſona quæ ex præſumpta mente teſtatoris præferretur. text. eſt in d. l. hæredes mei. §. cum ita. ad Trebell.

Ex prædictis & alia dubitatio diſſolui poteſt. Teſtator inſtituerat tres filios, filiæ reliquit cētum pro dotibus, & ſubſtituit filios reciprocè, ſi quis ſine filiis moreretur, bona ad alterum peruenirent. Vnus moritur relicta filia, dubitabatur an iſta filia defuncti fratris uocetur ad bona patris defuncti, an fratres reciprocè ſubſtituti, uel an defeciſſet cōditio, quia iſte mortuus eſt cum filia: teſtator enim dixerat, ſi quis moritur ſine filiis, iſte habuit filiam. In fauorabilibus appellatione filii ueniunt filiæ. l. ſi ita ſcriptum. ff. de leg. ij. & eſt text. in d. l. j. C. de cond. inſer. Raph. Fulg. in d. l. j. C. de cond. inſer. prout eum alleg. Sozin. in d. l. cū auus. col. xlviij. tenet hunc quoq; defunctum fratrem rectè ſine filiis deceſsiſſe, & ſic filiā à bonis paternis excludi, admiſsis fratribus defuncti. Mouetur ea ratione: quia cum teſtator propriam filiam excluſit, inſtituendo tantum filios ſuos, multo fortius cenſetur excludere uoluiſſe neptem: quia non præſumitur plus prædilexiſſe neptem ex filio, quàm propriam filiam. arg. l. ſi uiua matre. §. in nepotibus. C. de bon. mater. quod & ſequitur Sozin. in d. l. cum auus. loco ſuprà allegato. Quo uero exiſtente, uidetur non eſſe curādum, ſi teſtator dixerit, ſi quis moriatur ſine filiis, uel ſi quis moriatur ſine liberis, cum liberi hoc loco conſtringantur ad maſculos, arg. d. l. ex facto. §. ſi. ff. ad Trebell. & quæ docet Bart. in repetitione l. liberorum. quam doctrinam ueram eſſe puto, ſi ſint ſtatuta uel cōſuetudines, quibus excludantur fœminæ ad conſeruandam agnationem: quia ut eleganter dicit Sozin. eo loci non cōſiderari filiationem uel neceſsitudinem ſanguinis, ſed qualitatem agnationis & familiæ conſeruandæ, quæ in mulieribus non poteſt ſubſiſtere. Cæterum ceſſantibus ſtatutis uel conſuetudinibus, crederem præferri filiam fratris defuncti aliis fratribus: con-

ſtat enim iure, cum dicitur, ſi iſte uel alius moriatur ſine liberis uel ſine filiis, deficere conditionem, poſtquam ſaltem filia uel neptis uel proneptis uel abneptis generaretur. ita eſt text. ad quem me teneo, in d. l. cum acutiſsimi. Nec me mouet ratio qua dicitur, pater filiam propriam excluſit, fortius neptem excluſiſſe cenſeri, &c. hæc cõſequentia nihil ualet: quia pater filiæ competẽter prouidit dotibus iuxta modum patrimonij ſui: nepti autem in nihilum prouidit: & ita de perſona prouiſa dotibus, ad perſonam non prouiſam dotibus, male arguitur. Deniq; ſi iſte filius defunctus nihil haberet niſi ſuam portionẽ à patre, quis aleret neptem? in quo ſuccederet filia defuncti? Videte quò tendat abſurdum.

Porrò & alia dubitatio incidit grauior quàm prædicta. Pater habuit filium & filiam: filium inſtituit uniuerſaliter, filiam in quantitate certa, prouidendo ei de dotibus, & ſi filius ſine filiis decederet uel ſine liberis (non curo) ſubſtituerat hoſpitale uel alium locum pium: filius deceſsit relicta nepte, an hęc neptis excludat ſubſtitutum locum pium? Ingens fuit conflictus inter Doct. quia hæreditas erat ampla. Paul. de Caſt. in d.l.j. ad fi. de cond. inſer. & Sozin. in d.l. cum auus. loco prę-allegato, dicunt, omnes Doct. Italiæ, omnia collegia in hoc caſu coſuluiſſe diuerſa & aduerſa conſilia: hi enim fouebant pium locum, alii neptem ex filio. Paul. de Caſt. conſuluit pro loco pio contra neptem, conſil. lxxiij. Poſtea ſubſtitit, noluit plus conſulere, cum uideret tot Doct. ei contrarios. Nã quòd pius locus admittatur, hæc eſt potior ratio, quòd pater propriam filiam excluſit, dando filio ſubſtitutum: quare ergo nõ præſumeretur excluſiſſe neptem ex filio, qui filiam excluſit? Huic rationi ego ſuprà reſpondi. E' diuerſo pro nepte ſunt text. aperti, uidelicet d.l. cum acutiſsimi. d.l.j. C. de cond. inſer. d.l. generaliter. d.l. cũ auus. ubi uidetur hoc quaſi expreſſum. Cum tanta nube textuum neptis ſit ſepta, uidetur præferri ſubſtituto, licet Iaſ. dicat ſe conſulere & ſæpe conſuluiſſe in contrarium. Paul. de Caſt. dat concordiam, ut eum allegat Sozin. quòd ſi in huiuſmodi caſibus ſubſtitutus eſſet perſona in quam haberet teſtator affectionem, fortè ratione agnationis, tunc is præferretur, quia præſumpta mens teſtatoris, quæ uoluit excludere filiam, fortius excludit neptem ad conſeruãdam agnationem. Nec hoc eſt odium muliebris ſexus, ut pulchrè dicit Sozin. ſed ut conſeruetur progenies. Aut ſubſtitutus

tus eſt extraneus,ſicut hic fuit pius locus,tunc neptem præfe-runt Paul. de Caſt. & Sozin. licet Paul. aliquando contrariũ cõſuluerit,ſed ueritas uincit:quem caſum D.Franciſ. Curtius conſil.xi.col.vii.latè proſequitur.

Pro complemento huius materiæ notandum eſt,quòd ſi te ſtator grauat hæredem ut reſtituat hæreditatẽ fratribus ſuis, hoc loco non ueniunt filii fratris, qui tamen de iure communi conferuntur fratribus.eſt dictum elegans Bal.in l.cum ita. §.in fideicommiſſo. contra gl. fin. ibid.ff.de leg. ij. ubi etiã habetis elegantem text. quòd quando fideicommiſſum relinquitur familiæ,ſemper præferũtur hi, qui ſunt proximi in gradu:quia nomine familiæ hodie comprehenditur agnatio & cognatio, ſed propiores in gradu præferuntur:quod eſt not. dignum. Præterea non eſt prætereundum,quòd cum teſtator ſubſtituit hæredi Titium, & hæres differt per annum, nõ declarat mentem an uelit adire uel non,fortaſſe in necem ſubſti tuti,tunc ſubſtitutus poteſt implorare officium iudicis, ut ei ſubueniatur, & ſtatuatur dies, in quo hæres mentem ſuam do claret.l.quandiu.iij.& ibi Bart.latius.ff.de acquir.hæred.

Tandem addemus pro complemento, quòd ſi teſtator iubet bona reſtitui progeniei, ſoboli, uel domui, ſiue generationi,ſemper intelligitur de ſua agnatione, de deſcẽdentibus agnatis, uulgò, *dem ſtammen und nammen*. ita pulchrè Bald.& poſt eum Philipp.Franc.ad fin.in d.c.j.de teſtam.lib.vi.Et ita cũ laude Dei finio hãc materiam ſubſtitutionum, in qua plura addi,cõſarcinariq; poterant, ſed breuitatis propoſitũ iuſsit,ut manum in tẽpore tollerẽ ex tabula.

FINIS.

VDALRICHVS ZASIVS LL. DOCTOR INSIGNI

uiro Domino Bonifacio Amerbachio V.I.Doctori, ordinario Baſilienſi,

S. P. D.

CV M *non ignorem, doctiſsime Bonifaci, nimia altercatione perdi ueritatem, animus erat friuolis oppugnationibus Petri Stellæ, quas nouisti, non amplius obuiare, cum ſemel me ſatis defenderim. Verum flagitantibus tot bonis uiris, & ne cedam homini glorioſo adhortantibus, contineri non poteram, quin uel nouiſsima hac congreſsione meas tutarer doctrinas. Quicquid illud ſit, ſub nomine tuo edere ſtatui, qui mihi & ſingulari ſis amicitia iunctus, & qui pro egregia tua eruditione, concertationem præſentem, quô uergat lãcem, expendere facile poſsis. Equidem propter gloriolæ illectabula, quæ nec curaui unquam, ut nouiſti, nec curo, ne uerbum quidẽ addidiſſem: ſed errorem Stellæ, per quem ueris doctrinis apud incautos noceri fortaſſe potuiſſet, adhortantibus maximè auditoribus meis, refellere uoluimus, quòd hoc utriq; & Stellæ & mihi uiderem eſſe cõducibile: illi, ut ſanis doctrinis acquieſceret: mihi, ut quæ uerè ſcripſi, erroneis opinationibus non uiolarentur. Vale, ex Friburgo Nonis Auguſti, Anno*

M. D. XXX.

Lector quiſquis es, ſepoſita pauliſper affectione, qua alterutri ex nobis inclinaris, utrius doctrina ſit fundatior ex ueritate dijudicato.

VDAL

VDALRICHI

ZASII LL. DOCT. FRIBVRgen. Defenſio nouiſsima contra Petrum Stellam Aurelianenſem, iure & ratione plus quàm neceſſe erat, confirmata.

DOCET Iureconſultus Paulus in l. repetitio. ff. de condict. indebit. repetitionem nullam eſſe ab eo qui ſuum recepit, etiam ſi à non uero debitore ſolutum eſt. Cuius contrarium decidi uidetur in l. ſi pœnæ. §. j. ff. eod. tit. Ego uero cum in diſſoluendis & concordandis Antinomiis, per Budęum uirum in optimis literis principem collectis, aliqua ſcripſiſſem, dictam l. repetitio. pro communibus doctrinis intellexi, quòd ab eo qui ſuum, id eſt, ſibi debitum, quamuis à nõ uero debitore recepiſſet, nullam eſſe repetitionem: ſicut idipſum latius in Antinomiis declarauimus. At Petrus Stella Doctor Aurelianenſis, uir cum primis doctus, improbata mea doctrina, quæ tamen communiter à Doct. tenetur, putabat d. l. repetitio. intelligi oportere, quòd ab eo qui ſuum, id eſt, ſuam rem propriam, cuius eſt dominus, recepiſſet, repetitionem non eſſe: figurando caſum ſatis mirabilem in eo qui ueſtem propriam ſuam commodaſſet Valerio, quæ ueſtis cum ad tertium ſine uitio perueniſſet, is tertius putans ſe obligatum, eandem ueſtem domino reſtituerit, &c. Ex quo ſuo intellectu Stella in priori commentulo, contra communes opiniones multa nouauit, ſed parum feliciter. Cæterum cum Stellæ improbatio ad nos perueniret, breuibus fundamentis in fine Antinomiarum motiua ſua diluimus: tum quòd argumentis ex ambiguo ſumptis Stella niteretur, cum dictio, *ſuum*, non ſolum uerum dominium, ſed etiam rem debitam in iure ſæpenumero ſignificet. Item & intellectum ipſius ad titul. de condictione indebiti eſſe impertinentem & extraneum, cùm natura condictionis indebiti ſit, quòd erronea ſolutione res in dominium recipientis tranſeat: quod certè in caſu Stellæ, quo domino res propria reſtitua

reſtituatur, dici non poſsit. Et quia caſus ſuus non eſſet ullo modo dubitabilis, cum nemo ratione prædītus dubitaret, quin dominus, qui rem propriam recipit ad reſtitutionem nõ teneatur, &c.

Hic Petrus Stella, certandi fortaſſe auidus, quadam, ſi diis placet, Apologia (quæ tamen uerborum numero grauior eſt quàm pondere) defenſionem meam conuellere perrexit. Motus primo, quòd hæ dictiones, *meum, tuum, ſuum*, dominium ſignificarent: quam in rem multa iura ſine utilitate conſarcinauit. Quamuis poſt fateatur ea pronomina etiam pro debito uſurpari, ut infrà ſuo loco latius recitabitur.

Deinde Stella intellectum meũ abſurdum eſſe putat, quòd ad d.l. repetitio. in Antinomiis quædam modica ſupplenda eſſe ſcripſerim.

Tertio loco in me non ſine ampulloſa uerboſitate cauillatur, quaſi pugnãtia loquar, qui cũ dixerim ambiguis ipſum argumentis niti, nihilominus fatear ſuum intellectum eſſe indubitabilem. Verum eo loci, per multa commentitia laborat, ut ſuum intellectum faciat dubitabilem: nempe quòd magnum ſit commodum poſſeſsionis. Item cum ex acquiſitione poſſeſsionis aliquis reddatur locupletior, naturalis autem ratio condictionis indebiti prohibeat aliquem lucrari cum aliena iactura, proinde ſuper repetitione danda, dubitari potuiſſe. Mitto alia inania, nihil ad præſentem cauſam facientia.

Porrò & quarto Stella toto cœlo me errare dicit, ubi contendo condictionem indebiti tunc competere, cum dominium transferatur: ſiquidem & ſola poſſeſsio indebitè tradita cõdici poſsit. per l. indebiti. §. ſed & ſi numi. cod. tit. eoq; nomine ſuum intellectum à tit. condictionis indebiti non putat eſſe alienum. Et ne nihil pugnaſſe uideatur, quædam impertinentia de l. hæc condictio. eodem tit. & de creditore putatiuo adnexuit.

Hæc ſunt propemodum uelut in ſummã collecta, quibus Stella contra me mouetur. Verum cum tæderet & pigeret huiuſmodi ſuis contentionibus, ut quæ plus oſtẽtationis quàm nerui haberent, latius obuiare, per eruditiſsimos aduleſcentes Melchiorem Volmariũ Rotuuilanum, & Ioannem Silberburner Vormacienſem, iuris ſectatores laudatiſsimos, ore & literis impulſus ſum ut homini reſponderem. Quos cum no-

tis

tis fruſtrari non uellem, oppugnationes Stellę (quamuis ipſe longa uerborum ſyrmata trahat, & multa extra cauſam miſceat) ſummo quòd dicitur digito, alio tamen ordine quàm cœperim, confutandas ſuſcepimus.

Igitur ante omnia refellere placuit, quòd Stella toto me cœlo errare dicit, dum ſcripſi, naturam conditionis indebiti eſſe, ut erronea ſolutione dominiũ in accipientem transferatur: ſiquidem & ſola poſſeſsio indebitè tradi poſsit, &c. Equidem domine Petre, tametſi nõ ualde cõtrouertam, ſi toto me cœlo aberrare putes: nõ enim ſum ſtella, ſed homo è terra ſumptus: Tibi fortaſſe, qui Stella es (uide ne erratica) uerius cõueniet cœli error: uidendũ tamẽ eſt an cõtra me iuſtè mouearis ex dict. l. indebiti. §. ſed & ſi numi. Et certè is textus rationi meæ nõ obſtat. Nam licet ibi ſola rei poſſeſsio fuerit in accipienté trãslata, ea tamẽ poſſeſsio dominiũ uſucapione parere potuit, quod & à tradente proficiſci dicitur, id quod in d. §. ſed & ſi numi. in uerſ. ſed & ſi. tex. nõ obſcure uoluit, dum dicit: Sed & ſi poſſeſsionẽ tuã feciſſem, &c. Quapropter quãuis tradens ſolã poſſeſsionẽ, actu tranſtulerit, habitu tamen etiã tranſtuliſſe dominiũ cenſebitur: ut ſic quo ad conditionem indebiti parum referat, poſſeſsio an dominium transferatur. Nam licet ipſa origine poſſeſsio & dominiũ differant, per §. nihil commune. & quæ ibi poſt Doctor. ſcripſi, poſtquàm tamen in eſſe producta ſunt, ſeſe reſpiciũt, maxime ubi cogitatione domini poſsidetur, id quod apertè patet in publiciana. & fa. uulg. l. clauibus. Cæterũ in caſu iſto tuo peregrino, domine Stella, nihil illorũ recipi poterit: re enim propria domino reſtituta, poſſeſsio tradita, nec actu nec habitu dominium parere poteſt, ut ita is caſus Stellatus, tanquàm exoticus & impertinens, cum tit. ſub quo d. l. repetitio. ponitur, nihil communicet, rectéq; & fundatè dixerimus, d. l. repetitio. ex natura & conditione tituli ſub quo ponitur, intelligendam, nec ad peregrina iſta & extranea eſſe corrumpendam.

Nec obſtat quòd Stella obiicit, naturã conditionis indebiti eſſe, ut quodcunq; quod alterius apud alterũ deprehendĩtur, reuocet. l. hæc conditio. eo. tit. quia hoc non ita Iudaicè & crudè, ut Stella putat, ſed cum temperamẽto accipiendum eſt, uidelicet quod alterius apud alterũ ex erronea ſolutione deprehenditur, reuocari poſſe, quod ex uerbo *reuocet*, conſtare poterit. Nam ex communiter accidentibus reuocari non ſo-

lent

lent niſi ex errore data. Deniq; dictæ legis generalitas per l. ex his.eo.tit.manifeſtè coërcetur,ubi uelut pro regula ponitur, Ex omnibus cauſis quæ iure non ualuerunt, uel non habuerunt effectum,ſecuta per errorem ſolutione, condictioni locum eſſe. quem tex. Bar. ſummam eſſe dicit quaſi totius materiæ,ponereq; ſummarium in tot.tit. Vide Stella quàm frigidis,& omnino nihili rationibus ducaris,ut ueritati,quæ communiter recepta eſt,cerebri tui imaginatione reſultes.

Sed heus tu Stella, nónne tu ipſe in tuo cõmentulo in materia l.fundi. §.item ſi amicus.de acquir.poſſ.eadem ratione qua ego hic utor,te fundaſti, dum aſſerebas tex.in l. Papinianus.de publici.intelligendum eſſe ſecundum tit.in quo ſitus eſt? Cur non & ipſi mihi permittis, quod tibiipſi licere putabas? Quæ hæc eſt iniquitas,te in meis improbare uelle, quod in tuis approbas? Quis te feret in aliis reprehendentem, quòd in tuo iuſtum eſſe contendis?

Alia porrò quæ obiicis,cũ partim leuicula ſint, partim extranea,tanquam nihil habentia momenti, quod magnopere confutandum ſit,tranſeunda putaui: funem enim ex prouerbio Hieronymi,in diuerſum ſine mẽſura trahere nolui. Quid enim habet rei tua certatio,cum mihi inani oſtentatione creditorem putatiuum, cui aſſertus debitor rem quam poſsidet tradiderit,obieciſti? Nam ex ſuperioribus ſatis patuit reſolutio,quòd ſi quis rei propriæ poſſeſsionẽ tradit, dominium tranſtulit: ſin rei alienæ, transfert uſucapiendi conditionem, ex qua & habitu dominium tranſire poterit. Sed quid hoc ad cauſam noſtram?

Quòd autẽ, domine Stella, ſuppletionẽ meã, qua ad d.l. repetitio. duo uerba ſuppleui, inclementer accipis, indignũ puto ut ſuper re tam aperta diſceptem. Supplendum enim eſſe in legibus, dum id pertinenter fiat, euidentia iuris & facti habet. Deniq; & tu ipſe non negas, quin in iure frequenter ex aliis legibus, ad explicationem aliarum legum quædam ſuppleantur, cum iura iuribus aliter concordari non poſsint,& ratio exigat æquitatis, &c. At hæc utraq; hic locum habent. Nam & in propoſito noſtro duæ leges ſæpe allegatæ aliter quàm dicta ſuppletione, uel ſimili, concordari non poſſunt. Et ratio æquitatis hoc exigit, ut conſulatur creditoribus ſua recipiẽtibus. Quin & ordo legalis expoſcit, ut ſuo quæq; lex titulo reſpondeat. In cæteris quæ de ſuppletione dici poſſunt,

ſunt, refero me ad Antinomias meas, in quibus totã eam rem latius declaraui.

Iam ad aliam meam rationẽ, qua dixi: Si Stellæ interpretatio procederet, dictam l. repetitio. eſſe ſuper indubitabili: quòd nemo foret tam fatuus qui dubitaret, eũ qui ſine fraude rem accipit cuius eſt dominus, ad reſtitutionẽ non teneri, &c. Hanc rationẽ cum cõfutare nõ queat Stella, ſophiſtica uerſutia pergit eludere, quaſi pugnãtia loquar, qui cũ antea ambiguis eum argumentis uti dixerim, nunc intellectum ſuũ ultro aſſeram indubitabilem, adiectis nonnullis friuolis uerborum pompis: quod quid eſt aliud, niſi mera cauillatio? cuius ea eſt natura, ut ab euidẽter ueris, per breuiſsimas mutationes diſputatio, ad euidẽter falſa perducatur. l. naturã. de uerb. ſig. cum ſimilib. An ignoras, domine Stella, legem in iure noſtro dupliciter dici indubitatã? Aut quia de lege principiò dubitaretur (ſicut in pleriſq; omnibus legibus uſu uenit) quæ tamẽ dubitatio à Doct. uel autoritate, uel ratione redditur perſpicua & indubitata. Aut quòd reductione ad abſurdũ, & ex abſurda interpretatione lex ad caſum indubitabilẽ redigeretur. In priori caſu, nego te legem noſtrã ex ambiguis tuis argumentis indubitatam feciſſe, ut qui nec autoritate ulla, nec ratione legitima, dubitationẽ eiuſdẽ legis diſcuſſeris. Cæterũ poſteriore loco, qui ex abſurda interpretatione enaſcitur, ingenuè fateor te tuis ineptis certationibus, ex ambiguo ſumptis, id effeciſſe, ut d. l. repetitio. etiã lixis & cerdonibus indubitatũ caſum (qui legalibus deciſionibus indignus ſit) continere uideatur, cõtra l. Domitius. de teſta. cũ uulg. Vides itaq; me nihil minus quàm pugnãtia ſcripſiſſe, cum negarem committi oportere, quòd per ambigua argumẽta, legis noſtræ dignitas (de cuius tamẽ ſentẽtia ab initio recte dubitari poterat) ad caſum etiã rudibus indubitabilem detorqueretur. Dilẽmata tua non moror, quæ potius ſunt captiunculæ, & quæ ex pari in te reflecti poſſent, ſi minutula iſta perſequi conſilium eſſet.

Sed cum hunc ſentires laqueum, anxiè laboras, ut dictam legem facias dubitabilem. Putas enim haud mediocriter dubitari poſſe, æquúmne eſſet ſaltem poſſeſsionem repeti à domino, cui res propria reſtituta fuit, tum quòd magnum ſit cõmodum poſſeſsionis, tum etiam quòd condictio indebiti ad id detur, in quo accipiens cum iactura alterius factus ſit locupletior, &c. Parce mihi domine Stella, commentitia iſta ineptiora

ptiora ſunt, quàm ut confutationem exigant. Quis enim compoſitæ rationis homo dubitare poſſet, an res propria reſtituta domino, per tradentē, cui nihil iuris eſt ad rem, repeti propter commodum poſſeſsionis poſſet? an dominus ei Mercurius eſſe debeat, ut ad illud Perſii alludam? quæ eſſet inſania dubitari an dominus re propria ſeſe nudare, & alterum ignotum, commodo poſſeſsionis nulla ratione inſtaurare teneatur? Iam & non minori abſurditate dubitaretur, an is qui ſuam domino rem tradit, ideo repetat, quòd dominus ea traditione ſit factus locupletior. Quid ad tradentem, dominus ſit uel non ſit locupletior, cum is qui tradidit, nullam ſit paſſus iacturam, ut qui nihil iuris ad rem habuerit? Quid nos domine Stella cū iſtis fatigas næniis? Quomodo tibi philautia imponere potuit, ut non cerneres quot peritorum hominum uel iudicium, uel naſum ſis ſubiturus? Dimitto alia quæ eum in locum nulla ratione deduxiſti, quæ legem noſtram tam non faciunt dubitabilem, ut ex eis intolerabilis abſurditas effictæ tuæ dubitationis reluceat.

Ex prædictis conſequitur, uerum eſſe quod principio in Antinomiis meis ſcripſi, Stellam ambiguis argumētis uerum & legitimum ſenſum dict. l. repetitio. abſurdè corrupiſſe. At Stella cum eam rationem oppugnandam ſuſcepiſſet, miratur me auſum ſcribere, quòd dictio, *ſuum*, ſit ambigua, cum propriè dominium denotet, &c. Sed non ſum ita rudis imperitię, qui neſciam quid ea dictio propriè ſignificet. Nouiſſe tamen Stella poterat, *ſuum*, non ſolū propriè, ſed ſæpenumero impropriè pro re debita ſumi, id quod & ipſe ultrò (malè cautus patronus) pro meo commodo fatetur, nempe ea uerba, *meum, tuum, ſuum*, aliquando ex communi uſu loquendi, pro debito accipi. Cum ergo ea uerba uariè, nempe ex communi uſu loquendi, & propriè & impropriè accipi poſſunt, quomodo non erunt ambigua? Nam quod multiplex eſt, & ad uaria trahi poteſt, non ſolum ex uulgata Boëthii ſententia, ſed etiam ipſo ſenſu ambiguum eſſe cognoſcitur. Non eſt ergo domine Stella quod negare poſsis, quin tuam opinationem ex ambiguis argumentis fundare contenderis: ſi interim prætereā, quòd & uitioſa confirmatione contra præcepta rhetorica id pro certo ſumis, quod inter omnes non conſtat, atq; ita litem (ut ille ait) ex lite reſoluis. Nam needum compertū eſt, quòd dictio, *ſuum*, in dict. l. repetitio. pro dominio intelligatur: &

propterea

propterea pro certo argumento ſumi nō poterat. Mitto quòd & in aſyſtata rhetorum incidiſti. Nam quo argumento contra me pugnas, eodem ego te uerbi ambiguitate referio.

Quòd ſi iſta ambiguitas pro alterutra parte reſoluenda ueniat, pro me ſine dubio reſoluetur, id quod ex materia ſubiecta, & ex natura tituli de condictione indebiti, in quo lex noſtra collocatur, liquêre facilè poteſt. Quinetiam propriis tuis uerbis manifeſtè conuincitur, cum in priore commentulo dixeras uerbum, *ſuum*, impropriari, ſi aliter materiæ non conueniret. At eam impropriationem omnino materiæ noſtræ conuenire uel ex eo conſtat, quòd in l. repetitio. à non uero debitore ſolutionem factam eſſe dicitur. Nam ex uerbo debitoris, conſequens eſt, quòd non alii quàm creditori facta ſit ſolutio: correlatiuorum enim natura eſt, ut alterum inferatur ex altero, ut per Doctores in rub. de acquirenda poſſeſsione. Et uulgò notum eſt, talia eſſe ſubiecta, qualia ab eorum prædicatis permittantur: ſiquidem præcedentia ſequentibus declarantur. per iura uulg. Vnde cum lex debitoris mentionem facit, neceſſariò infertur etiam de creditore ſenſiſſe. Verum Stella cum hunc nodum ſentiret & fateretur, circa nomē debitoris miſerè uariat & uacillat, ut rectè Federicus de Sen. conſi. ccliiij. dixerit, circa ueritatem omnia plana eſſe, ſed cōtra ueritatem cum magno labore & languore argumenta trahi. Stella enim iam debitorem impropriè ſumit, contra ſuam met intētionem: nunc dicit debitorem etiam erga dominum rei, rectè dici, ſi contractus præcedat, &c. At neutrum ualet: nam à primo figmento ipſemet Stella recedit. Secundum uero huc non confert, cum in caſu quem Stella fingit inter dominum & tertium iſtum, qui rem domino reſtituiſſe dicitur, nullus contractus præceſſerit. Et ſic Stella incidit in prunas, cum uult euitare patellam.

Deniq; cum in dicta l. repetitio. dicatur à non uero debitore ſolutum fuiſſe, fieri non poteſt quòd dominus ibidem rēm ſuam propriam receperit. Nuſquam enim auditum nec relatum eſt, quantum ego memini, quòd domino res ſua propria ſolui dicatur, ſed reſtitui. Verbum enim ſolutionis ex communiter accidentibus, debita perſonalia reſpicit, non iura realia. Cum ergo uerba dictæ l. repetitio. debito conueniant, non dominio, conſequēs eſt, ipſomet Stella confitente, quòd ſuum, pro re debita accipiatur.

V Sed

Sed agè, urgeamus hominem etiã ex legis autoritate: nam & ipſis legum textibus opinatio ſua ſubuertitur. Siquidē Imperator in l. de hæreditate. C. de petitione hæredit. cum deci diſſet bonæ fidei poſſeſſorem, qui creditores ſoluerat, ſi ſuccumberet, detrahere ea quæ ſoluta forent, ex hæreditate poſſe: ſubiungit rationem, quòd à creditoribus peti non poſſit, qui ſuum receperunt. Nec dubitari conueniet, quin eam deci ſionem Imperator ex d. l. repetitio. fundauerit, ſcilicet quòd paria propemodum ſint in utraq; lege uerba. Nam in dicta l. repetitio. dicitur, nullam repetitionem eſſe ab eo qui ſuum re cepit. At hoc ipſum Imperator docet, nempe peti à creditoribus non poſſe qui ſuum receperunt. Aude Stella contradicere Imperatori, qui tam apertè in conſtitutione ſua, dictam l. repetitio. declarando, omnia tua figmenta ſuſtulit.

Addo regulam iuris, qua in l. nihil dolo. dicitur, nihil dolo creditorem facere, qui ſuum recepit. quæ lex cum & ipſa Pauli Iureconſulti ſit, ſicut & l. repetitio. quis tam à ſole, imò à ſanitate alienus, auſit dicere Paulum, qui in utraq; l. eãdem doctrinam tractat, & utrobiq; eodē ſermonis idiomate uſus eſt, ſibiipſi nulla ratione uariaſſe? ut ita fateri (uel inuito & obluctante Stella) neceſſe ſit, quòd Paulus in ambabus legibus, ſuum, id eſt, ſibi debitum, recepiſſe ſignificauerit.

Accedat quòd & Vlpianus in l. qui autem. §. apud Labeonem. ff. quæ in fraudem cred. ea uerba, ſuum recipere, pro ſibi debito, clariſsimè expoſuerit. Sic enim dicit: Apud Labeonē ſcriptum eſt, eum qui ſuum recipiat, nullam uideri fraudē facere: hoc eſt, eũ qui quod ſibi debetur, recipiat. Quid hic dicis Stella? ad quæ confugies diuerticula? Verba Iureconſulti aperta ſunt, qui ſuum recipere, pro re quæ debita eſt, & non pro dominio, expoſuit. Proinde cum ipſemet Iureconſultus eam expoſitionem fecerit, quam & Doct. cõmuniter omnes ſenſerunt, quid peccauit Zaſius, qui paria cum tot illuſtribus uiris docuit? Age domine Petre, ubi tua iam eſt ſtatio? in quē portum nauem tuam fluctuantem diriges? Quid ſi tibi alios quoq; textus non abſimiles oſtendero? Nam in l. dominus te ſtamento. in fine. de condict. indeb. dicitur, eum qui numos pro ſeruo indebitè dederat, ſuũ poſſe repetere, id eſt, ſibi debitum (numos enim fecerat accipientis, ut ibidem eſt tex.) Et Paulus Iureconſ. in l. pure. §. ſi eum qui. de except. ſol. cum decideret, creditorem ex delegatione ſibi facta, petētem, ex-

ceptio

ceptione repelli nõ poſſe:rationem ſibiicit, quòd is creditor ſuum repetat: hauddubiè intelligens ſuum, id eſt, ſibi debitum: ſi interim alia iura prætercam.

Ex prædictis non ſolum apparet opinationem Stellę nihil habere ueritatis, ſed & inſuper Stellam in eo quoq; manifeſti erroris conuinci, quòd in ſuo commentulo inter alia Paulum Iureconſultum ubique proprium fuiſſe ſcribit, cum in dictis iuribus, nempe in tribus legibus ſuprà allegatis, is Iureconſultus impropriè ſuum pro ſibi debito acceperit. Deniq; cum Stella (ut in ſuperioribus tetigi) uerbum debitoris impropriè ſumi dixerit, licet uariarit, quomodo poterat ſcribere Paulũ ubiq; fuiſſe proprium? Profectò bene in prouerbium abiit, oportere memorem eſſe eum qui fingeret. Porrò & alibi Paulus (contra improuidã Stellæ iactitationem) improprius eſt, ut in l. & fideicommiſſum. de aur. & argen. leg. ubi appellatione legati, etiam donationem cauſa mortis uenire dicit. fa. l. pediculis. §. item cum quæreretur. eod. tit. Quinetiam Paulus in l. cum de lanionis. §. aſinã. de fund. inſtr. uelut pro regula ponit, propriam ſignificationem uerborum non ſemper ſcrutari oportere, id quod alioqui & in iure, & in rhetoricis manifeſtum eſt.

Quæ cum ita ſint, & cõſtet meam aſſertionem tot elegantibus iuribus, cõmuniq; Doctorum doctrina ſtabiliri: & uia ſigillata ſit, fundari ex textibus, ut dicit Bal. cõſi. lxxxvij. ij. part. Stellam autem nec ratio, nec autoritas adiuuet, quinetiã à ueritate ipſa deſeratur, cuius defectus nũquam purgabitur, ut dicit Bal. in l. ſi ueritas. C. de fideicomm. nihil dubii relinquitur, quin is in ſua opinatione in uniuerſum conciderit, adeò ut per totam Iuriſperitorum coronam, non ſolum ex aſyſtato præiudicati oppugnetur, ſed etiam Eutychis exemplo (de quo in l. quoniã uenerabilis. C. de Epiſ. & cler.) ab omnibus uno ore calculum damnationis ſit excepturus.

Concludimus ergo, concordiam noſtram ueram & notabilem eſſe, quòd in l. ſi pœnæ. §. j. is qui debitum ſoluerat, ſuo ut hæredis nomine: at in l. repetitio. nomine & intuitu debentis hæreditatis ſoluerit, ſicuti hæc latius in Antinomiis declarauimus.

Tandem ſuper prætẽſo caſu tuo, domine Stella, aliqua ſcribenda occurrunt, quæ præterire non potuì. Nam cum ex facto ius oriatur, ubi gentium ea ſpecies facti euenire poterat,

quam effingis?Fortaſsis ex Vtopia aduexiſti.Siquidem in ho minum conuentionibus uel nunquam, uel raro futurum eſt, quòd res à Titio depoſita aut commodata,ad tertium ſine ui tio perueniat,qui eam domino proprio reſtituat, & nihilominus poſtea dubitet an eandem rem(in qua tamen nihil unquã iuris habuit)à domino proprio poſsit repetere.Inſolitum plane eſt,imò rara auis in terris(ut ille ait) nigroq; ſimilima cygno.At inſolita ius noſtrum tractare non cõſueuit.l. nam ad ea.ff.de leg.& facit l.j.§.ſed & ſi quæ.C.de uet.iur.enucle.gl. in c.j.de treug.& pace.& eſt arg.in l.certi condictio. §.ſi nu mos.ſi cert.pet.Nemo igitur ita eſt craſsi ingenii,qui inſolitam iſtam facti ſpeciem à Paulo Iureconſul. nulla rerum uel conſequentia,uel ſerie,uel ordine,in titulum impertinentem inculcari adſerat.

Quis porrò eſt tertius iſte, quem Stella in ſuo caſu commi niſcitur?Deniq; quomodo ad eum res domini à commodatario ſine uitio uenire poterat? Nónne ſcire debebat,quod ſuũ non erat,alterius eſſe?l.fin.C.unde ui.niſi forſitan Stella putet ſucceſsione hæreditaria ad eum ignorantem perueniſſe. At tunc non amplius erat tertius, ſed ipſemet debitor hæreditarius:niſi alia fingat diuerticula,quæ uitium excuſent,ut ita ex pluribus fictionibus conſarcinatis, lepida texatur fabula, & per inextricabiles circuitus, res eò deueniat, ut erroris textura manifeſtius detegatur.

Et ut alia tranſeam,diſpiciamus rationem dubitãdi, quam Stella fabricauit,quàm omnino ſit ridicula. Quæ enim Stella pro ratione dubitandi colligit, ea omnem dubitationem eatenus tollunt,ut qui d.l.repetitio.indubitabilem facere uelit,non aliis magis rationibus conficiet, quàm iſtis, quibus Stella dubitationem peperit: ut non immeritò cum Horatio ſciſcitari liceat, Amphora cœpit Inſtitui, currente rota, cur urceus exit?

Cum itaq; caſus iſte,quinimò tota iſta opinatio, nihil momenti habeat:conſequens eſt, ut etiam cæteræ nouationes, quas in proceſſu ſcripturæ ſuæ contra communes Doct. ſententias ex dicto ſuo erroneo intellectu Stella commẽtus eſt, prorúerint, & ſint de nihilo. Quod enim nihil eſt,quicquid ex eo ſequitur,facit nullum,ut dicit Bald.conſi.clvj.iij. parte.& eſt gloſ.in l.quod ſi nolit. §.qui mancipia.de ædil.edi. cum ſimil.uulg.

Hæc

Hæc ſunt, domine Petre Stella, quæ pro mea defenſione non apparenter, non ad oſtentationem, ſed urgente ueritate contra commentitia tua ſcribenda eſſe putaui: ſimul ut auditoribus & tuis & meis cōſulerem, ne eis Stellata argumenta imponerent, & ut tandem cognoſceres, quàm omnino tutum ſit ſub Aiacis contegi clypeo, id eſt, maiorum noſtrorum doctrinis acquieſcere, niſi fortiſsimis uel textibus uel rationibus ad diuerſa tuenda urgeamur. Quod autem aliquāto aſperius tecum egi, tu cauſam dediſti, qui me ignotum, & nihil tale merentem, non in uno loco, nō habita ſenectutis ratione, duriuſcule tractas. Itaq; par pari referre, & famæ meæ quantulacunq; ſit, conſulere, non dedecuit, citra tamen omnē iniuriam, qui te uirum in primis doctum eſſe non dubito. Sed nouimus bonum aliquando dormire Homerum: & ex Philoſophi ſententia, per manus traditur, eos qui ad pauca reſpiciant, facilè decipi & circumueniri. FINIS.

IACOBVS VIMPHELINGVS SVO VDALRIcho Zaſio S.D.

QVAE, uir humaniſsime, de cæcis Iudæis operoſiſsimè congeſsiſti, non uidentur mihi ullam calumniam pati poſſe, uel reprahenſionem: quippe quæ tum profundiſsimis, ſapientiſsimisq; diuinarum ſcripturarum ſententiis, tum præcipuè rationibus firmis: quas & multas & terſiori ſtylo in mediū adduxiſti, mirificè ſunt roborata: quāuis eorum elegantiam aliquantulum deprimere uidentur uariæ illæ, quibus uſus es, legum allegationes, quæ proſam, alioquin ornatiſsimā, inſuauem atque cicatricoſam reddunt. Sententias illas iudicatiuas doctoris Georgii, miſeram, antequam tu præſens aggredereris opus, illuminatiſsimo Theologo Ioanni Keyſersbergio: adieciq; ſuper eis inter Theologos & Iureconſultos in noſtro gymnaſio eſſe diſſenſionem: qui uniuerſas has propoſitiones adſtruxit, & ueritati conſonas eſſe reſcripſit. Vellem ego multos eſſe Doctoris Georgii & tui ſimiles, qui tantum haberent fidei noſtræ Zelum: ſperarem propediem illam amplificari, & tandem impuriſsimos etiam Turcas, nedum Iudæos, ſuppreſſum iri poſſe. Sed ita ſunt tempora, hi diuitiis, illi honoribus conſequendis ſtudent: paucos amor ueri iuſtiq; diſtinet: quo magis uobis, conſummatiſsimi uiri (ad uos enim iam loquor) blādiri poteſtis, qui

hoc Iudæi impuberis negocio, id de uobis argumentum præſtitiſtis, ut ſi qua unquam occaſio ſe offerat, pro fide, iuſtitia, ueritateq́; , nullum ſitis laborem ſubterfugituri. Tu quoq; mi Zaſi, quia elegantiſsime materiam propoſitam complexus es, laudem tibi immortalẽ haudðubie peperiſti: quam ut aſsiduò utilia ſcribẽdo amplifices, te magis atq; magis adhortor. Vale.

VDALRICHVS ZASIVS, SVO IACOBO VIMPHELingo, *uiro cum integritate perſpectiſsimo,*

S. P. D.

QVOD *de meo opere adfers iudicium, Iacobe perſpectiſsime, eò accipio, quòd animi optimi etiã falſa laus delectat. Cauſaris legũ allegationes proſæ intextas. Iuriſtæ fuit hæc textura: tua tamen monita ſubſecutus, allegationes intercurrentes, in ſpatia, latebráſue reieci, ut continenti orſu procedens contextus, & tibi ſatisfaceret, & haberent cæteri pro ſuo quiſq; captu quod legerent.* Vale.

EGREGIO, ET CLARISS. VIRO HENRICO KOLHER, *iuris Pontificii Doctori, Canonico Eccleſiæ collegiatæ ad ſanctum Petrũ iuniorem Argentinæ, Rectori Eccleſiæ Friburgenſis,* Vdalrichus Zaſius LL. *Doctor, earumq́; ordinarius in florẽtiſsima Academia ſtudii Friburgii,*

S. P. D.

SVPERIORIBVS *diebus, egregie ac clariſsime uir, cum in eo bello quod Regia Maieſtas contra principem Palatinũ mouit, Iudæus quiſpiam à noſtris captus, pecuniam promiſiſſet, filioq́; dato pro obſide pepigiſſet, ut is pecunia perſoluta reſtitueretur: filius antẽ in noſtrã deductus ciuitatẽ baptiſma peteret, & ad te, præſtãtiſsime Henrice, pro ea cõminiſtranda ſupplex accurreret, ingẽs inter doctos orta eſt diſceptatio, dictũmne filium, qui intra annos pubertatis fuit, cõtra patris uoluntatẽ, uel maximè obſtantibus pactis, ad baptiſma perduci liceret. Fuere inſignes uiri, qui pacta ſeruari, filiũq́; ſoluta pecunia, etiã negato baptiſmate, patri reſtitui cõtenderẽt. E' diuerſo &*

ſo & præſtātis doctrinæ alii, pactū negabāt ſeruari oportere: imò filiū uel cōtra patris uolūtatē baptiZandū. Cuius aſſertionis princeps fuit uenerabilis et ſpectatiſſimus uir, Georgius Nortofer, *ſacræ* Theologiæ Doctor, *qui & in eam rem publicè diſputauit. Ego cum in tanta diuerſitate, quid ſequerer, principio fluctuarē: & tamē negocio profundius expēſo, trutinatiſq; omnibus quæ ultro & citro moueri poſſent rationibus in eam partē, quæ filio baptiſmū nō denegat, tandē inclinarē, putabā operæpreciū, ſi tota iſthæc diſceptatio aliquato accuratius examinaretur. Itaq; per ociū tres ſuper ea re quæſtiones ſcripſi, fortè nō iniucūdas futuras. In quibus, cū &* Theologorū, Iuriſq; peritorū, *qui pro diuerſa ſunt opinione, rationes operoſe collegerim, & inſuper nouas nōnullas addiderim, attamē ſequentē & mitiorē opinionē ſecutus, iacula in diuerſum ſtricta pro uiribus auertimus, poſterioreq; opinionē pulchrè roborauimus. Quicquid hoc uigiliarū ſit, tibi* Henrice *præſtātiſſime dedicamus, tuoq; nomini nūcupamus. Et meritò illud: tu enim unus, nec patre, qui pecuniā (dū filius reſtitueretur) pēdere paratus erat: nec militaribus iſtis, quorū alioqui manus impiæ & pecuniæ ſentiēs eſſe cōſueuit: nec eis qui in diuerſum hortabantur curatis, filiū* Iudæi *in tuā tuitionē ſuſcepiſti, & ut acerrimus fidei noſtræ propugnator, nullo formidato periculo, eū publicè in eccleſia beatiſſimæ uirginis* Mariæ, *mirifica ſolēnitate, concurſu plebis maximo, fonte ſalutis lauiſti, hāc animā, uelut è* Cerberi *faucibus ereptā,* Deo *noſtro ſaluatori lucrifaciēdo. Nec tamen eo cōtentus, baptiZatū etiā in tuam annumeraſti familiā, quem & tuis educas ſumptibus, & ludo literario, moribus, & ſtudiis honeſtis obſeruādū tradidiſti.* Memorabile *hoc eſſe facinus, & prædicatione quāmaxima dignū, quis negauerit?* Plura *tamē ſunt, quæ te maiore extollunt præconio: paſtoralis fides ſupra exemplum egregia, ſubiectorū cura uigilantiſſima, & in rebus aliis, cum mirifica humanitate perſpectiſſima prudētia.* Mitto *hîc quanta tibi in uerbis diuinis elucidandis ſit facundia, qui quoties concionaris, uelut torrēs impellis animos, & quoquò uoles impetu trahis. Teſtis eſt abſurda quondam iſta auctionum nundinatio, quæ in eccleſia noſtra, cōtra legem diuinam, uetuſto ritu proclamabatur, te autore abolita. Teſtes multi abuſus, multi ſiniſtri mores, quos è medio ſuſtuliſti. Et ut alia in te inſignia (ne adulari uidear) prætercam, hoc unum tacere nequeo, quòd amicos tuos ſolidiſſima fide proſequeris, beneficiis adobruis liberrimis. Quod cum in aliis multis, tum in meipſo quammaxime teſtatum relinquitur: cuius curam iam multos annos uſq; adeò fideliter excepiſti, ut nihil unquam obmitteres quod rebus meis ſubleuandis conferret. Quæ cum ita ſint, labores iſtos*

V 4 *meos*

mcos quālibet exiguos,dedicare tibi ſicut ex merito debui,ita ultrò uolui:quos æquo excipies animo,remq́; ipſam (ſi quando ocium ſit) peruagari nō dedigneris. Inuenies enim dictæ diſceptationis ueritatem, non ſolum mea exiguitate,ſed etiam eleganti additione theologiæ cōſummatiſſimi Doctoris Georgii prædicti, in calce præſentium adiectā,pulchris (ni fallar) rationibus contra communia Doctorū ſenſa excuſſam & elucidatam:quæ tunc fidelius defendes, quòd plurimorum credūntur iudicium ſubitura.

PRIMA quæſtio,An infideliū infantes,inuitis parentibus,ſint baptizandi.

In hac quæſtione hæc notatu digna habentur:

Iudæos eſſe ſeruos principū Chriſtianorum:de qua re latiſſimè diſputatur.

Filios à parentibus inuitis ſeparari poſſe.

Pietatis poteſtatisq́; uis quid operetur.

Confutationes diſſolutionum diui Thomæ.

Non procedere quod dicitur, paruulos non niſi ratione parentum in Deum dirigi.

Non poſſe repudiare patrem Iudæum hæreditatē cœleſtis patriæ paruulo ſuo oblatam.

Offerentium paruulos fides,uel fides eccleſiæ,ſufficit pro paruulis huiuſmodi baptizandis.

Non obſtare quod dicitur,Generatio hæc nō præteribit,&c.

Fundamentorum contrariæ opinionis diſſolutio.

SECVNDA quæſtio,de uoluntate paruulorum huiuſmodi,quādo ad baptiſmum uelle poſſe cenſeantur.

In qua hæc notantur:

Proximos infantiæ & pubertati,aliter intelligi quàm gl.& Doct.

Voluntas impuberis duplex.

Expedita & arguta ſolutio ad l.puppill.ff.de acti.aliter quàm gl.& Doctor.

Septennes paruulos ad baptiſma uelle poſſe.

TERTIA quæſtio, Filius Iudæi,ob certā pecuniā pignoratus, an petēs baptizari,admitti debeat,pacto de reſtituendo eo,non obſtante.

Hæc notantur:

Hoſtes eſſe in duplici differentia.

Fidem hoſti ſeruari non oportere.Et pulchra nouaq́;,qualiter hoc intelligatur.

Pacta etiam in ſeſe licita,non ſemper eſſe ſeruanda.

Et per diſcurſum tractatus multa alia.

PRIMA QVAESTIO, AN IVdæi infantes ſint inuitis parentibus ad baptiſma auferendi.

DISSIDERI inter literatos perquammaxime, nedum dubitari conſueuit, infantes Iudæorum, ánne inuitis ſint parentibus ad baptiſmi lauacra auferendi. Mouet controuerſiam, quòd hinc ſalutis ſacramentum pręferri, illinc patris pietas præualere creditur. Negatiua pars, quam ſummorum ſententia uirorũ adſerit, iſthac nititur concluſione: Infantes Iudæorũ non eſſe, nec per principes, nec alios quoſcunq;, parentum uoto reclamante, ad baptiſmum abſtrahendos: imò (ut nonnullorum ſubſequitur opinio, quæ tamen ſub dubio remanet) ipſos ita baptizatos (quoniam charactera non recipiunt) baptiſmatis, quo initiati ſunt, perfuſionẽ nullius eſſe momenti.

Multis hæc concluſio argumentis conſulcitur. Siquidẽ (ut prima ratione utar) ſi dicta paruulorũ abreptio liceret, id fortaſſe ſeruitutis potiſsimum prætextu fieri poſſe: utpote quòd Iudæos (iuxta[a] canonicæ legis autoritatem) perpetuæ ſeruituti propria culpa ſubmiſit. At hoc non eſt uerum: liberi enim ſunt Iudæi, non ſerui: tum quòd[b] dominia, poſſeſsiones, cõmercia bonorum ſuorũ, mancipia habere, contra Chriſtianos præſcribere, in iudicio ſtare, poſsũt: quæ omnia ſi ſerui eſsẽt, ab eis prorſus[c] abnegarẽtur. Nec ad rem pertinet, quòd lex[d] canonica eos ſeruos uocat: non enim de ſeruitute illud ciuili, ſed ſubiectione quadam ſuppreſsionis intelligendum uenit.

Iuuabimus pręmiſſa uel eo maxime, quòd patriam habent Iudæi poteſtatem: nam & idipſum pontificum[e] ſcita recipiũt. Matrimonia quoq; eorum[f] iuſtę ſunt nuptiæ: quorum neutra in ſeruis[g] tolerantur. Quòd porrò Iudæi (ut diximus) ſeruos poſsident, euidens eſt pro eorum ingenuitate argumentum. Nam pro[h] Modeſtini ſententia, alios poſsidere non poſſent, ſi ab aliis ipſi poſsiderentur. Addimus, quòd bona ſua in emphyteoſim Iudæi[i] conferre, colonos habere, & (ut ſemel finiam) omnia ipſi, quæ liberis hominibus competunt, poſſe[l] uidentur. Itaq; propter ſeruitutem, qua infamantur, non eſt eis uis inferenda.

a *In c. & ſi. de Iudæ.*

b *c. Iudæi ſi. de Iudæ. Et no. in c. porrò. xvi. q. iiii. fa. l. nemo. C. de Iud. c. multorũ. eo. ti. gl. in c. Iud. de conſe. diſt. iiii. cum ſimil.*

c *L. ii. ff. de his qui ſunt ſui uel al. iur. et latius proſequitur Card. in c. qui ſync. xlv. diſt.*

d *d. c. & ſi.*

e *c. ſin. de conuer. infide.*

f *c. gaudemus. de diuor.*

g *Not. gl. Inſtit. de nupt. per l. cũ ancillis. C. de inceſt. nup.*

h *Tex. in l. lib. homo. §. quicquid. ff. de acq. re. do. in l. ſic eueniet. ff. de adul.*

i *Arg. d. c. multorum. de Iud.*

l *Vt patet per diſcurſum, extra de Iud. & C. eod. tit.*

Quod uero ſecundo loco pugnat, naturalis eſt nexus. dederimus enim per impoſsibile, eos eſſe ſeruos: quia tamẽ educatio[a] liberorũ, naturali iure parentum eſt, domini tẽporales, quãuis in ciuilibus latè[b] eorum poteſtas pateat, iuris naturalis uiolare uincula non [c] queunt. Accedat, quòd dominorum illa in ſeruos poteſtas coërcita in tãtum eſt, ut nec maior quidem aſperitas permiſſa ſit: id enim diuus [d] Antoninus conſtituit. At hæc uel maxima foret aſperitas, diripi uiſcera parentum filios. Iam uero & ſeparatio filii à patre, per Imp. Conſtantinum expreſſe prohibetur. Quis enim, [e] inquit, ferat, liberos à parentibus, à fratribus ſorores, à uiris coniuges ſegregari? Et pro [f] Vlpiani teſtimonio, ſi cum fundo uillicus legatur, uxores quoq; & filios contineri. Neq; enim (ut idem ait) duram ſeparationem iniunxiſſe credendũ eſt. Scæuola quoq; ſeruos exiſtimatos comprehendi legato, [g] reſpondit, non legatos, ſed ad patrem naturalẽ, pietatis intuitu, pertinere. Nec etiam hæres patrem ſuum legatũ [h] præſtare cogitur, quòd naturæ uis impediat.

Addimus ad omnia, filios ita baptizatos in eum prouehi ſtatum, quo patribus indigentibus ſubuenire nequeant: Chriſtifidelibus enim Iudæorum communione concilii Toletani [i] decreto interdicitur. At illud diuino præcepto, quo iubemur honorare parentes, obuiare quis non uideat? Quæ cum ita ſint, filium à patre in caſu propoſitæ quæſtionis, Iudaica ſeruitute uel recepta, ad baptiſma diripiendum non eſſe, manifeſtè conuictum putabitur.

Adducunt pro tertia ratione, qui hanc partem tuentur, nõ eſſe maiorem poteſtatem domini tẽporalis in filios Iudæos, quàm in parentes. Cum autem principes, Iudæum patrem ad ſuſceptionem baptiſmi perurgere [k] nequeãt, nec ergo filium uel cogi uel diripi.

Poſſet hæc ratio conueſtiri, quòd unam cenſeri patris & filii perſonã, filiũq; paterni corporis partẽ eſſe, iuris [l] conſtitutio teſtificetur. Itaq; filio ablato, auferri pater exiſtimabitur.

a Inſtit. de iur. nat. gen. & ciuil. in prin. b Vt eſt text. in l. locum. §. ex eod. ff. de uſufr. ibi, pleniſſimam domuũ coërtionem habere. & facit l. qui ſeruum. ff. de uerb. ob. l. quid ergo. §. i. ff. de leg. j. & pulcher tex. in l. i. C. de emen. ſer. in prin. c Inſtit. eo. titul. §. ſed naturalia. & in titul. de legit. ag. ſucceſſ. §. fin. l. quod attinet. in fin. ff. de reg. iur. d In l. i. in fin. cum l. ſeq. ff. de his qui ſunt ſui. Inſtit. eod. tit. §. fin. e In l. poſſeſſionum. C. cõmun. utri. iud. f In l. quæſitum. §. uxores. ff. de fun. inſtru. text. eſt in l. plerunq;. ff. de ædil. edi. ibi, ſi ſeparari non poſſunt ſine magno incommodo, uel pietatis ratione offenſa, &c. g In l. uxorem. §. codicillis. ff. de leg. iij. h Per not. in leg. ſi domus. §. qui confitetur. ff. de legat. i. i In cap. Iudæi. cum cap. ſequent. xxxviii. quæſt. i.
k d. c. qui ſyncere. diſtinct. xlv. cum ſimil.
l Text. eſt in l. final. in fin. C. de impuberibus & aliis ſubſtit. in l. cum ſcimus.

C.de

Mitto illud, quòd maiores in filiis (ut [a] Paulus I.C. docet) quàm in ſeipſis patres iniuria percelluntur. Dulcior enim eſt (teſte [b] Hieronymo) parẽtibus filiorũ uita, quàm propria. Iure igitur, ſicut patri Iudæo non eſt ad fidem uis inferenda, ita nec, imò longe minus, filio.

Quarto: Si paruulorũ iſta direptio iure reciperetur, ſancti illi patres, quorũ ductu priſca ætate eccleſia regebatur, id aliquando uel ipſi ſtatuiſſent, uel principibus (quos fauiſſores habuere) ſanciendum perſuaſiſſent, nedum ſuaſiſſent. Quis enim neſciat, quanti fuerint apud Conſtantinum Syluester, Theodoſio Ambroſius, Sixtus Philippo, Iuſtiniano Ioãnes, & ita de aliis? Qui uiri primores, quãdo ſuper eo negocio tacuerunt, liquet rem eam tacitè improbaſſe. Ex quibus conſequens eſt, quòd cum maximam habeat autoritatẽ eccleſiæ cõſuetudo, uſque adeo, ut eius rationi magis, quàm Hieronymi uel Auguſtini ſtandum ueniat (quippe quorum doctrina ab eccleſia, non uero ab ipſis eccleſia eſt approbata) periculoſum [c] uideri hanc paruulorũ direptionẽ contra eccleſiæ uſum irrepere. Confirmari fortaſſe hæc ratio poterit, quandò [d] Labeonis ſentẽtia cõſtat, ea quæ notabiliter fiunt, niſi notẽtur, quaſi neglecta uideri. Negocium autem præſentis controuerſiæ, ſit non ſolum notabile, ſed & primariæ notæ: neceſſariò itaq;, ſiquidem nihil iamolim in eo ſcitũ, pro neglecto haberi: quæ neglectio quoniã culpæ adſcribi non poteſt ([e] hæc enim & dolũ cõmunicaret, quo ſanctos illos uiros inſimulare [f] nephas arbitramur) iure igitur facta relinqui: ut meritò caſus noſtræ cõtrouerſiæ, tanto non cogitatus tempore, ex [g] Pomponii Celſiq; ſententia, pro omiſſo habeatur: atq; ita etiam num nihil in eo ſit nobis nouandum.

Quinto: Manifeſtum eſt ad baptiſma ſuſcipiendum, intentionem requiri ſuſcipientis, uel ueram uel interpretatam. ueram in adulto, interpretatam (id eſt, parentum, aut ſi illi non extent, neceſſariorum aſſenſum) in paruulo. De uera uoluntate fingamus, exempli cauſa, adultum quempiam nullo operario, id eſt, mortali peccato commaculatum: rectè ergo ſicut ſi dormienti ei baptiſma affundatur, nihil agitur, quanquàm

C. de agric. & cen. lib. x 1. Inſtit. de inutil. ſtip. §. ei. argu. in l. qui iuraſſe. ff. de iureiur.

a *In l. ſi li. in fi. ff. quod metus cau.*

b *In lib. de amore parent.*

c *Ita Thomas ſentit in ſecunda ſecundæ. q. x. artic. xii. Super qua ratione & Petrus de Palud. ſeſe fundaſſe dicitur.*

d *l. item apud Labeonem. §. hoc edictum. ff. de iniur. arg. in l. i. §. publicanus. ff. de pub.*

e *Arg. l. impuberibus. §. ſi fraus. ff. de ſuſpect. tut. l. qui non. ff. de reg. iur. l. magna. ff. de uer. ſig. l. i. circa finem. ff. ſi men. falſ. mo. dix. cum mult. ſimil. ibi per gloſſ.*

f *Seniorem enim ne increpaueris. Paul. 1. ad Thimot. v. & recitatur in c. Paulus. ii. q. vij. & qui ſemper iuſtè uerſatus eſt, contra eum facilè non præſumo. arg. l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re mili. cum ſimil.*

g *Text. in l. commodiſſime. ff. de lib. & poſt. l. quicquid. ff. de uerb. oblig.*

Hæc

in eo non ſit contraria intẽtio (quippe cum ipſe uerè non conſentiat: interpretata autem uoluntas eo caſu non ſufficiat) ſic in propoſito, baptiſma datũ paruulis noſtræ quæſtionis, nullius eſt momenti, utpote in quo & uera ipſorum intentio deſit, & uolũtas interpretata refragatur. Huic ſimile eſt quod uulgò dicitur, ad Deum nullo alio adminiculo hominem ordinari quàm ratione, unde neceſſariũ eſt paruulos, quia propria non poſſunt,[a] uicaria certè parentum, quorum iuri naturaliter ſubiiciuntur, conſanguineorúmue, aut tutorum ratione in Deum direĉtari. Itaq; quia in noſtra quæſtione paruuli propria ratione[b] carent, parentes reſiſtunt, relinquuntur baptiſmatis non capaces, tanquàm à cognitione Dei omnifariam alieni. Pro præmiſsis urgenter facit uulgata iuris doĉtrina, qua paruulorum cura in primis parenti confiditur: quis enim (ut[c] uerbis Imperatoris noſtri loquamur) talis affeĉtus inueniatur, ut uincat paternũ? uel cui alii credendum eſt res liberorũ gubernandas, parẽtibus relictis? Patre autem non extante,[d] teſtamentarii, uel (ſi deſint) legitimi ſuccedũt: quibus utriſq; deficientibus, tunc primò partes prætoris ſunt, ut tutores ipſe det. Ita in propoſito, quandiu paruulorum curæ adſunt uel parentes uel conſanguinei, nullas prætoris, id eſt, principis, partes eſſe liquebit.

Sexto: Alterũ ex duobus admitti neceſſe eſt: aut enim paruuli ita baptizati, parentibus reſtituerẽtur, aut non. Si reſtituerentur, dubitari nõ oportet, quin Iudaica ipſi perfidia contaminarentur, ſuisq; erroribus (reliĉta fidei noſtræ ſynceritate) obuoluerentur, in grandem ſaluberrimi lauacri contemptum. Sin uero non reſtituerentur, timeri uериſimiliter poſsit, Iudæos (pro eorum truculentia) ſuam prolem recens natam, ne ad fontem uiuum deferretur,[e] interfeĉturos, cuius homicidii non debet autor eſſe eccleſia.

Septimo: Nemo in diuerſum abit, quin in paruulorum uſu carentium corpora, tantum iuris pater habeat, quantum ad quodlibet ſuum animal irrationale, utpote bouem, equum, & cætera id genus. Nec quiſquam mirum fecerit, ſi paruuli hoc caſu brutis[f] committantur: in ea enim ætate, ipſi ab irra-

a *Hæc fuit ratio Car. in d. c. qui ſyncera, qui Auguſtinũ allegat, de uera & interpretata uolũtate loquentem. Eadẽ ratione Petrus Paludius niti dicitur.*

b *l. pupillus. ff. de acquir. hæred. cum infinitis ſim.*

c *Text. eſt in l. cum furioſus. C. de cura. fur. & dicit ius in l. in ea. § fin. ff. de adult. quòd pietas paterna conſilium pro liberis capiat.*

d *Ita ſentit Bar. in l. ſi quis ſub cõditione. ff. de teſtamẽ. tut. ſa. quæ notat Ang. Inſtit. eodem tit. Conſtat etiam hoc ex ordine tit. ff. & C.*

e *Hanc rationem Richardus ponit in iiij. ſent. diſtinĉt. vj. art. iij. q. iij. & multum ponderis in eam locat. Thomas quoq; eandem loco ſuprà allegato ſenſit.* f *Committantur, id eſt, comparentur. Eſt enim elegans locutio, committere pro comparare. Iuuenal. Saty. vj. Committit uates, & comparat inde Maronem. Aul. Gel. lib. x i. cap. x x i i. Iunctis & alternis*

tionabilibus non[a] differunt. Nam & Imperator noſter ætatẽ illam furioſis cōparat. Sicut ergo contra iuſtitiam naturalem eſſet, animalia bruta Iudæorū, nolẽtibus ipſis, diripi: ita proculdubio iniuriam paterentur Iudæi, filiis per uim ablatis.

Octauo addunt uulgatam[b] iuris regulam, non eſſe diſtinguendum, ubi lex non diſtinguit. Cum ergo [c] iura loquentia de Iudæis non cogendis ad fidem, ſint generalia, & indiſtinctè loquantur, ergo generaliter de omnibus ſine diſcrimine, paruulis etiam, nedum maioribus[d] eſſe intelligenda.

Accedat pro nona ratione, quod in fatis eſt, ſic quoq; à ſuperis prouiſum, ut non intereat ſemen Iſraël: id quod Eſaias teſtatur, & approbat ſaluatoris noſtri uaticinium, qui (ut ex ſacroſanctis[e] euangelii uerbis dicitur, [f] deierãdo affirmauit, Iudæos non in totum defecturos. Sic enim inquit: Amen dico uobis, quia non præteribit hæc generatio, donec omnia fiant. Si nunc paruuli Iudæorum, ita ut diuerſa opinio prætendit, parentibus inuitis ad baptiſmum eſſent auferendi, Iudæorum ſecta citò deficeret, oraculaq́;, & ſaluatoris quoq;, nedum prophetarum, euerterẽtur: quod quàm omnino eſſet non dico abſurdum, ſed uel nepharium, imò ſacrilegio ſimile, nemo eſt qui non uideat.

Prædictis rationibus permoti ſunt uiri non mediocris notæ, imò in albo primariæ doctrinæ poſiti, ut aſſererent nullo modo poſſe paruulos infideliū (parẽtibus obluctantibus) ad baptiſma diripi. Ita diuus [g] Thomas in ſecũda ſecundæ, [h] Ri-

lectionibus cō- mittas.

a *Fa. quæ not.* Inſti. *de inutil. ſtipul. §. furioſus. cum uulg. ſimil.*

b *Ita notatur in l. j. ff. de ale. luſu, & alea. in l.* Imperator. *ff. de poſſeſ. cum uulgatis.*

c *Scilicet d. c. qui ſyncera. de Iudæis. xlv. diſtin. c. ſicut. extrà de Iudæis.*

d Cōſuetus *mihi modus loquendi eſt, Infinitiuo quaſi ſuſpenſo, hoc eſt, ſine uerbo adiecto. Eſt enim oppidoquã elegans, & Iurecōſultis peculiare.* e *Hoc habetur Matthæi* XXIIII. *Marc.* XIII. *& Luc.* XXI. f *Deierare, id eſt, aſſeueranter & quaſi obteſtando iurare. Sueton. in uita Caligulæ: Nec unquam poſtea quantiſcunq; de rebus, ne pro concione quidem populi, aut apud milites, niſi per nomen Druſillæ deierauit. Plautus in Caſina: Deierauit per omneis Deos & deas occiſurum eum hac nocte. Aul. Gellius lib. primo: Nam cum amicus eum rogaret, ut pro re cauſaq́; ei falſum deieraret. Angelus Politianus ad Buccum: Deierem, inquit, nihil me illo uidiſſe amabilius. Lucius Apuleius libro decimo: Deierant utriq; nullam ſe prorſus fraudem factitaſſe. Maximus mehercule error fœdiſſimorũ barbarorum, qui deierare pro eo accipiunt quod eſt peierare. Nec ſe quiſpiam defendat cum textu Iuris canonici in capit. in literis. in fine. de teſtam. ubi Papa loquitur de teſtibus, in quibus non eſt ueriſimile quòd debeant deierare. Nam puritatem linguæ Latinæ in pontificii iuris textu quærere non debemus. Allego (ad confutandã dictã barbariem) ſacrã ſcripturam. Dicit enim tex. in lib. Regum: Et addidit Ionathas deierare Dauid, eò quòd diligeret eum. Inde deiurium, iuramentum.* g *quæſt. x. art. xij.* h *iiij. ſenten. diſt. vj. art. iij. q. iij.*

Hos

chardus in ſententiis,[a] Durandus, Petrus de Palude: qui duo,
quamuis ſub dubio, adiecerũt tamen, hoc baptiſmate nullum
imprimi charactera:[b] Archiepiſcopus Florent, in ſua ſumma,
[c] Ioannes Gerſon in tractatu regularum moraliũ, dicẽs uſum
eccleſiæ id approbare:[d] Gloſſator decretorum,[e] Cardinalis,
præterea[f] Panormitanus,[g] Ioannes de Anania,[h] Calderinus
in conſiliis,[i] Præpoſitus in decretis,[k] Felinus, dicẽs hanc eſſe
opinionem communiorem. Quibus & noſtræ Vniuerſitatis
nonnulli adſentiuntur Doctores.

Poteſt præterea prædicta opinio ultra omnia ſuprà allega
ta colorari, ſumpto maximè argumẽto à paterna pietate, quæ
ui naturæ radicata, potentiſsima eſt, id quod [l] Imperator no-
ſter (ut ſuprà diximus) teſtatur: Nullum, inquiens, affectum
inueniri extraneum, qui paternum uincat. Et [m] dicit Pompo-
nius, naturæ ductu in liberos protendi parentum uotum: ut-
pote quòd paterna charitas (teſte[n] Papiniano) naturalis ſit.
Adſerit quoq;[o] Triphonius, omnia ex uoto parari filiis. ad
hoc, affectionis paternæ cauſa (pro eiuſdem Triphonii [p] ſen-
tentia) ſuſpicionẽ fraudis ſummouet. Inæſtimabilẽ porrò pa-
triã eſſe poteſtatẽ Martianus[q] tradit: & patrẽ pietatis ſibi fore
cõſciũ, Imp.[r] affirmat. Eſt deniq; filius (ut ſuprà diximus) pa
terni corporis[s] portio. Cũ ergo tanta ſit patris pietas, tãta uis
patriç poteſtatis, tãtus patris ad filiũ nexus, profectò Chriſtia
næ profeſsionis inſtitutũ apprimè[t] dedecere uidetur, naturæ
iura, qua diuinæ leges[v] cõſiſtũt, deſtruere uelle: & quã in pri
mis colimus pietatẽ, erga Iudæorũ paruulos impiare cõtẽdi.

In diuerſum eſt opinio cum uehemẽter probabilis, tum ui-
rorũ excellentiſſ. aſſenſu approbata. Pro cuius defenſione ta-
lis fundabitur concluſio: Paruuli Iudæorũ per terrarũ princi-
pes, inuitis etiam à parẽtibus auferẽdi, & baptiſmi ſacramẽto
in uiã ſalutis regenerãdi ſunt, cautione pro uiribus adhibita,

a *Hos duos nõ uidi, ſed eos alleg*at *Gab. in iiij. ſenten.*
b *In iij. parte ſuæ ſummæ, ti. xii. § ix.*
c *In tit. de ſacramẽ. baptiſ.*
d *In c. Iudæorũ. xxiii. q. i.*
e *In Cle. i. de Iudæ. Attamẽ idem Car. in c. ſicut. extrà de Iudæ. quamuis gloſ. in d. c. Iudæorum. uerã dicat, nihilominus in fi. cap. uideatur inclinare ad opinionẽ noſtram, quòd ſcilicet principes poßint auferre paruulos, &c. Vide eũ.*
f *In d. c. ſicut.*
g *eod. c.*
h *conſil. iii.*
i *In d. cap. qui ſyncera. in tit. de Iudæ.*
k *Felinus in d. c. ſicut. extrà de Iudæ. Et dicit additio ad Car. in eod. c. Dominicum in d. c. qui ſyncera idem tenuiſſe.*
l *d. l. cum furioſus. C. de cur fur. & facit dict. l. ſi in ea. de adult.*
m *In l. ſcripto. in ſin. ff. unde liber.*
n *In l. nam & ſi. ff. de inoffic. teſt.*
o *In l. pen. § . ſed nunquid. ff. de bon. lib. fa. l. cũ ratio. in prin. ff. de bon. dam.*
p *Habetur in l. pen. § . de uno. ff. de rit. nup.*
q *In l. filiusfam. § . cum ſecundum uulg. ff. de leg. i.*
r *In l. parentibus. C. de inoffic. teſt.*
s *d. l. cum ſcimus. C. de agri. & cenſi. lib. xi.*
t *Dato etiam caſu, quòd id liceret, honeſtum tamẽ attenta Chriſtiana pietate non eſſet. arg. in l. nõ omne. ff. de reg. iur.*
v *Vt dicit Aug. ad Caſulanum: & recitatur in c. ſana. viii. diſtinct. ibi Card.*

Vt

ne ex hoc homicidia ſequātur. Hanc opi. quam ego, quãuis ſciam in his quæ magnæ dubitationis ſunt, pro ſententia[a] Auguſtini, nō eſſe temere definiēdū, nō diſsimulāter uerā puto, hanc inquam, fundamētis fortiſsimis, cū ex Doct. dictis, tum etiā noſtro marte collectis probabimus. Et primū omnium, quia diuus Thomas, qui in diuerſa eſt aſſertione, aliqua fundamēta quibus noſtra opi. roboratur, deduxit, nō quidem ut aſſentiretur, ſed ut eadē argumēta diſſolueret, nos eaſdem rationes aliquanto fundatius inueſtitas, in frōte ponemus, ſuas diſſolutiones pro uirili confutando: & deinde noſtra aliqua pro[b] auctario ſubſequemur. Præfamur tamē & (tanquàm [c] patrono diem dicentes) ueniā poſcimus, qui à diuo Thoma hoc loco nō ſolum recedimus, ſed eius quoq; aſſertionem improbamus. Quanquā enim eius [d] hæreſim, id eſt, ſectam, ſemper probauerimus, atq; in perpetuum ſimus probaturi, qui uirum cum nō tam mirificè ſanctū, quàm doctiſsimum arbitramur, ueritas tamen euidentior nos perpellit, ut hoc loco diuerſum ab eius opinione tueamur.

Prima itaq; ratio: Maius eſt matrimonii uinculū quàm patriæ poteſtatis: hæc enim ex [e] uulgata iuris traditione emācipatione patris ſoluitur, [f] illud uero nō niſi morte. Nam quos Deus cōiunxit, homo nō ſeparat. Cū ergo matrimonia propter infidelitatē ſoluātur, ita quòd in caſu, alter fidelis ab altero infideli recedere poſsit, iuxta apoſtoli ſentētiā[g] dicētis: Si infidelis diſcedit, diſcedat. nō enim eſt ſeruituti ſubiectus frater aut ſoror in huiuſmodi: multò fortius patria poteſtas in his quæ impedimento fidei ſunt, ſuſtolletur: & non obſtante ea, poſsint ad baptiſmum proripi paruuli.

Nec ad rem pertinet quòd diuus Thomas ad rationē hanc reſpondet, quaſi aliud ſit in infidelibus, aliud in paruulis. illi etenim, utpote uſu rationis freti, ad ſalutē proſilire poſsint. at hi paruuli, quorū nullū ſit rationis arbitriū, nō poſsint, &c.

a *Vt recitatur in c. quod. xxxii. q. ii.*

b *Auctarium, quod ſupra mēſuram adiicitur. Plautus: Auctariū adiicito, uel mille numum plus quàm poſcet. quod etiam corollarium dicunt, de quo inferius.*

c *Nam libertus patronū in ius uocare non poteſt, niſi uenia à prætore poſtulata. leg. quiq;. ff. de in ius uocand.*

d *Hæreſis græcè, latinè optio, ſignificat electio uel ſecta. Et ponitur ab elegātibus pro opinione tenaci, & ſententia in qua perſiſtamus. Cicer. in Paradox. Cato in ea eſt hæreſi, quæ nullum ſequitur florem. Et idem lib. xv. epiſt. ad Caſsium: Poſtulabimuſq; ex qua hæreſi in hominibus armatis deiectus ſis. & dicit Modeſtinus in l. ſi duas. ff. de excuſa. tut. rhetorum hæreſes. In bonam ergo partem hic accipe.*

e *Patria poteſtas emancipatione ſoluitur, Inſtitut. quibus mod. ius pat. pot. ſol. §. præterea.*

f *Illud, ſcilicet matrimonium: ut habetur Matthæi xix. & recitatur in c. præceptum. xxxii. q. v. & c. apoſtolus. q. vii. ſa. c. quanto. e. ii. de diuor. cum ſimilibus.*

g *Apoſtolus hoc dicit. I. Corinth. vii. & recitatur in d. c. quanto ſa. c. Iudæi. e. ſi infidelis. xxviii. q. i.*

Quia

Quia replico, ſupradictã rationẽ non eſſe ductã à perſonarum qualitate, quòd uidelicet alter rationis uſum habeat, alter non: ſed tantum ab impedimenti obſtaculo, hoc ſcilicet ſine: Si matrimoniũ iuris diuini & humani nexus, non obſtat, quominus uiã uitæ poſsit conſequi alter, inuitó altero: certè patria poteſtas obſiſtere non poteſt perducẽdo ad uitã paruulo, cum longe minus ſit à patris poteſtate filiũ, quàm à coniugis nexu cõiugem ſeparare, ut ſuprà probatum. Nec refert an hic alterius uoluntate ſeparetur à patre, ille ſuo proprio aſſenſu ſoluatur à cõiuge: ambo enim (quãntũ ad ipſam ſeparationem attinet) uinculum diſſoluunt: niſi quòd aliorum opera paruuli ſeparantur, coniuges ſuomet facto. Diuerſitas itaq; illa, quam cõtra hãc rationem Thomas, de eo quod alter uelle poſsit, alter non, adducere uidetur, nihil profert, cùm eo loco magis conſideretur ipſa ſeparationis poſsibilitas, q̃ modus.

Secunda ratio: Conſtat æternum interitum animæ longè eſſe grauiorem temporali: id quod os ueritatis teſtatur, cum dicit, timeri debere eos, qui animam, non qui corpus occidãt. Cum ergo ſubuenire ei, qui periculum mortis temporalis incidit, fraterna charitas & docet & iubet, teſte in canonicis epiſtol. diuo Euangeliſta: concluditur, maiori & nexu & præcepto ſubueniendum ei cuius anima periclitatur, qui ſempiterni interitus damno laborat, quàm qui temporali.

Nec gratificor diuo Thomæ, qui ad hanc rationem reſpondendo, ſentit, nõ debere turbari ordinẽ naturæ, ut ſub cura patris exiſtens filius ad baptiſmũ auferatur, quãuis per hoc mortis æternæ periculũ auertatur: exẽplo ſumpto à dãnato, qui è manibus iudicis, ut à morte tẽporali liberetur, nõ eſt diripiẽdus, &c. Quia replico, eſſe omnino diuerſam, nedũ nõ ſimilẽ cauſam dãnati à iudice, & paruulorum in Iudaiſmo: tũ quia hi in nullo peccauerũt, ſed originali tantum peccato premuntur: at ille damnatus pœnã crimine cõmiſſo meruit. Tum præterea, quòd ille ſententiã iudicis ſpecialem (qua uita abnegatur) paſſus, hi nõ. Tum deniq;, quòd ſi à iudicis gladio dãnati eriperẽtur, [a] fouerẽtur crimina. At in paruulis cõtrà eſt: nam eorum direptionẹ flagitia tolluntur. Nulla ergo illius ad hos eſt facienda proportio, quippe ex quibus tanquam [b] diuerſis, nihil iuſtè inferatur. Stat ergo adhuc prædicta ratio, qua longe plus æternam quàm temporalem mortem proximi, impedire pro uiribus tenemur. Nec obeſt quod dicitur, turbari naturæ

a *Arg. in c. error. cap. nihil. lxxxiii. diſt. c. negligere. ii. q. vii.*

b *Separatorũ enim ſeparata eſt ratio, ut not. in l. i. §. pen. ff. de calũ. l. ſi maritus. C. de donat. inter uir & uxor. cum ſimilibus.*

ri naturæ ordinem: quia hoc infrà in ſeptima ratione huius, & præterea in ſolutione ſecundi argumenti contrariæ opinionis, clarius confutabitur.

Tertiam rationem diuus Thomas ſatis frigidè adducit, quam ego aliquãto operoſius ponam. Quis neſciat hominẽ magis eſſe Dei, qui (teſte [a] Hiero.) corporis eſt creator & animæ, quàm patris naturalis, à quo tanquam cauſa minus principali corpus habet? Siquidem (pro ſententia [b] Auguſtini) anima corpore nobilior eſt. Plus ergo iuris, plus dominii in homine Deus æternus uendicat, quàm pater temporalis. Vnde ſicut minor poteſtas (eodem [c] Auguſtino teſte) contra maiorem niti non debet: & iuris traditione inuulgatum eſt, iura maioris magiſtratus per minorem non tolli: ita in propoſito, pater iſte temporarius, Deo creatori reniti [d] reſultaréue non debet, filios ſuos per principes (qui, ut [e] Imp. noſter ait, à Deo conſtituti ſunt) in familiam ſuam uendicanti, & quaſi [f] liberali cauſa, à dæmonis grauiſsima ſeruitute aſſerenti. Eo probabiliter accedente, quòd cum parum abſit, quin tantũ iuris cacodęmon in animam habeat, quantum pater in corpus: hoc enim per canonicam legem [g] conſtare uidetur: unde ſicut diabolo uel reſiſtenti, poſſeſſoria dominatio ad ſalutem animarum baptiſmatis uirtute eripitur, reddat enim (ut inquit [h] canon) opus factori ſuo Deo: ita corporis poſſeſſori patri infideli, uel inuito, proles ad fidem auferatur: ne dum patris iuri parcitur, dominium creatoris uioletur: & ne modicula iſta patris poteſtas, plus poſsit ad perdendum, quàm auguſta creatoris dominatio ad ſaluandum. Cedat ergo Iudæus perfidus Deo fideli, perditor ſaluatori, trux benigno, cruentus innocenti, mancipiũ domino, dæmonis proles Dei filio, tenebræ luci, ſtyx cœlo: ſileatq́; cum ſua poteſtate colluuioſus pater, ut ſuum uẽdicet luminoſus creator. Prædictæ rationi diuus

a Huius dictũ recitatur in c. naſci. lvj. diſt.

b Habetur in ca. ſedulo. diſt. xxxviii.

c In c. qui reſiſtit. xi. q. iii. & not. in c. in ſancta. ii. q. vii. c. quæ contra. diſt. viii. arg. in l. i. l. defenſores. C. de def. ciui. l. i. C. de peda. iudi. l. iiii. ff. de offi. præſid. l. ſi. ff. de offi. & le. cum mul. ſimil.

d Elegãtiſ. uerbum eſt pro repugnare, diſsidere. Verg. li. v. *Pulſati colles clamore reſultant*: id eſt, in contrarium ferruntur. Imperator in auth. de iureiuran. à mor. præſti. *Sẽper hanc unam habemus intentionem, diſpoſitiones morientium eſſe firmas, niſi reſultent legi.* Parum Latinè uſus eſt hoc uerbo Papa in c. i. de poſtu. præla. lib. vi. ſed hoc pontificia autoritas excuſet, nos ſynceritatem linguæ Romanæ ſequamur.

e In auth. de fide inſtrum. in prin.

f Aſſerere liberali cauſa, id eſt, uendicare in libertatem, facere liberum. Olim per aſſertores cogebantur ſe defendere qui in libertatem prouocabant, nec ſufficiebat ſemel iudicaſſe, ſed iterum & tertio iudicandum fuit. Vnde ait Quintilianus in quinto, aſſertione ſecunda fieri præiudicium. Imperator aſſertorias lites ſuſtulit, in tit. de aſſer. toll.

g Arg. eorum quæ notari poſſunt in c. iii. c. ſiue paruuli. c. poſtquam. de cõſe. diſt. iiii.

h d. c. poſtquam. c. de hinc. ea. diſt.

Thomas parum accommodatè reſpondit. Quod enim dicit paruulos, qui propria ratione non poſſunt, per rationem parentum in Deum ordinari, &c. nihil pugnat: quaſi uero Deus nihil iuris in paruulo habeat, niſi adminiculo & iuuamine rationis paternæ: quod q̃ ſit abſurdũ, quis non uideat? Sic enim paruuli infideles, quandiu infantes ſub cura parentum ſunt, non eſſent Dei, in quem paternæ rationis ope ordinari non poſſunt: quod nec ipſe diuus Thomas (pro eius ſanctitate) admiſerit. Omnia enim Dei ſunt. Vnde Auguſt. ſuper Geneſim: Deus naturas creat bonitate, uoluntates ordinat poteſtate, ut nec ſit natura quæ ab eo non ſit, nec uoluntas bona cui non præſit, nec mala qua bene uti non poſsit. Alienum itaq; à ueritate puto, quod diuerſa etiam opinio, nedum Thomas, uniuerſali uel indefinita propoſitione aſſerit, infantem in Deum ordinari non aliter, quàm ratione parentum: imò eo ipſo quòd rationalis homo creatur, inſertam habet (ut Alexã der de Hales docet) naturaliter cognitionem Dei, in quẽ ordinatur ſicut in ſuum principium, non quidem per parentes, ſed quia in eo imago eſt trinitatis. Sed hoc in quinto argumẽ to diuerſæ opinionis latius confutabimus.

Quarta ratio: Baptiſmus ad ſalutẽ eſt efficacior uerbi diuini prædicatione. Nã (ut ſancti patres[a] tradiderũt) baptiſmi lauacro, peccati rubigo, pœnæ reatus pelluntur: uerbi autẽ diuini prędicatione nõ ſtatim ea auferũtur, Si ergo ſua ei ſecordia imputatur, qui publicare diuinã ſeriẽ negligit (ut in[b] Ezechielis uaticinio de eo figuratur, qui gladiũ uenientẽ cernẽs tuba nõ inſonuit) multo fortius imputãdũ eſt ei, qui cũ potuit, paruulos infideles fonte ſalutis non lauerit. Et cũ maledictus ſit qui opus Dei negligẽter facit, hoc autẽ baptiſmi opus ſit inter omnia maxime neceſſariũ, minimè ergo negligendũ: ſi uero negligitur, maximè imputandũ. Diui Thomæ reſpõſio id loci facta, nõ obuiat, quòd uidelicet obmiſsio publicationis uerbi diuini, ſicut ſolis his imputatur ad quorũ officium ſpectet, nõ omnibus: ita in baptizatione paruulorũ, nemini eius lauacri intermiſsio imputetur niſi parẽtibus, quorũ interſit filiorũ curare ſalutẽ, &c. Quia replico, eã reſpõſionẽ uariis modis elidi poſſe. Si enim fateamur eis imputari neglectionẽ baptiſmatis, ad quorũ officiũ ſpectat, negamus tamẽ ſolis id parẽtib. cõpetere. Nã & ad principes ei⁹ rei cura pertinet, qui cũ inuigilare (ut[c] Imp, noſter elegãter dicit) maxime debẽt, quẽ-

admodũ

a *In c. ij. c. non poteſt. c. per aquam. de cõſe. diſt. iiii.*

b *c. xxiii,*

c *Verba ſunt ipſius in auth. ut hi qui oblig. ſe hab. perhib. res mi. col. vi. in princ.*

admodũ optime ſeſe omnia habeãt, ut peccãdi occaſio omnis auferatur: à Deo enim (ut [a] canon uult) poteſtatẽ propterea receperunt. anniti ergo magnopere debent, ut ea in quibus ipſe offenditur, eliminent. Hoc eſt quod perpulchrè Iſidorus, Cognoſcãt ([b] inquit) principes ſeculi, Deo ſe debere reddituros eſſe rationem, propter eccleſiã quã Chriſto tuendã ſuſcipiũt. Nã ſiue augeatur pax & diſciplina eccleſiæ per fideles principes, ſiue ſoluatur, ille ab eis rationẽ exigit, qui eorũ poteſtati ſuã eccleſiã tradidit. Et elegantiſsimè Ioan. Papa idipſum in [c] epiſt. quadã ad Iuſtinianum Imp. teſtificatur. Reſpõderi etiã aliter poteſt. Demus enim pro uoto Thomæ, quòd cura baptiſmatis filiorũ ad parentes ſolos pertineat, tamen quia & principes, patres nominantur, præcipue eorum qui ſibi auxiliari nequeunt (ut [d] ueriſsimè Imp. affirmat) & de Cicerone, Auguſto, Traiano, cæteriſque, eos patres patriæ appellatos fuiſſe [e] legimus: Itaq; quod de parẽtib. Thomas iactitat, etiã in principibus uerificari poteſt: quo caſu ſupradicta Thomæ ſolutio tantum abeſt ut contra nos ſit, ut etiã noſtram rationem corroboret. Taceo hic aliud ſolutionis genus, quod tamen ex ratione quinta mox ſequente colligas. Nihil ergo huiuſmodi ſolutio proficit, ſed è diuerſo, ex eadem Thomę reſponſione noſtram opinionẽ obfirmari poſſe apertè uideo. Cum enim is ipſe neglectionem baptiſmatis paruulorũ parẽtibus imputari fatetur, conſequens eſt, quòd patres ipſi per huiuſmodi neglectionẽ iniuſtè faciant. [f] Imputationis enim uocabulo, in id genus locutionibus, culpata neglectio ſignificatur. Verum autem eſt pro uulgatiſsima iuris regula. Nihil eum prorſus poſſe, qui iniuſtè [g] poſsit. Iudæus ergo cum ſalutem filii non niſi iniuſtè poſsit impedire, cenſetur id ſimpliciter nõ poſſe: id quod noſtrę aſſertioni manifeſtè ſuffragatur. Ex præmiſsis itaq; cõſtare nõ obſcurè arbitramur, rationes ſuprà deductas, per diui Thomę obiectamina elidi nõ potuiſſe.

Quinto loco, negari non poteſt, quin patria illa poteſtas, in perniciem filii nihil adferat: neq; enim delatam filio hæreditatẽ, in ipſius iacturã repudiare pater [h] poteſt: quippe quod prætor, ut Accur. [i] docuit, ſi talẽ ſenſerit fraudẽ, ſuas interpo-

a *No. in c. quæ ſit. xxiii. q. iiii. fa. c. ſi is qui. c. ſi ea. ea. c. et q.*

b *In c. principes. circa fin. xxiii. q. v. fac. quæ no. in c. diuinis. xxv. q. i. in fi. in c. nos ad fidem. xcvi. di. cũ multis ſim.*

c *Epiſtola inci. inter claras. C. de ſum. tri. & fide cath.*

d *In authen. in d. titu. ut hi qui obli. in fi. ti.*

e *Legimus de Cicero. in uita eius à Leonardo Aretino ſcripta, de Auguſto apud Suetoniũ. de Traiano apud Eutrop.*

f *Conſtat id quod alteri imputatur, reprehenſionẽ & culpam ſecum ferre. l. ſi. C. de iur. deli. l. i. §. quæſitũ. §. pe. ff. de ſepa. bon. l. cum mãdato. in fin. ff. de mino. cũ ſi.* g *c. faciat. xxii. q. ii. c. charitas. de pœni. diſt. ii. l. filium. ff. de conſti. inſti. cũ ſim. uulg.* h *Tex. in l. fin. C. de repud. bon. poſſ. fa. quæ not. in l. renitẽte. C. de iur. deli. in l. is qui hæres. §. fi. ff. de acquir. hæred.* i *Gl. in l. filiis. C. de inoff. teſt. & quæ not. in l. ſi infanti. in fin. C. de iur. deli. cum ſimi.*

net uices. Quinimò & patriæ poteſtatis damno per Imperatorem Adrianum afflictus eſt Iunius Cerealis (ut Papinianus [a] docet) quia frauduloſe in bonis filii uerſatus fuit. Pulchre ergo (ut omnia) Imperator Cōſtantinus[b] inquit: Si patria poteſtate, pater ad corrūpendi effundēdiq; patrimonii licētia abutatur, ut furioſo, demēti, prodigo, libidinū, omniūq; uitiorū ſeruo, nō eſt eorum pecunia cōmittēda, ſed adminiſtratione [c] interdicēdū. & quæ ſequūtur. Imperatorū quoq; Arcadii & Honorii reſcripto, patris adminiſtratio in bonis filii à matre, lineâue materna profectis, [d] coërcita eſt. addimus quòd pater uilis cōditionis (ut Iurecōſulti[e] uolūt) nec dotē filię, nec iniuriarū actionē filio, diſperdere[f] poteſt. Neq; enim (ut ex § Vlpiano colligimus) patri uſque adeo fręna laxāda, ut ſuā poteſtatē acerbè exerceat. Nec etiā pro [h] Caii ſentētia parentibus aſſentiēdū, iniuriā aduerſus filios inducētibus malignè circa ſuū uerſati ſanguinē. Inde fit, ut taliū parentū[i] teſtamēta tanquā dementiū reſcindātur. Quæ omnia ſi uera ſunt ubi de tēporariis cōmodis, hæreditatibúſue agitur, quāto magis talia procedere debēt ubi de æternis, de ſpiritualibus, de animarū cōmodis tractatur, ubi hęreditas nō quidē corrupta, fluxáue, ſed ęterna, ſed ſtabilis, ſed ſolida adiri, quæriq; debeat? Tēporalia enim iſthæc (ut docet ex uerbis [k] Gelaſii canonica lex) ſpiritualibus illis atq; æternis, maximo interuallo poſtferuntur. Cū ergo Chriſtus ſaluator noſter ſuo diffuſo ſacro ſanguine, omnibus mortalibus hæreditatē æternæ uitæ aperuerit, imò ſuo ſalutifero teſtamēto hæredes inſtituerit, nō quidem hūc plus, quàm alterū (uolūtas enim eius eſt ſanctificatio noſtra, ut apoſtolus ait) nō ergo perfidi iſti parētes, Iudæi maxime (de quibus quęſtio eſt) in grauamē ſuorū infantiū hāc ſaluberrimā hæreditatem uel repudiare, uel impedire poſſunt, quo minus eorum nomine adeatur. Vnde prætoris, id eſt,

a In l. Imp. ff. ad Trebell.
b Tex. eſt in l. fi. C. de ſen. paſ.
Nā & patria poteſtas in pietate, nō in atrocitate conſiſtere debet, dicit ius in l. diuus. in fi. ff. ad. l. Pompe. de patri.
d Vt habetur in l. ii. C. de bo. mat.
e Vt habetur in l. ſi cū dotē. §. eo tēpore. ff. ſolu. mat. & in l. ſi unius. §. filio. ff. de iniur.
f Arg. fortiſſ. eſt ex eo, quod cū pater famulus eſt eccleſiæ, auus autem liber, in filia nuptiis collocāda, non eſt patris (qui libero careret arbitrio) ſed aui electio ſequenda. capit. unic. xxxii. quæſtio. iii. quòd ſi hoc in famulis eccleſiæ, qui originarii dicuntur, uerum eſt, qui tamen Chriſtiani ſunt, & profectum filiæ adniti uolunt, quāto plus Iudæis, qui ſerui, qui etiam inimici fidei, & conditionis infimæ ſunt, in filiis eorum curandis non eſt liberū linquēdū arbitrium, maxime quòd huiuſmodi parentum curatio, filiorū eſt damnatio?
g Not. in l. i. in fi. ff. de libe. exhiben.
h Not. in l. non eſt. ff. de inoff. teſt.
i Quod probatur in l. ii. l. nam & in fin. l. Titia. ff. de inofficio. teſtamen.
k Text. in capit. duo. circa fin. diſtinctione lxxxxvi. & pulchrè Greg. Nazianzen. ut habetur in capit. ſuſcipitis. diſtin. x. fa. quæ not. in capit. ſolitæ. de maio. & obedie.

princ

principis partes interponendæ ſunt, ne tantam iacturam perpetui interitus, qui ex dictæ hæreditatis repudiatione certiſsimus eſt, infantes patiantur: & (quod ueriſsimè dico) iidē parentes, non ſolum tanquam fraudatores, corruptores, effuſores ſpiritualis patrimonii paruulorum, ſed etiam tanquam turpes, uileſque perſonæ (turpis enim eſt, ut [a] Gregorius ait, omnis pars quæ non congruit uniuerſo) uel certè tanquam furioſi & dementes, omni ſunt adminiſtratione, qua dicta hæreditas æterna perdatur, prohibendi, atque ita inuitis eis, paruuli ad huiuſmodi hæreditatem perducendi.

Sexta ratio: Quicquid dicat diuerſa opinio, conſtat inuicto iure Iudæos ſeruos eſſe. Tex. eſt in decretali Innoc. pontificis epiſtola, quem euadere (ſi uerum admittimus) nemo poteſt. [b] Inquit enim lex: Et ſi Iudæos, quos propria culpa ſubmiſit perpetuæ ſeruituti, pietas Chriſtiana receptat, & ſuſtineat cohabitationem eorum, ingrati tamen nobis eſſe non debēt. Colligitur quoq; idipſum perquàm opportune ex uerbis [c] Iani (quem Noē, ſcriptura appellat) qui ut in [d] Geneſi legitur, filio ſuo imprecatus dixit, Maledictus Chanaam, ſit ſeruus fratrum ſuorum. Alexander quoq; Papa Hiſpaniæ Epiſcopis [e] ſcribens, eo ſolo Iudæis parci debere reſcripſit, quòd ubique ſeruire parati ſunt. Tenuere hoc ſcriptores eruditiſsimi, [f] Hoſtiēſis, Archidiaconus, Oldradus, Albericus, &c. Serui itaque Iudæi ſunt, ſed principum dūtaxat, non omnium. [g] Canonica enim lege notatur, ſeruitutem quæ ex delicto paratur, ad principes [h] pertinere. His conſequens eſt, Iudæos per principem, tanquam ſua mancipia, uendi, uel (ſi ita uideatur) bonis ſuis tanquam peculii iure [i] expoliari poſſe: id quod canonica [k] lege apertiſsimè comprobatur. Ait enim lex: Si qui Deo inſpirante ad fidem conuerterint Chriſtianam, hi à poſſeſsionibus ſuis nullatenus excludantur, cum melioris conditionis ad fidem conuerſos eſſe oportet, quàm antequam fidē ſuſceperunt, habebantur.

Quòd ſi Iudæis ad fidem conuerſis, melior conditio in eo affertur, quòd bona retinent: ergo ipſis in perfidia remanen-

a Hoc no. in d. c. quæ contra. dist. viij. *Iudæi enim pars ſunt uniuerſi, ſed nō congruunt.*

b *In d. c. & ſi. de Iudæ.*

c *Ianū fuiſſe ab Italis nominatū, quē ſcriptura Noē appellat, Beroſus teſtatur.*

d *c. xxvij. & recitatur in c. cū ergo. §. ſed qui. xxiiij. q. iij.*

e *In c. diſpar. xxij. q. viij.*

f *Hic autor allegatur idipsū notaſſe in c. cōſuluit. de Iudæ. Albericus enim in rub. C. eo. ti. eum allegat. tenet Archi. in d. c. qui ſyncera. Oldrad. in conſili. lxxij. & lxxxvij.*

g *Ar. c. eos qui. xxxij. diſtin.*

h *Et eſt alioqui l. cautum, quod per magiſtratum publicè fieri poſſit, non eſſe ſingulis concedendum, ne occaſio ſit maioris tumultus faciendi. ita dicit l. non eſt. ff. de reg. iur. & uidetur ad ea quæ hic in tex notantur inclinari Cardi. in d. cap. ſicut. in fin. de Iudæ.*

i *Arg. pro hoc in l. ſi ſer. expor. ue. & tot. tit. ff. de pecul.*

k *Tex. eſt in c. Iudæi. de Iudæ. uide quæ Archid. ſentit in c. fraternitatis. liiij. diſt.*

tibus defectu talis melioris cōditionis, bona auferri poſſunt, & profecto nō uideo quomodo huic textui (niſi fortè ſit qui leges figat atq; refigat, ut[a] ille ait) in eo reſpōdeatur. Hæc aſſertio obfirmari alia lege canonica ualebit, [b] qua prohibetur ne ſine iudicio terrenæ poteſtatis, Iudæis auferre pecunias præſumant. Ex eo enim ſatis colligo, facultatem pecuniæ Iudaicæ diripiēdæ, iuſſu terrenæ poteſtatis eſſe datam. Nec ad rem pertinet, quòd iudicii facta eſt mentio: ſiquidem iudiciū plerūq; pro arbitrio uel uoluntate [c] accipitur, ut ſatis uidetur iudicio principis factum, quod iuſſu eius fiat. Ad hoc, quia Iudæi cum eorum poſſeſsionibus inter nos ex pietate tolerātur, ut in multis locis iura[d] canonica teſtantur. Nam, ut interim alia taceamus, Alexander Papa in concilii Lateranen. decretis,[e] adſerit Iudæos à Chriſtianis pro ſola humanitate foueri: quæ tolerantia & Imperatorum conſtitutionibus [f] probari poteſt. Vnde nō habent Iudæi nec bona, nec res aliquas, niſi in quibus ex pietate permittuntur. At talis pietas ad neceſsitatem trahi non debet, ut Papiniani ſententia[g] conuincitur. Non ergo, quia à nobis humanitate afficiuntur, à ſeruitutis iugo eximi poſſunt, quod eis à iure non ſolum poſitiuo, ſed &[h] gentium, hoc eſt, ex captiuitate iuſti belli, per clariſsimum Imperatorem Romanum Titum contra eos euicti, impoſitum, & (ut dicitur notari per[i] Hoſtien.) mandato Cōſtantini Magni firmatum eſt. Ad quam ſeruitutem corroborandā, pondero elegantia uerba Auguſtorum Theodoſii & Valentiniani,[k] præcipientium Iudæos, ſi quis ad honores & dignitates irrepſerit, haberi (ut antea) extremæ conditionis. extremam autem conditionem ſeruitutem eſſe[l] Marcellus Iurecōſultus docet. Cum ergo per ſupradicta ſeruitus Iudæorū probata ſit, quin & facultas eorum bona per principes auferēdi: ſequitur, quòd cum princeps iure dominii eos in terrenā ſeruitutem uendere poſsit, etiam paruulos eorum ad ſpiritualem potius dixerim libertatem quàm ſeruitutem, auferre poſſe: eo non obſtante quod replicaretur, ſicut adulti Iudæi prætextu dominicæ poteſtatis ad fidem perduci, inuiti nō debeāt,

a *Vergilius in ſexto: Dominū q; potentem Impoſuit, fixit leges precio, atq; refixit. quos uerſus ex Vario poëta Verg. accepit.*
b *Tex. eſt in d. c. ſicut. de Iud.*
c *Per l. cū prætor. §. cū autē. ff. de iud. Inſtit. qui. nō eſt permiſſ. fa. teſt. §. præterea. cum ſimil.*
d *Text. in d. c. & ſi. not. in c. Iudæi. in uerb. permittit. & in d. c. cōſuluit. de Iudæ. ubi ſe tota ſeries contextus ſuper tolerātia fundat.*
e *Vt habetur in ca. Iudæi. in fin. de teſt.*
f *Tex. in l. Iudæos. & in l. fi. §. illud. C. de Iudæ.*
g *L. non quicquid. ff. de iud. fa. quæ not. in l. ſolent. ff. de offic. procon. argu. pro hoc in l. tutori. C. de neg. geſtis.*
h *Fa. l. manumiſſ. cum l. ſeq. ff. de iuſt. & iur. cum ſimil.*
i *Oldr. hoc notat, allegans Hoſt. in d. c. conſuluit. conſil. ſuo lxxxvij. præalleg.*
k *In l. fin. C. de Iudæ.*
l *Not. in l. in ſeruorum. in prin. ff. de pœ. ubi dicit text. in ſeruorum perſona ita ſeruatur, ut exemplo humiliorum puniantur.*

ita

ita nec paruuli: ut in hunc caſum dominica poteſtas ſe nõ extendat, &c. quia ad id in ſolutione tertii argumẽti prioris opinionis latiſsimè reſpondebo.

Et procedunt ea quæ ſuprà diximus de poteſtate bona Iudæorum auferẽdi, potiſsimè his noſtris temporibus. Id quod etiam[a] Albericus firmare uidetur, & tenet Oldradus, ut ſuprà dictum eſt. Tametſi enim non diffitemur, ſi Iudæi conceſſa eis gratia nõ abuterẽtur, in eorumq́; conditione, quæ ex pietate ipſis permiſſa eſt, permanerent, decimas ſoluerent, laborarent, aliaq́; quæ latè per Hoſtien.[b] adducuntur, perq́;[c] gloſſam iuris Canonici tanguntur, facerent, principibus ſupradicta facultas, ex æquo certè & bono, non competeret, argumẽto eorum quæ Alexander papa[d] diſſerit, qui diſparem ait eſſe Iudæorum & Sarracenorũ cauſam. In Sarracenos enim quòd Chriſtianos perſequuntur, ex urbibus & propriis ſedibus pellunt, iuſtè pugnari: Iudæos autem ubiq; ſeruire paratos eſſe. Vnde ſi ita ſeruire parati forent, gauderent eò ſecurius pietate eis permiſſa. At quia omnia in contrarium his temporibus agi uidemus, Iudæi enim Chriſtianis ſunt ingratiſsimi, eis quotidie publicis imprecationibus, publicis execrationibus deuouent, uſuris expoliant, ſeruitia negant, fidem noſtram emaculatiſsimam derident, & defœdare pergunt, in noſtrum Saluatorem funeſtiſsimis blaſphemiis, & id quidem publicè, feruntur: &, quod omnium eſt crudeliſsimum, Chriſtianum ſanguinẽ ſitiunt, quem dies & noctes cruẽtiſsimi iſti ſanguinarii quærunt, quem & in noſtro territorio his diebus (quod ſine cordis perculſura loqui non poſſumus) plus ſemel effudiſſe à ſociis criminum, propterea ſupplicio affectis, delati ſunt. Prętere a Chriſtianum nomen inſectantur, oderunt, deprimunt, dimaculant: quin etiam totam noſtræ ſalutis fidem euertere & cupiunt & contendunt. Tales itaq;, tam profeſſos uerè dixerim hoſtes, tam truculentas beſtias, cur non eliminare, cur non à limitibus Chriſtianorum eminus expellere, maximè principibus permittatur? Eſt enim iſthæc ſpurciſsima ſentina, Cimmeriis abſtrudenda tenebris. Nec timeri debet, ne pereat ſemen Iſraël. Siquidem infinita[e] recutitorum[f] apellatumq́; fex, Caſpiis eſt montibus per Magnum Alexandrum concluſa. Sunt quoque multi apud infideles, ut etiam graſſabunda iſta peſtis, ſi inter Chriſtianos non ageret, ſatis ſuperq́;

Nota parergon inuectiuũ contra Iudæos.

[a] *In rub. C. de Iudæ.*

[b] *In ſua ſumma, in titu. de Iudæ.*

[c] *Eſt gl. in d. c. Iudæi. ij. extrà de Iudæ.*

[d] *In d. c. diſſ. á ri. xxiii. quæſtione viii.*

[e] *Recutiti, Iudæi dicuntur, quòd cutis uerendorum reciſa, & ut apertius loquar, circunciſa ſit. Sidonius: Fert recutitorum primordia Iudæorum.*

[f] *Iudæus apella dicitur, quaſi ſine pelle in uerẽdis. Hora: Credat Iudæus apella.*

ſuperq; talium ſordium in terra relinqueretur. Sed ut reuertar eò unde digreſſus, & fortè paulò latius, dictæ deteſtabiliſsimæ colluuionis odio, euagatus ſum: conſtat, quia quæ ſuprà diximus agere principes poſſunt, etiam paruulos Iudæorum ad fontem ſalutis auferri poſſe, uel inuitis parentibus.

Septima ratio iuris eſt enucleati, quòd pater filios, quos contra pietatem uel tractet male, uel ad peccandum urgeat, emancipare cogitur: hoc enim [a] Papinianus dicit, & principum conſtitutionibus comprobatur. Quid ergo diu in hac re controuertitur? quam enim maiorem infligant impietatem patres, quàm ſi ipſi ſcientes uolenteſq;, ex ſola Chriſtianæ ditionis inuidia, uel certè errore non iuſto, ſuam prolem ab æterna ſalute, à uita beatitudinis, ad æternam damnationem, ad mortem animæ, ad perpetuos cruciatus perurgeant? Aut quæ poteſt certior, quæ maior, filiis imponi peccandi neceſsitas, quàm talem eis conditionem uitæ, talem ſtatum afferre, in quo periculoſiſsimè, non dico in quæſtu corporis (quod fortè facilius eſſet) ſed in fidei Chriſtianæ pernegatione (quod omnium grauiſsimum) uitam agere? & uel uigilent uel dormiant, operentur uel quieſcant, peccatis certiſsimis obruti eſſe coguntur? Et profectò, ſi pater qui filium à ſuis temporalibus excludit, [b] demens iudicatur, quis negauerit eum patrem (ſi modò pater, non potius perditor dici mereatur) qui tanta bona filio ſciens uideat, ipſumq; ab eis abſtineat, eſſe non ſolum dementem, ſed furiis omnibus quàm maximè agitatum? à cuius manibus ad ſalutem liberos auferri, uel inuito eo, & poſſe & debere iuſtè affirmamus. Ad hanc noſtram rationem accõmodari iungiue poteſt profectò optime id, quod à [c] Gabriele in ſententiis adducitur. Nam (ut ipſe ratiocinatur) iure diuino & naturali, homo quilibet, eo ipſo quòd homo eſt, ſuum creatorem cognoſcere, eiq; ſeruire tenetur, pro ſententia Gregorii in principio moralium. Itaque parentes contra creatorem ſuum, filios in errorem inducere non debēt, quod ſi faciũt, ab eis filii, ut qui abutãtur iure ſuo, auferri poſſunt, non ſecus ac ſi corporibus eorũ abuterentur.

a *In l. fin. ff. ſi à paren. manu. quis fuer. fac. optime tex. in l. ſi lenones. C. de epi. aud. ubi reſcripto diuorum Theodoſii & Valenti. dicitur: Si lenones patres & domini, ſuis filiabus uel ancillis peccandi neceſsitatẽ impoſuerint, liceat filiabus & ancillis Epiſcoporum implorato ſuffragio, omnium miſeriarum neceſsitate abſolui. & apertius in l. lenones. C. de ſpecta. & ſceni. libro xj. ubi habetur, quòd patres, qui neceſsitatem filiis peccandi imponunt, poteſtatem patriã inuiti amittunt. Ex quibus iuribus inuictè cõſtat, patres qui peccandi neceſsitate filios grauant, poteſtate patria mulctari.*

b *Per iura ſuprà in quinta ratione allegata.* c *Gabriel in quart. ſententia. diſtinctione quarta hoc ſenſit.*

Hinc

[a]Hinc eſt quod Iudęorum filii, ſi à patribus baptizatis circunciduntur, ab eorum conſortio, nulla patria poteſtate curata, eripi & poſſunt & debent.

Sed opponent, uel certè replicabunt hic diuerſarii opinatores, negando patres Iudæos paruulis abuti, uel impietatem exhibere, in tali fide eos inſtruentes, quam credant, præſertim ſimplices iſti de plebe uulgaria, eſſe bonam. At illud nihil obſtat. Quis enim neſciat, perfidiſsimum iſtum populum Chriſtianam fidem audiuiſſe ab [b]iis, quorũ ſonus in omnem terram exiuit. Præterea, qui inter Chriſtianos conuerſantur, eorum inſtituta, fidem, præcepta noſcunt: amplitudinem, ſynceritatem, rationem, fundamenta eiuſdem fidei, ſaltem communia, uident, errore iniquo ducuntur. Non enim, pro teſtimonio [c]Auguſtini, excuſari debent, qui habentes à quo diſcerent, operam non dederunt: nec ſunt ferendi, iuxta [d]Iureconſulti ſententiam, qui ignoraſſe uelint id, quod omnes in ciuitate ſciunt. Adde quòd & Saluator noſter eorum ignorantiam (propterea quòd ad eos uenit, cum eis locutus eſt) multò antè reprobauit. Quin & ius [e]Canonicum pro confeſſo habet, Iudæos per eorum perfidiam, ſaluti puerorum inſidiari. Nihil ergo hoc diffugio euincitur.

Octaua ratio: Concedi utiq; debet, non eſſe maiorem poteſtatem patris Iudæi in filios, quàm patris Chriſtiani (non enim debet malus melioris eſſe conditionis [f]quàm bonus) Sed filii Chriſtianorum, inuitis parentibus (quo certè caſu reſiſterent) ad baptiſma perduci [g]poſſunt, patria poteſtate non

a Ecce quomodo omnino nihil operatur patria poteſtas quin ea nõ curata, filij, etiã paruuli, ad ſalutem auferri poſſunt. tex. eſt in c. pleriq;. de conſe. diſt. iiij. Sed dicet fortè qui cõtrarium ſentit, hoc in pœnã ſtatui eorum patrũ, qui fidei quam aſſumpſerunt, illudũt. quod nõ credo, & pondero tex. dicentem, ab eorum conſortio ſeparentur, ut contagia conſortij plus timeãtur, quàm pœnalis inflictio conſideretur. Nec cõtrouertimus etiam in pœnam talia diſponi. Satis nobis eſt teſtatum relinqui, parentibus Iudæis paruulorum interitum molientibus, auferri huiuſmodi paruulos ad ſalutem poſſe. b *Arg. eorum quæ not. per gl. in cap. fin. xxxvij. diſt.* c *Qui in lib. quæſt. inquit, Non omnis qui ignorat, immunis eſt à pœna: ille enim ignorans poteſt excuſari à pœna, qui quod diſceret non inuenit: illis autem hoc ignoſci non poterit, qui habentes à quo diſcerent, operam non dederunt, & c. hic text. recitatur dict. cap fin. xxxvij. diſtinct. Nec excuſatur, ut gl. ibid. dicit, qui copiam habet peritorum. l. regula. ff. de iur. & fact. ignor. uel ſi ſui prudentia facile id ſcire potuit. l. iij. C. de ingen. manu. l. ij. §. in bonorum. ff. quis ordo in bon. poſſeſſ. ſeruetur.* d *In l. plurimum. l. nec ſupina. dicta l. regula. §. facti. de iur. & fact. ignoran. l. ea quæ. ff. de contrahenda emptione. cum ſimilibus.* e *In dicto cap. final. de conuer. infidel. circa med.* f *Text. eſt in l. Seruius. ff. quod ui aut clàm. cap. paſtoralis. §. fin. cap. tuæ. de cle. non reſi. argum. in authen. de reſtitut. & ea quæ parit in xj. menſe. §. fin.* g *Arg. in d. c. plerique. de conſecr. diſt. iiij.*

attenta. Meritò ergo & idem iuris Iudæis ſit, nam & Iudæi[a] de eccleſia eſſe tenentur: pro omnibus enim paſſus eſt Chriſtus, & omnes uocauit, maximè autem Iudæos, pro quorum præcipuè ſalute homo natus eſt. Malitia ergo, & ex deſtinato iniquitas eſt, quod à ſalute ſe Iudæi ſeparãt: de qua, ut etiam Gabriel aliquo modo attigit, referre[a] cõmodum non debent.

Nona ratio: Quæcunq; ſunt hominũ, filii, pecora, aurum, argentũ, poſſeſsiones, hæc à Deo proceſſerũt: Domini enim eſt terra & plenitudo eius: cui & canonica lex[b] ſubſcribit. Præterea quid habes quòd nõ accepiſti, iuxta Apoſtoli ſẽtẽtiã? Quæ ergo inuidia fuerit, reddere Deo quod ſuum eſt? Aut quis tolerabit, Deũ ſuo proprio defraudari? Vel quis neſciat talem fraudatorem non procul abeſſe ſacrilegio? quod & in ſuis conſiliis[c] Bald. approbat. Quòd ſi domino temporali, ſi patri carnali, exhiberi ſibi ſuum ſeruum, ſuam prolem petenti, iuxta[d] uulgata iuris ciuilis documenta interdicto ſuccurritur, quanto meritius æterno & domino & patri, ſuum & ſeruum, & prolem, in familiam ſuã reducere cupienti (uult enim omnes homines, ut[e] canon dicit, ſaluos fieri) mos gerundus eſt? Sunt ergo obluctãtes Iudæi, ad hoc prætoris, hodie principis officio coërcendi: imò tales Iudæos, parum abeſt, quin pœna plagii iuxta legum[f] ſcita teneri dixerim, ut qui ſeruos Dei noſtri celare, ſupprimereúe pergant.

Decimo moueor: Mandauit unicuiq; Deus (ut[g] Sapiẽs ait) de proximo ſuo, uſqueadeo, ut inimicos quoq;, nedum amicos, diligi debere euangelica ueritas præceperit. Ad charitatis autem uirtutem maximè pertinet bonum proximi non ſolum uelle, ſed operari etiam, ut in alium finem firmat[h] D. Thomas: & dicit Gregor. nullum eſſe Deo ſacrificium acceptius zelo animarum. Verum quoq; eſt, quencunq; hominẽ nobis dici proximum, ut ex parabola Samaritani (opera miſericordiæ Iudæo impendentis) cognoſcimus. At dilectionis ſignũ primariũ eſt, reuocare[i] errantem. In uiam ergo ſalutis dirigendi, imò ducendi ſunt paruuli Iudæorum, quandoquidem nullum ponunt obſtaculum. Quod opus præcipuè principum, [k] eorumq; eſt, qui temonem gubernaculi tenent: quibus niſi id faciant, ſpecialiter obiicietur[l] illud Ezech. Quod errauerat nõ reuocaſtis, quod perierat non requiſiſtis. Et profectò arbitror ad præceptũ dilectionis proximi eo accedi propius, quo

a *Nemini enim dolus patrocinari debet. l. neruum. §. tẽpus autem. ff. pro ſoc. Et ſibi imputet damnũ, quod culpa ſua uenit. c. damnum. de reg. iuris. in vj. l. quod quis. ff. eod. tit. cũ ſim.*

b *c. reuertimini. xvi. q. s. cap. nõ eſt. de deci.*

c *Conſil. cclxvii. et cclxviii. in tertia parte.*

d *Toto tit. ff. de lib. exhib.*

e *In cap. ſi ex bon. de pœn. diſtinct. iiii.*

f *Arg. in l. fin. §. lege Fauia. ff. ad l. Faui. de pla. l. ii. C. eod. tit.*

g *Eccleſ. cap. XVII.*

h *In ſecunda ſecundæ. q. xi. art. iiii.*

i *Vt in c. ualida. §. non illa. §. perinde. per tot. de pœni. diſtinct. ii.*

k *Argum. pro hoc in d. l. non eſt. ff. de reg. iur.*

l *Recitatur in c. quod errauerat. xxxiii.*

plures ad uiã ueritatis reuocantur. Inſtanter enim operãdum eſſe, quodcunq; poſsit manus tua,[a] dicit Sapiens. Quin & Iudæos (quãquàm ſit genus peruicaciſsimum) in hoc opere minimè eſſe negligẽdos puto, quos (ut ſuprà dixi) Deus ad ſalutem accipiendam primariè uiſitauit. Quòd ſi (ut ex uatũ oraculis diſcimus) reliquiæ Iſraël ſaluæ fieri debeant, quæ inuidia eſt Iudæos ad huiuſmodi ſaluationem, ad quam præuiſi ſunt, quàm citiſsimè perduci? uel quomodo hoc uaticinium uberius explebitur, quàm ſi plurimi ſalui fiant?

Adde pro undecima ratione, quòd ſumma ſit (teſte[b] Papiniano) ratio, quæ pro religione facit: id quod & iura canonica[c] ſubſequuntur. Quinetiam, quod in religionem Chriſtianam committitur, in omnium fertur iniuriam, ut diui[d] Imperatores dixerũt: eſtq; in uniuerſum fauor fidei maximus. Vbi enim ſana fides nõ eſt, iuſtitia[e] nõ eſt,[f] quia iuſtus ex fide uiuit. Et niſi quis fidei ſoliditatẽ tenuerit, diuinã prę́ſentiã nũquàm[g] agnoſcet. Per hãc etiã reſpub. mortaliũ (ut appoſitiſsimè[h] dixerũt Cõſtantinus & Cõſtans Imperatores) pluſquàm corporalibus ſudoribus promouetur. Fides quoq; illuſtris illa, filios nos Dei[i] cõſtituit. Et ut breui loquar, omniũ ſciẽtiarũ diuitias, fides[k] ſupergreditur. Cũ ergo tãta ſit fidei prominentia, dictam paruulorũ ablationẽ fauore fidei illicitã eſſe non exiſtimo. Quod & procedere dicerem, ſi ius etiã paternũ uiolaretur. Si enim fauore libertatis tẽporariæ multa ſunt cõtra puncta iuris conſtituta (ut paſsim lex[l] ciuilis teſtatur) cur nõ fauore fidei, per quam libertas ſpiritualis acquiritur (teſte Apoſtolo) talia permitterẽtur? Nunc uerò cum dicta ablatio paruulorũ ſine cuiuſquam iniuria fiat (ex ſalute enim paruulorũ, pater iniuriã prætendere nõ[m] poteſt) ut per eam ius paternum non poſsit cenſeri uiolatum, ut infra in reſponſione ad ſecũdam rationẽ prioris opinionis, & ad confirmationem illic poſitã latiſsimè probatur: quanto fortius, quando iuris diſpoſitio cũ fauore fidei cõcurrat, is præferri fauor fidei debebit

xxxiii.q.vi.ſa. cap.principes. præallagatum, xxxiii.q.v.& per diſcurſum ibid.per multa cap.

a Eccleſ.viii.

b *Text. in l. ſunt perſonæ. ff. de reli.& ſumpt.fu.*

c *Not.in text. c.cũ & plantare.de priuil.d.c.ſi.de cõuer.in fi.d.c.ſuper ſpecula.ne cle.uel mo.c.in fidei.in prin.de hæred.lib.vi.c.ſciſcitãtibus.xv.q.iii.cum ſim.*

d *In l.manichæos.C.de hæred.* Et *pro fauore uel ſumma ratione fidei, arg.in l.iii.* C.*de apo.in l.fin.* C.*de paga.cum ſimilibus.*

e *Traditur in cap.ubi ſana.xxiiij.q.* f *Abacuc.ii.* g *Recitatur in c.quia ex ſola.cad.c.& q.* h *Quorum uerba recitautur in c.tributũ.§.quãuis.ad fi.xxiii.q.viii.* i *Ioan.i.* k *Gl.ſuper illud prouerb.multæ filiæ congregauerũt diuitias, &c.* l *Habetur in l.generaliter.§.ſi quis.ff.de fideicõ.lib.Inſtit.de don.in fin.l.Paulus reſpondet.ff.de fideicommiſ.lib.l.libertas.ff.de reg.iur.l.inter pares.ff.de re iudic.l.i.C.de ſer.pignor.dat.manu.l.& ſeruorum.in fin.ff.de ſtat.ho.cum multis ſimilibus.* m *Vt not.in c.non eſt.in cap.qui malos.c.non putes.c.non eſt innocentiæ.cum c.ſeq.xxiii.q.v.*

bebit? Et ut in ſumma loquar, ſi omnia diuerſæ opinionis fundamenta congerã, ſeſe ſtabiliũt ſuper patris uel poteſtate uel pietate: quaſi hæc tanti eſſe debeãt, ut propter euidentẽ liberorum utilitatem, nõ dico temporalem, ſed æternam, frangi nõ debeat: ſitq́; (ut etiã in ſuperioribus dixi) maior patris poteſtas ad interimendos liberos, quàm fidei Chriſtianæ ad eos ſaluandos. Quam aſſertionẽ quis non introſpiciens uacillare uideat? quinimò prorſus ſubuerti? Nam quòd ad miſericordiæ opera attinet, uter mihi parens ſit, an qui me alit, educat, uiam ſalutis prouidet: an qui dum genuit, me uel deſerit uel perdit? Vel nónne Hiericontino illi uulnerato, Samaritanus proximus fuit qui eum iuuit, non ſui [a] tribules, qui deſeruerunt? Præterea iuxta traditiones [b] legales, uerum eſt quòd in iis quæ iuris publici ſunt, patria poteſtas nõ curatur: cur in baptiſmate (quod pluris eſt, quàm iura magiſtratuũ) ea poteſtas impediat? eo maximè accedente, quòd (ut dicit [c] Thomas) bonum multorũ præferẽdum ſit bono unius. Quòd ſi baptiſma prima tabula eſt, qua per mare huius mundi ferimur, ſine qua nec magiſtratus, nec ſeruitiũ, uel purè uerſetur, uel uadat ſecurè, meritò iuri iſti publico prǫferetur: & cum fauor fidei, patrem filio [d] priuet, quanto plus debet baptiſma id poſſe, ſine quo nec religio, religio eſt: nec fides, fides: nec uirtus, uirtus: nec cognitio, cognitio: nec ſacramentum, [e] ſacramentũ. Nulla enim præter baptiſma [f] ſalus promittitur. Quòd ſi baptiſma nos, qui alioqui dæmonis ſumus, mẽbra Chriſti [g] facit: ſi hoc lauacro ianua nobis ſalutis [h] aperitur, ſi perfecta innocentia (ut dicit [i] Richardus) reſtituitur, ſi per hanc aquam tranſitus fit de terrenis ad cœleſtia, de peccato ad uitã, de culpa ad gratiam, de inquinamento ad ſanctificationem: & qui per eam tranſit, non moritur, ſed exurgit (ut pulchrè Ambroſius dicit in libro de [k] ſacramentis) ſi denique hoc fonte ſacro, hoc fonte redemptionis, ſalui, redempti & illuminati [l] dicimur: ſi etiam hoc lauacro peccati dominatio tollitur, quis eſt illorũ, quos æquus amauit [m] Iupiter, qui negare uelit, quin in tam nobili, tam neceſſario ſacramento conſequendo, nulla non ſolum patris poteſtas, ſed ne uinculum quidem aliud naturæ impediat? niſi ſit naturæ (ut ſæpe repeto) nexus ad perden-

a *Tribulis dicitur, qui ex tribu eſt. Cicer. in epiſt. Amico & tribuli tuo ualde familiariter utor. Nota eſt hiſto. euang. de homine qui in latrones inciderat, &c.*

b *L. nã quod. ff. ad Trebell. l. filiusfam. ff. de iis qui ſunt ſui uel al. iur. l. nã & ff. de capi. di.*

c *In ſecunda ſecundæ. q. xj. artic. iiii.*

d *Gloſ. in d. c. fin. de conuerſ. infide.*

e *Arg pro hoc in c. ueniens. de pre. non bapti. in c. ſi quis per ignorãtiã. i. q. i. & § uerum. xxxii. diſt.*

f *c. nulla. de cõſec. diſt. iiii.*

g *c. nulli. ead. diſt.*

h *c. cũ itaq;. in fi. ead. diſt.*

i *In iiii. ſent. diſt. iiii. q. iii. artic. iii.* k *Hæc uerba Ambroſii recitantur in cap. per aquam. de conſec. diſt. iiii.* l *c. prima. c. ad hoc. eadem diſtinct. iiii. c. gratia. ea. diſt.*
m *Alluſimus ad uerſum Vergil. in* VI. *Pauci quos æquus amauit Iup. &c.*

dum,

dum potentior, quàm Dei ad ſaluādum: quod nemo niſi Plutonis familia ſuggerat, quæ (ut Beda [a] inquit) ſubuertere mortalium corda arte ſua conſueuit, ne baptiſmum quis cōſequatur, id eſt, ne à ſua poteſtate liberati, Chriſtum induant. Debent itaq; ut libertatem hanc ſpirituale͂, paruuli infideles conſequantur, ea quæ in concluſione noſtræ opinionis aſſeruntur, omnino cenſeri permiſſa.

a Vt habetur in c. dehinc. ſæpe dicta diſt. iiii.

Hanc opinionem (quæ fortè pluribus adhuc poſſet rationibus conueſtiri) affirmant uiri primores, maximiq; in ſolida doctrina nominis, [b] Doctor ſcilicet ſubtilis, [c] Ioan. And. [d] Archidiac. [e] Ioan. de Imol. qui allegat Stephanum idem tenentem. In eadem opinione fuit Angel. de Caluiſio in ſua [f] ſumma, qui ad hoc allegat Landulfum & Aureolum. Idem tenet [g] autor Fortalitii fidei. Prædictæ etiam opinioni ſubſcribit ſolennis Doctor [h] Gabriel Biel. Ad hoc profundiſsimæ literaturæ profeſſor, Georgius Northofer, ſacræ theologiæ Doctor clariſsimus, noſtræ florentis Academiæ primarius moderator, prædictam opinionem non ſolum approbat, ſed etiam ueritatis, fideiq;, quam ſemper annexi, ardore coluit: & pro qua aſſerenda, nulla unquam uel difficilima certamina ſubire timuit. Eius, inquam, fidei zelo, adductus, ſuperioribus diebus in conflictu literario publico, glorioſe euicit: cuius concluſiones (quoniam ſcitu dignas arbitror) in calce præſentis quæſtionis ſubſignaui. Hæc itaque opinio poſterior, ut quæ noſtræ fidei dilatandæ plus accommodetur, ſaluti proximi fauorabilior, & urgentioribus rationibus ſuffulta ſit (ut ego autumo) priori opinioni præponderat. In quo tamen ueritatem, quam eccleſia recipit, ſi modo in hoc puncto ſit quicquam deciſura, ſemper præfero: cuius determinationi me ſubiicio.

Collectio autorum qui hanc opin. tenent.
b In iiii. ſent. diſt. iiii. q. ulti.
c In d. c. ſicut. de Iudæ.
d In d. c. qui ſyncera.
e In d. Cle. i. de Iudæ.
f In uerſ. baptiſmus. iiii. quæſt. xi.
g In ii. libr. de cōſideratione. xii. puncto. iiii.
h In iiii. ſent. diſt. iiii. circa fin.

Supereſt ut rationibus pro diuerſa opinione ſuprà adductis, reſpondeam. Cum itaq; in prima ratione defenditur, Iudæos non eſſe ſeruos, habere enim poſſeſsiones, præſcribere contra nos, &c. nihil obſtat. Talia enim ex pietate eis permittuntur, ut quaſi in modum peculii potius, quàm iure proprietatis ea poſsideant, ſicut ſuprà in ſexta ratione huius opinionis probatum eſt. Præterea & hi, quos in Germania habemus ſeruos, quos uerius homines proprios dixerim (ut in quodam tractatulo de ſeruis Germaniæ latius diſputauimus) ſtare in iudicio, nuptias iuſtas contrahere, præſcribere, & cætera

Reſpōſiones ad argumenta in contrariū ducta.

tera

tera huiuſmodi,quæ de Iudæis in hac ratione allegantur,facere poſſunt.Taceo quod[a] ius canonicum:omnibus ſeruis iuſtas nuptias,atq; ita ius patriæ poteſtatis indulget,nec tamen propterea nexu ſeruili liberātur.Sunt enim iura ciuilia, quantum ad ſeruos attinet,in multis,quæ moribus noſtris non recipiuntur,deſueta.Et ad hanc reſponſionem accommodè repeto ea quæ in prædicta ſexta ratione latius deduximus.

Ad ſecundam rationem,qua oppoſitum fuit Iudæis (eorum uel admiſſa ſeruitute) in naturalibus illis, puta educare prolem,uim inferri non poſſe,etiam ſi uendi poſſent, &c.Reſpondeo, uerum eſſe parentibus circa educationem prolis uim inferri non[b] oportere, ubi tali educatione proles non periclitatur. Sed ſi patris educatio ſit prolis pernicies,idq; euidenter pateat,liberis[c] ſuccurrendum eſt uel contra patris uoluntatem,ut ſuprà in ſeptima ratione huius poſterioris opinionis probatum eſt. Itaq; iuſta uis eſt,qua animarum iacturæ conſulitur, ut non minus eleganter quàm latè Auguſtin. uariis in locis probat.Si enim(ut idem[d] inquit)ſalus corporalis ſic eſt cuſtodienda,ut etiam nolenti ſeruetur:longè magis ſpiritualis illa,in cuius deſertione mors æterna metuitur,etiā nolenti ſeruanda eſt. Et idem contra[e] Petilianum, oppreſſores eſſe uult & perſecutores filiorum eos patres, qui à bono & licito ipſos abducant. Meritò ergo eis eſt obuiandum: nec filii in tali interitu relinquendi,per iura ſuprà in prædicta ſeptima ratione allegata. Vel dicat mihi quiſpiam, utro magis ſeruetur iuſtitia, an cum inuito patre filius ex imminenti mortis periculo liberatur, an uero ſi uoluntate patris, filius interire permittatur? Quòd ſi hoc poſterius admiſerimus,cogemur fateri,nephas eſſe, filium ex iugulo furibundi patris eripere.At hoc planè abſurdum eſt.Itaq; patris nutu, filii interitum promouentis, ſubſcribendum non eſſe propalàm prædicamus.Quæ ſi in temporalibus uera ſunt,in ſpiritualibus quis non receperit? Nihil ergo eſt quod D.Thomas (ut ſuprà in fine ſecundæ rationis noſtræ huius opinionis tetigi)ait, ordinem naturæ hac ablatione paruulorum turbari. Tantum enim abeſt ut is ordo turbetur, ut etiam nullo magis,quàm hoc actu conſeruetur: quippe cum ordo,imò[f] uis naturæ uelit ut patres filiorum ſaluti intendant,& potiſsimè ut creator ſua creatura non defraudetur:quod cum patres Iudæi deteſtentur etiam, nedum non faciant, ordinem naturæ

ipſi

a *Tot. tit. extra de coniug. ſer. iuncto tit. Inſtit. de pat. pot. d.c.fin. de conuer. infid.*

b *d.l.cū furioſus. C. de cur. fur. d.l. nec in ea. de adul.*

c *Arg. opt. in l.i.ff.ubi pupil. educ. debe.ubi dicit tex.prætorem ex perſona,conditione, tempore,ſtatuere,ubi pupillus potius alendus ſit, uel contra patris uoluntatem.*

d *In c.diſplicet. §.ſi autē. cum duobus c. ſequen.xxiii.q. iiii.*

e *In c.qui putat.ad fin.ead. c.& quæſt.*

f *d.l.cū furioſus. C. de cur. fur.d.l.cum ratio.ff.de bo.dā. cum ſimil.*

ipſi turbant, noſtra uerò opinio conſeruat.

Ad confirmationem autem illic adiectam, qua probari uidetur, filium à patre, ne iure quidem ciuili ſeiungi poſſe, utpote quorum dura ſit ſeparatio, &c. Non nego, ſi nulla alioqui, niſi compendii lucriue ratio præuerſetur, filium à patre non eſſe ſeparandum, prout iura in hanc partem ducta probant. Vbi autem maior quædam ratio urget, ſeparari à patre filium poſſe, utrunq; ius diſponit. In caſu enim duræ tractationis, filius patri [a] eripitur. Ad hoc, à patre dilapidatore filius eximitur. Item & filii Iudæorum à patribus baptizatis circunciſi, eis [b] auferuntur. In his ergo rebus maioribus, ubi ſalus huiuſmodi paruulorum, cum temporalis, tum maximè ſpiritualis uertitur, ſeparari à parentibus filios non erit impium. Nec læditur pietas naturalis, ubi naturæ ſubuenitur. Nec debet conqueri pater ſe iniuria affectum, ubi ab iniuria filius liberatur. Salubris eſt enim ſeparatio, qua uita ſeruatur: dura coniunctio, qua perditur. Quo fit, ut nulli niſi diri, niſi ſæui, niſi crudeles, niſi impii parentes, imò non parentes, ſed perimentes (ut uerbis [c] Bernardi utar) de ſalute filiorum querantur, ut qui maliut communi ſubuerſionis periculo filios eſſe participes, quàm ſine ſe, cœli conſortes: timeantq; ne ipſi arſuri, ſoli ardeant: néue damnandi, ſoli damnentur: ut promptum ſit eis, quando propriam ſalutem negligunt, etiam alienam perſequi. Diſſoluenda ergo (prò Eſaiæ ſententia) eſt tantæ impietatis colligatio. Nihil enim in mundo eſt, uel maximè coniunctum, quod pro uita animæ aſſerenda, ſolui, relinquiúe, & ſi ita uſus ferat, repelli nō debeat. Hæc uera pietas, hæc pulchra iuſtitia, hæc Chriſtiana profeſsio. Vnde aſſentiendum non arbitramur eis, qui paterni uel uinculi uel poteſtatis obtutu, paruulos noſtros nihil tale meritos, in hiātis inferni uoraginem contrudere uelint: maximè, quòd patria poteſtas, ut eſt iuris [d] ciuilis factura, ita principis autoritate facile minui [e] poteſt.

Ad tertiam rationem, qua prætenditur, non eſſe maiorem poteſtatem dominorum in Iudæos parentes, quàm filios: unde ſicut patres, ita filios non eſſe cogendos, &c. Non contradico, æqualem in ambos eſſe dominicā poteſtatem: ſed quòd ex hoc æqualis effectus inferatur, id nego. Coactio enim dominica in ſeruos, in duplici eſt conſideratione. Nam aliquando interuenit actui, ad cuius perfectionem uoluntate ſerui

opus

Reſponſio ad confirmationē.

a *d.l.fin.ff.ſi à par. quis ma. ſu. d.l.lenones. C.de epi. aud. cum ſimil. d.l. fin. C.de ſentē. paſ.*

b *d.c.pleriq;. de cōſecra.diſt. iiii.*

c *Bernard. in ſuis epiſt.*

d *Probatur Inſtit. de pat. poteſt.*

e *Ius enim ciuile per principē tolli poteſt. l.princeps.ff.de leg. cum ſimil. uulgatis.*

opus eſt: ut uidemus in ſeruo hærede inſtituto, qui cogi non poteſt, ut adeundo hæreditatem domino acquirat, niſi [a] uelit. Aliquando non attenditur ſerui uoluntas, ut communiter in omnibus aliis [b] negociis, quo caſu coactio domini omnia iure permiſſa poteſt. Vnde in propoſito caſu, quia conſtat quòd in adulto rationis uſum habentẽ, ad ſuſcipiendum baptiſma [c] uoluntate opus ſit, non eſt ſimile in patre Iudæo & filio. Ille enim niſi uelit, cogi non poteſt, quandò actus baptiſmi uoluntatem ſerui Iudæi uſum rationis habentis [d] exigit. At filius hic, perduci ad baptiſmum poteſt: uoluntatem enim (ut qui infans ſit) non habet. Nec reſiſtere poteſt, quod in ea ætate ſufficit. Non dicitur cogi paruulus, in quem coactionis qualitas non [e] cadit. Ex quibus puto nouum dictum inferri poſſe, utpote quòd dominus hæreditatem ſeruo infanti delatam, acquirere poſsit, ſerui uoluntate (ut qui nec aſſentiri nec reniti poſsit) non curata.

Ad confirmationem dictæ rationi affixam, qua dicitur, uox patris uox filii, eſſeq; filium partẽ paterni corporis, &c. Reſpondeo, ea procedere iuris fictione in caſibus tantum à iure [f] expreſsis: ueritas enim in contrarium eſt, quod facile patet in uariis iuris ciuilis conſtitutionibus. Nam & [g] filius patris pœnam non ſuſtinet: pater quoq; teſtamentum filio impuberi facit, qui ipſe non [h] poteſt. Taceo infinita alia tanquam omnibus nota. Alius enim (ut dicit [i] Auguſt.) pater eſt, alius filius. Fruſtra etiam obiicitur, maiorem patribus in filio, quàm in ſeſe irrogari iniuriam. Negamus enim quòd paruuli ad baptiſma ablati, iniuria afficiantur, ut ſuprà euictum.

In quarta porrò ratione aduerſariorum adducitur: Maiores noſtros capita eccleſiæ, qui reges habuerint fauiſſores, quorum aſſenſu multa potuerint, nihil tamen conſtituiſſe, nec adeò per nos nouandum, maximè conſuetudine eccleſiæ refragante, &c. Ad quæ tentamus reſpondere probabiliter, quòd imò caſus noſtræ quæſtionis per eccleſiam non fuerit obmiſſus. Hoc enim ſatis apparere poteſt ex [k] textu canonicæ legis. Scribit enim Gregorius quartus Bonifacio, dicens, paruulos qui à parentibus ſubtracti ſunt, & an baptizati ſint an non, ignoratur, &c. Quibus uerbis pro confeſſo haberi non obſcurè uidetur, paruulos à parentibus ſubtrahi poſſe:

a Text. eſt in l. cum propoſnas. C. de hæred. inſtit. not. in l. qui in aliena in fin. ff. de acquir. hæred.

b Arg. pro hoc in l. atqui naturaliter. §. ſi libero. ff. de neg. geſt.

c c. maiores. §. ſed opponitur. de bapti.

d Et per hoc habes alterum caſum, in quo ſerui, niſi uelint, cogi non poſſunt.

e Arg. l. ſi ſeruum ibi, nõ poteſt æſtimari, &c. ff. de act. empt.

f Fa. quod notat Bart. in l. ſi dubitet. §. filius. ff. de fideiuſſ. & quod uulgo dicitur, fictionẽ importari per uerb. uidetur, intelligitur, &c.

g L. crimen. ff. de pœn.

h L. ii. ff. de uulg. & pupil. cum ſimilib.

i c. iam itaq; i. quæſt. iiii. c. quæris, de conſecr. diſt. iiii. fa. C. ne fil. pro pat.

k In c. paruulos, de conſec. diſt. iiii.

quoniam

quoniam in caſu talis ſubtractionis, ſuper incertitudine baptiſmatis diſponit. Negamus quoq; hanc ſubtractionem de aliis, quàm paruulis infidelibus intelligi poſſe. Christianorum enim paruulos (id quod omnibus cognitum eſt) ſubtrahere, præſertim ad baptiſma, nõ fuit neceſſum, cum ultrò ipſi ad hoc propendantur. Supradictorum ergo uerborum canonis contextum profundius expendenti, modico negocio liquêre dictæ quartæ [a] rationis ſubuerſio poteſt. Vel ſi reſpondere aliter placeat, nõ aſſentimur ex dicta ratione quicquam iuſtè inferri. Cũ enim locus ab autoritate negatiuè ſumptus, nihil pugnet: non ſequitur, quia maiores noſtri in hoc caſu nihil conſtituerunt, per nos non eſſe [b] ſtatuendum: quandò nõ omnia à diuis patribus præuideri potuerint. [c] Imperfectum enim meum uiderũt oculi tui. Si quidem certi per certa, alius alio præſtantior, non omnes in [d] omnibus. Quòd ſi Chriſtus non ſolis apoſtolis, ſed omni poſteritati dixit, Spiritus ſanctus docebit uos omnia: ſicut ergo nec apoſtoli, nec ille ipſe doctor gentium Paulus, omnia [e] conſtituerũt, ita nec iſti ſancti patres: ſemper enim eccleſia habet, quod ſtatuat, illo ſuggerẽte, qui promiſit ſe nobiſcum futurum uſq; ad cõſummationem ſeculi.

Quod ſi cui delicato hæc diſſolutio non ſapiat, adhuc aliter reſpondemus, multa eſſe quæ cum ſint ſalubria, non tamẽ omni tempore [f] conferre. Omnia enim (ut ex uerbis D. [g] Auguſtini colligimus) ſuis cõueniunt temporibus. Vnde illud eſt quod per manus traditur, Tẽporibus medicina ualet. & quod dicit Socrat. Omne intempeſtiuũ eſt triſte. Quid enim ſi eo tempore, quo nõdum fides catholica in iuſtam ſobolem adoleuit, non ſatis maturuit, non fuit contra Iudæorum factionẽ hoc negocium tentandum? Germen enim fidei noſtræ (radice tunc nõ acta fixius) hoc conatu fortè periclitatum fuiſſet. Vel quis neſciat (quia tempore Syluestri, tempore Sixti, modici fuerant Chriſtiani: tempore uerò Ambroſii, multi Arriani) Iudæorum ceruicoſam peruicaciam non fuiſſe agitãdam? ut quæ pro eorum calliditate & [h] malitia, uel præuertiſſe conuerſos, uel conuertendos impediuiſſe potuerat. Qui timor hodie ceſſat, quo tempore fides noſtra nullo poteſt agitari turbationis æſtu. Vnde Auguſtinus accuratè (ut omnia)

a *Imò hic unus tex. in toto hoc negocio ſecurim ad arborẽ ponere uidetur.*

b *Pro quo eſt opti. text. in l. quæſitis. ff. de teſtib. ubi dicit I.C. Veruntamen quod legibus omiſſum eſt, non obmittetur religione iudicantium.*

c *Pſal. cxxxviij.*

d *Ita elegãter inquit Imperator in l. j. §. omnibus. C. de uet. iur. enucl.*

e *Vnde dicit Philoſophus, j. Ethi. capi. iiij. artium eſſe incremẽta facta: eſſe enim cuiuſuis, id quod deeſt, addere atq; ſupplere.*

f *Philoſoph. ii. Ethi. c. ii. dicit, oportet ipſos agentes ea conſiderare, quæ ad tempus accõmodãtur.*

g *In c. ſi eccleſia. uerſ. nanq; xxiii. q. iiii.* h *Quid enim nõ tentet homo ſemel malitiæ deditus? dicit Imp. in auth. in d. ti. ut hi qui obl. ſe habere perhib.*

a *In d c. diſpli cet. xxiii. q. iiii.*

quanto magis, [a] inquit, illud propheticum, Adorabunt eum omnes reges terræ, & omnes gentes ſeruient ei: impletur, tanto maiore eccleſia utitur poteſtate, ut non ſolum inuitet, ſed cogat ad bonum.

An conſuetudo in hoc ſit.

b *Per d. c par uulos. de cõſec. diſt. iiii.*

c *In l. de quis bus. ff. de leg.*

Quod autem de cõſuetudine eccleſiæ ſubiicitur, nego cõſuetudinem huiuſmodi allegatam. Et profectò (quod cũ præfatione ueniæ loquar) parum ex iure, conſuetudinis mentio hic fit. Aut enim paruuli infidelium aliquando ſubtracti ſunt (id quod [b] ſuprà probaſſe uidemur) quo caſu pro nobis eſſet hic uſus, non pro aduerſariis: aut nunquam ita ſubtracti fuerunt, & ſic non potuit oriri aliqua cõſuetudo. Cum enim pro [c] Iureconſulti ſententia, conſuetudo ius ſit, moribus utentiũ conſtitutum, ad non uſum extendi nõ poteſt. Inter ſeſe enim diſſident, eſſe conſuetum, & non fuiſſe uſum. Non ergo procedit quod D. Thomas & Gerſon dicunt, eccleſiæ conſuetudinem ita habere, cuius nullus adducitur uſus. Nec debet (ut appendici cõfirmationis reſpondeam) hoc loco caſus obmiſſus, haberi pro obmiſſo. In ſpiritualibus enim huiuſmodi pro uiſionibus, & quæ fidem, quæ ſacramenta eccleſiæ tangunt, huiuſmodi iura, quæ in caſu ſtricto loquũtur, nihil obſiſtũt, maximè quòd caſus obmiſſus periculum animæ ferret.

d *Hæc uerba recitãtur ex cõmẽtariis ipſius in homilia S. Stephani.*

e *In c. illud. de conſ. diſt. iiij.*

f *Habetur in c. filius. ea. diſt.*

g *Vt habetur in ca, hi qui. d. diſt. iiii.*

h *Verba ſunt in d. c. quæris. ead. diſt.*

Quintæ rationi, quæ in baptizando ueram uel interpretatam uoluntatem (quorum neutra in paruulis infidelibus inueniatur) expoſtulat, reſpondemus, confitendo uera uoluntate opus eſſe in adultis: in paruulis uerò negamus omnino interpretatam parentum uoluntatem eſſe neceſſariam: hoc enim nullo nec iure, nec ratione probatur, eademq; (ut uerbis [d] Hieronymi utar) facilitate deſtruitur, qua aſſeritur, Iuuãtur enim tales paruuli, offerentium, id eſt, patrinorum qui eos ad baptiſma geſtant, uel certè eccleſiæ fide: quorum utrumq; apertis iuribus probari poteſt. In lege namq; canonica ex uerbis [e] Gregorii dicitur, piè, rectèq; credi, prodeſſe paruulo fidem eorum à quibus conſecrandus offertur. Alibi ex eodem [f] Gregorio, paruulos baptizatos inter credentes reputari, per ſacramenti uirtutem, & offerentium reſponſionẽ. Ad hæc, ex ſententia [g] Auguſtini habetur, quòd pro paruulis, qui doctrinam non capiunt, reſpondeant offerentes. Alio quoq; [h] loco Auguſt. Regenerãs (inquit) ſpiritus ſanctus, in maioribus offerentibus, & in paruulo renato oblatoque, communis eſt. Ad hoc paruulos fidem fateri per uerba geſtantium, idem Auguſtinus

ſtinus[a] approbat. Taceo alia multa, quæ in hunc locum addu ci poſſent. Nec obſtabit ſi dicas, in iuribus ſuprà allegatis ap pellatione offerentium uenire parentes: hoc enim procedere non poteſt, tum quia parentes in baptiſmo pro paruulis non reſpondent, id quod notum eſt: at iura prædicta de offerenti bus loquuntur, qui reſpondent: tum etiam quia refragari Au guſtinus eidem aſſertioni uidetur, [b] dicens: Prodeſt offeren tium uolūtas paruulo oblato: poteſt enim & in hoc, & in illo homine (etiam ſi ſe inuicem neſciant) unus ſpiritus eſſe, per quem utriuſque gratia ſit communis. Cum enim dicitur, ſi ſe inuicem neſciant, apertè conuincitur parentes non intelligi, quibus uſu non uenit ut ſuos paruulos neſciant. Per offeren tes ergo, patrini illi, nō parentes naturales intelligūtur. Imò (ut aliquid dicam fortius) patrinos etiam eos ipſos canonica lex parentū appellat uocabulo. Auguſtinus uelut interroga bundus ſciſcitatur, Quid eſt (inquiés) aliud, quàm quòd, quā do ad baptiſmum offeruntur paruuli, pro eis parentes reſpon dent, tanquam fidei autores? Et paulò pòſt: Vnde miror pa rentes in iſtis rebus tam fidenter pro paruulo reſpondere, ut dicant eum tanta bona facere, &c. Quia enim offerentes pa trinos, pro paruulis reſpondere ſuprà probauimus, non poſ ſunt hîc loci parentum uocabulo naturales parentes, ſed pa trini intelligi. Quòd ſi etiam illa patrinorum fides nihil face ret, tamen huiuſmodi paruuli, fide eccleſiæ (ut ſuprà princi piò dixi) ſatis & ſuper adiuuantur. Hoc conſtat ex eodem Au guſtino: Offeruntur, [c] inquit, paruuli ad percipiendum ſpe cialem gratiam, non tam ab eis quorum geſtantur manibus, (quamuis & ab ipſis, ſi etiam ipſi boni fideles ſunt) quàm ab uniuerſa ſocietate ſanctorum atque fidelium. Ab omnibus namq; offerri rectè intelliguntur, quibus placet quod offer tur, & quorum ſancta & indiuidua charitate ad communio nem ſpiritus ſancti adiuuantur. Idem quoq; Auguſt. Mater, [d] inquit, eccleſia, os maternū paruulis præbet, ut ſacris myſte riis imbuantur. Non ergo parentum interpretata iſta uolun tas ita ſuperſtitioſe neceſſaria eſt, quin & patrinorū, imò ec cleſiæ fides ſufficiat.

Sed ſcio replicaturam eſſe diuerſam opinionem, ſupradi cta iura de paruulis Chriſtianorum intelligi, qui de gremio eccleſiæ ſint, non de infidelibus, qui ab ea ſeparantur: ut os maternum eccleſiæ, quod paruulis præbetur, infideles attin

a *In c. mater. ead. diſt.*

b *In d. c. quæris.*

c *In d. c. quæris.*

d *In d. c. mater.*

gere non poſſet: à ſocietate enim ſanctorum, indiuiduaque illa charitate, de qua Auguſt. loquatur, infideles paruuli reiecti ſint. Ad quod reſpondemus, eccleſiam, id eſt, conuentum & ſocietatem Chriſti fidelium, omnibus mortalibus, quantum ad baptiſma pertinet, æquè patêre: atque hoc caſu ab ea nullum ſecludi. Cum enim ante baptiſma omnes ſimus infideles, ſiue à Chriſtianis, ſiue à Iudæis uel paganis gignamur (hoc enim Auguſt. in lib. de fide ad Petrum euidenter teſtatur, dicens: [a] Firmiſsimè tene, & nullatenus dubita, omnem hominem qui per concubitum uiri & mulieris concipitur, cum originali peccato naſci, impietati ſubditum, morti ſubiectum, & ob hoc naturaliter iræ naſci filium) Si ergo paruuli Iudæorum, quia infideles ſunt, ab eccleſia ſeparantur, pari ratione idipſum & de paruulis Chriſtianorum fatearis neceſſe eſt, qui ipſi ante baptiſma infideles ſunt. Nec prodeſt, ſi dixeris, paruulos Iudæorum propterea arceri, quòd à parentibus infidelibus ſint geniti: quia reſpondeo, perfidiam parentum filiis non nocere, ut paſsim ex patrum decretis[b] apparet. Qua ergo ratione paruuli fidelium de eccleſia ſint quo ad baptiſma, eadem etiam paruuli infidelium, cum non ſit danda diuerſitatis ratio. Hoc eſt quod ex uerbis Auguſtini[c] canon inquit: Eſt unitas quæ latè patet, cum granis paleas complexa. Et ex eiuſdem Auguſtini ſententia[d] dicitur, nullum à baptiſmo omnino prohiberi, à paruulo uſq; ad decrepitū ſenem. Præterea cum Chriſtus pro omnibus paſſus ſit, baptiſma autem Chriſti mortem ſignificet (ut[e] dicit Richardus) ſeparari ab eccleſia, quantum ad ipſam attinet, nemo [f] debet. Quòd ſi Deus omnem, qui in hunc mundum[g] uenit, hominem illuminat, id eſt, media illuminationis offert: per baptiſmum autem (ut idem Richardus[h] docet) præcipue omnia illuminantur, quandò is eſt baptiſmi effectus, ut ad gratiæ ſuſceptionē (eodem[i] Richardo teſte) ſemper ſit anima diſpoſita, id quod ab omnibus in primis exigit ille, cuius uoluntas eſt ſanctificatio noſtra. Nullus ergo mortalium, quantum ad hoc ut ianuam ſalutis, baptiſmum, canaleſq; ad gratiæ ſuſceptionem apprehendat, ab eccleſia ſeparandus eſt. Et quia non curatur, quo loco, quo genere, dum ad Chriſtū perueniatur, uir enim extra paradiſum factus, fœmina in[k] paradiſo: ad familiam autem Chriſti, baptiſma perducit, ut dicit [l] Occam: itaq; eccleſia non ſeparat hos ab illis, maximeq; ab ea nullus [m] abiicitur.

a *Recitatur in c. iii. de conſec. diſt. iiij.*
b *Habetur in d. c. quæris. & i. q. iiii. per tot. l. crimen. ff. de pœni.*
c *In c. eſt unitas. de conſecr. diſt. iiii.*
d *In c. paruuli. ead. diſt.*
e *In iiii. ſent. diſt. vi. q. iii. artic. iiii.*
f *Arg. in c. nec numerus. x. q. tertia.*
g *No. in c. cum ex iniuncto. de hæred.*
h *Loco præfato, diſtin. v. q. i. arti. i.*
i *Dicto loco. q. ii. art. i.*
k *c. illud. xl. diſtinct.*
l *In iiii. ſent. q. ii. circa fin.*
m *Argu. in ca. parſimoniam. circa med. xli. diſtinct.*

tur. Sagena enim charitatis (diuo [a] Bernardo teſte) per hoc mare magnum & ſpatioſum tracta, ex omni genere piſcium congregare non deſinit, ut intra ſuæ latitudinis ſinum eos concludat.

a *In libris epiſtolarum.*

Negamus quoq; paruulos, quando propria non poſſunt, parentum ratione in Deum ferri. Quomodo enim Deus, pro Euangeliſtæ uerbis, illuminaret omnem hominem, ſi ad hoc ratio parentum opus eſſet? Vel quomodo, pro ſententia [b] Alexandri de Hales, cognitio Dei naturaliter ineſſet homini, ſi parentum adminicula eſſent neceſſaria? Quis deniq; iuuaret paruulos infidelium in uias expoſitos, ut ſalutem adipiſcerentur, ut quibus directrix parentum ratio deficeret? Taceo alia multa, abſurda. Fides ergo cum offerentium, tum maximè eccleſiæ eis patrocinatur. Vel dicas mihi: Diui innocentes, bimuli illi pro Chriſto occiſi, cuius fide ſaluati ſunt? an propria? at negabis. an parentum? quod nec ipſum recipies: ſunt enim reſultantibus ipſis, fideles facti. Quis ergo eis ſuppetias tulit? nónne fidei ſacramentum? Vel finge paruulos aliquos citra fidem ad baptiſma offerri (hoc enim fieri poteſt, canonica lege hunc [c] caſum prouidente) quæro cuius ratione dirigantur? cuius fide? Propria non: uſu enim rationis carent. Parentum non, quando nec ipſi fidem habeant. Fatendum ergo, aut fruſtra eos baptizari, quod ſentire nephas: aut fide eos eccleſiæ iuuari, quæ eſt [d] aperta ueritas. Sed quorſum hæc tam prolixè? nempe ut euidentiſsimè oſtenderem, nihil refragari parentum ſiue curam, ſiue poteſtatem, ſiue rationem, ſiue fidem dixeris, paruulis ad baptiſma perducendis. Cuius contrarium aduerſa opinio aſſeueranter & ſenſit & tenuit.

b *In iii. parte.*

c *In c. nō illud. de conſecr. diſtin. iiii.*

d *Quam firmat glo in d. c. non illud.*

Reſponſio ad confirmationē.

Quod uerò argumentum à tutoribus hoc loco ſubiectum eſt, nihil beat. Non enim ſequitur, paruulos parentum ſuorum, uel certè tutorum auſpicio dirigi in temporalibus iſtis, ergo & in ſpiritualibus. Nam ſpiritualia temporalibus maximo gradu præſtant: & ubi maius eſt periculum, cautius [e] agendum. Saluti ergo paruulorum infidelium, principi inuigilandum, ſi periclitentur: non tutoribus fidendum. Vel aliter (ut cauillationis materia amputetur) reſpondeo, totum argumenti contextum admittendo, dum tamen paruuli tali cura, quæ illic adducitur, iacturam non faciant: alioqui tutoribus tanquam ſuſpectis, tanquam prædonibus, omni eſt adminiſtratione interdicendum. Ipſi enim (ut eleganter Saluius Iulia-

Veritas uariis locis probatur.

e *c. ubi periculum. de electi. in vi. cum ſimil.*

nus uoluit) præſunt, ut paruulorum iura conſeruent, non diſſipent: acquirant, non [a] perdant. Ad quæ repeto ea quæ in quinta ratione huius poſterioris opinionis aduenimus.

Ratiocinationi quæ ſexto loco fit, ſatis prouiſum eſt per cautionem poſterioris opinionis. Cum enim opponitur, Iudæis per hanc ablationem præſtari occaſionem interficiendi liberos, &c. Reſpondeo, principum id fore officium, ut cautela adiecta idonea, talia prouideantur: adhiberi ſiquidem eam poſſe arbitror, quandó ſub manu principum Iudæi ſunt. Quod ſi omnino nulla ſufficeret cautio, quin occultè ſaltem in ſuos ſanguinaria gens iſta diſſæuiret, probabiliter tamen puto noſtram aſſertionem nihilominus procedere: dubitari enim non poteſt, tales paruulos pro Chriſti fide occiſos, atque ita baptiſmo ſanguinis (inſtar diuorum innocentum) initiatos, uitæ æternę participes futuros. Nec eccleſia ex hoc homicidiorum autor diceretur: quippe quód iſthæc homicidia, ex cauſa directó intenta, per eccleſiam non orirentur, ſed uelut euentu acciderent: id quod ([b] iuxta canonicæ legis decreta) obeſſe nō poteſt: alioqui & Chriſtus eſſet impius, pro cuius nomine dicti innocentes, imò ſucceſſu temporis plurimi martyres occubuerunt. Opinamur quoq;, ſi alterutrum neceſſe ſit, potius admittendum ut pro ſalute animarum corpora periclitentur, quàm corporis ſaluatione animas perdere. Præclarius enim (pro ſententia Socratis) eſt, alienis nos flagitiis mori, quàm noſtris ſaluos euadere. Et (ut [c] Bernardus ait) præſtat percutere carnem, ut anima ſanetur.

Septima ratione aduerſarii defendi non poſſunt, ut quæ rationale irrationali componat. Nam nihil ex eo euincitur: tum quia ſuo caſu, iniuria eſt irrationalia diripi, & paruulos ab baptiſma auferri, ſalus: tum etiam quia infans non aliter irrationalibus comparatur, quàm fictione iuris, [d] contra tamen ueritatem: tum denique, quód & ſerui, ſi qui ſunt Iudæorum, ipſis eodem iure ſubſunt, quo animalia bruta, tamen in caſu ad [e] baptiſma auferuntur, etiam inuitis Iudæis.

Octaua ratio ex communibus locis ſumitur. Quis enim

a Text. eſt in l. qui fundū. §. ſi tutor. ff. pro empt.

b Argument. opt. in capit. de occidendis. xxiii. quæſtio. ubi inter alia uult Auguſt. Paulū apoſtolū, quia deductores cepit armatos, ſi hi in homines ſceleratos, qui Paulo inſidias ſtruxerant, incidiſſent, & ſanguis effuſus fuiſſet, non participaſſe crimini. Abſit enim (inquit) ut ea quæ propter bonum ac licitū facimus aut habemus, ſi aliquid per hoc præter noſtrā uoluntatē mali acciderit, nobis imputetur: fraus enim non ex euentu, ſed conſilio fit. l. fraudis. ff. de regulis iuris. fa. ad præmiſſa optime quæ not. in l. qua actione. §. ſi quis in colluctatione. ff. ad l. Aquil.

c In libro epiſtolarum.

d Quia dicit Barto. in l. i. §. hoc autem. ff. ad Sylla. impoſſibile eſſe, quód fictio & ueritas ſint circa idem omni reſpectu. per l. filio quem pater. ff. de lib. & poſthu.

e c. i. de Iudæ. cum ſimil.

neſciat,

neſciat, uerba legum etiam generalia, non ſemper generali explicatu intelligenda, præcipuè ubi diuerſa ſit ratio, ut ciuilis doctrina in [a] multis locis notauit? At diuerſam eſſe rationem in Iudæis adultis & paruulis, quantum ad iura in contrarium allegata, manifeſtum eſt: illi ſiquidem uoluntatis reſiſtentia obicem ponunt, hi non ponunt. Præterea ſi hæc ratio procederet, & nos quoque iuribus eiſdem, aliiſq; fortius pugnaremus, iaculoq; quo ferimur, referiremus. Vnde hæc argumenta uulgaria, niſi alia extrinſecus ratione adiuuentur, parum efficiunt. Accedente, quòd iura oppoſita (quorum generalitas nobis obiicitur) quando de uoluntate & coactione loquuntur, ad infantes extendi non poſſunt, in quos non cadit iſta cogendi qualitas.

a De quo uide Bar. in. l. adige rc. §. quamuis. ff. de iur. patr. & ibi Alexan. in addit.

Nec obſtat penultima ratio, quæ de interitu ſeminis Iſraël obiecta eſt, &c. quaſi uerò ex eo quòd ad Chriſtum Iudæi conuertuntur, ſemen Iſraël pereat. An quia Chriſtus uiam ſalutis docuit, quia apoſtoli, quia Nicodemus, Gamaliel, aliiq; multi Iudæi, eam ſecuti ſunt, an propterea ceſſant eſſe de ſemine Iſraël? An qui uenit ut ſaluaret eos qui de domo Iſraël perierunt, ſaluando Iſraëlitas extinxit? Vel an Meſsias in mũdum ideo ueniſſe, ideo carnem induiſſe exiſtimandus eſt, ut Iudæorum ſemina extirparet, non ut ſaluaret? Nihil ergo ſuffragatur quod hoc loco diſceptatur: aſſumptio enim fidei, ſemina naturæ non extinguit, id quod ne ſimplices quidem ignorarint: ut ſi prorſus in fatis eſſet, ſemen Iſraël non perituꝛum fore, nihilo tamen minus ea oracula (ſi uel omnes Iudæi Chriſtianam fidem profiterentur) impleta eſſent, cum Iudæi etiam Chriſtiani facti, ſemen Iſraël agnoſcant. Quod porrò obiicitur, Saluatoris noſtri [b] deiurio ſtatutum, hanc generationem non præteriturã, &c. non obuiat. Nego enim, Saluatorem prædictis uerbis Iudæos ſignificaſſe. Siue enim Matthæum, ſiue Marcum, ſiue Lucam in eorum euangeliis, in [c] capitibus iſtis ubi eadem uerba ponuntur, percurras, non inuenies, ne uno quidem uerbo, Iudæorum mentionem illic eſſe factam. Sed duo principalia in eiſdem locis tanguntur: partim enim de preſſura humani generis uniuerſaliter, partim ſpecialiter de Chriſtianorum tribulatione tractatur. Poſt quæ omnia, Saluator quaſi concludendo uerbo ueritatis deierat, generationem hanc non præterituram, donec omnia illa fiant. Meritò ergo ea intelligitur generatio, de qua tota capitulorum

b Deiuriũ pro iuramento ponitur, ut ſuprà diximus in uerbo deierare. Gellius dicit, Deiurio uincti.

c Matt. xxiiii. Marc. xiij. & Luc. xxi.

pitulorum ſeries locuta eſt. Per præcedentia enim & ſequentia, imò ex materia ſubiecta, uerba dubia declarari, uulgata iuris traditio docet. Nec obſtat gloſſ. ordina. quæ in eodem contextu Iudæos intelligat: nam dubitatione alternationis (id quod ad gloſſatores ſpectat) uſa eſt. Ita enim dicit: Non præteribit uel omne genus hominum, uel genus Iudæorum. Quibus uerbis pro firmo nihil aſſeruit, ſed nobis ueritatis electionem reliquit.

Melius tamen Nicolaus de Lira, qui prædicto generationis uocabulo non Iudæos, ſed fidelium congregationem interpretatus eſt. Præterea & ratio non patitur Iudæos intelligi. Cum enim ueritatis obligamine Chriſtus iurauit, hanc generationem non præterituram: ſi de Iudæis ſenſiſſet, uideri poſſet eorum ſectam approbaſſe, ut ita ueteris teſtamenti ſeries, donec finis mundi adeſſet, non ceſſaret: quo caſu ſtare non ualeret illud quod Luc. XVI. Chriſtus dixit, Lex & prophetæ uſq; ad Ioannem, ex eo regnum Dei euangelizatur. Quòd ſi Chriſtus Iudæorum generationem permanere uoluiſſet, quis (per Iouem lapideum) improbam iſtam, qua tenentur, perfidiam ipſis imputaret? Aut cur ipſi interea mortui, damnarentur, ſi ex Chriſti ordinatione uiuerent? Taceo multa alia abſurda, tanquam omnibus nota. Recedendum eſt ergo ab ea parte gloſſæ, qua Iudæos ſignificari intelligit, recipiendaq́; uel altera pars eiuſdem, qua humanum genus exponit, uel uerius interpretatio Nicolai, qua fideles intelliguntur.

Vltimæ rationis ſeries aliquantulum [a] coloris, nihil ſaporis habet. Quanquam enim fateamur paternam poteſtatem multum habere momenti, hoc tamen non eſt perpetuum, tum quia [b] fauor fidei præponderat, tum etiam quia ubicunque patris impietas euidentia facti apparet, eius poteſtas interit, ut ſuprà in ſexta ratione probauimus. Patria enim poteſtas, ut quæ per ius ciuile creata ſit, contrario iure tolli (ſi ex re illud exiſtat) non iniuria poteſt. Nec ad rem pertinet, ſi opponatur paternæ pietatis uim præſumi præſumptione iuris & de iure, contra quam probatio in contrarium non [c] admittatur: quia reſpondeo, talem præſumptionē tolli contrario iure conſtituto. Iura enim non minus in caſu paternę impietatis, ſicut pietatis, & fortè plus præſumpſerūt, & præſumendo [d] ſtatuerunt. Vnde cum non ſolum pro patre, ſed

a Hoc loquendi genere uſus eſt Bar. in l. ſtipulationes non diuiduntur. ff. de uerb. obli.

b d. c. fin. in gl. de cōuer. infid.

c Bart. in authent. ſed iam neceſſe. C. de donat. ante nup. cum ſimi. uulg.

d Id quod ſuprà in uariis locis probatum eſt.

ſed etiam contra eum [a] præſumatur, non potuit ea oriri præſumptio, quæ contrariam probationem [b] tolleret. Quæ doctrina, materiam præſumptionum tam notabiliter quàm nouè limitare [c] uidetur.

Hanc ergo poſteriorem opinionẽ ſecutus ſum, amore adductus ueritatis, quam coli, modisq; omnibus foueri debere, [d] Imperator noſter teſtatur, proq; ea aſſerenda (ut Auguſtinus [e] uoluit) ſupplicium ſubeundum. Iram enim in ſeſe Dei prouocat, imò proditor eſt ueritatis, ſed & mendacium committit (pro eiuſdem Auguſtini, Chryſoſtomiq; teſtimonio) qui eam uel non tuetur, uel liberè non [f] pronunciat. Huiuſmodi opinionem, ut cui pondus rationum aſsiſtat, tametſi diuerſa ſentientes maximi ſunt & nominis & autoritatis, recipiendam tamen puto, ea moderatione, ut eccleſiæ determinationem (ſi qua fiat) probabilioraq; ſenſa (ſi qua proferantur) ſemper ſum approbaturus.

Concluſiones autem quas ſolennis uir, Doctor Georgius Northofer, in campo literario ſuſtinuit, glorioſeq; (quamuis acerrimè confligebatur) euicit, hæ ſunt.

Prima concluſio ex quæſtione per eũ propoſita (quam hic non inſerui breuitatis cauſa) talis eſt: Princeps & quilibet, Iudæorum ſuperior, non ſolum poteſt, imò debet cum cautela bona Iudæorum paruulos facere baptizari.

Secunda concluſio: Non ſolum princeps, &c. ſed & quilibet bonus Chriſtianus, poteſt & debet, in caſu, paruulum Iudæi & infidelis, inuitis parentibus baptizare.

Primum corollarium: Si quis iuuenem Iudæi filium hic exiſtentem, patri Iudæo abſolutè reſtitueret, infideli non eſſet melior, imò homicida eſſet multò deterior.

Secundum corollarium: Nec pactum quodcunq; cum [g] Iudæo de reſtituendo ſic initum eſt obligatorium: imò contrarium huius corollarii facere, eſſe friuolum.

Tertium corollarium: Poſſet tamen iſte paruulus, cum certæ recuperationis cautela, licitè patri reſtitui.

Quartum corollariũ: Principes, inter Chriſtianos tot ſuſtinentes Iudæos, præcipuè uſurarios publicos, malè faciunt.

Tertia concluſio: Etſi adulti non ſint ſimpliciter ad baptiſmum ſuſcipiendum cõpellendi, attamen minis & terroribus, ſeu coactione conditionata, cogi poſſunt.

a *Tot. tit. de inof. teſt. cũ ſimil. fa. l. cum quidam. C. de fideicomm.*

b *Arg. opt. in l. ſi qui. C. de adul. Bar. in l. diuus. ff. de in integ. reſtit. fa. gl. in c. tuã. de ſponſali. cum ſimil.*

c *In eo quod dicitur, contra præſumptionẽ iuris & de iure non admitti probationẽ, niſi per cõfeſsionem. Bar. in d. auth. ſed iam. Tu adde, quòd etiã ea præſumptio tollitur, ſi in caſum contrarium ius ſtatuat.*

d *In authẽ. de tabelli. in prin. fa. l. i. C. de dedi. liber. toll.*

e *In cap. nemo peritorum. xi. q. iii.*

f *ca. quiſquis. c. noli timere. ead. c. & q.*

g *Quod tenuit Cald. in cõſ. iii. de Iud. In quo ego dubito, propter c. ſæpe. cũ c. precedẽti, xxviii. q. i.*

Primum corollarium: Princeps Bohemos ad legem Chriſti ſeruandam, licitè compellere nedum poteſt, imò debet & tenetur.

Secundum corollarium: Si Turci Chriſtianos non turbarent, nec ui aliquid eorum detinerēt, ad legem Chriſti ſeruandam, ſimpliciter & abſolutè compellendi non eſſent.

Secunda Quæſtio principalis.

SECVNDA quæſtio: Si dederimus, paruulos noſtræ cōtrouerſiæ (ut ſuprà diſputatū eſt) abſtrahendos nō eſſe, cuius tamen contrariū ſuprà edocui, an ſaltem impuberes Iudæorum filii, maiores infantia, uolētes, cupientesq;, ad baptiſma inuitis parentibus perduci poſſunt? Et quia hîc loci impubium uoluntas in quæſtione uertitur, ne ergo temere concludendo in præcipitationem, quæ (ut dicit[a] Ioannes papa) nouerca iuſtitiæ eſt, incidam, antèue iudicans quàm perquiram, in labyrinthum erroris[b] impingar, impubiū uel paruulorum ætatem dupliciter eſſe conſiderandā puto. Quidam enim ſunt omnino infantes, utpote qui intra ſeptem annos ſunt, id quod Imper. noſter apertè teſtatur.[c] dicit enim: Si infanti, id eſt, minori ſeptem annis in poteſtate patris. & quæ ſequuntur. cui intellectui ius ciuile paſsim adſtipulatur. Alii ſunt qui ſeptem annos compleuerunt, quos in hac quæſtione impuberes nominabimus. Et quamuis nō ignorem id uocabulum generale eſſe ætati quæ intra quatuordecim annos eſt, coartare tamen eos in præſentia uolui, ut opponerētur infantibus, ad inſtar adoptionis, quæ ipſa generalis eſt & [d] ſpecialis. Hi impuberes in duplici ſunt differentia: quoſdā enim infantiæ proximos, alios pubertati proximos ius recipit. Acurſ. in ſua[e] gloſſa, eos dicit eſſe proximos infantiæ, qui decem & dimidiatum annos habeāt. Quòd uero uſq; ad annos quatuordecim reſtet, proximis pubertati adiicit: ut anni, qui à ſeptennio ad quatuordecim intercurrant per medium ſecti, alteri infantiæ proximis, alteri aliis adſcribantur: quod & [f] Bartolus, [g] Angelus, cæteriq; [h] legulei approbant, opinionemq; eam eſſe communem teſtificantur. Ego hanc dinumerationem nō recipio, tum quia nullo iure fundata, tum etiam quia proximos pubertati aliter ius accipit. Calliſtratus enim cos[i] ait prope pubertatem, quibus ſemeſtre tempus ad legitimam

a *In Cle. ii. §. uerū. de re iud.*

b *c ſciēdum. xxix. diſt. fa. c. ſit rector. § nā ſicut. xliii. diſt. ibi, ne igitur, &c.*

c *In d. l ſi infanti. C. de iure deliber.*

d *l. i. ff. de adopt.*

e *Inſtit. de inutil. ſtipul. § pupillus. & in l. pupillum. ff. de reg. iur.*

f *In l i. in fin. ff. de nouat.*

g *In d. § pupillus.*

h *Legulei dicuntur qui legum ſtudia ſectantur, ſeu in legibus uerſantur. Cicero: Ita & tibi Iurecōſultus nihil niſi leguleius quidā cautus, &c. Leguleiorū meminit Fabius in duodecimo: Nemo ergo in me dentes intēdat, qui prædicatione attenuata, ſcriptores iuris nominē: Latinè enim loqui uolo.*

i *In l. nō tātū. ff. de exc. tut.*

mam ætatem reliquum ſit. Ex quo textu, ſicut proximos pubertati colligimus, quibus ad plenam pubertatem ſex menſes deficiunt: ita è diuerſo, proximos infantiæ accipio, quibus ſex menſes ad ætatem infantilem, ſcilicet ſeptennium, accedunt. Sunt enim inter ſeſe, acceſſus & receſſus, reciproca, quæ (ut ex [a] Modeſtino notatur) ſeſe reſpiciunt: uel certè, ut duo contraria, quorum (iuxta id quod per [b] manus traditur) alterum ex altero infertur. Nec ad rem pertinet, quod Calliſtratus de his loquatur, qui prope pubertatem, non qui proximi ſunt. Nam illic de iuris neceſsitate, poſitiuus pro ſuperlatiuo capitur: id quod in [c] iure noſtro uſuuenire ſolet. Hanc opinionem Innocentius [d] tenuit, cui & ex [e] leguleis multi ſubſcripſerunt. Quæ ſectio locum non habet, ſi aliud ratio ſuaſerit, ut is ipſe [f] Accurſius alio quodã caſu tenuit: quod & Aretinus ille Angelus ſubſecutus eſt. At hic aliam eſſe, & aliam rationem, propter uerba Calliſtrati ſuprà recitata, propterq; uocabuli uim, nemo non uidet. Ex quibus infero, proximos infantiæ eos dici, quibus ſupra ſeptem annos acceſſerunt ſex menſes: pubertati uero proximos, quibus ad iuſtam ætatem ſex menſes deficiunt. In præſenti ego quæſtione, cũ pupillorum ſeu impuberum meminero, eos intelligo, qui uel proximi infantiæ, uel ab ea ætate intra quatuordecim annos, non qui intra infantiam ſint.

Et quia de uoluntate impuberum quæſtio loquitur, incidens quædam dubitatiuncula reſolui debere uidetur, an ſcilicet impubes uelle poſsit. In quo breuiter diſtingue: Aut enim loquimur de ea uoluntate, quæ in naturali conſenſu (nulla habita ciuilium nodorum ratione) quieſcit: Aut quæ ciuili ſubſiſtentia ſtabilitur. Prior illa uoluntas in impuberem cadit, poſtquam eam (de qua ſuprà dixi) ætatem, ut poſte infantiam, uel quæ proxima eſt infantiæ, expleuerit: quod ex [g] Imperatore noſtro colligimus, qui pupilli uoluntatem, ſi

a *Argum. in l. iam hoc iure. ff. de uulg. & pupil.*

b *Contrariorum enim eſt eadem diſciplina. Inſtitut de his qui ſunt ſui. l. final. ibi opt. not. ad propoſitum. ff. de leg. iii. in fin.*

c *Not. in ſimili, in l. diuus. ff. de tutor. & curat. dat. Inſtit. loca. §. fin. fa. l. in re mandata. C. mand. gl. in l. ſed & eſt quæſtionis. ff. de iniur. l. hæredes. §. nõ tantum. ff. famil. erciſcund.*

d *In cap. continebatur. de deſpon. impuber.*

e *Ioan. Andr. in additio. ad Specul. in titul. de teſtam. § i. uerſic. nunquid pubes factus. Gloſſ. improbat pulchris rationibus: quod etiam ſequitur Bald. in dicto §. pupillus. Idem tenuerunt Dyn. & Nicol. de Mata. in dicta l. non tantum. prout eos allegat Alber. in ſuo dictionar. in uer. ætas. Ab opinione quoq; gloſſ. recedit Hoſtien. in dicto capitul. continebatur. & uidetur opt. argumen. ſumi ex l. deinde. §. penult. ff. de liber. exhib. ubi habetur, quis dicatur proximus ætati prætextatæ.*

f *In l. Neſennius. ff. de negotiis geſtis. Angel. Inſtitut. qui & à qui. §. final.*

g *d. l. ſi infanti. §. fin. iunct. l. potuit. C. de iur. delib. fa. l. bonorum. C. qui admitti ibi, impuberi poſtulanti.*

ſeptem

ſeptem annos ille compleuerit, in aditione hæreditatis eſſe neceſſariam conſtituit. Hac uoluntate pupillus maior infante, omnia hæc facere, uel ſine tutore poteſt, quæ naturali conſenſu explicantur: ſicut eſt poſſeſsionis uel inceptio uel amiſsio: quandò ea res (pro Offilii, Neruæ'ue ſententia) facti, non iuris eſt: quod tamen maiori explicatione [a] eget. Oritur præterea tali conſenſu naturalis obligatio, ut paſsim ciuilis [b] lex commonſtrat. Numeratio enim impubi facta, hac obligatione eum tenet. Hoc etiam naturali conſenſu fit, ut ſponſalia, mox completo ſeptennio, [c] contrahantur: ut meritò uelle poſsit, quicquid purè naturali conſenſu conſtet.

Nec obſtare ſanè poteſt, ſi quis nobis [d] Venuleii, Neratiiq; ſententiam obiecerit, uolentium quòd pupillus mutuam pecuniam accipiens, ne natura quidem obligetur. Reſponderi enim (iuxta Accurſii diſſolutionem, quæ uulgò recipitur) poſſet, in iuribus contrariis pupillum fuiſſe infantem: uel fortè illic obligationem contractam inter pupillum & tutorem, quam ius prohibet. Nam ut [d] Vlpianus ait, cum ſolus tutor mutuam pecuniam pupillo dederit, uel ab eo ſtipuletur, non erit obligatus tutori: naturaliter tamen obligabitur, in quantum locupletior factus ſit.

Ego tamen hanc reſponſionem non approbo. Leges ſiquidem contrariæ, de pupillo [e] generaliter loquuntur, ad infantem ſe non arctantes. Præterea hæc gloſſæ ſolutio ex dictis Vlpiani uerbis fundari non poteſt: illic nanq; manifeſtè probatur, nedum non prohibetur, inter tutorem & pupillum locupletiorem factũ, naturalis oriri obligatio. Quamuis gloſſa ibidem (quod uenia ſua dixerim) flexu uocis, & interpunctione, contextum uerborum non bene ſeparet. Nam ubi textus dicit, pupillum non eſſe tutori obligatum naturaliter: hic punctum facit: & ſeparans ſequentia, ita legit: Tamen obligabitur in quãtum, &c. quæ uocis inflexio, ſynceritatem orationis [g] impurat: id quod in meo opere, de Accurſianis erratis, latius elucidabitur.

a *Ad text. noſtrum fa. l. poſſeſsionem. (ſicut ego eam intelligo) ff. de acquiren. poſſeſſ. l. i. §. adipiſcimur. ibi Bart. in fin. ff. de acquiren. poſſeſſ. text. opt. in l. donatarum.* C. *eod. tit.*

b *Not. in l. cũ amplius. §. is non debet. ff. de regul. iur. l. Stichum. §. naturalis. ff. de ſol. l. i. in fin. ff. de nouat. l. cũ illud. §. hæres. ff. quan. di. leg. ced. l. in numerationibus. §. ſi pupillo. de ſol. l. fin. de iureiuran. cum ſimilibus.*

c *Vt not. in c. literas. de deſpon. impuber.*

d *In l. pupillus. ff. de actio. & oblig. & l. quod pupillus. ff. de condict. indebiti.* c *In l. iii. ff. de autorit. tut.* f *Et non eſt circa iura generalia, ad certas perſonas diuinandum, niſi aliud appareat: de quo eſt pulchra gloſſ. in l. emptor. in fin. ff. de pact. fa. opt. l. i. § hæc uerba. ff. quæ in frau. cum ſimilibus.* g *Eius enim coniunctionis, Tamen, natura eſt, ut ſequatur in oratione, non orationis caput ab ea ſumatur. Præterea, ſi tutori pupillus non obligabitur naturaliter*

Itaq; aliam putamus ad iura contraria dari poſſe ſolutionem. Obligatio enim naturalis in noſtro caſu (nam de ea obligatione naturali loquimur, quam condicio perſonarum facit) dupliciter uenit conſideranda. Vno modo, prout ex ea ſpecies & figura quædam neceſſariæ præſtationis naſcitur, quæ tamen actionem non pariat: ut eſt exceptio [a] compenſationis, uel impedimentum [b] repetitionis ſoluti: hoc caſu iura contraria, quæ dicunt pupillos naturaliter non obligari, procedere quàm expeditiſsimè poſſunt, utpote quod ipſi ſolutum repetere poſſunt, contra eos compenſari non poſſit, & ſi quod ſit eius ſimile. Alio modo, prout obligatio illa in puris naturalibus conſiſtit, per quam nulla penitus præſtationis neceſsitate, ſed natura tantum dictante obligamur. Hæc in ſeſe nuda eſt, nihilq; ſecius efficit, quàm quod materiam præbet uel nouationis, uel liberationis, ad conſecutionem legati. Hoc eſt quod Iureconſulti dicunt, obligationem pupilli naturalem [c] nouari. Præterea, ex ſolutione eius, quod hac obligatione debetur, pupillum legata conſequi [d] poſſe. Quo caſu ipſi naturaliter obligari abuſiuè dicuntur. In ea enim obligatione nullus nexus, ſed recognitio eſt quædam acceptæ pecuniæ, naturæ impulſu procedens. Et ita intelligantur iura, naturaliter obligantia pupillos. Limitabimus tamen prædicta omnia: niſi pupillus ſit factus locupletior: tunc enim teneri eum [e] æquitas naturæ poſtulat. Et hanc eſſe tam expeditam, quàm ueram doctrinam, in materia præfata putamus, à nullo tamen (quod quidem ego ſcierim) ita traditam.

Hæc itaq; uoluntas, naturali illo (ut repetam quæ principio dixi) inducta conſenſu, in impuberem mox completo ſeptennio & deinceps cadere poteſt, ut in omnibus illis uelle poſsit & nolle, quæ merè naturalia ſunt. Nec ad rem pertinet, ſi rurſum opponatur, impuberes illos nec uelle poſſe, nec nolle, etiam in actibus naturæ: illi enim niſi proximi ſint pubertati, ex delicto (ſi quod patrarunt) non puniuntur, ut

raliter, conſequēs eſt, ut inter eos penitus nulla ſit obligatio. Quomodo ergo, uel unde oritur obligatio, cum pupillus locupletior factus eſt? quomodo euentus locupletationis obligationem pariat, quam numeratio præcedens non potuit? Reiiciēda itaq; eſt interpūctio gl. & ita legendum: Naturaliter *tamē, &c. ſed de hoc latius alibi.*

a *l. etiam. ff. de compenſa.*

b Not. *in l. ſi non ſortem. §. libertus. ff. de cond. indeb.*

c *d. l. i. inſi. ff. de nouat.*

d *dict. l. cum illud. §. hæres. ff. quando di. le.*

e *Et ita intelligendum puto text. in l. ii. ff. i. de autor. tut. ubi dicit, naturaliter tamen obligatur, &c. hoc eſt, æquitas à natura procedens obligat pupillum cum effectu. nec intelligenda uenit obligatio naturalis illic, quæ ciuili opponitur: ſed ea naturæ obligatio, qua dicitur natura æquum eſſe, &c. l. nam hoc ff. de condict. indeb. id quod ratio, quæ in d. l. iii. ponitur, euidenter demonſtrat. Quod ſi cui uerum ſine inuidia menti ſedeat, opinor mihi adſenſurum.*

quòd

quòd in eis uoluntas deficiat: quod ipſùm ciuilis lex[a] paſsim conſtituit. Reſpondeo enim, iuribus in contrarium actis nihil euinci, cum aliud ſit peccare, aliud peccato obligari: illud quippe uoluntate nuda explicatur, hoc conſtitutione poſitiua procedit. Peccata enim (teſte Seneca) ſunt uolũtaria. Itaq; quamuis pupilli, niſi proximi pubertati, peccato non obligentur: utpote quos propter miſerationem eius conditionis (Tryphonio[b] docente) cenſura ad coërtionem exceperit: conſtat tamen eos peccare poſſe. Quis enim neſciat impuberes uel ſeptennes, mentiri, furari, conuitiari, cæteraq; id genus uitia ſequi? quod & Gerſon perquàm ſignatè[c] affirmat, qui in tractatu ſuper Cantica cãticorum probat, impuberes ante legitimam ætatem peccare quidem poſſe, uerũ ex peccato pœnam non mereri. Iura igitur in contrarium ducta, quæ ab impuberibus pœnam ex delicto, non uero delictum abnegant, nihil obuiant: maxime quòd hoc non tam defectu uoluntatis impubis, quàm miſeratione eius ætatis contingat. Alia eſt uoluntas ciuili uinculo roborata, uel per ius ciuile qualificata: quod ſcilicet ius, pleno aliquem eſſe intellectu requirit, ad conuentiones ciuiles gerendas. Hac uoluntate,[d] pupilli ſine tutoris autoritate, in rebus obligatoriis nec uelle habent, nec nolle: quanquàm in euidentibus utilitatibus omnia, uel in hanc partem poſsint ſine ea autoritate. Cuius aſſertionis diuulgata eſt iuris ciuilis doctrina.

Nunc ergo ad prædictã quæſtionẽ ſecũdam reſponſurus, hanc pono concluſionẽ: Filii Iudæorum impuberes, expleto ſeptennio, uolentes, petenteſq;, ad ſacrũ baptiſma, parentibus uel inuitis, perducendi, & fonte ſalutis initiandi ſunt.

Hæc concluſio probari compluribus poteſt. Nam primo, conſtat impuberes omnia illa uelle poſſe, ad quorũ ſubſiſtentiam, ſufficit nudus naturalis conſenſus: id enim ſuprà latiſsimè probatum eſt. Cum autem petere baptiſmum, uelle baptizari, actus ſit puræ uoluntatis, naturaliq; conſenſu explicetur, id quod omnibus conſtat, maxime quòd baptiſmus lege euangelica procedat, quæ (ut[e] canon dicit) ſuper iure naturali fundata eſt: impubes ergo in re baptiſmi, petere, uelle, & cõſentire poteſt. Eo præcipuè (ad cauillationem euitandam) accedente, quòd ad baptiſmum de iure[f] canonico, qualiſqualis uoluntas, non plena, ſufficit. Vt nihil obſtet, quod[g] Pauli Iureconſulti uerbis opponi poſſet, qui dicit: Impubis ætatem,

nec

a *In d.l.pupillum. ff. de reg. iur. l. excipiuntur. ff. ad Sylla. l. ſed & ſi qua cũq;. §. ſed & ſi infans. ff. ad l. Aquil. l. i. §. an in pupillũ. ff. de poſſ. l. impuberem. ff. de furt.* Inſtit. *de obligat. quæ ex deli. naſc. § pe nul. l. fin.* C. *de falſ. mod. cum ſimilib.*

b *In l. auxilium. § in delictis. ff. de min. iunct. cap. eos quos. de conſecra. diſt. iiii.*

c Part. i. *conſiderat. iiii.*

d *Inſtit. quib. alie. non licet. cum ſimil.*

e *d. cap. ſana. diſt. i. x.*

f *In cap. maiores. præalleg. de bapt.*

g *In l. pupillus. ff. de acq. hæred.*

nec ſcire, nec diſcernere poſſe. Verum enim illud eſt in negociis, quæ plena & perfecta examinatione egent, ut ibidem eleganter Bartolus[a] notauit. At uero ſi ea ſit conditio rei, quæ multa examinatione non egeat, ut, bonum amplecti, fugere malum: id ea ætas poſſe non dubitatur.

Amplius: Impubes expleto ſeptennio, ad adeundam hæreditatem ſuam conſentire poteſt: imò tali caſu per tutorem, ſine pupilli uoluntate (ut[b] Imperator docet) nihil agitur. Quòd ſi in his quæ temporale compendium pollicentur, impuberis uoluntas admittitur, quãto plus in ſalute uitæ quærenda? Illic enim corpori conſulitur, hic animæ prouidetur. Et uerum eſt, quod temporalia ſpiritualibus longè concedãt, ut ſuprà in prima quæſtione, in ſexta ratione poſterioris opinionis, probatum eſt.

Præterea impubes, ſeptenni ætate ſuperata, ad ſponſalia conſentire[c] poteſt: qui conſenſus tam eſt efficax, ut etiam ad iuſtas nuptias ſufficeret, ſi modo carnalis adeſſet commercii [d]facultas. Quæ ſi uera ſunt in ſponſalibus, neceſſariò etiam in baptiſmate ſuſcipiendo admiſerimus: quod ſacramentum ut eſt maximè neceſſarium ad ſalutem, ita ſacramento matrimonii longo interuallo præfertur. Sine illo enim alia ſacramenta nihil operantur, ut ſuprà in prima quæſtione, ultimaq; ratione poſterioris opinionis declaraui.

Iam uero, ſi impubes ſeptennis peccare poteſt (hoc enim Gerſon in prædicto libro ſuper Cantica canticorum teſtatur: & alioqui maniſeſtiſsimè conſtat, tum ex diui Gregorii dialogo, tum etiam re ipſa ſeſe prodente) conſequens erit, ut etiam bene agere, atq; ita baptiſma petere poſsit: ne contra ſententiam[e] Imperatoris noſtri, maior facultas malo, quàm bono ſit operi.

Accedant quæ uerìſsime per Auguſtinũ ad Renatum[f] ſcribuntur: Septennis, inquit, ætatis pueri, uel mentiri & uerum dicere, confiteri & negare iam poſſunt. Et ideo cum baptizantur, iam ſymbolum reddant, & ipſi pro ſe, ad interrogationem reſpondeant. Quæ Auguſtini uerba, quàm omnino euidenter probant, id ætatis impuberes, taceo natu maiores, in ſuſcipiendo baptiſmo[g] uelle poſſe, utpote quorum propria

a *Dicit enim Bart. in d. l. pupillus. in uerſic. quæro quid ult. quod Sei reſumptũ magis largo modo, cadit in pupillũ. Scit enim quod bonũ eſt habere aliquid & malum nõ habere, et quædam multa uniuerſalia, quæ habentur ſine examinatione: & ideo pupillus naturaliter obligatur, &c. Hæc Bar. declaratio urgentiſſ. eſt ad propoſitum.*

b *In dict. l. potuit. C. de iur. delib. eum ſim.*

c *In c. literas. de deſpon. impuber. l. ii. ff. de ſpon. fa. c. i. de deſpon. impub. lib. vi.*

d *Tex. eſt opt. in c. de illis. de deſpon. impub.*

e *In d. authẽ. de reſtitut. & ea quæ parit in xi men. in fin. & l. Seruius. ff. quod ui aut clàm.*

f *Vt gloſſ. eum allegat in cap. paruuli. de conſecrat. diſtinct. iiii.*

g *Et eſt iuris ciuilis traditione cognitum, quòd impubes, tametſi eius ſcientia uel cognitio ad negotiationem*

reſponſio, non tam ſufficiat quàm exigatur.

Porrò, obſiſtere huic impubi uoluntati tum minus debemus, quòd noſter Saluator præcepto cauit, ne uenientes arceantur. Sinite ad me uenire paruulos([a] ait) & nolite eos prohibere: ipſorum enim eſt regnum cœlorum. Cur ergo duriores Chriſto, inuideamus paruulis ſalutem quam ipſe offert? Vel quid repellimus eos à uita, ad quam autor uitæ inuitat? Cur homines nihili, obſtrepimus redemptoris noſtri iuſsibus? Quæ tandem nos ſæua Erynnis agitat, ut cum Chriſtus paruulos uocet, nos repellamus? Eſt ergo eis uolentibus, eis deſiderantibus, mos gerendus, quos noſter creator ad ſeſe uenire hortatus eſt.

Deinde cum clariſsimi iuris ſit, coactam uoluntatem (coactione certa, limitata) ſufficere ad baptiſma, ut character ſuſcipiatur (id quod ius canonicum[b] teſtatur, & Gerſon[c] adſerit, qui ſatis eſſe teſtatur, aliqualiter uel actu uel habitu conſentiri: quod & in prima ratione præſentis quæſtionis, ſuperius attactum eſt) quāto ergo plus debet poſſe, operaríue, non coacta, ſed libera: non aliqualis, ſed (ut in impube) tota uoluntas? ut non iniuria dictam ætatem baptiſmo prohiberi non liceat.

Addimus denique, manifeſto liquêre, eam qua ad bonum tenditur uoluntatem, à Deo eſſe. Dicit enim[d] Auguſtinus, nullum ad ſalutem, niſi Deo inuocante peruenire. Idemq; [e] alibi uoluntatem noſtram à Deo præparari affirmat, Apoſtolo enim teſtante, non eſt uolentis, uel currentis, ſed Dei miſerentis, qui in nobis uelle diſponit & operari. Diuus quoque[f] Thomas, à Deo hominum uoluntates moueri dicit. Quod & concilium Toletanum[g] docet, propria, inquiens, mentis conuerſione, uocante ſe gratia Dei, quenq; ſaluari. Hæc enim eſt, quæ ad oſtium ſtat & pulſat. Non ergo dubitandum eſt, impuberem illum Iudæi filium, propter quem præſens labor ſuſceptus eſt, eius inſtigatione permotū fuiſſe, qui ex ore infantium & lactentium ſuam perfici laudem uoluit.

Tandem fateamur neceſſe eſt, gratiam diuinam, quanto citius ad eam adcurritur, tāto adſiſtere petenti fidelius: id enim &[h] Gerſon dicit, & ueritas approbat manifeſtaria. Itaq; impuberum uoluntati (qua Deum petunt) tum eſt operoſius aſſentiendū, quòd felici[i] duplomate uſi, primo iſthoc ſuæ ætatis

tiationē nō ſufficit, ſufficit tamen adhoc, ut dolū facere poſſe cēſeantur. ut eſt de hoc text. in l. iii. §. fin. ff. de tribu. act. Quid ſi ad dolum, quis ſanæ mētis homo negauerit etiā ad bonum ſufficere intellectū uoluntatemq; pupillis?

a Matth. xix.

b In d. c. maiores. gl. in d. c. qui ſyncera.

c In tract. regularum moralium, in tit. de ſacr. bap.

d In lib. de diffinitionibus orthodox. fid.

e In ſuo enchiridio. c. xxx.

f In ſecunda ſecūdæ. quæſt. ciiii. art. iiii.

g Vt habetur in c. de Iudæis. xlv. diſt.

h In tractatu paruulorū, in prima conſidera.

i Duploma di

tis

tis tempore,gratiam diuinam complecti pergunt.Mitto conſuetudinem,quæ cum in omni re præualet, tum à pueris adſumpta,fixiſsima eſt.Adeò enim à teneris aſſueſcere multum eſt,ait Poëta,ut uelle in bonis conſueuiſſe,cum in omni ætate laudatur,tum in paruulis res eſt ſuprà quàm uerbis cõſequi poſſumus,honeſta. Cui uoluntati ferre maximo cõtentu ſuppetias,nedum non obuiare debemus:eo accedente,quòd negare nemo decenter poſsit,impuberes illos ſceleribus extrariis nondum obrutos, Deo in primis placere,maximè,ſi errore, in quo geniti ſunt relicto, uiam ueritatis ingrediantur. Et quia nimiæ eſt curioſitatis (ut cum Q.[a] Curtio loquar) implere uelle,quod iam circũfluit: ne ergo in re aperta fuſius extendar,finem facio:dum addiderim, communi Doctorum aſſertione recipi & approbari, paruulos infideliũ (dum uſus habeât rationis)uolentes,ad baptiſma perduci poſſe, patrio nexu non curato. Id enim tenent D.[b] Thomas, [c] Richard. [d] Antoninus,& cæteri : quanquam à Doctoribus illis ſuper ætate uſuq; rationis nonnihil uarietur, quibuſdam undecimum,aliis duodecimum annum prætendentibus. Quod tamen ſatis cum per ſupradicta,tum maximè per[e] uerba Auguſtini ad Renatum, explicatum eſſe contenderim, qui à paruulo ſeptenni reſponſionem propriam exigit,atque ita ſuam ipſius uoluntatem ſufficere ſignificat.

Videndum tamen eſt,ne in uſu rationis huiuſmodi perpendendo,id ſequi conueniat,quod apparuerit, quódue in paruulis exiſtimari poſsit:cum certum ſit,quoſdam citius,quoſdam tardius rationis eminentia[f] illuſtrari:quod & nos recipimus:noſtramq; ſupradictam concluſionem eo temperamento moderantes,ſeptennem in puero ætatem,ad petendum baptiſma,ſufficere affirmamus.

Quod autem huiuſmodi infideles impuberes, fontis ſacri ſalutem,inuitis parentibus, & petere poſſunt & admitti debeant,ſatis conſtat ex rationibus ſuprà in prima quæſtione, pro poſteriori opinione allegatis,& ex ſolutionibus argumẽtorum diuerſæ opinionis per diſcurſum. Nam ſi prætentu patriæ poteſtatis, ſalus filiorum etiam paruulorum, impediri non poteſt, quanto minus ubi propria uoluntas eorum concurrat?

citur, quòd quaſi duplo citius fit. Venuleius in l.continuus.ff.de uerbo.oblig. dicit: Vt neq; duplo mate,id eſt,diebus & noctibus,&c. Apud Latinos ſcriptores,Cir.Suetonium, Cornelium Tacitum, pro tabulis regis,quas uulgò bullas uocant, accipitur: nominaturq; ex Græco diploma: diplon enim Græce, duplum eſt.

a *In lib.vij.de rebus geſtis Alexandri.*

b *Loco ſuprà in i. quæſt. circa prin.allega.*

c *iiij.ſentent. diſt.vj.*

d *Loco ſuprà adducto.*

e *Quæ ſuprà in hac q. in v. ratione adductæ ſunt.*

f Io.Fab.*Inſti. de inutili ſtipulatione in d.§.pupillus.*

Tertia quæſtio.

AGGREDIAMVR Deo auſpice,tertiam principalem quæſtionem: An ſcilicet filius Iudæi, hoſtibus ob certam pecuniam à patre pignoratus, baptizari petens,propter pactum de ipſo,ſoluta pecunia, reſtituendo factum,à fonte ſalutis baptiſmate,impediri debeat? Mouet quæſtionem,quòd explorati iuris eſt,huiuſmodi Iudæorum filios poſt baptiſma,patribus reſtitui nullo modo debere:ita enim Concilium Toletanum [a] decreuit,& tenuit[b] Richardus loco ſuprà allegato, communiterq; Doctores in eo [c] concordant.

Videtur primore fronte prædictum factum noſtræ controuerſiæ,baptiſmo prorſus obſtare debere. Nihil enim(pro [d] iuris ciuilis teſtificatione) humanæ eſt fidei magis conſentaneum,quàm cuſtodire quæ placita ſunt. Conſtat autem noſtræ iſtius(de quo quæritur) impuberis reſtitutionem, ſi baptizaretur, perſoluta etiam pecunia quæ pacta eſt, fieri non poſſe:ut ſuprà probatum. Eſſet ergo baptiſmus cauſa frangendæ fidei:quod recipi nõ debet:pacta enim ſeruãda[e] ſunt: ut meritò à baptiſmo impubes noſter arcendus ſit.

Præterea in noſtræ quæſtionis caſu, filius Iudæi obſes pro patre dari potuit, per ea quæ per ſcriptores [f] iuris ciuilis pro confeſſo probantur:imò in quocunq; pecuniario debito liberum hominem obſidem dari hodie [g] uſurpatum eſt: Itaq; dictum pactum quando illicitum non fuit,ſeruari debet.

His tamen,aliiſque in eam partem allegandis, non obſtantibus,contrarium uerum eſſe credimus,eoq; talem concluſionem ponimus,quòd filius Iudæi, in caſu noſtræ controuerſiæ,prædicto pacto non obſtante, ſit baptizandus. Antequam hanc concluſionem probem, quia conſtat dicti Iudæi patrem paciſcentem,fuiſſe hoſtem Romani Imperii,tempore pacti, incidens quæſtiuncula elucidanda uenit, An hoſti ſit fides ſeruanda? In quo dubio primum omnium conſiderabimus,hoſtes(quantum ad propoſitum ſufficit)eſſe in duplici differentia. Quidam ſunt hoſtes iure belli, maximè ubi altera pars alteri non eſt ſubiecta:ut olim Romanorũ & Carthaginenſium:& ſi hodie pupilli ſunt,de iure uel facto, non ſubiecti Romano imperio. Alii ſunt qui ſenatus Romani decreto,ex delicto,contumacia, rebellione, uel cæteris ſimilibus

a *In c. Iudæorum. cũ glo. ibi poſita. ca. ſæpe. xxviij. q. prima. cum ſimil.*

b *In iiij. ſent. diſt. vj.*

c *Excepto Calde. in ſupradicto conſilio.*

d *l. i. ff. de pactis. l. ex empto. ff. de act. empt. l. non minorẽ. C. de tranſac. cum ſimil.*

e *Iuribus uulga. l. pacta. C. de pact. c. i. de pact. cũ ſimil.*

f *Doct. in l. ii. C. de pat. pot.*

g *Arg. eorum quæ not. per gl. & doct. in c. ex poſito. de arbi. in c. ex reſcripto. de iureiur. in l. ob æs. C. de act. & obl.*

bus facinoribus hoſtes iudicantur: ut olim Catilina, Cæſar Iulius, & ſi qui hodie ab Imperio exbanniuntur (Iubet hoc loco barbaro uti uocabulo) illi enim numero transfugarum ſunt, ut latè [a] Bartolus determinat. Tranſfugæ autem hoc ſecundo genere hoſtium cenſentur, quod I.C. eleganter[b] teſtatur. Priores igitur illos, qui mero iure belli hoſtes ſunt, conſiderantes, arbitramur fidem eis in conuentionibus priuatis ſeruari nō oportere: niſi fortè eam dux belli pepigerit. Argumento nobis eſt ciuilis lex, quæ (uerbis[c] Vlpiani) bonum inquit eſſe dolum, & pro ſolertia haberi, cum aduerſus hoſtes machinatur. Accurſii quoque[d] gloſſemata hanc aſſertionem uariis in locis ſubſequūtur: quod & apertius Florentius I.C. [e] firmat, nihil dicens intereſſe, quomodo captiuus reuerſus ſit, utrum dimiſſus, an ui, fallaciáue poteſtatem hoſtium euaſerit. A' quibus non aliena uidetur ſentētia Auguſtini[f] uolentis, bello iuſto nihil intereſſe, apertè an ex inſidiis pugnetur. Nā & Maro[g] cecinit: Dolus an uirtus quis in hoſte requirat?

Præterea, priuatas huiuſmodi conuentiones non eſſe ſeruandas hoſti, Imperator Gratianus ad Tatianum ſcribens, apertiſsimè[h] teſtatur, cum præcipit aurum barbaris non ſolum non præberi, ſed etiam quod apud eos inuentum fuerit, ſubtili ingenio auferri debere. Quod ſi illhęc doloſa ſubtilitas, aduerſus barbaros diui Imperatoris decreto præcipitur, quis hæc auſit dicere illicita? Ad hæc & ex uetuſtis illis Romanis inſtitutis, prædictarum conuentionū infirmitatem comperimus. Camillus enim apud [i] T. Liuiū aduerſus Gallos loquēs, negat eam pactionem ratam eſſe, quæ poſteaquam ipſe dictator creatus eſſet, iniuſſu ſuo ab inferioris iuris magiſtratu facta eſſet. Supradictis etiam[k] gloſſæ, quæ in decretis ſanctorum patrum habentur, manifeſtè aſſentiuntur.

Sed obiicitur nobis oppoſita fronte, Magnus ille Auguſtinus qui ad Bonifacium[l] ſcribens, fidem quæ promittitur etiā hoſti, ſeruandam eſſe, expreſſe teſtatur. quod & [m] Cicero

a *In queſtione ſua incipiente, Lucanæ ciuitatis. uerſic. quid ergo dicendum.*

b *Arg. l. amiſſione. §. qui deficiunt. cum §. ſeq. ff. de capit. di. not. in l. poſtliminii. §. trāſfugæ. ff. de cap. & poſtli. re. in l. deſertorē. §. is qui. ff. de re mil. Tex. eſt in l. iii. §. fin. ff. ad l. Cor. de Fal.*

c *Tex. eſt in l. i. §. non fuit. ff. de dol.*

d *Gloſſ. in l. cōuentionum. ff. de pact. in d. l. i. §. non fuit. de dol. in l. poſtliminii. §. ſi. in uerb. habuerit. ff. de capti. & poſtli. per quā ult: gloſſ. quæ parua eſt, innuitur captiuum qui reuerſus ab hoſtibus animum remanendi habeat, ius poſtliminii conſequi poſſe, fide reditus non obſtante.*

e *In l. nihil. ff. eodem tit.* f *In capit. dominus. xxiii. quæſtione. ii.* g *In ii. Aeneid.* h *Not. in l. ii. C. de commer. & mer.* i *Libro quinto primæ decadis.* k *Vide ſuper hoc gloſſ. in capit. dixi. decimaquart. quæſtione quint. & in capit. utilem. uigeſimaſecund. quæſtione i.* l *Recitatur in capit. noli. uigeſimatert. quæſtione prima.* m *In primo libro Officiorum.*

a *Alex. de Imo. allegat doct. in dic. § non fuit. Bal. tamē, quē allegat in l. acc. cuſationis. C. quod me. cauſ. in l. i. C. ſi à nō compe. iudi. in uſibus feu. in ti tu. de pac. iur. ſir. non uideo quod quicquā contra nos di-cat.*

b *c. innocens, c. inter cætera. §. ſed cum hu. xxii. quæſt. iiii.*

c *Tit. Liuius lib. i.*

d *De quibus apud Tit. Liuiū lib. (credo) vii. primæ decadis.*

e *De quo apud Pli. lib. de uiris illuſtribus, & apud Liuium.*

f *In c. ius mili tare. diſt. i.*

g *In l. i. ff. de pactis.*

ſentit: tenent utriuſque iuris ſcriptores[a] luculentiſsimi. Cum ergo tot doctiſsimorum uirorum cōcors, & una in diuerſum ſit opinio, paradoxa ſentire uidebor, qui obſtrepo. Sed tamē rem ipſam, iuraq; in contrarium ducta, ſubtilius fortè quàm ſoleant clamoſi rabulæ (quibus præter latratum, nec eruditio eſt, nec doctrina) penſitando, hęc iacula facile deprecabimur. Dicimus enim pacta hoſtilia eſſe duplicia. Quædam quæ ſunt per induciis & pace feriunt, uel cæteris ſimilibus quietem & ſubiectionem inducentibus. Alia ſunt quæ nihil publicum, ſed priuata tantum compendia, commoda & lucra reſpiciūt, à priuatis perſonis inita: ſicuti ſi captus fidem det ſe non diſceſſurum, niſi pecunia pacta exoluta, aliaq; id genus. Si ergo prius illud pactorum genus acceperimus, quando talia pacta ſine ducibus ici non ſolent, fateor ea prorſus eſſe ſeruanda: ſicq; omnia in contrarium allegata, & eam ipſam Auguſtini autoritatem intelligendam arbitror: id quod cuiq; cōtextum uerborum ſuorum profundius expendenti, perſpectum fiet: quippe cum paulò pòſt ſubnectat, pacem non quæri, ut bellū exerceatur: ſed bellum geri, ut pax acquiratur. Et uno me uerbo abſoluam, quęcunque de fœderibus hoſti ſeruandis apud ſcriptores inuenies, ea omnia pacis, quietis, ſubiectioniſue fuiſſe, liquidò conſtabit. Sic Ioſue Gabaonitis, quamuis ab eis circunſcriptus, fidem tamen ſeruauit, quia ſuper pace data fuerat: de qua ſancti patres in[b] Decretis multa loquuntur. Sic Romani fœdus cum Porſena ictum quia ſuper induciis fuerat, ſeruauerunt, Clœliam obſidem, quæ ab obſidatu clàm fugerat,[c] reſtituentes. Hac cauſa Romani (ne uiolatores fidei dicerentur) plus ſemel hoſtibus dediderūt autores fœderum turpium, duces belli. Exemplo ſunt nobis [d] Caudinæ furcæ, [e] Mancinus, &c. Hoc uſq; eo ab omnibus uiris primariis pro confeſſo habetur, ut cum pro ſententia Iſidori canon [f] dicat, Ius militare fœderis eſſe faciendi nexum, gl. ibidem, pro fœdere pacem interpretetur, dicens, Fœderis, id eſt, pacis componendæ. Fuiſſe etiam pacta militaria ſuper nulla alia re frequentius, quàm ſuper pace, argumento nobis eſt, quòd à pacto, pacis uocabulum (ut I. C.[g] ait) deducitur. In illo ergo pactorum genere, nos quoq; (ut ſuprà diximus) fidem hoſti ſeruādam aſſerimus. At uero, cum poſterius hoc pactorū genus incidat, utpote ſi hoſtis cum hoſte, priuatus cum priuato, ſuper pecunia exoluenda, uel aliis ſimilibus compendiis, paciſcatur,

ſcatur, iniuſſu ducum, hic audens dico, pactum, fidémue pacti (ſi modo fides ſit) uiolari, hoſtemq; decipi poſſe: cum per multa ſuprà adueċta, tum maximè per Imperatoris Gratiani [a] reſcripta, quæ rabioſuli iſti iactatores, legalis ſapientiæ imperiti, non peruiderunt. Quam aſſertionem Camillus ille Liuianus (cuius ſuprà memini) manifeſtè approbat: iuraq; ſuprà principio allegata, ſolidè ſuffulciunt.

Sed obſtabit adhuc nobis Cicero in Officiis, qui apertè nõ luit, fidẽ quam ſinguli tẽporibus adducti, hoſti promiſerint, eſſe omnino conſeruandam, exemplo M. Reguli à Pœnis capti, Romamque ſub fide reditus, pro redimendis captiuis remiſsi. Hic enim fidem fallere non uoluit, ſed ad infeſtiſsimos hoſtes rediit, negocio non obtento. Reſpondeo, eam Ciceronis ſententiam intelligi oportere de illis, qui ducis iuſſu pepigerunt: id quod propter Reguli exemplum ſatis colligimus, quippe quòd is ipſe eius belli dux fuerat. Vel certè, urbanitatis id eſſe quod aſſerit, non neceſsitatis: ut fidem hoſti ſeruare ſit urbanum & uelut ciuile, non autem neceſſarium: quod ipſum illo eodem Reguli exẽplo probauerimus. Hic enim ſi animum remanendi habuiſſet, iure poſtliminii (fide data non obſtante) gaudere potuit: quod apertè colligas ex Papiniani traditione, quæ in iure ciuili tit. de [b] captiuis, habetur, ubi idipſum Reguli factum allegatur, iuncta [c] gloſſ. illic ſubnexa, cum ſententia Florentini in eodem titulo deſcripta.

Quòd ſi cui prædictæ reſponſiones non ſatisfaciant, à Cicerone hoc loco planè deficio, ut cuius autoritas nihil neceſſariò ſtringat: iura ſecutus ciuilia, quorum eſt auguſta autoritas, roburq; imperiali aſſenſu comprobatum. Crediderim quoque Ciceronem (qui nonnihil attenuaſſe uiſus eſt iuris ciuilis gloriam, id quod in ſua oratione pro L. Muræna, in epiſtolis ſuis ad Trebatium, in libris de legibus, & aliis pleriſque locis, apertè conſtat) traditiones Iurecõſultorum, præ dicta ſua aſſertione uel non curaſſe, uel improbare uoluiſſe. Et mirum nemo faciat, ſi nos maiorũ noſtrorũ ſcita pluris facientes quàm Arpinatis iſtius Tullii, hoc loco ab eo recedamus. Aſſero itaque uel contra eius ſententiam (ſi ita neceſſe ſit) in priuatis iſtis lucroſis pactis, fidem hoſti non aliter quàm ſuprà deduximus, ſeruandam eſſe. Pecuniam enim ex bello quærere (ut caupones faciunt) turpe eſſe, [d] commentator

[a] In d. l. ii. C. de commer. & mer.

[b] In l. poſtliminii. circa ſi. ubi hæc uerba inuenias: Et ideo Marco Attilio Regulo, quem Carthaginenſes Romam miſere, reſponſum eſt, nõ eſſe eum poſtliminio reuerſum, quia iurauerat Carthaginem ſe reuerſurum, & nõ habuit animum remanendi. quæ ultima uerba notãda ſunt, prout gl. ea notat.

[c] Super uerbo, habuit. argu. l. nihil. ff. eod. tit.

[d] In d. libro i. Officior.

tator eiuſdem Ciceronis, & uerè & eleganter teſtatur. Hinc præclara illa Pyrrhi[a] ſententia. Nec cauponantes bellum, ſed belligerantes: Ferro, non auro,[b] uitam cernamus.

Aliud uerò hoſtium genus conſiderantes, qui uel hoſtes ex delicto iudicati, transfugæ ſunt, uel (ut cum uulgo barbarè loquar) exbanniti: dicimus eiſdem hoſtibus, ſi ab Imperio Romano eadem banna proceſſerint, ne pacis quidem pacta ſeruanda eſſe, nedum non illa priuata, quæ ex iure communi robur ſumunt. Talibus enim iura ciuilia non ſuffragantur, utpote hoſtibus Romani Imperii iudicatis, à quo iura eadem proceſſerunt: ſicuti eſt peritiſsimorum[c] uirorum iura ciuilia tractantium, in ea re conformis affirmatio. Scripſimus de hac re aliquanto latius, ut quando audaculi nonnulli, legalis maieſtatis tam imperiti, quàm protritæ uerſificationis aſſueti, temerius fortè quàm peritius in negocio pręfato, neſcio quid nugarum in pulpitis uociferarunt, diſcerent, nihil in quaq; ſcientia (ea maximè quæ alterius ſit profeſsionis) temere eſſe definiendum.

Hac erga dubitatiuncula præluſa, ad deciſionem prædictę tertiæ quæſtionis aggreſſus, concluſionem ſuprà principio poſitam breuibus probabo. Operæprecium enim eſt, ut qui in ſuperioribus quęſtionibus explicatius me extendi, uel nūc breuitate, faſtidia cœpta reponam.

Primo ergo probatur, pactum præſentis controuerſiæ ſeruari non oportere. Nam de hoſtibus primi generis loquentes conſtāt, in priuatis & pecunioſis pactis, iniuſſu ducis belli initis, fidem eis non eſſe ſeruandam: id quod ſuperius latiſsimè probaui. Præterea per ſuperiora patuit, hoſtibus Romani Imperii ex delicto iudicatis, bannitisq;, nullam prorſus fidem, ne pacis quidem, ſeruari. Cum autem Iudæus noſtræ controuerſiæ, non tam publico indicto bello, quàm iure exbannitionis contra Palatinum Rheni fulminatæ (in cuius ditione idem Iudæus extitit) hoſtis fuerit Romani Imperii, utroque genere hoſtium (id enim conſtat apertè) itaq; ei fides non eſt ſeruanda: partim quòd hoc pactum priuati compendii, iniuſſu ducis, partim quòd cum exbannito conuentum fuit, cui iura ciuilia nullo modo ſuffragantur.

a *Pyrrhus rex Epirotarum, cum ad eum legati Romani, pro captiuis redimendis mitterentur, reſpondit, ſe nō auro, ut caupones, ſed ferro belligeraturum. Verſus, qui hic ponuntur ab Ennio facti, per Cic. d. lib. i. recitantur.*

b *Id eſt, pro uita dimicemus. Hinc eſt illud Vergilii, Et cernere ferro.*

c *Argum. in dict. l. amiſsione. ff. de capit. dimin. fa. l. ſed & reprobari. ff. de execut. tut. l. generaliter. C. de epi. & cle. l. milites. ff. de quæſt. l. ii. C. de tabul. lib. x. l. i. C. ſi curia. reli. eod. lib. Iacob. de Are. allegat pro hoc l. i. C. de hæred. inſtit. l. ſed ſi hac lege. §. ſi perpetuam. ff. de poſthu. Probantur prædicta latius per Bartol. in d. diſputatione, uel q. Lucana, à cuius etiā*

dictis

Præterea, ſi præter uerum dederimus, fidem Iudæo iſti datam, tenuiſſe: nihilominus tamen Friburgenſes, promiſſores reſtitutionis, ab huiuſmodi promiſsione (ſimulatq; dictus impubes obſes, baptiſma accepit) liberati fuerunt. Iuris enim eſt [a] manifeſti, debitorem uel rei prophanæ uel ſerui, à pacto reſtitutionis liberari, ſi ſine facto ſuo, uel res prophana ſacra fiat, uel ſeruus liber. Cum ergo prædictus impubes per huiuſmodi baptiſma, ſine paciſcentium facto, ex ſeruo liber, imò & nouus homo factus ſit, per ea quæ concilii Toletani [b] decretis ſancita ſunt, fatebimur debitores dicti pignoris, à reſtitutionis pacto eſſe liberatos. Quod & uerum eſſe putamus, baptiſmate etiam nondum accepto. Manifeſtum enim eſt, prædictum Iudæi filium, quo primum tempore Friburgum perductus eſt, baptiſma confeſtim petiiſſe. Ipſum ergo tam bona, tamq; feruenti ſua uoluntate, ſeruitutem olentiſsimam mox expuiſſe, liberumq; factum: atq; ita debitores ſola hac uoluntate & ad baptiſmum deſiderio, à reſtitutione liberatos eſſe, probabiliter aſſerimus. Nam ſi is ipſe impubes in ea uoluntate (quando per ipſum ſuſceptio ſalutaris fontis non ſtetit) obiiſſet, uitæ æternæ præmia conſecutus piè credere-tur. Vnde [c] Bernardus in ſimili caſu loquens ait: Sit mihi deus propitius, quia homini in tali uoluntate decedenti, ad ſolum aquæ defectum uitam æternam non denegarem. Diuus enim Ambroſius de morte Valentiniani, homini non baptizato & mortuo, de ſola fide ſalutem præſumi teſtatur, tribuique indubitanter bonæ uoluntati, quod defuit facultati. Quod & Cyprianus firmat, qui fidem conuerſionemq; cordis ſufficere ait, ſi fortè ad celebrandum myſterium baptiſmi, in anguſtiis temporũ ſuccurri non poſsit: impleri enim inuiſibiliter hoc ſacramentum, ſi id non contemptus religionis, ſed articulus neceſsitatis excludat.

Ad hoc, pactum præfatum, in caſu noſtro nihil proficit. Iuris enim [d] traditione conſtat, ea quæ publicam habent cauſam, pacto priuatorum non ligari. Baptiſmus autem plus quàm publicam cauſam habet, ut ſuprà in prima quæſtione, in ultima ratione poſterioris opinionis probauimus. Accedat, quòd alteri per alterũ deterior conditio adferri non [e] debet: [f] & ſine culpa nemo eſt puniendus. Negari autem non poteſt, quin filio præſentis quæſtionis, ſi dictum pactum operaretur, tum iniquiſsima conditio, tum etiam punitio,

dictis iam allegata iura ſumpſimus.

a *In l. interſtipulantem. §. ſacram. ff. de uerb. oblig. l. ſi ſeruum. §. ij. ff. eod. tex. opt. Inſtit. de man. §. & huic. in fin. arg. in l. Aurelius. §. Sticho. ff. de lib. leg. cum ſimil.*

b *In d. c. Iudæorum. c. ſæpe. xxviij. q. j. & utrobiq; gl. iunct. tex. in d. c. & ſi. c. Iudæi. de Iudæis. fa. opt. d. §. & huic. Inſtitut. mand.*

c *In lib. epiſt. in epiſt. quadã ad diuum Hugonem de ſancto Victore.*

d *In l. ſi unus. §. pacta. ff. de pact.*

e *Per regulã, Nõ debet. ff. de reg. iur. l. fin. C. de acquir. poſſ.*

f *c. ſine culpa. de reg. iu. in vi.*

præter noxam, acerrima, per paciſcentes infligeretur. Prodire ergo in forum huiuſmodi pactum non debet. Iam uero, idipſum pactum in propoſito caſu nullius eſſe momenti, [a] dilemmate, id eſt, argumento complexiuo, apertiſsimè conuincemus. Alterum enim ex duobus admitti neceſſe eſt: aut fuiſſe euentum baptiſmatis in pacto huiuſmodi expreſſe præuiſum, aut non. Si prius illud dixerimus, utpote præuiſum, ut filius prædictus uel non deberet baptizari, uel ſi baptizaretur, nihilominus patri Iudæo reſtitui: profectò iſthæc pactio, uel uerius dixerim [b] depactio, fuit, eſtq; manifeſtè illicita, ut quæ euentum abominabilem, deteſtabilemq;, nedum illicitum producat: per hanc enim animarum promouetur interitus, fidei noſtræ illuditur, contaminatur baptiſmi puritas, magnumq; illud paſsionis dominicæ meritum polluitur.

Illicita autem pacta nullius eſſe momenti per ſcriptæ legis traditionem, utroq; iure [c] fuſiſsimè extentam, manifeſtò patet. Conſequens ergo eſt, ut prædicto caſu, præſens pactũ uelut illicitum, non ſit ſeruandum. Si uero poſteriorem caſum probauerimus, uidelicet euentum baptiſmi non eſſe pręuiſum, res eſt expedita: conſtat enim pacta in caſu non cogitato non operari. Nam (ut [d] Scæuola teſtis eſt) ſi paciſcantur, nullam futuram ex contractu controuerſiam, repetitionem ex aliis non cogitatis nihilominus competere. Et apud Imperatores [e] Diocletianum, Maximinianumq; traditur: Si pepigiſſent nihil plus peti, tamen in cæteris emergentibus non cogitatis, peti poſſe. Cui perquàm appoſite Labeo [f] ſubſcribit, qui dicit, neminem nec uendere, nec excipere poſſe quod neſciat. Intermittimus hic legum ſcita complurima, quæ tamen aliqua ex parte in ſpatiis præſentium [g] inuenias. In propoſito itaq;, ſi aduentus baptiſmatis in ſupra memorata conuentione non fuit uel præuiſus, uel cogitatus, non poteſt ui eiuſdem conuentionis impediri: unde relictus eſt ſub diſpoſitione iuris communis, quod diſponit, baptizari uo-

a *Leguleii nominant ſyllogiſmum cornutum.*

b *Depactio ſignificat turpiter paciſci. l. iii. ff. de calum.*

c *c. pactiones. & ibi gl. cum mult. concord. de pact. l. iuriſgentiũ. §. prætor ait. l. ſi unus. §. pacta. ibi pulcher textus. ff. de pactis. l. generaliter. l. ſi plagii. ff. de uerb. oblig. Et illicita eſſe pacta, quæ euentum producunt illicitum, Bartolus docet in l. ſtipul. hoc modo. ff. de uerb. oblig. Idem in l. ſi quis pro eod. in uerſ. uenio ad tertium. ff. de fide. fa. quæ no. Bald. in l. pactum. C. de colla. in l. fin. C. de pact. cum plurimis ſimil. fa. quæ not. Bald. conſil. xxix. ii. col. in iii. par.*

d *In l. fin. §. pen. ff. de condi. indeb.*

e *In l. ſi de certa. C. de tranſactionibus.*

f *l. in lege. ff. de cont. emp.*

g *Not. in l. tres fratres. l. emptor. §. Lucius. ff. de pact. l. cum in Aquiliana. ff. de tranſact. fa. l. fideiuſſor. §. Lucius. ff. de pig. not. in c. anteceſſor xi. q iii. in c. quemadmodum. de iur. iur. c. ad noſtram. ii. eod. titul. argum. in c. de teſtibus. de teſt. gl. in c. ne quis. xxii. q. ii. cum ſimil.*

lentem

lentem [a] admitti, baptizatumq́ue retinendum eſſe, nec debere parentibus infidelibus [b] reſtitui. Contra quam iuris doctrinam, creditores ui pacti conuenti (quod hunc caſum non cogitauit) urgeri ad reſtitutionem pignoris, non debent. Itaque utra ex prædicto argumento complexiuo pars admittatur, ſemper euincitur, pactionem præſentem nihil operari, ut quæ uel illicita, uel à noſtro caſu aliena exiſtat.

In ſumma, negari non poteſt, conuentiones, quæ in eum caſum ueniunt, ut obſeruatæ plus noceant, quàm ſi uiolentur, non eſſe ſeruandas: quod ipſum plurimo [c] iure teſtatum liquet: quod etiam Cicero noſter ſubſequitur, qui tam uerè quàm eloquenter in ſuis Offic. dicit: Incidere ſolere tempora, cum ea quæ maxime uidentur digna eſſe iuſto homine, commutentur, & fiant [d] contraria: fieriq́;, ut quæ ad ueritatem fidemq́; pertinent, negare interdum, & non ſeruare, ſit iuſtum. Omnia enim illa, de quibus fides ſeruanda quæritur, referri debere ad fundamenta iuſtitiæ. Primum, ut ne cui noceatur: deinde, ut communi utilitati ſeruiatur. Ea ſi tempore mutantur, officium quoq;, id eſt, fidei debitum, commutari. Nec promiſſa igitur ſeruanda eſſe, ſi plus noceant quàm illi proſint cui promiſeris: eſſe enim contra officium, maius damnum anteponi minori. [e] Fabius præterea aſſerit, principia agendi & circunſtantias conſiderari debere, ut ſic non ab officio diſcedatur.

Multa enim (ut inquit commentator Ciceronis) ratione temporis, loci, perſonæ, modi, rei, cauſæ, & materiæ, ſunt contra officium, ſi fiant, quæ prius officia erant. Itaque (pro ſententia Senecæ) ad fidem promittentis ſeruandam, neceſſe eſt omnia in eo eſſe ſtatu, quo fuerunt cum promittebatur. Nam promiſſa deſerentem (ut idem ait) uis maior excuſat. Hinc eſt quod Africanus Iureconſult. [f] inquit, tacite hanc conuentionem ſtipulationi ineſſe uideri, ſi in eadem cauſa res maneat. Bene itaq; Hieronymus, Non omnis, [g] ait, qui aliter facturus eſt quàm promittit, in dolo iurat. Et [h] Am-

a *d.c.qui ſynceræ. cum ſim.* b *d.c.Iudæorum.d.c.ſæpe.* c Not. in c. beatus Paulus. *xxij. q. ij. in verſ.* Non quia *beatus* Petrus. *opt. in d.c. ne quis. eod. titul. & q. ubi gladium furenti reddere non debeo, licet fidem dederim. fa. quæ poſtea circa fin. notabo.* d Ex *his Ciceronis uerbis, creditur Imperator in authent. hæc conſtitutio innouat. colla. viij. elegantem ſententiam ſumpſiſſe, cum dicit: quod credebat coniectura obeſſe, experimento inuenitur inutile. Vbi uult etiam Imperator tollenda eſſe, quæ in caſum inutilitatis ueniant. Et beneficia quoq; principis reuocantur, ſi incipiunt eſſe iniqua. ut eſt text. in l. ex facto. ff. de uulg. & pup. ſa. ad prædicta quæ not. in c. non debet. de conſang. & affin. & c. ſtatutum. de reſcrip. libro vj. auth. ut fratrum filij in princ. coll. ix. cum ſim.* e *Fabius, ut eum allegat commentator Cicer. loco prædicto.* f *In l. cum quis. ff. de ſol.* g *Vt habetur in c. animaduertendum. xx. q. ii.* h *In c. unuſquiſq; xx. q. iiij.*

broſius, non ſemper omnia promiſſa ſoluenda eſſe teſtatur. Accedat elegans in decretis[a] gloſſa, quæ dicit, in caſibus nouis, nouo remedio auxilióue agendum eſſe.

Confirmari hæc deciſio poteſt notabili doctrina Alexandri de Hales, qui[b] dicit: iuramentum etiam ſi ſit licitum, non tamen expediat, quia promotionem (ut uerbis ſuis loquar) in melius impediat, non eſſe obligatorium, iuxta doctrinam Bedæ, [c] uolentis, ſi aliquid fortè nos incautius iurare contigerit, quod obſeruatum, in peiorem uergat exitum, ſalubriori conſilio mutari poſſe. [d] Impia enim eſt promiſsio quæ ſcelere adimpletur. Addimus non eſſe nouum, quòd pacta etiam licita, quorum tamen obſeruatio uel inofficioſa uel inconueniens ſit, ſeruanda non ſint: ut in uariis locis Iureconſulti[e] tradunt. Quæ cum ita ſint, nemo erit ita à ſole alienus qui diffiteatur, in caſu noſtro pactum huiuſmodi non ſolum non eſſe ſeruandum, ſed ne allegandum quidem, cuius obſeruatione, uotum ſanctiſsimum prædicti impubis, ad fontem ſalutis anhelantis, uel impediretur, uel annihilaretur, uel certè fides eluderetur Chriſtiana. Eant nunc, & in ſubſelliis feroculi iſti uerſificatores (quibus nulla, ne modica quidem eſt iuris cognitio) clament, præfata pacta eſſe ſeruanda: quæ tantum abſunt à firmitate & ualore, quantum uociferatores iſti à ſolida doctrina.

Ad argumenta in oppoſitum facilis eſt reſponſio. Nam quod primo loco prætenditur, humanæ fidei conuenire ut pacta ſeruentur: reſpondeo, uerum eſſe de licitis: at uero de illicitis (in quo genere noſtrum pactum fuerit) tantum abeſt ut obſeruari ea debeant, ut etiam paciſcentes, contra factum proprium, in his uenire & poſsint & teneantur: per ea quæ uulgata[f] iuris traditione paſsim edocentur.

In ſecundo argumento nihil legitimi obiicitur. Tota enim argumenti ſerie conceſſa (quam tamen ſi in eo quicquam eſſet negocii, cõfutare facilimè poſſemus) nihilominus ſtat ſuprafati pacti infirmitas: quod ex multis aliis cauſis ſuprà de-

a *In dict. cap. ne quis. fa. quæ not. in l. planè. ff. ut in poſſ. leg. ſer. cau. eſſe lib. text. opt. in l. de ætate. §. ex cauſa. ff. de interro. act. cum ſimil.*

b *In iij. ſent. in ij. par. in materia præceptorum decalogi. in ij. præcepto. q. ix. in uerſ. deinde quæritur de comite iuraméti, quod eſt iudicium.*

c *Hæc doctrina recitatur in c. ſi aliquid. xxij. q. iiij.*

d *Verba ſunt Iſidori, quæ recitantur in c. in malis. ca. d. c. & q.*

e *Fa. l. de die. l. conuenire. ff. de pact. dot. et optime in l. alia. § fin. ff. ſol. matr. in quibus iuribus habetur, quòd pacta, quæ uel ad peccandum inuitent, uel contra maritalem ſint reuerentiam, non teneant. fa. l. pactum. præalleg. C. de collat.*

f *Quia in iure uulgatum eſt, ut in illicitis quis contra proprium factum uenire poßit, ut not. in c. noſti. de elect. c. ſi quis presbyterorum. de rebus eccleſ. non alie. capit. quod quis. & ibi elg. text. xxxv. q. ix. fa. l. ſi tibi liberam. C. de euict. cum ſimilibus.*

ductis

ductis probauimus, utpote quòd tale pactũ uel ſit illicitum, uel in euẽtu noſtri caſus nihil operetur, uel certè mutata perſonarũ cõditione euanuerit. Obſidatus ergo liberi hominis, eſto teneat in licitis, in caſu tamen illicito totus procidit.

Hæc fuere quæ in prædictis tribus quæſtionibus mihi dicenda uidebantur, quæ ô lector, quiſquis in noſtra hæc incidas, æqui boniq; facias. Quanquam enim non ſim ignarus, tantorum patrum (contra quos ſentio) dictis refragari, uix eſſe ſine[a] periculo: iubet enim[b] Papa tenendam dictorum patrum ſententiam, quæſtionibus uel omiſsis: neq; innitendum [c]eſſe proprio ſenſui, utpote, pro [d] ſententia Cardinalis, non ſit præſumendum ſine ratione procedere, quod à multis peritis aſſeritur: imò etiam uice legis recipiendum communiorem Doctorum opinionem, ſi fortè lex deficiat, [e] gloſſa & Doctores canonici iuris prædicant: Quia tamen negari non poteſt, ſi opinionibus ultro & citro cõtrariis ueritas fluctuat, eam aſſertionem ſequendam, cui rationum pondus [f] aſsiſtit, ut ex canonici iuris determinatione colligitur: uerum quoq; ſit in diſſenſu eam [g] præferri opinionem, quæ libertati, quæ animæ, quæ fidei noſtræ faueat: In propoſito autem negocio ſint diuerſæ opiniones (in prima præſertim quæſtionis materia) utrique maximi nominis, alteri ab alteris diſſentiant: nemo ergo in me acerbe ferat, ſi eam ſim opinionem ſecutus quæ fidei, libertati, animæq; magis faueat, & quam robora rationum ſuffulciant. Non enim ſemper autoritatibus aliorum perfunctoriè fidem habendam eſſe arbitror: quinimò pulchrum iudico, ſi ueritatem pro ſe quiſque à tenebris eruere contendat.

Itaque ſi quando à communi opinione receſſerim, nulla id tumoris inflatura, nullo ſupercilii faſtu admiſſum credito: in eas enim aſſertiones me rationum uehementia (quas ex autoritatibus uel doctiſsimis deſumpſerim, uel mea ingenii paruitate pepererim) deduxit. Vulgò enim in ſcholis iactitatur, Plato mihi amicus, amicior ueritas. Quod ſi ex literatorum cœtu quiſpiam ſit, qui mea huiuſmodi conuellere,

a Arg. eorum quæ not. in c. ſunt tamẽ xvi. q.i.

b In c.ii. in fi. de presby. non bapti.

c c. ne innitaris. de conſtit. c. i. eo. tit. cũ ſim. cõcord. in gl.

d Cardin. in proœm. Clem.

e Vide glo. & præcipue Cardi. in c.i. de deci. fa. c. cũ beatiſsimus. xxiiii. q.i. pro hoc in l. ſi ædibus. in fi. in uer. & plane. ff. de dam. infecti. & quæ not. Ang. in l. ſi idem. in fi. ff. de iur. om. iud. cũ ſim. fa. quæ traduntur per Innoc. in c. quid per nouale. de uerb. ſig. Pro quibus pulchrè faciũt quæ tractãtur à Quintil. lib. xi. in c. de imitatione.

f Argum. c. licet. §. ex præmiſsis. de prob. fa. l. fin. C. de edi. di. Ad. toll. & dicit canon in c. nouit. diſt. xii. non obſtante Romanæ eccleſiæ conſuetudine, in quacunq; eccleſia inuenias quæ recta ſint, elige. Non ergo eſt ſe ad Doct. nimis adſtringendum, quorum dicta non ſunt neceſſariò urgentia. c. noli. cum c. ſeq. diſt. ix.

g Not. in Cle. exiui. §. item quia ibi. Card. de uerb. ſig. l. benignius. de ll. c. ſciant.

lere, probabilioraque afferre contenderit, ei (ſi modo quod tentat præſtiterit) aſſentiri, & qui meus in ueritatem amor eſt, à noſtris huiuſmodi diſcedere paratus ſum: dum tamen ſciat, eam rem non uerbis uentoſis, ſed urgentibus rationibus eſſe peragendam. Inuidorum uero turbam (ſi qui ſint qui in meos illos labores canino rictu latrare pergunt) tanti facio, quanti Therſiten Achilles. Tuo enim, Henrice præſtantiſsime, tuiq; ſimilium (id eſt, optimorum uirorum) tutamine defenſus, bilioſas iſtas oſorum aſpergines tum facilius deprecabor, quòd uideo, nihil, uel maxime integrum, relinqui, quin inuidorũ fœdiſsimo latratu uioletur. Siquidem, ut interim alios ſileam, Thomas Vuolphius iunior, uir ingenio & literis præſtantiſsimus, quamuis nuper in Pſalmos Dauidicos nonnullos egregiè ſcripſerit, ſingularisq; eruditionis monimenta ædiderit, inuentus tamen eſt rabioſulus quiſpiam, qui elegantiſsimæ huius lucubrationis cãdorem & integritatem, Iuridiſsimo ſuo felle commaculare perrexerit: ut nihil mirum mihi homulo eueniat, ſi paria ſuſtinuero. At minimi faciendi ſunt uaniſsimorum hominum morſus. Inuidus enim cũ bonos tentat uiolare uiros, ſeipſum proprio dente dilacerat.

de elec. in vi. l. quoties dubia. ff. de reg. iur. l. libertas .ii. ff. eod. tit. cũ infi. ſimil. facit cap. presbyteri. lxviii. diſti. in fi. ibi, ad cautionẽ ſalutis. arg. in c. ii. de pœn. diſt. vii.

FINIS.

SVBSCRIPTORIA ADDITIO D. Georgij Northofer.

PERVIDIT hunc tractatum clariſsimus ille, & (ut ſine inuidia uerum loquar) conſummatiſsimus uir, Georgius Northofer, artium & ſacræ Theologiæ Doctor (cuius ſuprà memini) qui tota re diligentius expenſa, hanc quæ ſequitur additionem adiecit.

Exhibitus eſt mihi Georgio Northofer, ſacræ Theologiæ Doctori, ordinario inclytæ uniuerſitatis Friburgenſis, ab egregio & ſpectatiſsimo uiro Vdalricho Zaſio L L. Doctore, tractatus præſens de baptizandis Iudæorum filiis, per eum æditus: petitione accedente, eundem tractatum (ſi mihi uideretur probabilis) ſubſcriptione mea corroborarem. Vidi laborem, & reuidi: & cum mihi prædictus Doctor in huiuſmodi ſuo opere uideatur euidentem adduxiſſe ueritatem, præcipueq; primæ quæſtionis (quæ cæteris eſt controuerſior) ſeries & aſſertio multum placeat: quippe in qua tum

ratio

ratiocinando,tum maxime confutando,ingenii ſui uires laudanter ſint explicatæ: ſum ergo ſuis huiuſmodi ſubſcribere paratiſsimus:tũ quia ueritatis me ardor impellit,quam credo ab omnibus, præcipue autem à Theologis, debere multum coli,quorum omnis doctrina ad ueritatem defendendam laborare debet. Is ènim, de quo noſtra profeſsio ſanctiſsima principaliter tractat, inquit: Ego ſum uia, ueritas, & uita. Tum etiam, qũod meritum eſſe arbitror, ut quando huiuſmodi opus cum meis concluſionibus publicè diſputatis conſentit,ea quę publicè defendi,etiam in ſcriptis approbem. Ne tamen(quia meæ concluſiones hüic operi inſertæ ſunt)inuidi fortè dicere poſſent,me propter ſordes & gratiam ſubſcripſiſſe:itaq; ad occludendum maleuolorum ora, & ad conuincendum,aduerſariis non eſſe locum ullum contradicendi,in materia primæ quæſtionis: pro poſteriori opinione, certa quædam(ut arbitror)efficaciſsima,pro cõfirmandis eiuſdem Doctoris rationibus addidi.

Et primo, quia principale fundamentum,ſuper quo ſe fundant tenentes contrariam concluſionem, eſt, quòd pater Iudæus,ex iure quodam naturali habeat poteſtatem, quo impedire quencunque poſsit, ne ſuum paruulum eo inuito baptizet. Vnde cum uerum ſit,quòd [a] principali fundamẽto deſtructo,tota ruat machina:ideo ultra ea quæ in dicto opere allegata ſunt,ſupradictum eorum fundamentum apertiſsimè deſtruam:pro cuius declaratione duo ſuppono.

Primo,quòd omne ius naturale,eſt [b] diuinum:ius enim naturale eſt à Deo cordibus humanis inditum & inſcriptum: quod multipliciter probari poteſt. Nam Hieremiæ xxxi. dicitur: Dabo legem meam in uiſceribus eorum, & in cordibus eorum ſcribam eam. Et in pſal. Multi dicunt quis oſtendit nobis bona? ſignatum eſt ſuper nos lumen uultus tui domine. Et Apoſtolus ad Rom.11. Cum enim gentes, quæ legem non habent,naturaliter faciunt ea quæ legis ſunt. Ediuerſo quoq; diuinæ leges natura conſiſtunt, ut dicit Auguſtinus ad Caſulanum,& habetur in cap.ſana.diſtin.ix. Quod tamen diſtinctionem habet:nam ius diuinum,quãtum ad ſacramentalia, formaliter loquendo, ſeu quantum ad ſuperficiem, non eſt de iure naturali:ſed quantum ad correſpondentiam,uel moraliter intellectum, habet quãdam annexionem iuris naturalis.de quo pulcher text.cum eleganti gl.in §.his itaq;.

a *l.cum principalis.ff.de regul.iur. cũ concor.ibid.*

b *De quo eſt gl.in c.1. c. ius naturale. & utrobiq; Card. diſt.1.*

itaq;.diſt.vj.fa.tex.in §.ſed cum naturale.diſtinct.v.

Secundo ſuppono, quòd unum ius naturale ſeu diuinum, alteri iuri diuino non contrariatur. quod patet. Si etenim inter iura naturalia eſſet contrarietas, tunc ſimul & ſemel obſeruari non poſſent. Duo enim[a] contraria eodem tempore, in uno ſubiecto non uerificantur. Et ſic Deus præcipiendo iura diuina obſeruari, præcepiſſet impoſsibile: quod ſentire anathema ſit. Iugum enim meum (ait Saluator) ſuaue eſt, & onus meum leue. Et ex[b] regula iuris, ad impoſsibile nemo obligatur.

His ſuppoſitis ſic argno: Pater Iudæus non ſolum ſibi, ſed & filio debet & tenetur efficaciter uelle ſalutem: quod & in quocunq; homine, nedum in filio procedit ex præcepto diuino, quo dicitur, Diligas proximum tuum ſicut teipſum. Debebit igitur[c] media etiam neceſſaria ad ſalutem ei uelle. Sed baptiſmus eſt ſibi & filio medium ad ſalutem neceſſariũ, per illud Ioan. 111. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu, non intrabit in regnum cœlorum. Similiter per illud Euangelii: Qui crediderit & baptizatus fuerit, &c. Igitur tenetur ſibi & filio uelle ut baptizetur. Cum ergo pater Iudæus, ex diuina lege quæ iure naturali (ut diximus) conſiſtit, tenetur uelle quod filius paruulus baptizetur: igitur ex nulla lege naturali ſeu diuina, poteſt illud nolle. Nam talis lex eſſet priori contraria, quod eſſe non debet, per ea quæ ſuprà in ſecunda ſuppoſitione dicta ſunt. Per conſequens ergo infertur, quòd nec impedire poſsit talis pater baptiſma filii. Nam poſſe impedire, eſt poſſe nolle. argumentum opt. in1.ij. in fin. ff. ſol. mat. & ex regula iuris: Qui poteſt inuito, etiam eo ignorante poteſt. Igitur, &c.

Secundò: Poteſtas patris in filium, & uicißim obedientia filii ad patrem, relatiuè dicuntur, igitur ſeſe æqualiter reſpiciunt. Sed obedientia filii ad patrem non eſt niſi in domino, ut patet per Apoſt. ad Epheſios v1. ubi dicitur: Filii obedite parentibus ueſtris in domino. Et gl. ibi exponit, obedientiam eſſe ſecundum fidem & iuſtitiam domini: hoc enim iuſtũ eſt, ait text. Si nunc obedientia filii ad patrem, in domino eſſe iubetur. Igitur è diuerſo, poteſtas patris in filium, etiam in domino (id eſt, ſecundum fidem & iuſtitiam domini) eſſe[d] debebit. Sed dicas mihi qui contrarium defendis, ánne hæc patris poteſtas, qua baptiſma filii impeditur, in domino ſit? Fortè in

a *Fa. l. hæc uerba, ille aut ille. ff. de uerb. ſign. not. in l. ſed & ſi pupillus. §. ſi inſtitoria. ff. de inſtitut.*

b *l. impoßibilium. ff. de reg. iur.*

c *Non enim ſinis ſolũ, ſed uia etiam ad finem cõſideratur, ut colligitur ex Bal. cõſil. cclxvij. ſuprà alleg. arg. pro hoc in l. item. §. qui hauſtum. ff. de ſer. ruſt. præd. cum ſimilibus.*

d *Quia relatiua ſunt ſimul natura. not. in l. inter ſtipul. §. ſacramẽ. de uerb. obl. fa. l. j. C. de ind. uid. toll. cum ſimil.*

tè in domino eſt, ſed nõ in domino Deo, ſed in domino principe tenebrarum, quem Chriſtus eiecit foras.

Tertio: Educatio filiorũ ad patrem pertinet: & talis educatio debet fieri in diſciplina & correctione domini. dicit enim Apoſtolus loco prædicto: Et uos patres nolite, &c. Et ſequitur: Sed educate eos in diſciplina & correctione domini: ubi gl. exponit, id eſt, ut proficiãt in rebus domini. Tenetur ergo pater, uigore ſuæ patriæ poteſtatis, ita educare filium, ut in diſciplina proficiat domini. Quòd ſi non fecerit, ſua poteſtate abutitur: prohibere ergo baptiſma non poteſt.

Quartò: Omnis poteſtas à Deo eſt, & hæc ordinata eſt: itaq; qui huic poteſtati Dei reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit, ad Rom. XIII. Sed hæc eſt ordinatio Dei, ut omnes mortales baptiſmate renaſcantur. Itaq; pater Iudæus, qui tali Dei ordinationi reſiſtit, poteſtati Dei reſiſtit: quod credẽdũ nõ eſſe, nõ ſolũ poſitiua lex, ſed etiã naturale ius docet. Vide qui cõtrarium defendis, cum ſis Chriſtianus, quid aſſeras. Faciat ad præmiſſa, quòd cum poteſtas patris in filiũ ſit ad ædificationem, non ad deſtructionem, II. Corin. XIII. & pluribus aliis locis: prohiberi autem filium non baptizatum à baptiſmate, deſtructio eſt manifeſta: igitur in eo nulla eſt patris poteſtas.

Ex præmiſsis ergo infero, quòd quicunq; filios paruulos, uel Iudæorũ uel cæterorũ infideliũ, etiã inuitis parentibus baptizat, quòd is nullũ ius, nec naturale, nec diuinum infringit. Quòd ſi quis hæc per me præallegata, aliaq; fortia præfati egregii Doctoris fundamẽta, uerè tamẽ, nõ apparenter diſſoluat, tũc demũ (alioquin nullo modo) cũ eo ſentire paratus ſum.

Nec obſtat, ſi obiiceretur, expectãdum eſſe tempus, quouſq; filii in uſum rationis adoleſcant: hoc enim fieri nec poteſt licite, nec debet, propter tria: tum quia timendum eſt, ne intra illud tempus tales filii moriantur, perpetuoq; intereant: tum etiam, quòd ſi etiam ſuperuiuent, tamen quia uulgò notum, quòd [a] patrem ſequitur ſua proles, & quod [b] noua teſta capit, inueterata ſapit: & conſtat, quòd homines ab [c] adoleſcentia inclinati ſunt ad malum, Geneſis VIII. unde timeri ueriſimiliter poteſt, quòd uſu rationis adueniente, filii paternas iſtas & peſsimas traditiones potius, quàm noſtrã ſanctiſsimam fidem recipiant: nec poſſunt tũc filii huiuſmodi, ui, coactioneq; ſimpliciter dicta, ad baptiſma fidemq; compelli, ut in tertia mea concluſione ſuperius inſerta deductum, & in diſputatione

a *Et Diogenes Philoſophus (ut ſcribit Laërt.) cũ iuuenẽ uinoſum uidiſſet, Ebrius (inquit) te genuit pater. Et Cicero in uariis locis teſtatur, moribus paternis effingi filium: quod idẽ Plutarchus in lib. de educatione liberorum, & Quintil. in i. libro Inſtitut. de præceptoribus loquens.*

b *Quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorẽ Teſta diu.* Horat.

c *xii. q. i. c. omnis ætas. d. c. firmiſsime. de con ſec. diſt. iiii.*

ſputatione noſtra publicè habita, ſufficienter oſtenſum eſt. Tum denique, quia cũ omnes (teſte ad Romanos Apoſtolo) in peccato naſcimur, omnesq; in uno homine peccauerimus: ad hoc filii irę in principio ortus noſtri (teſte eodem Apoſtolo) gignimur: Laborandum ergo, & ſummopere nitendũ eſt, ut paruuli huiuſmodi quàm citiſsimè ad baptiſma perducantur. Quãuis enim huiuſmodi paruuli, ante uſum rationis, per proprios actus nihil mereantur, optimum tamen eſt, eos eſſe amicos & acceptos deo: miſericordiæq; diuinæ, quæ neminé Chriſtianũ latitat, eſſe participes. Nam quis diffiteatur, peſſimum eſſe ipſi paruulo, tanto tempore gratiam amicitiamq; Dei negligere & obſerare? Miror igitur tot magiſtros, tot illuminatos Doctores contrarium huius aſſertionis ſcripſiſſe, & prædicta aliaq; ad noſtram partem facientia, non præuidiſſe. Niſi forte (ut ego arbitror) id à Deo permiſſum ea ratione fuerit, ut & nobis, qui hac ætate uiuimus, occaſio & facultas pateat, ueritatem quæ (teſte Democrito) in profundo dimerſa iacet, inquirendi, noſq; exercitandi potius in his uti libus, quàm in ſuperfluis huius mundi fatuitatibus. Quod probatiſsimè & doctiſsimè nunc fecit egregius Doctor præfatus, in opuſculo præſenti: pro quo labore (ut audacter ſpero) Deus repoſuerit ſibi coronam iuſtitiæ in regno ſuo. Itaq; tam primæ quæſtionis aſſertioni, quàm cæteris duabus (quantum certè in eiſdem duabus Theologi partes ſunt) ſubſcribo, eamq; approbo, eccleſiæ determinatione ſemper ſalua: cuius aſſertioni, iuxta ſolitam Theologorum proteſtationem, me ſubiicio.

SVBSCRIPTIO CELEBERrimi uiri, *ſacræ Theologiæ profeſſoris, magiſtri Io. Schluphij.*

IOANNES Schluphius, ſacrarum literarum profeſſor, ordine Theutonicus, Vdalricho Zaſio, legum interpreti perfectiſsimo ſalutem. Non immeritò ego homo mediocriter doctus, tibi aſſentio uirorum doctiſsimo, quem docti miro quodam ardore colunt, omnesq; ſtudioſi amant, à te præcipue euehendi: quos nedum opera, ſed & uigilantia ſingulari, & admirabili denique, non tam diligis quàm iuuas. Obtuliſti mihi tractatulum, in fidei noſtræ hoſtes perfidos Iudæos, per tres quæſtiones ſecretum: quem diligenter à me uiſum:

uiſum,deuotione mentis interna approbo:quia pietatis oculo,non lippienti nec lacrymanti,adoculo: & quàm maxime ad eius partem primam, quæ cæteris duabus mihi nodoſior uiſa eſt,multis tamē elegantiū rationū munitionibus ſtipata. Affirmo igitur tuam opinionē,in ea tua cōpilatione,non ſolum piam,uerū etiam probabilē.Ignoſcat quæſo lector:theologicè meam perſtringo ſententiā. Quis negabit dupliciter contrariè opinari? Vno modo circa ea, quæ ad ueritatem & Chriſtianæ religionis doctrinā ſpectant.Nullus ambigit,puto,circa fidei articulos,& ea quæ in Bibliæ canone(cuius maior eſt autoritas,quàm cuiuſcūq; ingenii ſubtilitas)continētur. Alio uero modo circa ea quæ ad humanæ inquiſitionis perſpicacitatem pertinere uidentur.Deciſoriè itaq; dico: opinari cōtrariè circa ea quæ ſunt de neceſsitate & ueritate fidei, cum aſſertione & defenſione oppoſiti, ſimpliciter eſt peccatum mortale,non ſolum erroris,ſed & hæreſis. Neq; enim error ſimplex hæreſim inducit:habent (quia) ſe error & hæreſis,ſicut ſuperius ad inferius.Perſpicuū eſt Abbatem Ioachim circa trinitatem periculoſiſsimè erraſſe,non tamen fuiſſe hæreticum. Prætereа opinari contrariū circa ea quæ ſpectant ad humanæ inquiſitionis acumen,nedū licitū eſt, ſed etiā planè receptum. Id enim licitū eſt, quod nulla lege prohibetur. Ad propoſitum itaq; regreſſus, opinionem tuam nō ſolum probabilem,uerūetiam ab omni catholico piè & firmiter amplectendam eſſe adſero:tum quia roboratur ex lege naturæ lapſæ: tū quia firmatur ſeruitutis iure, ut doctè probas & diffuſe:tum quia eſt in fauorem fidei,in rabidos canes, quos Chriſtianiſsimus Hilarius Doctor illuminatus,deicidas,non tantum homicidas appellat(loquitur per idiomatū cōmunicationem).Quos tu,tibiq; ſimiles(ô utinam plures)ad fidei lumē reducere ſatagis,ut ſaltem inſtar canum,Lazari pauperis uulnera ulceroſa collingere ſtudeant.Vale, & eccleſiaſticam religionem amplecti nō deſine:hinc enim tua & noſtra omnium ſalus.Ex officina Curiæ parrochialis Vberlingen. XIII. Cal. Auguſti.an. M. D. VIII.

Adoculo,id eſt, affirmo.

Hæc diſtinctio apertè probatur per multa c.per diſcur.di ſtin.ix.

Concluſio prima.

Secunda.

Tertia.

SVBSCRIPTIO CLARISS. uiri, D. Hieronymi Vermij V.I.Doct.

PRAECLARISSIME,conſummatiſsime,ac eminentiſsime uir, redditæ fuerunt mihi ſuperioribus diebus

tuæ ad me ſuauiſsimæ & elegantiſsimæ literæ, cum quodam tractatu, tres principales queſtiones de liberis & paruulis Iudæorum baptizandis continente: quas legi & relegi. In quibus etiam meum officium requiris: à me quoq; petis, ut quæ mea in eiſdem ſit ſententia, tibi liberè aperiam. Cur autem tibi non gratificer, aut morem geram, ſum planè neſcius. Itaq; ſententiam animi mei tibi ingenuè aperiam, non inuitus. Legenti mihi, ſimulq; admodum exacta diligentia ea ponderanti, quæ in eiſdem ac aliis appenditiis quæſtionibus, exactiſsima opera, non minus uerè quàm eleganter ſcripſiſti, non poſſunt mihi eadem non placere: quippe cum nedum uera & probabilia, uerumetiam iuri quammaxime cõſentanea mihi eſſe uidentur. In quibus quidem argumẽta & rationes pro utraq; parte, & quidem minime auarè, ſed potius pleno (ut aiunt) cornu adduxiſti: & argumenta partis aduerſæ, contra tuam ſententiam firmantis, omnino diſſoluiſti, ac planè contriuiſti: tuam uero in prædictis ſentẽtiam, taliter & autoritatibus & rationibus comprobaſti, & tutatus es, ut nihil dubii omnino habere cenſeatur: ut abſq; tremore in mediũ prodire prædictæ tuæ lucubrationes poſsint: quare nomen tuum immortalitati commendaſti. Periculum autem in palæſtra ita egregiè de te feciſti, ut mihi tutò de te perſuadeam, quod in futurum alias lucubrationes tuas in aliis factas & fiendas, aliquando in medium æditurus ſis, prout bona ſpe maneo. Et meam erga te expectationem nequaquam fruſtrari patiaris, quam non ſolum æquaturus, uerumetiam cumulatiſsimè ſuperaturus ſis. Cum autem non minus uerè quàm eleganter inquiat gl. fin. in c. ij. de Iudæ. omnem rigorem, ſeueritatemq; contra peruicaces, obduratos, & perfidos illos Iudæos, & quidẽ in eorum odium ſeruandam eſſe: Et ſumma ratio ſit, quæ pro religione noſtra Chriſtiana faciat, etiam in dubio: Et in dubio etiam opinio ea ſeruari debeat, per quam periculum animæ euitatur: Itaq; (ut ſuprà) ex animo ſentio, atq; iudicium animi mei, ut ſe habet, aperui. Vale itaq; felix, meq; peculiari iure, pro tuo utare, & me, ut facis, ama. Ex Conſtan. x IIII. Calend. Octobres, Anno, &c. quinto.

Hieronymus Vermius, cognomento Vuurm, V. I.
Doctor Ticinenſis, patronus cauſarum Curiæ Conſtan.

TESTI

TESTIMONIVM HIERONYmi Baldugni utriusq; Iuris Doctoris.

LEGI tuum de Iudæorum filiis baptizandis tractatum, doctiſsime Zaſi: nec legi tantum, ſed relegi, ſed perlegi etiam, nec adhuc eius ediſcendi quoq; deſiderio perfunctus ſum. Ita me uerborum delectat concinnitas, ſentẽtiarum docet eruditio, rationum permouet efficacia, ut quam in eo percenſendo, meam rogaſti ſententiam, ea planè expedita ſit, tua opera maxime. Nam effeciſti, ut nihil rear iſthac aſſertione uerius, nihil firmius, nihil probabilius, nihil deniq; ſanctius credi oportere: id quod in literaria republ. primi nominis uiri, Georgius Northofer, & Ioannes Schluphius, diuinæ ſcientiæ doctiſsimi profeſſores, non tantum aſſentiunt, ſed & rationibus ut argutiſsimis, ita inexpugnabilibus, firmiſsimisq; oſtendunt, & conuincunt: quos ego meritò præueneror. Tuum uero expolitiſsimũ ingenium & laudo, & admiror: adeò ut meæ deſidiæ pudeat, cum te uideam inter forenſium diſceptationum ſtrepitus, & familiaris rei faſtidioſas occupationes, nedum ſacratiſsimarum legum integerrimum interpretem, quotidianis profeſsionibus, dignam laudem, uerumetiam diſertiſsimis omnis generis literarum monumentis, æternam memoriam comparare; quod tibi tuiq; ſimilibus, de bonis ſtudiis optimè meritis, unum in terris dignum præmium præponitur: hoc ut meo, ita omnium bonorum uirorum iudicio planè conſequeris, Vale.

VDALRICHVS ZASIVS LL. ET DOCTOR ET ORDINA-
rius in florenti academia Friburgenſi Briſgaudiæ, Thomæ Blaurerio Conſtantienſi, Iuris & meliorum literarum ſectatori accutiſſimo, S.P.D.

Argumentum Apologiæ.

ASSERTIONES *Thoma dulciſſime, quas ſuper fide hoſti uel ſeruanda, uel non ſeruanda, annos abhinc duodecim & amplius (ut credo) ſcripſimus, Ioannes Eckius theologus* Ingolſtadienſis, *iam nouiſſimè poſt tot annorum curricula, cum tamen interim amicitia & hoſpitio familiares fuiſſemus, nimium quàm inciuiliter improbauit. Cui tamen præſenti* Apologia *non ſegniter reſpondemus: quam cum ædere uellemus, te præterire non potuimus, quin eam tibi præſentaremus: quem ut adoleſcentem ingenio & doctrina perſpectum, Iuris noſtri meliorumq́; literarum eruditione laudatum, addo & in præceptores piiſſimum, ex animo diligimus, teq́; quibuſcunq; noſtris uigiliis ornatum cupimus. Accipe igitur quod laboraui mus, & ſi ſit ocium, legito uidebis me non intuliſſe bellum, ſed repuliſſe. Et quamuis nō ſim ignarus, & inferendæ iniuriæ labem, & referendæ gratiæ talionem, utraq; apud bonos uiros eſſe inauſpicata: tamen deeſſe honori, deeſſe famæ non potuimus. Tot annos iura lego ciuilia, tot præclaros adoleſcentes meis præceptis inſtitui, nec tamen ulla unquam uel umbra perfidiæ meis in doctrinis ſum notatus. Tanto mihi grauius fuit, ingruēte iam ſenecta, ab homine, à quo minimè decuit, adnotari. Tu neceſſitatem meam excuſabis, quam & boni uiri nonnulli, & quàm maximè* Hieronymus Pludanus, *humanitate & doctrina cum primis ornatus, iam ante & excuſandam & defendendam ſuſceperunt.* Vale. Ex Friburgo, *Nonis Martiis, Anno ſalutis noſtræ* M. D. XIX.

Hieron. Huſcerius Pludentinus.

Videbis lector Eckium iura ciuilia non perſpectè intellexiſſe. Experiere etiam, quàm omnino periculi plenum ſit, in alienam excurrere profeſſionem.

VDAL

VDALRICHVS ZASIVS IOANNI ECKIO S. D.

TAMETSI docte Ecki,in cõtentionis campum non facile deſcendo , ut qui pacem ſectari in primis cupiam,ea maxime in re,quę ſine cruore &ſanguine complacari poterat: uerum quandò in tuo iurationis compilato collectario quaſdam doctrinas meas , quas ſuper fide hoſti non ſeruanda,ſuperioribus annis ſcripſi , ita improbas,ita conuellis,ut iam proculcaſſe tibi uidearis,diſsimulare rem non erat conſilium : tum quia nulla iuſta te ratio contra me mouit:deinde,quòd non ſolum ſcripta, ſed uel honorem meum obrodis , quaſi latiſsimam periuriis & perfidiis uiam ſtrauerim:ut ſic compluribus uiris literatis,nedum tuarum rerum ſtudioſis,criminandi mei, ſi tacerem,occaſio non modica præberetur. Et ſanè mirari non poſſum,quę te in hãc cõcertationem intemperies produxerit,quẽ non ſolum nulla unquam in re offendi,ſed inſuper quibuſcunq; potui beneficiis adfeci, adeoq; ſingularium amicorum loco te ſemper habui. Nec enim cauſari potes,quòd per occaſionem uelut incidentem,non dedita opera ſcripſeris:nã rẽs ipſa diuerſum docet:perquiſitis enim omnifariam angulis ita operoſe,cum tali uerborum boatu,ea ingenii intentione,tam adnixa inſtantia in euertendis meis ſcriptis deſudaſti , ut nullum lapidem non moueris,quo me impeteres:atq; adeò totam iſtam tuam compilationem,mei præcipue confutandi cauſa (id quod boni uiri interpretantur) inſumpſiſſe uideare. Siquidem ſi tibi uel Abbas,uel Gabriel,uel ex contubernalibus tuis doctoribus quiſpiam improbandus occurrerat,breuibus te(quod ſuſtineri poterat) abſoluiſti. At mea in re eatenus finem facere non potuiſti,ut mei confodiendi , non modico uel uoto uel deſiderio incitatus fuiſſe exiſtimeris. Quo tuo facto,ſanctiſſimam amicitiæ legem,quæ præcipue inter literatos debebat eſſe obfirmatior,quantum uiolaris, ſi tu non uides,optimus quiſq;,qui & tua & mea leget , diiudicabit. Nec te defendet uulgatũ illud,quod in ſcholis ueſtris per manus traditur. Plato mihi amicus, amicior ueritas. Hoc ne dubita Ecki,eũ mihi

 eſſe

eſſe ueritatis amorem, quæ uirtutis mater à Philoſtrato nominatur, ut ſi iuſta ueraq; ratione me oppugnaſſes, contra ueritatem reſulturũ nullo pacto fuiſſe, quandò uel à puero, nedum ab erudito uiro, erroris admoneri non ferrem grauatè. Hominem enim me eſſe, adeoq; errare poſſe nõ ignoro. Sed nihil in tota tua concertatione eſt, quod ex iuris ciuilis ueritate contra me pugnet, id quod ſequentia docebunt, quæ tu Ecki præuidiſſe, & multa circunſpexiſſe debebas, antequam contra fidelem amicũ inſurgendo, hoſpitalẽ teſſeram ſuffringeres, in ea maxime profeſsione, in qua iandiu autoratus miles uerſor, tu uiciſsim uix è ueſtibulis eam cognouiſti. Vtinã defunctorũ aliqua uiſio tibi properanti, tarditatẽ, ut eſt apud Philoſtratũ, inieciſſet, ut ponderatius aliquanto totã rẽ æſtimaſſes, fortè nulla nobis mutua eſſet cõtrouerſia. Sed dices, nihil tibi fuiſſe in me inimicũ, qui me & excuſaris, & inſuper intento laudaris ſtudio. Nę tu Ecki homo es malè prouidus, qui poſt tam acres infixos confutationis aculeos, iſtis tuis uerborũ mulſulis, blanditiarũ lenociniis cõmoueri me putabas. Quò iſthæc mihi blandimenta, quibus ad iuſtam uituperationem abuteris? Panis tuus Ecki, in ſcorpionem mihi degeneraſſe uidetur. Crocodili lacrymas iſta mentitur commendatio. Hæc tranquillitas ſerenum induta uultum, Cæciis nubibus eſt turbulentior. Ad mella inuitas, ſed (ut de Sileno) crabronũ inſeſſa ſpiculis. Perſonata iſta laus tantum abeſt ut me ornet, ut etiam criminandi mei, ſi tacuero, iuſtam anſam præbere uideatur. Scilicet à Theologo, à uiro non magno natu, deniq; & legaliũ doctrinarũ rudi, ſenex ego ciuilis eruditionis iam ueteranus, adde & præceptor tuus (ita enim me nominas) in propria mea harena armis tibi inſuetis, mihi peculiaribus, expugnari, uinci patiar? Proinde quãlibet inuitus in hoc concertationis genus deueniam, tuendus tamen honor, tuenda exiſtimatio fuit. Quod totũ tamẽ ita temperabo (id quod uel communibus noſtris amicis uiris optimis dandũ fuit) ut nihil liberiori ſtomacho, nihil iuſtæ indignationi tribuiſſe, ſed ad defenſionis neceſsitatem reſpexiſſe uidear. Ad rẽ itaq; accedentes, ſummam concertationis in hoc eſſe uideo. Scripſimus olim ſuper pueris Iudæorũ baptizandis tres quæſtiones: in quarũ tertia incidentem quæſtiunculam, an hoſti fides ſeruanda foret, uelut obiter attigimus. Et cũ duplices hoſtes diſtinxerimus, quòd alii iure belli, alii propter delictũ, contu

Hoſpitalẽ teſſeram ſuffringere.

Summa cõcertationis.

maciam,

maciam, rebellionem hoſtes decreto ſenatus iudicarentur, rē eam totam per argumenta non ita ex alto conquiſita, quibuſdam deciſiunculis abſoluimus, quas tamen in præſentia, ut euidentior pugnæ ſpecies appareat, in tres concluſiones digeſſimus. Prima: Fœdera quæ ſuper induciis & pace, duces belli inter ſeſe ex utraq; parte paciſcũtur, ſeruanda, fidemq́; datam non eſſe irritandam. Secũda: Fidem ſeruari nõ oportere, quã tempore belli hoſtis hoſti, priuatus priuato, iniuſſu ducum ſuper priuatis compendiis paciſcatur. Tertia: Hoſtibus ſecundi generis, quorum capita decreto Imperii Rom. ex delicto ſeu contumacia ſacra fiunt, hoc eſt (ut cũ barbaris loquar) qui exbanniti ſunt, ne pacis quidem, nedũ illa priuata pacta eſſe obſeruanda. *Sacrum fieri quid.* Primæ concluſionis ſeriem non improbaſti, nec enim poteras, quandò non ſolũ ex gl. & Doct. ſed etiam ex aperto text. in l. conuentionum. in fin. ff. de pact. clarè fundetur, quæ & moribus, uel iure gentiũ, nedũ quotidiano uſu bellico receptis corroboratur. Quod ſi tuas tragœdias, quas contra me, inq́; obroſionem nominis mei ſuper fidei cõmendatione, uariis in locis ſine ordine & impertinenter commouiſti, in hũc locũ congeſsiſſes, aliquanto & doctius & pertinẽtius proceſsiſſe iudicareris. Cæterũ concluſionẽ noſtrã neceſſario tẽperamento moderari cõueniet. Si enim duces belli à maioris magiſtratus nutu pendeãt, ut fuere apud Romanos ſenatus, iã fœdera uel à cõſulibus, aliiſue belli ducibus facta infirmantur, ſi ſenatus ea improbaſſet. Sic Mancini conſulis fœdus cum Numantinis factũ, ſenatu improbante cecidit, ut eſt apud T. Liuiũ lib. LV. ut ex epitomatis Liuianis colligitur apud Oroſiũ, credo lib. V. & probat eleganter text. in l. fin. in fi. ff. de leg. Paria dixerim ſi dictatorem Romani creauiſſent: tũc enim fœdera nõ ſolũ à ducibus belli, ſed ne ab ipſo quidẽ ſenatu facta, rata erãt, ſi dictator ea improbaſſet. quo caſu inſigne illud Camilli facinus, quod in noſtro tractatulo adduximus, pulcherrimè procedet. Hoc & Bartol. Bal. Ang. docuere, qui in d. l. conuentionũ. in fin. uolũt, nec capitaneũ ſeu ducem ſuper pace & ſecuritate paciſci poſſe, niſi ſpeciali mandato à ſuperiori magiſtratu cautũ foret. arg. l. mandato generali. ff. de procur. Pro qua aſſertione optimè facit l. pactũ. C. de pact. l. nõ exiſtimo. ff. de admi. tut. l. qui fundũ. §. ſi tutor. ff. pro emp. l. qui Rom. §. j. ff. de uerb. obli. cũ ſeq. Sed quia in hac cõcluſ. nihil diſceptaſti, nec ego quoq; in re nõ neceſſaria

diffundar. Secundæ meæ cõclūſionis aſſertio tam uera eſt, ut tu quantamcunq; litigandi materiam quæ ſieris, ab ea tamen diſcedere ita non potueris, ut propèmodum mecum conſentias. Ego fidem ſuper priuatis compendiis iniuſſu ducum datam ſeruari non oportere docui Tu uicisſim in ſecũdo tuo dicto, ea quæ bellum concernunt, per ſuperiorem indictum, priuata pactione tolli non poſſe ſcribis. Sed quid magis concernit bellum, quàm diſciplina militaris? quam mea cõcluſio conſeruat, ut ſuo ordine latius probabo. Porrò tu ipſe fateris, inferiorem paciſci contra ſuperioris autoritatem non poſſe. Quid aliud ego ſcripſi? de pactis enim locutus ſum, quæ cum hoſte iniuſſu ducum explicantur. Quæ uerba cum non ocioſe adſcripſerim, de iniuſſu ducum eo caſu intellexi, quo ducis intererat iubere uel uetare: nam tunc iniuſſus ducis pro improbatione accipitur: recte ſicut de ignorante dicimus, cuius intererat rem ſciuiſſe: nam & is improbare intelligitur, ut eſt text. in l. qui uas. §. uetare. ff. de furt. l. in eo iure. §. deinde. ff. de rit. nupt. Bartol. e leg. in l. quo enim. uerſ. rem haberi. ff. rem rat. hab. & eſt indubitata doctrina Bartol. & communiter Doct. in l. quæ dotis. in fin. ff. ſol. matr. Deniq; & ipſa uis uerbi in duce belli prohibitionẽ habet: ad quid enim ſuperuacaneè iniuſſum ducis eo loci, ubi ſua non intereſſet, uſurparemus? Sic & apud Titum Liuium iniuſſus ducis pro improbatione ſumitur, lib. IIII. ubi ſcribitur filiũ ab A. Poſthumio ſecuri percuſſum, quòd occaſione bene pugnandi captus, præ ſidio iniuſſu diſceſſerit. Et lib. v. Camillus ideo pactionem infirmat, quòd iniuſſu ſuo, id eſt, ſe improbante facta fuerit. Igitur militaris homo de quo loquimur, qui iniuſſu ducis paciſcitur, is contra ducem, & ſic contra eius autoritatem pactus intelligitur. Et hanc fuiſſe mentem, non ſolum ipſe declaro, ſed & uerba mea exigunt. Si hæc Ecki perſpectius, quod debebas: & doctius, quod poteras: adde & humanius, quod conueniebat, utrinq; contuliſſes, nihil in hac parte inter nos in effectu eſſe diſsidii, liquidò deprehenderes, niſi quòd conciſius ego, tu prolixius rem attigiſti. Quæ tamen non ideo ſcribo, ut mea multum referre putem, ſentiáſne mecum, an diſſentias. Nec enim eo in albo conſtitueris, ut tua (ſi diis placet) autoritas uelut præiudicio mouere quenquam uel poſsit, uel debeat. Id egi ut oſtenderem, nihil te niſi ſola mei impetendi libido ad hanc tam nihili pugnam propuliſſe.

puliſſe. Deniq; meam concluſionem, ſi etiam tu omni cerebro in diuerſum luctareris, communis Doct. aſſertio ualidat. Nam gl. in d. l. j. §. non fuit. ff. de dolo. hoſtica huiuſmodi pacta nõ curat, niſi à duce belli proceſſerint. quod & Odofr. ibid. uoluit. Idipſum & Bartol. ibi clarè notat, licere decipere hoſtem in priuato, niſi dux belli pactum faciat: hoc enim ſeruari debere. Idem Bartol. in d. l. conuentionum. ff. de pact. qui dicit hoſti nõ eſſe ſeruandam fidem à priuato datam, ſed à duce belli. Idem Ang. ibidem, qui dicit, ducẽtes bellum debere obſeruare fidem etiam rebellibus: ab aliis non eſſe ſeruandam. Bal. in l. paciſci. ff. eod. titul. dicit hoſti non eſſe ſeruandam fidem priuatam, licet ſit ſeruãda fides publica. Ang. in d. l. conuentionum. dicit, pacta à ducibus facta, obſeruari oportere, non autem à capitaneis: quippe qui mandatum habeant litigandi, non pacti faciendi. alleg. d. l. qui Romæ. §. Callimachus. qui text. optime facit. ff. de uerb. oblig. Per alios autem quàm per duces pacem factam, non eſſe ſeruandam. per gl. d. §. non fuit. Bal. in l. j. iiij. col. C. ſi à non compet. iud. dicit treugam (ita enim barbari inducias nominant) cum hoſte publico fieri non poſſe, niſi autoritate ducis belli. Item Iaſ. in d. l. conuentionum. in prin. pro certa concluſione ex uerbis Bartol. ponit, quòd conuentio uel fides non ſit ſeruanda à priuato, hoſti: & alleg. Raph. Ful. in eadem l. ſcribentem, uigẽte bello inter ciuitates Bononiẽſem & Imolenſem, medicum à Theutonico (ita enim nominat) fuiſſe captum, qui & mille ei ducatos promiſerit, fidemq; dederit, ſe Bononiam proficiſci pro pecunia adferenda, & allata reuerti, at non fuiſſe reuerſum. Quapropter facta poſtmodum belli pace, militem Theutonicũ pecuniam à medico iudicialiter petiiſſe, & per ſententiam ſuccubuiſſe, ex doctr. Bartol. quòd fides à priuato hoſti ſeruanda non fuerit. Tandem text. habes not. qui ſecundum Bal. & Ang. non eſt alibi, in l. nam & Seruius. ff. de neg. geſt. ubi captus à Luſitanis, cum dimitteretur cauſa pecuniæ ferendæ, licet promiſiſſet redire, tamen cùm noluiſſet reuerti, nihil ob hoc ei imputatur, ut ex gl. ſi eã ſubtiliter põderes, clarè colligitur. Et dicit ibi Bal. ex eadem gl. apparere, quòd licet ſacramentum præſtiterit de reuertendo, tamen reuerti non tenebatur. Item & Philipp. Corneus conſil. clxxv. in j. part. ad fi. clarè dicit hoſti publico fidẽ obligatoriam per priuatum præſtari non poſſe. Quod & ante

eum tenuit And. de Piſis, & dominus Dulcius, quos ipſe allegauit. Idem Philip. conſil. ciij, uerſ. hoſti autem. Et habet rationem hæc aſſertio: in rebus enim bellicis, ut Liuius uoluit, priuati commodi dulcedo ſæpe publica mala aluit: & conſuetudine prohiberi uidemus, ne in bello hoſtis hoſti uel uerbo priuatim communicet. Sed de hoc paulò pòſt plura. Vides Ecki, quot opinatiſsimi iuris ciuilis Doct. ſine aliquo delectu fidem à priuato non eſſe hoſti ſeruandam pronuncient: quos cũ improbare citra temeritatis notam non licuerit, quæ per Iouem improba, imò iniquiſsima lis mihi abs te ſtruitur, qui cõmunem iuris ciuilis opinionem ſequimur, & ita ſequimur, ut etiam aliquanto delectius, uel temperatius, ſuper fide hoſtica non ſeruanda ſcripſerimus. Poteſt & adhuc latius mea obfirmari concluſio. Nemo enim ex doctis eſt, qui ignoret ea eſſe iura militaria, militariſq; doctrinæ præſcripta, ut qui nomina militiæ & ducibus dederunt, & adeò ſacramento militari ſunt adſtricti, ſicut id genus hoſtium eſt, quos iure belli hoſtes nominamus, priuatis pro ſeſe præter ſtipendia inhiare lucris nõ poſsint, ut quibus omnis mercimoniorũ quæſtus, omnis negociatio (quorũ numero pacta & cõuentiones compendiorum ſunt, ut d. l. conuentionum.) adeò ſit prohibita, ut ne agrũ quidẽ eo loci ubi militant, nec ab amicis, nedum ab hoſtibus cõparare, ſed nec ulli alieno obſequio, quod non ſit militaris exercitii, inſiſtere liceat. Deniq; nec prædæ uacare ſine ducũ indulgentia, nec unquam ex caſtris euagari, aut aliò uſquam diuerti proficiſci ue ſine commeatu phas ſit. Siquidem ducis officiũ in eo præcipue uerſatur, ut militem in caſtris cõtineat, militaribus exerceat ludis, parciſsimè det cõmeatũ, & omnino id agat, ut à ſignis propriis, à ſolitis mãſionibus non diſcedant. Milites enim, ut Leo Imp. inquit, qui à repub. armantur & alũtur, ſolis debẽt utilitatibus publicis occupari. Quòd ſi capti ullo euentu fuerint, feſtinare omni modo debebunt, nihilq; aliud cogitare, aut alia ulla re occupari, niſi ut redeãt. Præterea milites ſiue in cõflictu prælii, ſiue alioqui ducũ indulgẽtia (dũ bellũ durat) hoſtilem uel agrum, uel perſonas, aut bona prædati fuerint, nihil in priuata cõmoda retinere, ſed ſi immobilia ſunt, reipub. pro qua militãt, relinquere: aut ſi ſint mobilia, duci offerre tenebũtur, in cõmuni militibus diſtribuẽda. Si qui cõtrà fecerint, aut emẽſoris aut trãſfugæ, aut alia militari pœna plectẽtur. Hęc cõſtare poſsũt

per

per ea quę habētur in l.officiū.in prin.& §.officiū.in l.nō omnes.§.à barbaris.ibi,aut extra cōtuberniū.l.qui cōmeatus. l.milites prohibentur.l.milites agrū.ff.de re mil.l.nemo miles.in fi.l.tribuni.l.milites qui à repub.ibi,uel mercimoniorum quæſtuį.C.eod.tit.lib.x11.& eſt pro prædictis elegans tex.in c.militare.in fi.xxiij.q.j.ubi hęc uerba ponūtur: Quicūq; ſibi ſtipendia publicè decreta cōſequitur,ſi amplius quæ rit(intellige iniuſſu ducū) tanquam calūniator & concuſſor Ioannis ſentētia condēnatur.fa.quæ habentur in d.l.non omnes.§.qui captus.ff.de re mil.l.ſi quos. C.de cap.cū ſimil. Super præda uero diſtribuenda fa.l.ſi quid bello.l.hoſtes.& utrobiq; Bart.ff.eo.tit.l.ſi quis pro redēptione.§.ſimili etiā modo.& ibi Bal.C.de don.c.ius militare.in fi.& ibi gl.diſt. j.xxiij.q.v.c.dicat.Alex.in addit.ad Bar.d.l.ſi quid.cū multis concord.Hæc eſt inſignis illa militaris diſciplina,quæ ma *Militaris diſciplina ueterum inſignis.* ioribus noſtris antiquior fuit liberorum charitate,ut dicit Paul.Iureconſ.in l.poſtliminium.§.filius.ff.de capti.utpote quòd in eius ſinu & tutela ſerenus tranquilluſq; beatæ pacis ſtatus conquieſcat,ut Val.lib.11.& Quint.in milite Mariano eleg.teſtantur. Quæ cum ita ſint, quis ſanus eā auſit conuentionem approbare,quam hoſtis extra caſtra (in caſtris enim huiuſmodi depactiones fieri non conſueuere) hoſti ſuper priuatis compendiis,iniuſſu ducum,pro ſuo unius lucro, atq; ita contra militarem diſciplinā fecerit?Diiudicet qui uelit,meāne fundatiſsima illa concluſio,quę militarem conſeruat diſciplinā,fidei plus faueat, an obſcuræ & ignobiles iſtæ tuæ traditiūculæ,quæ eius diſciplinæ neruum non conſiderauerūt. Sed agè arctius te urgeamus:dic mihi Ecki(ſi modo iuriū inſuetus poſsis) capto ab hoſtibus nónne poſtliminium datur,ſi animo ab hoſtibus euandendi in fines, in præſidia ſua,uel contra hoſtiū uoluntatē reuenerit?At nemo hoc negat,quandò text.eſt in l. eos qui.in prin. l. poſtliminii. in prin.ff.de capti. & per diſcurſum eiuſdem tit. Poſtliminiū autem nónne ex cauſa publica non ſolū his competit qui pugnare poſsūt, ſed omnibus omnino qui eius naturæ ſunt, ut uſui eſſe reipub. uel conſilio, uel aliis modis poſsint? At nec hoc contradices,cū ſit text.in l.poſtliminiū.§.poſtliminio.& §. fi.ff.eo.tit. Cæterū uulgato iure cōſtat, priuatorū pactionibus ius publicū mutari nō poſſe.l.ius publicū.cū concord.in gl.ff.de pact.Deniq; in omni cōuētione priuata,ius ſuperioris

ris eſt exceptū.cap.ueniẽtes.ad fi.de iureiur.arg.l.Imperatores.in priu.ff.ad munic.Tandẽ & iuramẽta prius facta,in poſteriori uel iuramẽto uel fide excepta intelligũtur.c.ueniens. extrà eod.tit. Quæ omnia ſi uera ſunt, ſicuti ſunt ueriſsima, quàm omnino euidenter conſequens erit, ut fides hoſti data contra publicũ ius poſtliminii, contraq; iuramentũ prius factum,non teneat. Et ne elabaris Ecki, qui fortaſſe dices, hos te caſus nõ fuiſſe complexum,laqueum iniicio, ut olim Proteo Vlyſſes. Cum enim noſtrã aſſertionẽ in ſuprà memorato tractatulo,Iudæorũ exemplo à captiuis ſumpto,declarauerimus,qui ignorantibus ducibus hoſti fidem dant ſe nõ diſceſſuros niſi pecunia exoluta, easq; huiuſmodi fide non teneri ſcripſerimus,tu iſthæc mea dicta ea in ſpecie in totũ improbaſti: quo caſu,cum & exemplum improbaſſe cenſearis, euidenter apparet,te & contra ea quæ iam ſuprà deduximus,ſentire uoluiſſe: quod tametſi res ipſa doceat,argumento tamen dilemmatico errores tuos,tergiuerſationes, mæandrosq; tuos, ſi modò ullos paraueris, conuincere placuit. Captus enim de quo iã locuti ſumus,aut eſt militaris,aut paganus, id eſt,non addictus militiæ.Si militarẽ fatearis, iam cõſtabit eũ militari diſciplinæ eſſe obnoxiũ, ducibus belli iuramento aſtrictum, iure publico poſtliminii & poſſe & debere reuerti: atq; ita debere,ut & emanſoris, ſed & transfugæ pœnã ſubiturus ſit, ſi non reuertatur cũ poſsit.d.l.non omnes. §.qui captus.ff. de re mil.Hoc loco alterũ ex duobus dederis neceſſe eſt: aut iſta fides hoſti facta,huic iuri publico, huic iuramẽto militari,militari diſciplinæ præiudicat,aut non.Si prius illud dixeris,iam fides eſt illicita,ut quæ nocere intendat iuri publico, quæ cõtraria ſit ſuperioris obediẽtiæ, & in uniuerſum militari diſciplinæ repugnet,adeoq; nullius erit momẽti. Bar.in l.ſi quis pro eo.uerſ.ſecundo quando.ff.de fideiuſſ.arg.c.ſi diligenti.de fot.cõpe.c.non eſt.de reg.iur.lib.vj.Abb.c.j.de iureiur.fa.l.nõ dubiũ.C.de legi.c.ij.de ma.& obe.Sin uero ea fides ius ſuperioris,iuraq; militaria non cõplectatur,manifeſtum eſt captum reuerti ad ſuos impunè poſſe,imò & teneri, nulla omnino pecunia exoluta, quandò fides data ad eum caſum,qui iuri ſuperioris,iuri diſciplinæ noceat,nõ ſit extẽdenda.& ſic alterutrũ recipias,concluſio mea in militari homine quo ad hoc exemplũ ueriſsima ſit, quam tu iuris ciuilis male peritus,iniuſtè attẽtaſti. Nec uerum eſt quod in quodã angu

lo tuæ

lo tuæ inuectionis dicis,eũ qui promiſit,curare debere,quan tũ in ſe eſſet,ne fides hoſti frãgatur. Imò curare omni modo debebit,ne ſeruet, ſi iuri ſuperioris præiudicaret: eſſet enim illicita:at in malis promiſsis fides eſt reſcindenda.c.in malis. xxij.q.iiij. Sin uero ad ius ſuperioris nõ extenditur, tunc ſuperuacaneũ eſt tractare de fide ſeruãda in eo caſu,in quo non eſt præſtita:ut ſic ius cõmune locum habeat,quo dicitur,feſtinari ad ſuos oportere.d. §.qui captus.d.l.ſi quos.C.eo. Iam uero ſi de homine non militari ſenſiſſe uelis,ut cũ per hoſtilẽ agrũ hoſtes graſſantur,uillas,uicos,pagos incẽdere,diripere, uaſtare,cõminari,ut ruſticos,ut ſenes,ut mulieres ad exoluendã ſeu promittẽdã pecuniã cõcutiãt, uulgò *brãdſchatzen*,aut eos fortè capiunt, fide adigentes ut pecuniã exoluãt, ſicut in eo caſu euenerat,propter quem de paruulis Iudæorũ baptizãdis ſcripſimus:hic multò fortius aſſerimus,& ſcientes decidimus,hoſti fidem,quæ iniuſſu ducum extorta ſit,nullo modo eſſe ſeruandam. Euidentiſsimè enim patet,hoſtem qui ſic extorſerit cõtra iuramentum militare,cõtra diſciplinã militarẽ, contra obedientiam ducibus debitam,atq; ita turpiter & iniquè miſeros homines ad huiuſmodi depactionẽ concuſſiſſe, d.c.militare.ubi eſt tex.unde non ualet ea promiſsio.l.j.l.ſi. & ibi eleg.Bal.C.de cõd.ob tur.cau. Imò tantum abeſt ut ea fides obliget, ut etiã in pœnam militarẽ grauiſsimã is hoſtis inciderit,per ea quæ ſuprà in uerſ.ſed age concluſionem,&c. latiſsimè fundauimus. His cõſequens eſt,ut utroq; caſu ueritatem meæ cõcluſionis effugere nõ poſsis, nec ullum facile inuenias exemplum,quod eam concluſionem proterat: utpote quod ſuper ea dũtaxat hoſtica fide fundetur, quæ in priuatis cõpendiis iniuſſu ducũ promiſſa fuerat, quemadmodũ ſuprà declarauimus. Conſtita igitur meæ cõcluſionis ueritate, reliquum foret ut tuas confutationes diſſoluerem. Sed quia ita omnia cõfundis,& ſine delectu nunc hoc, nũc illud pugnas, impertinentia impertinentibus miſces,niſi hoc ab illo ſepararim,& ordine diſſoluam, miſcellanea tecum (more Andabatarum) pugnabimus. Securus itaq; tui ordinis (ſi modò ordinem habeas) ſepoſitis illis quæ alio ſunt loco proterenda,his reſpondebo quæ huic noſtræ concluſioni obiiciuntur. De tuis Agarenis, Turcis, Theſſalis, Calacutiis, Cilicibus, pòſt uidebimus. Primo loco putaſti priuata pactione tolli non poſſe ea quæ bellum concernunt. At hoc non obuiat concluſioni

ſioni noſtræ, id quod ſuprà circa principiũ eiuſdem ſecundæ concluſionis executi ſumus. Pudet tamen & piget Ecki tuarum ineptiarũ, qui neſcio quos barbaros uiculos Bauarici iuris, tuo compilatorio contra literatorũ morem inſeruiſti, ut rem manifeſtam, quæ & lippis & tonſoribus cognita eſt, uelu ti apices iuris tractares, exemplis de taberna ſumptis declaraſti. Deniq; Bauarica tua oppida, aut paciſcuntur iniuſſu ducum, & nihil obligat: aut eorum conſenſu, & nihil cõtra me. Verum hic admirabilem pugnæ ſpeciem in te uideo: pugnas mecum uerbis, & in re ipſa mecum ſentis, quòd quiſq; bonus uir, qui hunc tuum locum cum mea cõcluſione conferet, haud obſcurè diiudicabit: quod tamen quia ſuprà attigi, nõ ero ſu per hoc diffuſior. Deinde ſubiunxeras duo, ſi diis placet, notanda. Primum, quòd is qui cum hoſte pactus eſt, curare, quantum in ſe ſit, debeat, ut pacta ſeruentur. quòd certè aut non eſt uerum, aut meæ cõcluſioni non obuiat. Aut enim paciſcentes id egerunt, ut conuentio huiuſmodi etiam ad ſuperioris ius extenderetur, & eſt illicita, curaríque maximopere oportet, ne ſeruetur. Aut non comprehenditur ius ſuperioris, & is caſus ad meas doctrin. nõ pertinet. Itaq; hoc dictum aut falſum eſt, aut impertinens: quòd tamen ſuprà plenius tractauimus. Secundum uero quod notari putas, uidelicet paciſcen tem curare debere, ne ſub pactione fidei, hoſtis etiam ab alio fraudem patiatur & perfidiã: non eſt uerum, & eſt contra com munes Doct. doctrinas, qui uolunt bonum dolum eſſe, ſi ab hoſte hoſtis, priuatus à priuato decipiatur, ut ſuprà probauimus: pro quo & text. eſt ineuitabilis in d. l. ij. C. de commer. & merca. quem tu Ecki cauillaris, ut mox probabimus. Porrò & contra receptiſsimas iuris traditiones multum improuide loqueris, quibus dicitur, factũ alienũ promitti nõ poſſe. l. inter ſtipulantẽ. in prin. ff. de uerb. oblig. Item pacta & ſtipulationes eſſe ſtricti iuris, ut non niſi ea quæ euidenter expreſſa ſunt, cõplectantur. l. quicquid. ff. de uerb. oblig. l. ſi unus. §. ante omnia. ff. de pact. adeò ut qui id promittit, quod ſe dare oportet, non cenſeatur promiſiſſe, ſi quid dare oportebit. l. cum ſtipulamur. ff. de uerb. oblig. Vnde in propoſito, qui paciſcitur cum hoſte, dato (citra ueritatem) quòd firmiter & licite paciſcatur, tamen nõ tenebitur curare, quòd ſub ea pactione hoſtis ab alio fraudẽ nõ patiatur: quippe factũ propriũ, nõ factum alienũ promiſit. d. l. inter ſtipulantẽ. in prin. niſi fortè habere,

Pactũ uſq; ad ius ſuperioris protenſum, nullũ cẽſeri debet.

habere, licere, uel dolũ malũ abeſſe, uel ſimilia promiſiſſet, ut d.l. inter ſtipulantem. ij. reſponſ. l. ſtipulatio iſta. ff. eod. tit. Quòd ſi in cõuentionibus ciuilibus ea uera ſunt, quanto plus in hoſticis cõuentionibus (quæ noſtro caſu nõ ſunt ſeruãdę) idipſum receperis? Mirũ profectò Ecki, quæ te incõſulta perpellat libido, ne dicã, temeritas, quòd relicta tua profeſsione, in qua ſi rectà pergeres, nõ eſſes illaudatus, nodos legales tractandos ſumis, in quibus paulò minus ueſtibularia ignoras. Nónne te tui uel pudet, uel miſeret, qui in aliena caſtra euagatus, à ſacramentaria noſtra militia tã miſeris modis exciperis? Exemplũ autẽ quod de populis confœderatis adduxiſti, quo putas, ſi populi cõfœderati ciuitatẽ inſideant, & pars pacẽ pol liceatur ad ſeſe deficiẽtibus, pars nõ fuerit præſens, eã partem quæ pacẽ pacta eſt, curare debere, ne qui abſentes fuerãt, deuaſtent, aliàs nõ excuſarentur. Hoc certè exemplũ pro nihilo eſt: nam aut autoritate ducum belli ea pax pacta eſt, & abſentes quoq; qui ſub eo duce ſunt, eam ſeruare tenentur, d.l. conuentionũ. aut ſine ducibus, & eis ignorãtibus: & tunc nõ tenuit, exẽplo Camilli, & per alia quæ ſuprà deduximus. Et dato quòd huiuſmodi populi, eo quo dicitur modo, ſuper pace paciſci potuiſſent, tamen hi qui pacẽ fecerant, nõ tenebantur ex facto aliorũ qui eis nõ erant ſubditi, per d.l. inter ſtipulantem. ne in foro quidem cõſcientiæ, quia nemo tenetur ad impoſsibile, niſi praua fortè eorum fuiſſet uel intẽtio uel colluſio. Iam uero in quodã loco effugere conaris text. & gl. in d.l. j. §. non fuit. ff. de dol. mal. quaſi per Bald. ex illo tex. rectius inferatur, licere ponere inſidias hoſti, putasq́; me male ratiocinari, qui de inſidiis contra hoſtem locandis, ad fidem pactã ei non ſeruandam argumẽtari contendam. Piget in ueritate me ad huiuſmodi nugas reſpondere. Vlpianus, cum bonum dolum eſſe doceat, quo aduerſus hoſtes machinatur, de bono dolo in genere locutus eſt, tu uero ad ſpeciem torques. Dic ſodes lepide dialectice (niſi uelis te uerius ſophiſtã nominari) dic ubi tu hãc dialecticã didiciſti, ut textũ de genere loquentẽ, genere detracto, ad ſpeciem coërceres? Si quis de telo uerba faceret, tu dũtaxat de gladio intelligeres, quis te ferret? quis te non exploderet? Cũ igitur bonus dolus non ſolum locandas hoſti inſidias, ſed alias etiam excuſabiles uel euaſiones uel aſtutias cõtineat, rectè gl. & Doct. ex d.l. j. pro ſpecie boni doli collegerũt, pactũ hoſti factum nõ eſſe ſeruandum,

niſi

niſi à duce belli,&c. Et licet Accurſ. ibidem exemplũ etiam in alia ſpecie dederit, de eo uidelicet qui per fallaciã ab hoſtibus euaſerit, tamẽ & mox de noſtri quoq; pacti infirmitate exemplum deduxit, peritè admodũ & ſciẽter, ut qui textũ in genere loquentem, non ad unã tantũmodo (quod tu nimis abſurdè conaris) contrahere, ſed ad alias quoq; ſpecies porrigere pergat. Iam & Bal. in d.l.j. cum de inſidiis loqueretur, ad hoc exemplũ ſe non arctauit, ſed de aliis inſuper ſpeciebus exempla poſuit, quæ tamen tu ſuſpẽſo pede tranſis. Nam bonũ dolum eſſe putat, ſi uel iudex fidem malefactori ſine cauſæ cognitione, & in præiudiciũ reipub. datam non ſeruauerit. Dicit præterea eundem tex. ad bãnitos induci, de quibus tamen infrà in tertia principali cõcluſ. plenè uidebimus. Vide Ecki, quàm omnino nihil abſurdæ tuæ interpretationi Bal. ſuffragetur. Debebas igitur aut Bald. fideliter, & ex toto recitaſſe, ubi neceſſe erat: aut de eo, ſi uir bonus eras, ſiluiſſe. Bonũ autem dolũ genus eſſe ad plures ſpecies, non poteſt eſſe ignotũ per exẽpla gl. & Bal. ſuprà deducta. Tum in exemplo Iacob, qui matris auxilio patrem bono dolo decepit, dum mẽtiretur ſe eſſe Eſau, cap. xxvii. Geneſ. Sic & Abraam bono dolo Pharaonem decepit, cum uxorẽ ſuam ſororẽ nominaſſet, cap. xii. Sic & Iſaac Abimelech decepit, cap. xxvi. eodem lib. Thamar quoq; Geneſ. xxxviii. credo non fecit malũ dolũ, cum Iudæ ſocero impoſuit. Item eam ſimulationem Dauid cor. Achis, ubi ſe inſanũ mentiebatur, cap. xxi. Geneſ. nemo non bonum dolum adſtruxerit. Et ita cõpluria ueteri ex inſtrumẽto, quin & ex aliis hiſtoriis, ex Patrũ decretis exẽpla inueniri poſſint, ubi deceptio excuſetur. Si ergo decipere licet bono fini, parẽtes, amicos, quanto fortius & hoſtem decipere poſſumus, ut contra fidem conuentionis datam in eum machinemur, ſi iniuſſu ducum ſuper priuatis compendiis, contra militarẽ diſciplinã, uel aliàs ex turpi cõcuſſione cum eo paciſcare? ut ſic ea quoq; ſpecies ſub bono dolo contineatur, ſicuti gl. Bar. & cõmuniter Doct. intelligunt: quibus ut legalis ſapientiæ principibus (opinor) plus quàm tibi ciuilis diſciplinæ aduentitio (ne quid durius dicam) credẽdum fuerit. Nõnne Iehu iiii. Reg. cap. x. cunctos ſacerdotes Baal ad ſe uocãs, in multis ſeruiturum Baal finxit, grandeq; ſacrificium Baal ſibi eſſe ſimulando, diem eos ſanctificare ſolennẽ iuſſit: ſub quibus tamen ſecuritatis uerbis omnes interfecit? Quid aliud Iehu, quàm hoſti

Exemplis probat dolum bonum genus eſſe ad plures ſpecies.

Argumentum à maiore.

Iehu.

hoſti ſecuritatem, ad quam uerba ſua inuitabant, non ſeruauit? Porrò totus populus Romanus cum ſenatoribus etiam, licet pacta percuſsiſſet cum Gallis, & fortè iuramēto firmaſſet, Camillo dictatore improbante irritauit. Nec uerū eſt, ut tu putas Ecki, quòd ea Rom. pacta contra bonum reipublicę fuerint: imò reip. eatenus cōmodarūt, ut niſi interueniſſent, ſenatus populusq; Romanus, quin & ipſa res Romana Gallis graſſantibus interierat, ſicut apud Liuium liquidò conſtat. Nec cauſabatur quicquam Camillus, niſi quòd iniuſſu ducū pepigerant. Quid de Maſiniſſa, qui fidem iniecta dextra Sophoniſpæ reginæ, hoſtis priuatus priuatæ, ſuper uitæ ſecuritate, ſuper thoro nuptiali dederat, quod Scipione duce improbante non ſeruauit? ut apud Liuium lib. x. tertiæ decadis. Hoc totum noſtra concluſio uult, hoc totum communis doctrina docet, pactum iniuſſu ducum hoſti ſeruari non oportere: ſiue quòd in homine non militari huiuſmodi pacta ab hoſte concuſſa, atq; adeò turpiter recepta ſint, ſiue quòd in militari homine duces qui id ignorarunt, cum eorum intereſſet ſcire, improbaſſe iudicantur, quum hoſti cum hoſte extra inducias nulla conuentio, nulla collocutio, ſine ducū iuſſu, id quod & diſciplina militaris, & ducis obedientia flagitant, interuenire debeat. Deinde quòd ſuper l. nihil. ff. de capti. in qua dicitur, nō referre captiuus ui uel fallacia hoſtiū poteſtatem euaſerit: putas de fallacia & bono dolo, non de fidei fractione intelligi, ego nō admodum repugno, quin Iureconſ. de bono dolo locutus ſit, dum tamen memineris, bonum dolum etiam hanc ſpeciem conſtituere, qua hoſti fides conuentionis ei iniuſſu ducum à priuato data, non ſeruatur. Nam reipublicæ intereſt talia pacta eſſe irrita, quæ ignorantibus ducibus, cum eorum intereſſet, feriuntur: id quod ſuprà declarauimus: etſi etiam nominanda eſſet perfidia, ſiue fidei fractio, quod tamen pro tuo uoto non admitto, attamē ſicut & dolus & deceptio ipſa bona eſt, ita & ea fidei fractio excuſabitur: imò talis aſſerta perfidia, pro militaris diſciplinæ cultu melior eſt, quàm fides cōtra eam obſeruata. Sic Dauid cum iuraſſet ſe Nabal interfecturum, magis laudatur de periurio, quàm ſi iuramento ſatisfeciſſet. c. iurauit. c. quod Dauid. c. ſi aliquid fortè. in fin. xxij. q. iiij. I nunc & iacito ampullas glorioſe Ecki, quòd nullus homo qui ſpiret, ſub bono dolo perfidiam, de quo nos loquimur, collocet, cum & periurium in

ipſo Dauid laudetur. Nõ ergo tex. in d. l. nihil. effugies, qua ſ cunq; quæſieris latebras, quæcunq; diuerticula, qui ſine ulla diſtinctione uim & fallaciam capto permittit, ut reuertatur. Vt ſic quando Iureconſultus nõ diſtinxit, nec nos diſtinguere debeamus, niſi euidens ratio nos ad hoc urgeret. l. præſes. ij. in fi. ff. de offi. præſi. l. Imperator. ff. de poſtul. l. j. §. generaliter. ff. de leg. præſtan. At in hoc caſu d. l. nihil. tam nulla ratio nos à generalitate abducit, quàm rei natura perpellit, ne à generalitate diſcedamus. Et hæc eſt ueritas à Doct. communiter recepta, quam ſequimur, ſecuri cõmentitiorum tuorum intellectuum. Quod autem me uellicare uiſus es ſuper autoritate Auguſtini, quam in tractatu meo in ea. dominus. xxiij. q. ij. unà cum Vergilii allegaui, uolentium nihil referre, dolo an uirtute hoſtis nitatur, non eo conſilio feci, ut mea aſſertio per huiuſmodi adiectitia admodum fundaretur, ſed uelut cõiecturis ſuffulciẽs, ſuaſiunculas adieci, id quod uerba mea demonſtrant, cum dico, non uideri alienam à meis doctrinis ſententiã Auguſtini, & quæ ibidẽ ſequuntur. Sed quid omnibus tuis ſtrophis reſpondere contendo, quæ nec dignæ ſunt ut legantur? Verum hoc tacere nõ poſſum, me tuas eo loci ineptias uehemẽter riſiſſe, quo uerſus poëtæ recenſens, Aeneã ſociis ſuper clypeorum mutatione, ſuperq; aliis uerba feciſſe putas. Non enim Aeneam, ſed Chorebum locutũ fuiſſe pueri noſtri nouere: adeò ut non ſolum in legalibus ſcitis imprudẽter, ſed etiam in poëtica parum feliciter, ne dicam uelut ardelio extra tuam profeſsionem, euagari non erubeſcis. Inculcas deinde mihi quendam ex ſcholaſticis theologis Ioannem Maioris, cuius autoritate adeò nõ grauor, ut ne ſuffragatorẽ quidẽ uelim, licet eum doctiſsimũ, & amœni ingenii hominẽ uoces, ideo fortaſſe, quia & tibi (ut uidetur) geſtienti nomen Maioris, nonnulli ementiũtur. Quod uerò allegas diuum Ambroſium libro primo Offi. qui iura quædam belli, iure naturæ ſeruanda teſtetur, ut treugas, pacta, &c. nihil contra me facit, cum de pactis, quæ ſuper pace à ducibus fiunt, ex adiuncto uerbo treugę, ſenſiſſe intelligatur. Porrò gl. in d. l. conuentionum. ita tibi non aduerſari dicis, ut mireris cur eam allegauerim, cum potius refragetur quàm ſuffragetur. Ceſſa mirari ad quid eam allegarim. Nam cum de treugis & induciis, porrò & de ſecuritate legatorum, & quibuſdam aliis per duces explicandis, gl. loquitur, tacite cenſetur alia circa res belli
cas

cas pacta, quæ ſine ducibus fiunt, de quibus tacet, infirmaſſe. Quod ideo maxime in caſu noſtro colligi neceſſe eſt, quia gl. aliàs in d.l.j. §.non fuit.ff.de dolo.idipſum apertè ſenſit: & ſunt gloſſarum doctrinæ altera ad alterã trahendæ, ne contradicãt. Sed hæc fruſtra tecum, quia huiuſmodi iuris noſtri præſcripta ignoras. Sed uide quàm nõ uerè dicas eam gl. mihi refragari, cum in tota ea nõ ſit uerbũ, quod meæ contradicat doctrinæ. Quod uero putas gl. in d.l. poſtliminii. §.fin.in uerb.habuerat.ff. de capti. nihil mihi prodeſſe, accumulatis uerborum ampullis citas lectoré, ut teſtem oculatũ tex.inſpiciat, ubi cõiunctim à Iurecõſ.poſitum ſit, Attilium Regulum nõ fuiſſe poſtliminio reuerſum, quia iurauerat ſe reuerſurũ, & non habuerit animũ remanendi: unde (criminando quòd gloſſam diſtenderim) mirum dicis, me non ponderaſſe iuramentũ reuertendi, cum tamen tex. hoc animaduertat, qui geminam aſsignet cauſam, &c. Antequam tibi reſpondeã, rogo te mi Ecki, doceto, ſi poteris, quid tibi hæc operetur illatio, qua colligis, Quia I.C. hæc duo, ſcilicet iuramentũ reuertendi Carthaginem, & animum non remanendi Romæ coniunxit, ergo & ponderari debere iuramentũ. Ad quid hoc utile? quid ex eo concludis? nónne & ego ex eodem tuo argumẽto uicisſim inferam, Quia I.C. duo illa per copulam coniunxit, ergo & animũ nõ remanendi ponderari oportere? Vide quomodo ego pari omnino illatione, eodem ſeruato antecedẽte, tã pro me infero, quàm tu pro te: quod genus argumẽtationis uitioſisſimũ eſſe, ſi in dialectica tua non didiciſti, ex Ciceronis 11. Rhetor. diſce. Sed ut ad obiecta tua ueniam, tex. in d. §.captiuus. me uidiſſe ne dubita, quem tamẽ melius quàm tu poteras, perpendimus. Non enim alia fuit Iurecõſulti intentio, quàm demonſtrare, quòd ex ſolo animo uel reuertẽdi uel non reuertendi, ius poſtliminii fundaretur, id quod ex toto illo uerborum cõtextu colligi neceſſe eſt: ut ſic Attilii Reguli factum (licet iuramẽti ſui mentio fiat) eo duntaxat fine adductum ſit, quòd animus ei remanẽdi non fuerat. Quod certè euidentisſimè patet, ſi eam quam I.C. illationẽ facit, in uerſ. & ideo M. Attilio. ad ſuum antecedens quod præceſſerat, contuleris. Sed & finis dicti tex. idipſum corroborat, qui cũ Menandrum quendã allegauerit, animũ duntaxat aut reuertendi aut remanendi in eo perpenderat. Iuramentũ igitur Attilianũ illic, non quod ſuper eo ſe fundaret, ſed quia ita de facto eue-

nerat, I.C. denarrauit, ideo fortaſſe, quòd propter hoc iuramētū Attilius remanere in ciuitate noluit: quod tamē potuiſſet, ſi ei animo ſediſſet, quandò ius poſtliminii eo iuramento nō impediebatur: & ſic iſta duo, ſcilicet iuramentū & animus non remanēdi, ſunt cōiuncta nō alia ratione, niſi quia in Regulo ita euenerat: quod nimirū ſubtilis Accurſ. (credo melius quàm Eckius) ponderauit, qui in uerb. habuerat, clarè docet Attiliū potuiſſe Romæ remanere, ſi animū habuiſſet: allegādo d. l. nihil. per quam probat, etiā hoc loco, fallacia cōtra hoſtem uti licuiſſe, qui eſt uerus, apertus & indubitatus intellec. text. & gloſſæ, cui nullus iuris ciuilis profeſſor, ſaltē doctus, cōtradicit: quo minus curo, qualiter tu Ecki textū intelligas. Ridiculū enim eſſet nodorū legalium diſſolutiones apud te, qui Theologus es, inueſtigare, cui nihil magis cū iure ciuili cõmune eſt, quàm Therſitæ cū rebus bellicis. Sed ne locus ullus uel cauillādi uel effugiēdi tibi relinquatur, unis te diui Auguſtini uerbis iugulabo, qui apertè teſtatur, Attiliū iuramēto nō curato in ciuitate remanere potuiſſe, ſi uoluiſſet. Nā in lib. I. de ciuitate Dei, cap. xv. cū factū Reguli deduxiſſet, quomodo Carthaginēſes eū iuramēto (ut re infecta rediret) adſtrinxerint, ipſe autē in ſenatu cōtraria mādato ſuaſerit, rotundis deinde uerbis fatetur Regulū poſt hanc perſuaſionē, à ſuis ad hoſtes redire nō eſſe cōpulſum, ſed quia iurauerat, id eū ſponte impleuiſſe, inter alia putans eū proculdubio falli, ſi hoc propoſitū utile ſuæ uitæ exiſtimaret, cuius tam horrendum exitū meruit. Quid hic dicis Ecki? euolue quicquid habes in ſophiſmatis chartarū, ut ab hoc laqueo te excutias. Audi Auguſt. quam apertè dicat Regulū ſpōte ſua, nō iuramenti neceſsitate rediiſſe, à ſuis ciuibus minimē cōpulſum. Adde & Cice. ipſum, quē tamē ſuper hoc exēplo exoſcularis: qui licet hoc Reguli facinus in Officiis plus q̃ uno loco commendet, hoc tamē aperte fatetur, quòd is retinēdi officii cauſa cruciatum ſubierit uoluntariū. Credo nec Auguſt. nec Cic. ea dicturos fuiſſe, ſi aliqua lex Attiliū hoc periculoſo & horrēdo caſu ad reditū adſtrinxiſſet: nā qui uolūtariè facit, is lege cogente nō facit, quādò nihil ſit diuerſius, quàm uolūtas & neceſsitas. Poterat igitur Attilius Romæ remāſiſſe ſine ignominia, iuramēto non ſeruato, quandò nemo eum cōpellebat. Poterat & redire Carthaginē. Quod cū nō ignoraret I.C. deciſionē ſuā in d. §. captiuus. nō ſuper iuramēto Reguli (quod tu infantiliter

Vrbanitatis eſt, non neceſſitatis, hoſti fidē ſeruare.

liter errando putaſti)ſed ſuper animo nō remanēdi fundauit. Et quãuis hoc Attilii facinus à ueteribus, Cicerone, Valerio, & aliis,tanquã egregiũ celebretur,ego tamẽ pro noſtrorũ tẽporũ iure & moribus,hoc nõ laudo. Cũ enim ad crudeles,ad infeſtos deos(ut Valerius ait)imò ad crudeliſsimũ hoſtem & ad exquiſita ſupplicia,ut Cicero teſtatur, ſeſe proficiſci non ignoraret,addecuit ut in uitæ diſcrimina ſciens & prudens ſe nõ poneret,cũ nemo ſit membrorũ ſuorũ,taceo uitæ, dominus.l.liber homo.j.ff.ad l.Aquil.Et dicit gl.à Doct.cõmuniter recepta,in Cle.paſtoralis.§. notoriũ.uerb. per uiolẽtam. extrà de re iud.eũ qui à carcere ita emittitur, ut ſub iuramenti uinculo redeat,nõ eſſe obligatũ ut reuertatur,ſi uitæ timeat, cũ ſit innocẽs.quã gl.Car.ibi ſingulariter notandã eſſe dicit, & eã cõmẽdat Alex.in l.relegati.in addit.ad Bar.ff.de pœnis. Idẽ Io.And.in addit.ad Spe.in rub.de iureiur.ante fi.Deniq; & Bal.in l.pactũ.in fi.de colla.dicit eiuſmodi iuramẽta nemini obligare,per quæ in pericula mortis quis incidat,cũ ab eis abſit comes iuramẽti diſcretio. allegat auth.quod eis.C. de nup.quę iũcta gl.ſatis adſtipulatur.& tenet Abb.c.inter alia. in fi.de immu.eccle.ſuper quo plura adhuc ſcribere poſsẽ,ſed manifeſta nõ egẽt exquiſito tractatu. I nũc & Trachala uociferatione,lectorẽ qui fidẽ tibi nõ dederit,hortare oculatũ te xtũ in d.§.captiuus.legat,quẽ quãto plus doctus uir legerit, & cũ deliriis tuis,quæ hoc loco cõtra me diſceptas,cõtulerit, tanto te nudiorẽ inueniet:& quo dictũ textũ oculatiorẽ eſſe cõſpexerit,eo te minꝰ oculatũ in iure ciuili diiudicabit.Quod autẽ Cic.in Officiis & uariis in locis Attilii facinus cũ magna uerborũ pompa celebrauit,Achiuos ex turre,ex mœnib. iudicaſſe mihi uiſus eſt,ut qui hoc quod laudat factũ, nequaquã præſtaturus fuiſſet,ſi in eodẽ diſcrimine laboraſſet.Iam uerò fundamẽtũ quod ex Auguſtini uerbis uel tu,uel tuę factionis alii ſumitis,in c.noli.xxiij.q.j. ubi fidẽ quæ hoſti promittitur,ſeruãdã eſſe ſcribit,meã cõcluſionẽ nõ oppugnat. Nã de ea fide Auguſt.loquitur,quã duces belli paciſcũtur, id quod ſatis in tractatulo meo declaraui,ubi diximus eũ intellectum ex ipſiſmet diui Auguſt.uerbis colligi, cũ paulò pòſt ſubnectit bellũ geri,ut pax acquiratur. Quod etſi tibi fortè nõ ſapiat,tamẽ uerũ eſt,imò ex cõplurib.uerbis eiuſdẽ tex.indubitatũ relinquitur,quòd Auguſt.de ea ſolũ fide locutus ſit,quã duces belli pepigerint.Cũ enim dicit fidẽ hoſti ſeruãdã,cõtra

In iuramẽto fidei diſcretio comes adeſſe debet.

quem bellum geritur: dic mihi, quis gerit bellũ, niſi dux? Si ergo fides ſeruanda eſt ei contra quẽ bellum geritur, & à nemine geritur niſi à duce belli, rectè inferas pacem à duce eſſe ſeruandam. Et paulò pôſt Auguſt. pacificũ bellando eũ eſſe hortatur qui belligerat, ut quos expugnet, uincendo ad pacis utilitatem perducat. Quẽ putas alium hortatur, niſi ducem, penes quẽ uictoria eſt, penes quẽ expugnatio? Ad hoc nõ puto Bonifaciũ, cui Auguſt. ibidẽ ſcribit, de numero ſimpliciũ militum fuiſſe, eorũ qui caſtrẽſia poma rodere ſoliti ſint: ſed uериſimile eſt munere prærogato nituiſſe, apud quẽ pacis & belli facultas reſederit. At nos ea pacis fœdera ſeruãda eſſe in prima concluſione aſſeruimus, ut ſic Auguſtini autoritas nobis uel manum porrigat, nedum non aduerſetur. Super l. ij. C. de cõmer. & mer. quam & in tractatulo meo & ſuprà ab initio allegaui, ubi Imp. ſcribit, aurũ barbaris nõ ſolum non præberi, ſed etiã quod apud eos inuentũ fuerit, ſubtili ingenio auferri debere: tu nihil iuſti habes quod in diuerſum proferas, niſi quod hallucinaris, neſcio quid nugarũ ſuper eo quod Imperator ſubtili ingenio auferri debere ſcribit, quaſi ea uerba ad perfidiã & fidei fractionẽ detorqueri nõ poſsint, cum ad periuriũ non ſit ſubtilitate opus, &c. Dii boni, quàm egregia confutatio, ſed nemine niſi Eckio digna: quaſi uerò uerbũ ſubtilitatis ſemper in bonã partem, & nunquam pro captione, pro maligna adinuentione, pro fallacia etiam accipiatur. Cur non legiſti uulgatiſsimũ c. abuſionibus. de pœni. in Cle. ubi Papa uerba Imperatoris noſtri nõ ſolum uſurpat, ſed etiã exponit, ſic inquiẽs: Abuſionibus quas nõnulli eleemoſynarum quæſtores in ſuis prædicationibus proponunt, ut ſimplices decipiant, & aurũ ſubtili uel fallaci potius ingenio extorqueant. Vide quàm apertè ibi ſubtile ingeniũ pro fallaci ſumitur. Fallaciam autẽ quæ hoſti tenditur, bonũ dolum eſſe ſuprà probauimus. Nec tibi nouũ uideri debet, ſi ſubtilitas in iure noſtro in malã partẽ accipiatur: hoc enim uſu uenire ſolet, ut in l. ſicut. §. pen. ff. quibus mod. pig. uel hypo. ſol. c. dilecti. de iud. cle. ii. eo. tit. & ibi gl. l. ſancimus. C. ad Treb. cum mul. ſimil. Nõ ergo perperàm, ut tu me calumniaris, ſed probè & ex ueritate dictã legẽ (quæ te manifeſte ſubuertit) interpretor, cũ tu è cõtrario legum textus tam depraues, quàm nõ intelligis. De gl. in c. utilem. xxij. q. ij. qua me uelut Aiacis enſe confodi putas, bona uerba quæſo Ecki: nam gl. ibi dolum cõtra hoſtem

Subtilitas, uocabulum anceps.

ſtem bonum eſſe ab initio notat, quo loco eã allegaui. Cæterũm quod ad partes arguit, ingenio gloſſæ relinquo. Quod uero in fine dicit, dolũ ad fallendum ſemper malũ eſſe, de dolo malo & culpato intellexit, quod & nos ſentimus: nõ de bono & excuſabili, de quo nobis ſermo eſt: & niſi gl. ſic intelligas, ipſa ſibi diſsidebit. Sed & iura quę allegat, hũc intellectũ efflagitãt, ut ſic iſta gl. (niſi cauillemur) Aiacis uel clypeo me defendat, nedũ enſe nõ cõfodiat. Sed uidere uideor, quid tu ſuper eo exẽplo ſubmurmures, quo ſuprà diximus, fidẽ quam hoſtis à paganis extorſerit, turpiter eſſe acceptã, atq; adeò nõ obligare: in diuerſum enim obiicias eandẽ fidẽ, etiã ſi ſit turpiter extorta, tamẽ nõ eſſe datã turpiter: qui enim pecuniam promiſerit, nihil turpe promiſiſſe, ut ſic pacta quæ honeſtè fiũt, ſeruari cõueniat. l. pacta. C. de pact. l. j. ff. eo. tit. cũ uulg. hoc enim in quadã tui cõpilatorii propoſitione, & deniq; ſuper fide bannitorũ attigiſti. Sed eã obiectionẽ facile diſſoluimus per uulgatã iuris doctr. qua dicitur: ſi turpis cauſa ſubſit ſtipulãtis, etiã ſi promiſſor nõ fecerit turpiter, promiſsionem tamẽ uel eſſe nullã, uel inefficacẽ. Nã communis opin. habet, huiuſmodi promiſsionẽ in tãtũ nullius eſſe momenti, ut nec naturaliter nec ciuiliter obligetur qui promiſit. l. iuris gẽtiũ. §. ſi ob maleſ. uerb. nulla. ff. de pact. l. generaliter. ibi gloſſ. & Doct. l. ſi plagii. ibi Dyn. ponderat uerb. ab initio. ff. de uerb. obli. Vt ſic l. pe. ff. de cõd. ob tur. cau. quæ obſtare uidebatur ſecũdum Bar. & Doct. de exceptione doli, intẽtionis & facti, quæ nullã ſupponit obligationẽ, ſit intelligẽda. Et quamuis alii nõnulli, ut Cyn. & ultramõtani in l. ex eo. C. de inut. ſtip. nõ improbabiliter teneãt d. l. pen. loqui de exceptione uera, quæ obligationẽ præcedere ſupponat (de quo plura diximus in d. l. ſi plagii.) adhuc tamẽ meæ cõcluſ. firmitas ſtabit: nam ꝓmiſſor ſi etiã mero iure obligetur, iudicialiter tamẽ cõuẽtus petitorẽ exceptione repellet, quo caſu adhuc ſeruare promiſſionẽ (id quod mea cõcluſio uoluit) nõ tenebitur, atq; ita talis cõuẽtio aut nulla eſt, aut ĩefficax. Sed rurſũ opponas: id quod in quodã angulo tui cõpilatorii, licet nude, affricuiſti. Cõſtat enim iuramẽtũ & fidẽ paris eſſe uinculi. gl. ſi. c. peruenit. de fideiuſſ. Io. And. c. cum tẽpore. de arbit. Iaſ. amplè in l. ſi quis maior. C. de trãſact. cũ uulg. At iuramenta quæ ſine interitu ſalutis æternæ ſeruari poſsũt, ſeruãda ſunt. c. quãuis. de pact. lib. VI. c. cum contingat. de iureiur. igitur & promiſsionẽ quã

Iuris doctr. uulgata ſuper turpi cauſa in ſtipulante.

paganus hoſti in caſu meæ concluſ.facit, ſeruandam eſſe. At hæc obiectio nihil contra me pugnat: quippe fidem diſtingui mus, quòd alia ſit ſimplicis pactionis, de qua totum ius ciuile loquitur, quoties pacta & ſtipulationes commemorat, ut d.l. j.ff.de pact.l.j.l.ſciendum.ff.de uerb. obl. l.j.ff. de conſtit. pec.cum innumeris ſimil. Hæc fides in foro iudiciali iuramen to non æquiparatur, quod facile liquerit per d.c.quamuis.c. licet.de iureiur.lib.v1.l.pactū.cū gl.C.de coll.quod & Abb. eleg.docuit in c.j.de ſponſa duorū. & de hac fide meas aſſertiones ſemper & intellexi, & intelligo, ſicuti ex uerbis meis euidēter colligitur, quibus aliquādo uerbo pactionis, aliquādo uerbo fidei, itē & uerbo cōuentionis uſus ſum. Eam igitur pactionem nullā eſſe dicimus, prædicta obiectione non obſtante: ad quod & ultra ſuprà deducta Abb. allegamus in c.debitores. de iureiur. qui apertè docet promiſsionem ſine iuramento nullā eſſe, ubi turpitudo uerſatur recipientis uel ſtipu lantis. Alia eſt fides, quæ uel ſub præſtito iuramento, uel ſub memoria dei ſanctorúmue eius, ſub famæ, ſub honoris obligamine, uel ſub alia ſolēni aſſeueratione, quæ uicē iuramēti referat, promittitur, ut per Innoc. Cardi. in c.ad aures. extrà quod met.cauſ. hic nō repugno, quin fides & iuramentū quo ad obligationē non differāt, ut latius Abb. in d.c.ad aures. De hac fide mea tractatio non ſenſit: de iuramento enim, cum ea ſcripſiſſem, me non cogitaſſe, tota ſeries tertiæ quæſtionis, quā ibi elucidauimus, teſtari poterit. Cæterū ſi etiam de iuramento ſenſiſſem, adhuc mea concluſio ſaltē in militaribus ui ris procederet: qui ſi uel ipſiſsimo iuramenti uinculo iniuſſu ducū, atq; ita cōtra militarē diſciplinā, cōtra iuramēta ducib. debita promiſiſſent, id quod ſuperius latè declarauimus, non obligarētur, cū hoc iuramentū eſſet illicitū, adeoq; nō obſer uādū. In aliis uero caſibus, ubi pagani cum hoſte ſub iuramēto paciſcerētur, etiā ſi per concuſsionē iuramēta ſint extorta, hic ſecutus communes opiniones, non obnitor, quin iuramē ti relaxatio ſit quærēda, antequam contraueniatur: quod mihi propter Dei reuerētiā tutius uidetur, licet diuerſa & uelut diſsidētia circa eā rē iura ſint prodita, quæ certè tuo ingenio expediri nō poſſunt, qui homo es in iuridicis doctrinis aduena, ſed doctiſsimi iuris interpretis lucerna egerēt. Cæterū de hoc iuramēto nō ſenſimus, ut ſic non ſit noſtræ farinæ ſuper eo diſceptaſſe. Confutauimus (ut credo) quæ uel nobis ſuper

hac

hac ſecūda concluſione obiecisti, uel quibus noſtras doctrinas attētaſſe uiſus es: & quamuis prolixius, quàm friuola iſta tua concertatio exegerit, egerimus, placuit tamen, quãdò abs te ſine ulla iuſta ratione laceſsitus in campum deſcēdi, hactenus tibi puluerem ſpargere ob oculos, ut intelligeres exercitatos in ſua profeſsione uiros, in ipſorũ harena uel non tentandos, uel nō ita frigidè cōgrediendũ. Sed ut tua concertatio uel aliquã litis ſpeciē habeat, arma tibi mutuabimur, quibus pugnes. Opponi enim cōtra meam concluſ. poteſt, certi iuris eſſe, quòd capti ab hoſtibus redimi poſſunt, & non repetitur ab hoſte pecunia quaſi turpiter recepta. l. cũ non redemptum. l. ſi liberũ. l. ſi is qui. l. liber. C. de capti. l. poſtliminiũ. §. ſi is qui. eo. tit. cũ pluribus ſim. per diſcurſum: conſequēs eſt, ut etiã promitti pecunia honeſtè poſsit: quia quod ſoluitur honeſtè, honeſtè etiã promittitur. arg. l. ſi mulier. in ſi. ff. de cond. ob cauſ. l. mercalem. in ſi. à cōtrario ſenſu. C. de cond. ob tur. cauſ. Porrò ex ll. ſuprà allegatis patet, quo ad redimendos captos, commercium eſſe cum hoſtibus. pro quo fa. l. mulier. ff. de capti. l. cōmercio. C. eo. tit. cum ſimil. per diſcurſ. tit. quod quidem rationes meas ſuprapoſitas oppugnare uidetur, imò ad utilitatem publicam pertinet captiuos redimere. l. diuerſarum. C. eo. tit. Proinde & publicè intereſſe uidetur, ſi captus pecuniam promiſerit ut liberetur. Sed non obſtat hoc argumētum: multũ enim intereſt, an extraneus aliquis captũ redimat, an uero captus pecuniam promittat. Nam ſi extraneus redimit, is pium opus facit, auth. ſi captiui. §. qui autē. C. de epiſ. & cler. d. l. diuerſarũ. & ita pium, ut redemptus loco pignoris ſit, citra tamen iuſtæ ſeruitutis labem: nec nomen militiæ dare poſsit donec pecuniam redemptori refundat. per iura ſuprà allegata, & eſt text. in l. ab hoſtib. j. C. de capti. gl. in l. in bello. §. ſi quis ſeruũ. ff. eo. tit. l. qui ſtatus. in ſi. ff. de re mil. Sin uero ipſemet captus, pecuniam hoſti iniuſſu ducũ, ut prædicitur, promittat, hæc promiſsio ſemper uel nulla eſt, uel inefficax, ut ſuprà latè probauimus: nec ullo iure recepta eſt hæc promiſsio, ſicuti redemptio captiuorum recipitur: & licet ſoluere poſsit captus pecuniam, ſi uelit, l. j. ff. de cond. indeb. ea tamē pecunia à captiuo nō ſoluēte exigi nō poteſt, ut etiã ſuprà probauimus. & fa. l. pen. ff. quod met. cauſ. cũ multis quæ ex Doct. adducere poſsem, ſi res nō eſſet cognitiſsima. Nihil itaq; iuſtè arguitur à perſona extranei, captiuos propter pieta

In priuatis cōpēdiis pacta hoſtilia ſeruanda non ſunt.

tem redimētis, ad captū: ille enim citra fidem promiſſam captū redimit, hic hoſti ineſſicaciter ſtipulāti promittit: hunc fides iuxta concluſ. meā nō obligat, in illo ceſſat diſputatio fidei, qui etiā aliquādo quaſi emptor ſoluit, neſciens uel uēditorē hoſtē eſſe, uel illum eſſe captiuū. d. l. in bello. §. ſi quis ſeruū. Et dato quòd hoſtis pecuniā à redimēte nō turpiter accipiat (quod tamen ſine temperamento nō recipimus) tamē à capto turpiter extorquet, cū iniuſſu ducū extorqueat, quod ſuprà ſatis declarauimus. Itaq; alia eſt conditio in redimēte, qui ſponte ſoluit, & ut cōmuniter ob pietatē ſoluit: alia in capto, à quo pecunia per concuſsionem exigitur. d. c. militare. Quapropter hæc argumētatio, qua dicitur honeſtè promitti, ea quæ honeſtè ſoluūtur, nō procedit, ſi diuerſę ſint perſonę, quarū altera alio fine promiſit, altera alio fine ſoluit. Ex ſeparatis enim & perſona & cauſa, ſeparatus oritur effectus. l. j. in fi. ff. de calū. cum uulg. & fa. in arg. l. ſoluēdo. ff. de neg. geſt. Sic & aliquādo is qui ſoluit, iuſtè recipiēti ſoluit, cum tamen ſoluens iniuſtè promiſerit. l. ſi quis delegauerit. ff. de nouat. Quod autē de cōmercio obiicitur, nō obſtat: quia ſuper redēptione captiuorū in bello nō agitur, ſed uel in pace, uel in induciis, ut colligitur ex l. in bello. in prin. in uer. pactis. d. l. ſi quid bello. in fi. ibi, ſi modo. ff. de capti. quo tēpore & poſtliminii ius ceſſat. d. l. poſtliminiū. §. induciæ. eo. tit. & cōmercia inter hoſtes nō prohibētur, id quod paſsim ex hiſtoriis cognoſcitur: nā & eo caſu ducū cōſenſus interceſsit, ſine quibus nec paci locus eſt, nec induciis. ut d. l. cōuentionū. in fi. Venio nūc ad tertiam cōcluſionē ſuprà deductā, uidelicet quòd hoſtibus Romani Imperii, qui ex delicto, contumacia, rebellione exbāniti ſint, nō ſolū priuata pacta, ſed ne pacis quidē ſeruāda ſint. Super qua tamē concluſione, licet nihil ex quiſitius in tractatulo meo ſcripſiſſem, ſed referēdo me ad Doctores, loca deſcripſerim per Bart. in ſua diſputatione Lucana allegata: utpote quòd mei propoſiti nō erat, qui ſuper alio negocio occupabar, diffuſam eā materiā latius explicare: cæterū quia tu eā & aſſeueranter, & uerbis liberioribus impugnare contendiſti, nemo mihi uitio uerterit, ſi eā pari & opera, & libertate defendero, teq; omni nudatū præſidio, exarmauero. Et cum mea cōcluſio duo contineat: primū, ſuper priuatis pactis: alterū, ſuper pace non ſeruanda: utrunq; ſeorſim explicabimus. Vnde quo ad priuata pacta, prioribus, quæ in tractatulo

Turpis exactio.

Ex cauſa perſonaq; ſeparatis, diuerſus emergit effectus.

Simile.

Conſenſus ducum in pactis pacis & induciarum.

Tertia concluſio.

tulo noſtro docuimus, inhęrentes,eam conuentionẽ bãnitis Romani Imperii dicimus non eſſe neceſſariò ſeruandã. Hæc doctrina per ea probatur, quæ per Bart. in dicta ſua diſputatione elegãter & diffuſe tradũtur. Nam exbannitus ab Imperio, habetur pro trãsfuga. Illi enim ſunt trãsfugę, qui ab imperio deficiũt, & pro rebellibus & hoſtibus ſe gerunt. l. amiſsione. ij. reſpõſ. ff. de capi. dimi. ubi eſt de hoc apertus text. fa. d. l. poſtliminiũ. §. transfugę. & §. filius. ff. de capti. Sed exbannitus pro crimine, ab obedientia Imperii deficit, & pro rebelli habetur: tales ergo exbanniti habentur pro mortuis. Bal. in rub. C. qui accuſ. non poſſunt. ad fin. Item perdunt iura ciuitatis Romanæ. d. l. amiſsione. Sed ciuitas Romana cõmunis eſt patria totius orbis. l. Roma. ff. ad municip. l. ſed & reprobari. in fin. ff. de excuſ. tut. Vnde banniti iura Rom. ciuitatis perdendo, ea quæ cõmunis iuris ciuilis ſunt, perdũt. fa. auth. item nulla. C. de epiſc. & cle. Bar. in d. l. amiſsione. Bal. in l. j. uerſ. ſed hic quæritur. & in fi. C. de hæred. inſtit. Idem in ſua repetitione l. j. C. de ſacroſan. eccle. in uerſ. quid de bannito. col. ix. Et ne diffundar, cõmunis omniũ Doct. eſt ea opinio. Vnde obligatio quæ ad iuris ciuilis uincula pertinet, in eum nõn cadit, adeò ut nec ei iuriſdictio reddatur: & ſententia, ſi qua pro eo ferretur, ipſo iure nulla eſſet, ut dicit Bal. in d. l. j. in fin. C. de hæred. inſtit. Ex quibus facile colligitur, neminẽ aſtringi, quòd ſeruet pacta ei in quẽ iuris ciuilis obligatio nõ cadit, & cui nec iuriſdictio tribuitur, nec ſentẽtia ulla admittatur, pro quo fa. elegãs doctr. Bal. in d. l. j. C. de hæred. inſtit. vij. col. uerſ. itẽ nec deportati. ubi dicit, quòd bãnitus à principe, perdat omne ius ubiq; locorũ. & in fin. quòd iura actiua in bannitũ nõ tranſeãt. Ex quibus patet, exbãnitos noſtri generis nec petere poſſe, nec acquirere. fa. Bal. in d. l. amiſsione. in fin. Quæ cũ ita ſint, elicimus rationẽ de iure ciuili inuictã. Cõſtat enim ſtipulationẽ eſſe nullã, quando is ſtipulatur, qui nõ eſt capax obligationis ciuilis. tex. eſt expreſſus in l. multũ intereſt. & ibi Bar. in fi. & cõmuniter Doct. ff. de uerb. oblig. Sed is exbannitus non eſt capax ciuilis obligationis, ut ſuprà probauimus, igitur promiſsio ei facta nulla eſt: quæ ratio obſignatis tabulis, tuas Ecki opinationes euertit. Et in prędictis de ea fide loqui intelligimur, quæ in finibus ſtat promiſsiõis, nõ autẽ de ea quæ iuramẽti uicẽ referat, ut ſ declarauimus in ſecũda cõc. uerſ. ſed rurſum. Cęterũ ſi iuramẽtũ interueniſſet, quamuis

Execrati cum pro mortuis habeantur, à iuris ciuilis uinculis eximuntur.

Fidei robur ex fine promiſsi pẽdet.

quamuis hoc iuramentum de iure ciuili fortè nõ operaretur: quia obligationem quæ naturaliter & ciuiliter nulla eſt, iuramentũ nõ corroborat, arg.l.Titius.in fi.ff.ad Trebel.Bart.in l.nõ dubiũ.C.de legi.& in uulg.auth.ſacraméta.tamẽ de iure canon.aliud eſſe puto, quòd in materia peccati præfertur: red dẽda enim ſunt domino iuraméta, quæ mortifero morbo nõ inficiũtur.de quo per Doct.in uulg.c.cũ cõtingat. At noſtra cõcluſio de prioribus pactis ſenſit, quæ ſine iuraméto fiunt.

Super alia uero cõcluſionis parte ubi pacẽ bannito pactam ſeruari non oportere ſcripſi, nullis tutioribus niti armis pote ro, quàm cõmunibus Doct.doctrinis. Nã qui pacem pactus eſt, aut publico nomine, & pro quiete cõmuni, req; pub.nullo proprio uel rancore uel uindicta exbannitũ uel offendit uel interficit, is nihil iniuſtũ fecit: pacis fractæ non eſt reus, quando pacta priuata contra publicã utilitatem operari nihil pote runt, id quod ſatis ſuperius in ſecũda concluſione executi ſumus. Quinetiã ſi non ſolum pactus eſſet, ſed iuraſſet ſeruare pacem, tamẽ impune iuraméto non curato, bannitũ, eo quem dixi ſine occĩdet, & uſqueadeò impune, ut ſi etiam periurus eſſet, tamẽ nec in infamiam incidiſſet, nec mortaliter peccaſſet, quandò dictũ iuramentũ uel non extenditur ad hunc caſum: quod uerius eſt ſecundũ Doct.uel ſi extenderetur, illici tum eſſet & iniuſtũ, atq; adeò nec domi nec foris (licet tu bar barè nomines forũ fori) obſeruandũ, ut cui nõ ſit comes iuſtitia.per eleg.tex.in c.ſi diligẽti.in prin.& fi.de for.cõpe. Deniq; ſi pluris eſt patria quàm parentũ amor, parentũ reuerentia, adeò ut is laudetur qui parẽtes interficiat, ubi patriæ utilitas, quies, & reſp.id obflagitarẽt, l.minime.ubi eſt eleg.text. ff.de relig.quãto fortius & contra bannitum illud liceat? illic enim pacta uinculi naturalis, hic ciuilia cõuenta poſthabentur.arg. d.l.poſtliminiũ.§.filius.ff.de capti. Sin uero priuato ſuo quiſpiã nomine, uindictæ fortè calore, aut alia improbabili cauſa, quæ à reipubl.utilitate recederet, permotus, contra pacẽ uel pactã uel iuratã occideret, hunc nec excuſaui unquam, nec excuſo: ueriores enim Doct.doctrinas, & boni uiri integritatẽ (quam ſemper plurimi facere conſueui) ſecutus, periurii reatũ ei nõ deprecor, eo tamen tẽperaméto, quod ſuo ordine infrà moderabimur: nec in ullo mearũ deciſionũ uerbo cõtrarium ſenſiſſe cõuinces. Supradicta diſtinctio per ſequẽtia fundatur: nã Iac.de Bel.in auth.de mãd.prin.§.ſed neq;.

Pactum etiã iuratũ cũ exbannito, nõ adſtringit, cum non ſit iuſtum.

Nõ excuſatur à crimine, qui proprio affectu hoſtem interficit.

neq;.in iiij.cōtrario,duas fecit diſtinctiones:ſed reiecta prima,ſecūdæ inhæret,quę inter alia uult,quòd ſi homo ſine autoritate legis paciſcatur cū hoſte ſuper iniuria propria, poſſe quidē ea pacta ſeruari,ſed ad hoc non teneri,per d.l.j.§.non fuit.de dol.niſi ſint cōuētiones pacis, quæ occaſione iniuriæ propriæ ſemper ſit ſeruāda.l.j.ff.de pact.Sin uero iniuriā publicā proſequatur,pacē cū hoſte nō eſſe ſeruādā. Hoc & Bar. in dicta diſputatione Piſana,in ſolutione ad quintū arg.ſenſit:ſignificādo ibidem,ut ex uerbis ſuis colligitur, in dubio, bannitum potius nomine publico,& ſic licitè, quàm nomine proprio,& ſic illicitè,eſſe occiſum. Quòd autē Eckius mihi Bar.hic impingit,quaſi eū nō perpēderim,pòſt uidebimus.Et ſecundū prædictā diſtinctionē intelligo Bald.in d.l.paciſci. ff.de pact.ubi tribus rationibus cōuincit pacē bannito datā, non eſſe ſeruandā:tum quia in primis offenſio in odiū banniti ſtatuitur,cui pacto renūciari non poſsit: tū quia præuerſetur ius publicū,cū bannitus tanquam publicus hoſtis offendatur:tum quia hoc ſtatuto cōceditur merū imperiū, ut cuilibet liceat animaduertere in facinoroſos,quòd merum imperiū pacto tolli nō poſsit. Et tandē,quòd hoc pactū ſit cōtra publicam iuſtitiā,allegat l.accuſationis.C.quod met.cauſ.& dicit cōmuniter ita obſeruari.Idem Bal.& Ang.in l.iuris gētium. §.ſi paciſcar.ff.de pact.dicta pacta irritari poſſe, aſſeuerāter tenent,quòd ſint contra publicā utilitatē,& dicūt ita eſſe Florentiæ iudicatū.Et dicit idem Ang.in l.ij.in fi.C.quand.lic. ſe ſine iud.uin.cōtra huiuſmodi bannitos offenſam cuilibet eſſe permiſſam pro quiete communi,pacis conuentione non obſtante.allegat Guil.de Cu.& quædā alia:quod idem tenet Bar.in d.l.ij.Adde multas alias concord.per Alexā.in l.quid ergo.§.ſi hæres.ff.de leg.j. Quæ omnia mihi cum ſupradicta moderatione uidentur eſſe ueriſsima, cū qua moderatione Felin.in c.quæ in eccleſiarum.iij.col.in fi.uerſ.procedit. de conſtit.tranſire uidetur,ubi docet hoc ſtatutū de bannito procedere,quando ad commune bonū ciuitatis bannitus occideretur:uolens poſtea in v.col.quod ſtetur eius dicto, qui bannitum occiderat, an fecerit ut prodeſſet reipubl. an malo animo.Ex cuius dictis etiam colligi poteſt, quòd ſi ſtatutum eſſet,homicidā nō poſſe eligi decurionē,is tamē qui bannitū propter publicā utilitatē, & nō ex odio uel rācore occideret, nō impediri quin eligatur:ſecus ſi ex priuata inimicitia feciſſet,

Baldi rationes de pace bānito non ſeruanda.

ſet. Et ut ſemel finiam, quicquid per Doct. per Alex. in d. §. ſi hæres. & per alios, in prædicto caſu pacis non ſeruatæ ſcribitur, ad hanc, quam ſuprà diximus, moderationē redigenda puto. Licet Bald. pro ingenii ſui inexhauſtis diuitiis uariare, & aliter diſtinguere uideatur, in l. i. iiii. col. C. ſi à non compe. iud. uerſic. quæro nunquid. & in l. accuſationis. C. quod met. cauſ. putans intereſſe, an ex cauſa publica bannitus ſit, an ex priuata: quæ tamen diſtinctio hic non eſt tuta, cū ne ex publica quidem ca- ſa bannitum, poſt pacta pacis liceret ex priuato odio occidere: licet Bald. ibi diuerſum ſentiat, ſed prædicta ſunt tutiora. Hæc quam ſuprà declaraui, mens mea fuit, dū de eo genere ſcriberem: hic animus, hæc mea ſententia. Sed uideo Ecki, quàm me hoc loco urgere cōtendas. Cū enim mea aſſertio in tractatulo prædicto generaliter ſine aliquo delectu, ſine mica ſalis poſita ſit, dicis generaliter intelligi debere: quæ tamen generalitas uel meo proprio teſtimonio cadat, nec poſsit ſubſiſtere, ut qui in præſentia nō ſim generaliter locutus, ſed diſtinxerim. Sed certè Ecki, ſi uerum admittas, tantum abeſt ut his me urgeas, ut etiā improuidentiæ culpandus fores, ſi idipſum obiiceres. Mea enim aſſertio, licet ſit indefinitè, & ſine diſtinctione deducta, quia tamē illic ad receptas Doctorū iuris ciuilis, iura ciuilia tractantium doctrinas, & ad Bart. me retuli, non intelligor ulla abſoluta generalitate locutus fuiſſe: nam qui indeterminatè loquens, ad aliorum doctrinā ſe referat, is cenſetur eo tenore ſenſiſſe, quo ſenſere hi qui referuntur. per text. in l. ait prætor. §. j. ff. de re iudic. ubi Iaſon pro regula ponit, paria cenſeri eſſe certum per ſe, & per relationē, adeò ut in ſcriptura referente contineri dicatur id, quod cōtinetur in ea ſcriptura ad quam fit relatio. fa. l. in ſumma. ff. eod. tit. & per multa alia iura per eum allegata. Vnde ſi dicerem elementa inter ſeſe facile tranſmutari, ſicut philoſophorū doctrina habet, quis me aliter ſenſiſſe iudicaret, quàm eo fine, quo philoſophi de hoc tractāt? Licet enim indeterminata ſit aſſertio, determinatur tamen & diſtinguitur per relationem ad philoſophos factam. Quæ cum ita ſint, & nobis quoq; licuerit in præſentia explicare, quod implicitè in mea doctrina cōtinebatur. Sicut enim qui grana quæ ſpicis continentur, excuſſerit, nouā ſpeciem nō facit, ſed eā quæ eſt, detegit, l. adeò. uerſ. uidetur tamē. ff. de acquir. rer. do. ita nos hac diſtinctione fœtū nouū nō produximus, ſed qui mea in aſſertione

tione latebat,prodidimus.Et audes adhuc Ecki, tantis uerborum bullis,quaſi fidei cauſam cōtra me aſſereres, intumeſcere,meq́; periurii, perfidiæ uiam ſtrauiſſe,falſo calumniari,qui tamen, ſicut ex tota Apologia declarauimus, in noſtris aſſertionibus ueram illam ſyncerámq; fidem tam fouimus, quàm pernicioſæ fidei ſepes,quas tu muniiſſe uideris,deſtruximus. Quāto ſatius erat Ecki,mearum deciſionū uerba à capite ad calcem,quo propoſito,in qua materia, in quo rerum tractatu,quo fine ſcriberem,ponderaſſe,quem in portum appellerem,oculatius præſumpſiſſe,ut ſic non ad prima uela totā nauigationem improbaſſes,non ad prima uerborū labra, ad merum literarū corticem,quæ occîdunt,quæ enecant,ita confeſtim intumuiſſes.Si enim medullam,uim uerborū,circunſtantias expendiſſes, omnia iam ſana & uera apparere poterant. Quòd ſi omnino nihil tuo ſtomacho,quo ad iuris ciuilis cognitionem parum digeſto, ſatisfeciſſet, parcè tamen de uiro non illiterato,parcius de amico,parciſsimè de pręceptore (ita enim nominas) ſcribendum fuit.Deniq; temperari,ſuppleri, declarari doctrinæ meæ conciſius adſtrictæ, ſalua ſermonis proprietate,poterant: hoc diſcipuli fidem,quam Caſsius Sabino ſcienter præſtitit,hoc amici dexteritatem,hoc Theologi temperantiam, hoc docti uiri ſolertiam cum humanitate præſtitiſſet.Sed à fundo intēperato non uenit bonus nūcius.

Reſtat Ecki,ut tuis obiectionibus reſpōdeā.Nam in principio tertii tui dicti,putas pacem ab eo qui iureiurādo exbannito promiſerit,ſeruandam eſſe,quamuis priuata compendia reſpiciat,&c.Nos hoc uerum eſſe non inficiamur,ſi is qui iurauit, priuato uel odio, aut rancore, aut uindicta conuenire pergat.At ſi publico nomine,aut ob reipub.utilitatem eū exbannitum interficeret, qui ex delicto criminali,contumacia, aut rebellione ab Imperio Romano, aut à ciuitate poteſtatē habente, exbannitus eſſet,is occiſor impunè hoc faceret,ſecurus iuramenti non ſeruati,quod eo caſu ſeruandum non fuit, ut ſuprà declarauimus.Sed tu hoc ultimū non recipis, imò in quarto tuo dicto enixè impugnas, quod tamē quàm erroneè facias,illic conuincemus. Quod deinde dicis, ſi quis ſuper aliqua alia re cum exbannito pactum priuatim fecerit,ſeruandum eſſe:tam eſt falſum,quàm manifeſto iuri contrariū. Bannitum enim non eſſe capacem,nec obligationis ciuilis(quod actiuè intelligo)nec ullius unquā iuris ciuilis, ſatis ſuprà docuimus,

Quatenus Zaſius Eckianæ obiectioni aſſentiat.

cuimus, qui certè ex nullis uel pactis uel promiſsionibus huiuſmodi ullam nec ſpem, nec rem acquirere, in iudicio nihil petere, nullam pro ſe ſententiam obtinere poteſt: quam ſi uel obtineret, nullā ipſo iure eſſe, ex Bar. Bal. & Doct. ſuprà ſun dauimus. Si tamen huiuſmodi pacta priuata iurarentur, hoc iuramentum de iure ciuili uideretur eſſe pro nihilo, tum quia de nouo nullam obligationē inducit, quæ prius non erat niſi in liberto: tum quia fauore publicæ utilitatis iſte bannitus eſt incapax obligationis ciuilis redditus: nam incapacitas iuramento non poteſt ſarciri, ut ex Bar. colligitur in l. ſi quis pro eo. ij. & iij. q. ff. de fideiuſ. Iuri tamen canonico deferendum hoc caſu eſſe non contradicimus, per ea quæ ſuprà ſunt deducta, quando nihil publici, ſed priuata compendia ſectarētur, & æternæ ſalutis interitus nō timeretur. Proſequeris poſtea in tertio dicto ambiguis certè uerbis quædam, quæ ſic intelligo: Si quis pacem cum bannito pactus ſit, & eum ſuo priuato nomine occīdat, periurum eſſe domi & foris, uel (ut tu dicis) in foro fori & conſcientiæ. Huic aſſertioni quo ad forum conſcientiæ non contradico, in quo tamen ad meam diſtinctionem ſuprà poſitam me refero. In foro autem iudiciali felicius periurii macula hactenus eum premit, ut in infamiā facti inciderit, nō iuris. Licet enim homicidium etiam hoc caſu ſit tolerabile, non tamen eſt laudabile, ut ipſe putat. Cæterum Ecki, tu me eo loci falſo calumniari pergis, quaſi tuum iſtud tertium dictum contra me pugnet, cum tamen & ego quoq; eum, qui priuato nomine bannitum contra pacem occīdat, eo fine condemnauerim, quem declarauimus. Iactitas poſtea leuiuſculis me inductum rationibus & gloſſematis, te è regione tua firmius roborare oportere. Nos huiuſmodi iactationum bullas non moramur; tota enim hæc Apologia omni ex parte docebit, uter ex nobis uel frigidā porrexerit, uel calidā. Pugnas ex uulgatis locis, quaſi iuramentum quod ſeruatū in deteriorē exitū nō uergat, eſſe ſeruandū. hoc cæteris paribus nemo cōtradicit: nam nos iſta iuramenta non aliter infirmamus, quàm ſi ſeruata contra publicā & utilitatem & quietē niterentur: hic enim ea uſqueadeo irritamus ex cōmunibus Doct. doctrinis, & ex ipſa uiua ratione boni & ſani uiri nitētes, ut turpiter agere exiſtimemus, qui cōtra publicam utilitatē ſeruaret: tunc enim iuramenti obſeruatio in diſpendiū ſalutis temporalis nō ſolū unius hominis, ſed totius reipub.

Porrigere frigidam uel calidam.

reipub.redundaret: quæ iuramenta ſi quis commendaret aut tueretur, is mihi non ſolum inſanus, ſed & furioſus uideretur.

Magno deinde murmure ſe tollit Dares noſter, iactitās per anteſignanos ciuilis profeſsionis uiros, ita manifeſtè ſua firmaturum, ut miretur me, qui oculatiſsimus ſim, talia nō peruidiſſe. Et primo allegat Bar. lumen (ut inquit) legum, qui in quæſtione Lucanæ, ſoluendo quintum argumentum, dicat bannitū publico nomine occidere licere, priuato nomine nō licere. Inferſq;, Bar. clarè uoluiſſe, fidem hoſti nomine priuato frangere, illicitum eſſe, mirariſq; ſi is locus me nō urgeat. Quid tibi Ecki aliud reſpondere poſſum, quàm illud Ciceronis ad Luceium? Qui ſemel uerecūdiæ fines tranſierit, eū bene & nauiter oportere eſſe impudētem. Dic mihi, quomodo non uidi Bar. in dicta diſputatione, cū tamen tu ipſe fatearis, me ex eadem diſputatione fundamēta mea accepiſſe? Nōnne deciſionem meā, quam in prædicto tractatulo poſui, in gloſſulis meis ad Bar. in dicta diſputatione expreſſe retuli? Verba ſubſcribam, ut tam impia tua calumnia omnibus pateat. Probantur, inquio, prædicta latius per Bar. in dicta diſputatione ſua, uel quæſtione Lucanæ, à cuius etiam dictis iam allegata iura ſumpſimus. Quid hic dicam Ecki? nōnne meritus eſſes, ut te pro dignitate tractarem? Quis me culparet, ſi omnē meū ſtomachum effunderem? Bar. expreſſe ſecutus ſum, ad Bar. doctrinam me retuli, ex Bart. deciſione tota ſtat mea aſſertio, diſtinctionem quam ſuprà poſui, ex Bart. præcipue fundaui: & quomodo tu Ecki frontē amiſiſti, ut non erubeſceres iſtis me premere calumniis, quaſi Barto. etiam qui ſim oculatiſsimus, non uiderim, Bartoluſq; mihi aduerſetur, Bartol. me urgeat?

Nec te defendet, quòd indefinita & conciſius aſtricta fuit mea aſſertio: nam ex Bar. doctr. (ex qua pendeo, ad quam me refero) generalitas iſta determinatur, ut ſuprà ſatis euicimus. An neſcis Ecki, uulgatam illam iuris doctrinā, & uelut clauē, qua dicitur, gloſſam intelligendā eſſe ſecundū leges quas allegat: ut dicit Bar. in l. non ſolum. §. ſi liberationis uerba. ff. de lib. leg. cum uulg. Quòd ſi in gl. hoc receptū eſt (& meritò) cur non & id in Doct. recipiatur? Quod autē ex Bar. doctrina, eiuſq; ſolutione ſuprà deducta infers, quaſi ipſe dicat, illicitū eſſe frangere fidē hoſti nomine priuato: ſi hoc intelligis eo caſu quo Bar. loquitur, ſcilicet de eo qui bannitum nomine priuato occidit contra pacta, iuſta eſt illatio: ſed de-

bebat tibi,qui in genere cõfutatorio fatigaris, magis fuiſſe determinata,ut uideremus,cõfutarétne,an nó cõfutaret.Sin uero Bart.qui in ſpecie, utpote de bãnito occiſo loquitur,ad genus cõtendas detorquere, quaſi generalẽ uelis eſſe eã illationẽ,iam tu ſophiſtæ perſonã induis, & per captiũculas imponere lectoribus cõtendis:quod,quid eſt aliud niſi cauillatio?cuius ea eſt natura,ut dicit Vlpianus,ut ab euidẽter ueris per breuiſsimas mutationes diſputatio ad ea , quæ euidenter falſa ſunt,perducatur. Quid nunc dicis Ecki? an oculi mei in peruidendis Bar.doctrinis officiũ functi ſint? uel an tu è diuerſo cũ Xenitide (ſimulacro herois obiecto) luminibus captus abiiſti? Sed iam alia uideamus.Allegas Bal.Peruſinũ in l.reos.C.de accuſ.(gratificamur tibi Ecki,qui Bal. Peruſinũ eſſe declaraſti:uerebaris fortaſſe,ne Scytham eũ,aut Dalmatam ſuſpicaremur) Cæterum quid pugnat ea Baldi doctrina? Num irã omnẽ in te euomuiſſe liceat,qui Bald. eo loco contra me allegas,ubi maximè mihi ſuffragatur?Quid cenſes de te iudicaturi ſint qui hæc legerint? Bal.enim in d.l. reos.vij. col.uerſ.quæro an procurator.eatenus meæ doctrinæ ſubſcribit,ut is ſolus teſtis(quãdo & tu eum adprobas) mihi ſuffecerit.Expreſſe enim docet,offenſionem , qua bãnitus poſt initam pacem offenditur,ſi ſit cõmiſſa fauore publico, licitè factam eſſe:quod & ego adſero. Quod autẽ Bald.ibidem ſubiũgit de eo bannito,cuius offenſio inimico tantum ſuo permitteretur,qui poſt pacẽ lædi non poſsit,&c.impertinens eſt ad meam materiam,qui de bannito Imperii Rom. ſum locutus.Paria omnino reſpõdeo ad Bal.in l.accuſationis.C.quod met.cauſ.Idem de Sali.& de aliis quos allegas: nam mea doctrina,quam iniquè expugnandam ſuſcepiſti , eam duntaxat offenſionem permittit,quæ publico nomine fieret. De Cyno,quòd eum allegas in l.pręſenti.C.de his qui ad eccle.con fu.nihil ad nos.nam de iudice loquitur,qui ſecuritatem confugienti ad eccleſiam dat ut exeat:hanc enim ſeruare tenetur, quando nemo ſub prætextu iudicantis decipi debeat:quæ ta men materia extranea eſt , & impertinens ad litem noſtram. Tandem dicis,nolle te mihi theologos obtrudere , quos tamen iure poſſes , cum in foro conſcientiæ uerſeris. Theologos,opinor,ſcholaſticos intellexiſti. At nihil mea refert , ſi omnes eos uel curru aduceheres. Receptiſsimis enim cum ſim iuris ciuilis doctrinis munitus, theologorum tuorum ſophi-

ſmata

firmata non curo. Hoc tamen ſatis dubito: cum enim fateris te in foro uerſari conſcientiæ, dic qua tu conſtantia eum ſaluare contractum contendas, qui ſub titulo ſocietatis uſuræ labem mentiatur? Sed hæc alterius ſunt negocii. In quarto tuo dicto totus abſurdus es. Putas enim quòd pacem cum bannito, iuramēto firmatam, quicquid in foro fori obtineat (ſic enim tu loqueris) non eſſe frangendā etiam publico iure & nomine: & qui fregerit, in foro animæ periurū eſſe, pœnitētiamq; tanquam pro mortali peccato iniungendam, ſubdens omni me ex parte hoc dicto oppugnari. Nos ſuprà plus ſemel probauimus, iuramenta, quæ contra ius publicum nituntur, eſſe illicita, & ita illicita, ut nec in foro animæ ſint ſeruāda. d. c. ſi diligenti. in fi. de for. cōpe. Deniq; palàm eſt, hoc iuramentū eſſe contra iuſtitiam, quæ cum unicuiq; quod ſuū eſt, diſtribuat, credo & reipub. quod ſuū eſt, tribuiſſe uelit, ut ſic quies populi, ciuiū tranquillitas, factioſorū interitus, turbatorum rebelliumq; ſuppreſsio, ad iuſtitiā quàmmaxime pertineat: quam iuſtitiam qui nomine publico fouerit, quis ſanus dixerit eum ullo impediri iuramento, ullòue à tam præclaro facinore abſterreri priuato obligamine? Quæ eſt iſta temeritas? cum totus utriuſq; iuris conuentus, dii ſummi, inferi, medioximi clament, iuramenta illicita, & quę ſint contra iuſtitiam, non eſſe ſeruanda: tu in foro animæ eo caſu, quo maxime iuſtitiam aſſeri neceſſe eſt, ſeruāda eſſe doces? Quis cœlū terrę non miſceat, ad tam abſurdas falſásue, ne quid durius dicam, doctrinas? Quô tibi cum miniſtro legis? cuius perſonā quiſq; gerit, qui nomine publico ſine rancore & odio rebellē hoſtē interficit. Deniq; cur non meminiſti, quod paulò antè Bal. in l. reos. C. de accuſ. in l. accuſationis. C. quod met. cau. eo loco allegaſti, ubi apertè dicit, offenſioni quæ facienda ſit fauore publico, non poſſe renunciari? Si igitur offenſio, quę fauore publico, & publico nomine fit, in iuramento uel nón cōtinetur, uel illicite continetur, quomodo hic in foro animæ eum periurio & peccato mortali premes, qui in hunc caſum uel nō iurauit, uel iurauit illicitè? Quid tu hic dices Ecki? quem colorem? quas latebras conquires? Quid tu Tyndarū Plautinum allegas eo loco, ubi minime neceſſe erat, ſcilicet quòd fidelis ſit fideli? quis enim de hoc dubitaret? Sed alium Tyndari locum oſtendo, qui iam tibi conueniat: ſiquidem cum Tyndaro te occidiſſe conquerere, inter ſacrū ſtare & ſaxum, nec ſcire

quid facias. Quod autem ſubnectis, legē ſeu Imperatorem permittere, non præcipere ut bannitus occidatur, nec quempiam ad occiſionē cōpelli, cum aliis annexis uerbis: quis hoc neſciat? Sed quid infers? an ergo bonum publicum relinquēdum? an deſerenda publica utilitas? non puto. An timore opinati tui periurii, Imperii fines, ciuium trāquillitas, populorū quies, iura publica, factionibus, graſſationibus rebelliū, hoſtium prædæ, rapinis, nequitiis, turbationibus ſubiicienda? Permittit itaq; Imperator, ſed ita permittit, ut ſi publica utilitas expoſcat, nemo honeſtus bannitū inoffenſum ſit relicturus. Nec uerum eſt quod dicis, occiſorē qui publico nomine facit, non eſſe miniſtrum legis: imò eatenus eſt miniſter, ut etiam iure meri imperii occidat, ut eleganter Bal. d. l. paciſci. idem Bal. in d. l. amiſsione. ad fin. in d. l. reos. loco ſuprà allegato: & eſt cōmunis Doct. doctrina, ut per Doct. ſuperius allegatos, & alios, ſatis conſtiterit: quos ideo latius nō allego, ne Scotum tuum grauius offendā, quem dicis confertas iuriū allegationes improbare: in quo tamen ei non ſuccenſeo, quia imperitus iuris, Doctorum allegata, nec legere fortè (ut ſcholaſticus theologus) nec intelligere poterat. Tandem obiicis, plura me citaſſe, quæ nec minimo apice propoſito deſeruiant, imò tantum conducant, quantū ſinapiū poſt prandiū. Lepida mehercule cōparatio: falſum adagium, dignum quod uel glorioſus iſte Thraſo inueniſſet, commendaret Gnato. Quod autē iura per me deducta (quæ tamen nō ego, ſed Bar. allegauerat) nihil propoſito deſeruire opinaris, hic te non ſolum Liberide nudiorem prodis, ſed etiam omnem, quæ de te concepta eſt, iuris peritiæ opinionē tibi adimis. Prædicta enim iura non ſolū argumento optimo deſeruiunt, ſed euidenter etiam id probant ad quod allegantur. Nam l. ſed & reprobari. de excuſ. tut. ſuprà patuit quid operetur. Item d. l. amiſſione. ff. de capitis dimi. eos trāsfugarū numero locat, qui ab his, ſub quorū imperio ſunt, deſciſcūt, & in hoſtium numero ſe conferūt. At quid aliud facit bannitus pro delicto, qui imperiū ius dicentis cōtemnit, qui ab eius deſciſcit obedientia, qui eorū numero ſe cōfert, quos tanquā rebelles meritò quis hoſtiū loco habuerit? Rebellat enim qui reſiſtit non obediendo, licet ſuperiori bellū nō inferat: ut eſt tex. in extrauag. qui ſint rebelles. & ibi gl. in uerb. rebellādo. Vide quid ad Rhombum faciat hæc lex. Tu uero Rhombum tam ſcitè huc aduexiſti,

Sinapium poſt prandium.

xiſti, quàm accõmodè eum cæcus adulator Veiento olim laudauerat. Nemo enim magis Rhombum ſtupuit, nam plurima dixit, In læuam uerſus, at illi dextra iacebat Bellua. Porrò ſuper l. generaliter. C. de epiſ. & cler. ita imperitè ineptis, ita te exponis ridiculum, ut uel me tui miſereat, qui aliena tentãdo tam te reddas ingloriũ. Recte olim Athenienſes, ut eſt apud Platonem, cum de arte operis alicuius conſultarent, ſi quem expertem conſultare nouiſſent, eum ſi uel clariſsimus in aliis uir eſſet, extruſerunt & exibilarunt, transfixuri etiam, niſi diſceſsiſſet. Diſce Ecki duo eſſe capita in tit. de epiſ. & cler. quæ per uerbũ, generaliter, incipiũt: una authenticę uocabulo, altera legis inſcribitur. In qua re tu nõ habens diſcrimen, cum Bar. l. generaliter. allegaſſet, tu authenticã exiſtimabas: quo errore quid poteſt eſſe impudẽtius? Quid tibi cum legali pugna, quando in primo limine cecidiſti? Sed quod intolerabilius ſit, eam etiã authenticam non intellexiſti: putas enim per eã declarari, qualiter in litẽ iuretur: de quo tuo intellectu ut egregio (fateor) ueheméter riſimus. Siquidem de iuramento in litem, is tex. tam abhorret, quàm ſolent præparatoria iudiciorũ differre à deciſoriis. Iuramentũ in litem ei, qui per ſententiã uicit, patrocinatur: dicta uero authentica de ingreſſu, de perſeuerantia litigãtis pronũciat. Sed tu fortè ueſtibularius Iuriſta, id quod in cõtrouerſia iuratur, iuramentũ in litẽ putaſti, quod certè non poteſt non eſſe ridiculum. Cæterum Bar. d. l. generaliter. allegauit arguto ſanè & ſcito propoſito. Sicuti enim immunitas à tutelis, quæ clericis, ideo quòd diuinis inhæreãt, data eſt, adimitur ſi uagentur, & ſint deſides: ita Imperii, ciuitatũ iura, ciuilia cõmercia ſubditis propter obedientiã, probitatẽ, trãquillitatẽ, cõpetẽtia, perdũtur, ſi ab obediẽtia, à ciuili trãquillitate deſciuerint. Pari propoſito etiã l. ij. C. de tabu. lib. x. & l. j. C. ſi curia relict. ciui. eo. lib. allegãtur. Nã ſicuti qui decurio ad cẽſuale miniſteriũ ſe ſubmiſerit, priuilegia decurionis perdet: & qui curialis relicta ciuitate rus habitarit, fundũ amittet: ita & bãnitus iura uel Imperii uel ciuitatis, quibus ſe indignũ reddiderat, perdere debebit. Vt itaq; omnẽ rem ueluti epilogo colligamus, credimus per ea quæ ſatis prolixè tractauimus, liquidò patẽre: Primo quòd fides à ducibus belli, hoſti data (ſi modo legitima ſint autoritate prędita) obſeruãda erit. Deinde, fidẽ quã hoſtis hoſti, priuatus priuato ſuper priuatis lucris iniuſſu ducũ paciſcatur, ob-

ſeruari non oportere: quandò omnia quæ iniuſſu ducum eo in genere explicantur, ſi eorum interfuit ea ſciuiſſe, improbari cenſentur. Nam ut militaris homo contra diſciplinam militarẽ, contra iuramentũ militiæ datum, contra ius ſuperioris ageret, eam fidẽ ſeruãdo, quippe cui à caſtris abeſſe, colloqui, cõmercari, negociari cum hoſte, euagari ſine ſcitu & iuſſu ducũ non liceat: cui & cõmercium quæſtuoſum, præter ſtipẽdia, præter prædæ cõmunicationem, ſit prohibitum. Deniq; nec homo nõ militaris ad fidem hoſti ſeruandã tenebitur, à quo turpiter concuſſa, & illicitè (utpote ſine iuſſu ducum) extorta eſt promiſsio, quæ niſi ſit iuramento firmata, efficaciter nõ obligat. Tandẽ euicimus, nec hoſtibus quoq; ſecũdi generis, ne pacis quidem promiſſa eſſe ſeruanda, etiam ſi ſint iuramento uallata, dum promiſſor propter publicam utilitatẽ, & nomine publico contrauenerit. Quæ omnia per totã hanc Apologiã ſatis fundauimus. Et imputet ſibi hoſtis cui ſit promiſſio, quòd cum hoſte negocietur. Scire enim debebat, eã promiſsionem quæ iniuſſu ducum (cum eorum intereſſet) quæ cõtra militarẽ diſciplinã, quę illicitè eſſet extorta, nullius eſſe momẽti. Et quãuis hominẽ militarẽ ignorantia iuris excuſet, l. j. C. de iur. & fact. ignora. hoc tamẽ de eo iure intelligitur, quod ſuper negociis ciuilibus traditũ eſt. Cęterũ iura militaria, quæ ſuæ ſunt profeſsionis, ignorare nec poteſt nec debet. Ignorãtia enim eorũ quæ propriã cuiuſq; artẽ cõcernũt, eius artis profeſſorẽ à culpa nõ excuſat. l. profeſsio. C. de mu. patr. lib. x. l. ſi quis fundũ. §. Celſus. ff. loca. l. idẽ iuris. in fi. ff. ad l. Aquil. Inſtit. eo. tit. §. imperitia. cum ſim. Si interim taceo, quod prouerbio quoq; uſurpatum eſt, ut magnus Eraſmus in Adagiis docuit, hoſtiũ munera eſſe periculoſa. Quòd ſi hoſtis cum hoſte ea in ſpecie paciſceretur, in qua ducũ belli non intereſſet, utpote quòd ea conuentio nec ius ſuperioris, nec militarẽ uel diſciplinã, uel obedientiã cõcerneret, nec illicita concuſsione eſſet extorta, uel duces re cõperta ratificarẽt, hic fidẽ, ſi aliàs nihil legitimi obſtiterit, enixè fideliterq; obſeruandã & ſemper docuimus, & ultro aſſerimus. Sed uideor mihi ſubdiuinare, quæ tu arma hic expedire pares. Inſectabere enim, quòd meæ aſſertiones in tractatulo traditæ, nihil illorum doceant, ſed generaliter & indeterminatè procedẽtes, ad offendicula impegerint, ut ſic effuſa illa documẽta, cauſam tibi ſcribendi dederint. Sed certè ſi ad mea ſcripta aduertiſ-

uertiſſes diligentius, liquidò inuenire poteras, non eſſe impertinenté, quam declarationé fecimus: nam ex eo ſermone, quo pacta iniuſſu ducum facta improbamus, tota mea ſecundæ cõcluſionis declaratio fundatur. Super bannitis uero, generalis mea aſſertio ad Bar. doctrinas eſt relata, ut ſic nihil in genere dixerim, cui non inſit præſens mea explicatior determinatio. Si tamen omnino contendas id mihi non licuiſſe, quomodo tu ab euidẽti culpa te defendas, qui cũ nulla neceſſitate, nõ dico quàm iniuſte, cõtra doctiſsimũ & uitæ integritate probatiſsimũ uirum Mart. Lutherum, ueteris, id eſt, ueræ theologiæ, in pleriſq;, nõ pœnitendum aſſertorem, inter alia ſcripſeris, uoluntaté eſſe in anima, ſicut reginã in regno. Cæterũ cum clariſsimus uir Andreas de Bodẽſtein, fide & doctr. cũ primis perſpectus, te elegãtiſsimis ſuis cõfutationibus urgeret, tu cõcluſiones tuas declarãdo, iſtã tuã reginã uoluntaté, ita ueſte nuptiali denudaſti, ut in uigeſimo (credo) dicto, eã paulominus ancillã relinqueres. Quæ tamen nõ ideo ſcribo, ut huiuſmodi tuas declarationes improbem. erat enim in tua poteſtate, ſermoné tuũ declarare, quãdò quilibet uerborũ ſuorũ animi ſui optimus eſt interpres. l. ſi quis intentione. ff. de iud. Et deniq; iuris ciuilis melior pars caderet, ſi deciſiones generales indeterminatæ & breues nõ ſupplerẽtur, & lumẽ declarationis acciperẽt. Verũ ſi hoc tibi cõceſſum eſt, opinor & me quoq;, quæ mea ſunt, declarare permittes. Iã quod nouiſsimo loco eliminandũ mihi uidebatur, tu paſsim in inuectario tuo ſuper fidei cultu moues tragœdias, Fidei tẽplũ, quod Numa conſtruxit, extollis. Super populorũ uel fide uel perfidia cõmentaris, ad neotericos illos, Cæliũ ac Crinitũ (ut multa uidearis legiſſe) te refers, arduã eſſe fidẽ ex Lucani uerbis clamas, ut cui uel regna poſtferãtur, ex Silii, quam & ſine teſte præſtandã eſſe ex Ouidii autoritate teſtaris, cumulo etiã uerſuũ eam in ré adiecto. Sed quô tibi cũ impertinẽti iſta uociferatione? an ut me eleuares? me tanquam fidei deſertoré infamares? At hoc in te non ſolum impium, ſed & nequiſsimũ foret, qui opinionem, qui famam uiri non improbi, adde & præceptoris tui, dilaceratum ſine iuſta cauſa pergeres: ſed & tuo proprio teſtimonio mẽdacii, calumniæ te damnares, qui in fine tuæ inuectionis fidei me eſſe addictiſsimũ pronũcias. An uero quia diſputationi tuæ idipſum conferre putaſti? At hoc ab omni laudata peritia recederet. Cum enim de ſola fide

hoſtica, quæ iniuſſu ducum propter priuata lucra, quæ 'ue cũ bānitatis explicatur, ſcripſerim, qua tu dialectica defenderes, ut argumentis omnino extraneis, & nihil ad genus concertationis pertinentibus, me impeteres? Vt omnino colligi oporteat, aut calumnioſè, aut imperitè, tanto boatu ſuper fide exclamaſſe. Agarenos & Turcas mihi inculcas, quaſi ignoremus quid in eis ſit fidei, quos communis fama lõge perfidiſsimos nominat. Sed nihil ad me, fide ſint, ſiue perfidia inſignes.

Obiicis mihi Theſſalos, Cappadoces, Cilices, & neſcio quã gentium fæcem, qui perfidia infames eſſe dicantur. Sit ſanè ita, quid euiciſti? Nónne & ego fidẽ (caſibus per iuris ciuilis doctrinas exceptis) arctiſsimè colendam iubeo? quis has ſycophãtias æqua mente pertulerit? Sed nec ſatis tibi fuit dentes in me diſtrinxiſſe, niſi & magnũ Eraſmum, quem tamen allegabas, obliquè ſuffricares, quaſi neſcio quod ſymbolũ Pythagoræ ex Beroaldo cõmentatore iſto Bononienſi repetierit. In qua re miror, ſi te non pudeat tui. Eraſmus uir eſt diuinarũ & humanarũ doctrinarum princeps: Beroaldus homo grãmaticus fuit, & uix ultra puluerẽ literator: & audes dicere, quòd tantum doctrinarũ numen, omnis excellentiſsimæ doctrinæ antiſtes, noſtri ſeculi heros, cuius nomen ſolido ſtat in auro, à literatore, tam uulgata, quæ popularibus etiã cognita ſunt, repetierit? Et quãdo in Eraſmum incidimus, hoc quoq; prætertire non potui, quòd in tuo collectario præſtantiſsimũ illum uirum, ueteris, id eſt, ueræ Theologiæ cum paucis laudatiſsimũ aſſertorẽ uellicas: quaſi ipſe locum Matthæi quinto, ubi dicit: Sit ſermo ueſter, eſt eſt, &c. torſerit, dum in ſcholiis putat Chriſtũ ſimpliciter ſenſiſſe de perfectis, de quibus loquatur, omnino non eſſe iurandũ, pro rebus hiſce, pro quibus uulgus deierat: in cauſa tamẽ fidei & pietatis etiã Chriſtũ & Apoſtolos iuraſſe, &c. Mihi uidetur Eraſmus bene locutus: perfectis enim quantũ in ſeſe fuerit, non eſſe iurandum, etiã Hieronymus ibidem ſignificare uidetur, dum dicit, Iudæis quaſi paruulis conceſſum fuiſſe ut iurarent: euangelica autem ueritate iuramenta non recipi. At per hoc nec Hieron. negat, nec Eraſmus, quin perfectis quoq; uiris iurare liceat propter infirmos & imperfectos, qui nõ aliter ad fidem mouẽtur. quod & Auguſti. uoluit, ut recitatur in c. ita ergo. c. non eſt. xxij. q. j. Non ergo debebas Ecki, quod diſtinguere, quod moderari poteras, in uiro doctiſsimo ſtatim improbare. Si enim ſiniſtro

Eraſmus Roterod.

iſto

iſto iudicio, hi quibus paulò cultius eſt ingenium, in bona nomina ferri pergerent, quis deinde ſuarum uigiliarum monimenta ad poſteritatis utilitatẽ relinqueret? quis non, ſcribere deteſtaretur? In id genus hominum etiam Hieron. cõtra Ruffinum excãdeſcit, ac Eraſmus noſter in Herculis laboribus eleganti ſsime inſectatur. Gladius profectò in manu furentis, eſt ſcientia in homine, alios ſine delectu facile impetentis. Sed digreſsi aliquantiſper, ad noſtrũ propoſitum reuertamur. De Fidei templo, quod Numa conſtruxit, hiſtoriam quam inculcas, nouimus, dũ tu uix alphabetarius eſſes. Sed hoc quid ad me? quis enim pugnet, quin cana fides in rebus & negociis ciuilibus (dum dolus malus abſit) ſemper debeat haberi fidiſsima? Nec minus abſurdè mihi obiicis, fidẽ Romanos tanti feciſſe, ut morte citius uitam commutauerint, quàm periurio. Quid ad farinas noſtras? aliena ſunt hæc à noſtris aſſertionibus, qui ipſe nihil arctius conſeruandũ puto, quàm fidem, dũ honeſtè, dũ legitimè conſeruetur. Itaq; falſo me calumniaris, quaſi fidei obſeruatio ſit cõtra ſententiã meã: quas certè calumnias, ſi ſtomacho liberius indulgere cõſiliũ eſſet, pro dignitate rei cõuellerẽ. Sed alioqui plus quàm mei unquã uoti fuerit, ſtylũ acuere honoris mei ratio perpulit. Subſequeris Auli Gellii locum, ubi ſcribit Hannibalem poſt Cannẽſe præliũ quoſdã ex captiuis Romanis ad urbem ſuper captiuorũ cõmutatione miſiſſe, iuramẽto adactos ad reditũ, ſi nihil impetrarẽt: re infecta, quoſdã quòd deiurio deuincti eſſent, rediiſſe, alios defenſiunculas obtendẽtes, remanſiſſe, interq; infames fuiſſe cõnumeratos. Super qua hiſtoria ita geſtire uideris, ac ſi iam ante præliũ debellaſſes: quæ tamen tota narratio, nec meas doctrinas ullo modo impugnat, nec tuis erroribus ſuffragatur. Primo, quia ea hiſtoria apud autores ita uariatur, ut magis miretur Liuius tãtam autorũ diſcrepantiã, quàm quid uerũ ſit, diſcernere ualeat, ut eſt apud eũ in tertia Decade lib. 11. ad fi. At ubi ueritas laborat hiſtoriæ, reſq; ipſa narratione in diuerſa diſtrahitur, nihil iuſti ex eo euincitur, ut eſt ſuper eo uulg. Doct. aſſertio, per l. dos à patre. C. ſol. mat. Quod ſi dederimus hanc hiſtoriam non uariare, adhuc nõ obſtat: ea enim pacta cum Hannibale facta, principes Rom. tãquam belli capita approbarunt: quo caſu nihil iniuſſu, id eſt, improbatione ducũ illi captiui iurauerũt. quæ approbatio eam uim habet, ac ſi Romani à principio ſuper huiuſmodi iuramẽto con

ſenſiſſent, quia ratihabitio notiſsimo iure retrò trahitur, & mandato cõparatur.l.fi. C.de compenſ.c.ratihabitio. de reg. iur.lib.vi. Poterant autẽ, ſi uoluiſſent Romani principes, eã obligationẽ legitimo iure improbaſſe, tanquam iniuſſu eorũ factã, ſicuti per Camillũ antea factitatũ eſſe legimus, qui pacta per tribunos plebis & ſenatores ob eminentẽ etiã reipub. ſalutem promiſſa, eo ſolo nomine irritauit, quòd ſuo iniuſſu cõuenta fuiſſent. Deniq; hæc cõuentio Hannibalis nõ ſtetit in nudis finibus promiſsionis, de quo mea doctr. loquitur, ſed in uinculũ iuriſiurãdi abiit. Nec enim dices pacta ibidẽ à iureiurãdo nihil differre, nã ex T. Liuio diuerſum colligitur, qui clarè ſcribit Hãnibalẽ primo pactũ eſſe, deinde captiuos iureiurãdo adegiſſe. At nos ſuper fidei & iuramẽti differẽtia ſatis ſuprà diximus. Adde quòd qui captiui remanſerũt, quãtũcunq; fuerint à cenſoribus, à populo inuiſi habiti, tamẽ per ſentẽtias ſenatorũ obtinuerunt, ut eis Romæ manere liceret, néue hoſtib. dederẽtur, id quod notabiliter narrat T. Liuius loco ſupradicto. Quo ſenatuſconſulto liquidiſsimè conſtat, religionẽ iuramẽti eo caſu dati, inuitos lege nõ obligaſſe, & omnia in honeſtatis ratione fuiſſe locata. Sed finge ea tunc fuiſſe tẽpora, quibus iuramẽti religio etiã plus quàm neceſſe erat, obligaret: uerũ quia mores Romani tẽporũ curſu longe aliũ in modũ uariarũt, tota res ad ciuilẽ redacta eſt prudentiã, ex quo quid iuſtũ, quid cõtrà iniuſtũ ſit, certius quàm ex uariatis Romanorũ ritibus deprehẽdas. I nũc Ecki, & in tuo inuectario de memorabili iſta tua pugna gloriare, quã licet exquiſita diligentia cõtra me (armis ut tibi uidebatur cruentis) inſtruere contenderis, uictoriamq; quaſi debellatum iam eſſet, præſumpſeris: attamen quàm longè opinione tua falſus ſis, inuictæ meæ & doctrinæ & concluſiones euidenter oſtẽderunt, quibus te ita exarmaui, ut neminẽ uel inimicũ credam futurũ, qui mea & tua legerit, quin meis doctrinis omni calculo (dum ueritatẽ amarit) ſit ſubſcripturus, quas ratio ipſa, ipſa recti obſeruatio, ipſa incorrupta fidelitas, iuris ciuilis textus, communes Doctorum doctrinæ corroborant.

Quàm tu ſaniore uſus eſſes cõſilio, quandò tot plures annos, quibus in prædictis ſcripſimus, ſiluiſti (etiã dum mecum eſſes, mecum equitares, meo hoſpitio exciperere) ut & nunc quoq; uel ſiluiſſes in re tibi comperta, & nulla concertatione digna: uel priuatis ad me hominẽ amicũ datis literis, dubia, ſi

quæ

quæ haberes,mouiſſes,ut ita cauſam omnẽ priuatim trãſegiſ ſemus.Sed quãdò ſubitario quodã motu,ut tu ſcribis,me nõ cõmonito,ædere uoluiſti, ego quoq; meo deeſſe honori nõ poteram,quin & defenſionẽ meã in mille exẽplaria publicarem.Cui defenſioni ſi acceſſeris, bene ſanè: ſin minus, nihil mea refert.Nec enim contra tã recepta iuris noſtri dogmata, etiã ſi autoratus in noſtris caſtris miles eſſes, obſtrepere poſſes,quãto minus qui theologus dicaris,in noſtra legali ſapiẽtia nec autoritate nec doctrina pollẽs, ulla cũ modeſtia contraniti licuerit.Hæc fuere Ecki,quæ pro cauſa noſtri honoris & famæ,pro doctrinarũ noſtrarũ ueritate aſſerenda occurrerant,in quibus ſi ſtomacho indulgere cõperiar,uulneris dolorem ea extorſiſſe: ſin res noſtras citra liberioris indignationis flammã temperauimus,partim amicorũ noſtrorum cõmunium,partim modeſtiæ meæ rationẽ habuiſſe, putato. Neq; enim bonos offendere amicos,&ita modeſtiæ fines excedere delectamur:hoc enim ſicut deteſtabile ſemper iudicaui,ita illud grauiſsimæ iacturæ loco deputauerim.Fac mi Ecki,muta neſtem,& cuncta tibi pro oraculo Proteſilai contingent felicius.Noli ingenii tui fœcũditatẽ,quæ in bonis exercere ſeſe cum laude poterit,in hoc inuiſo ſcribendi genere impurare. Noli leuiſsima quacũq; arrepta occaſione doctos uiros ſine delectu appetere:nam & canibus capitolinis,quãlibet capitolii ſint cuſtodes,ſi notos iuxtà & ignotos adlatrare pergant, crura ſuffringere debere,Cir.pro Sex.Roſcio iubet.Gloriam crede mihi uenabitur,ſed cum Tantali poculis elabentẽ,quiſquis famã inſectandi cõſuetudine uenari cõtenderit. Quod ſi omnino diſputationũ ardẽtior libido tibi ſedeat, in tua tamẽ profeſsione maneto, legales diſceptationes his dimittito qui legũ ſcita profitẽtur, qui quotidiano eius uſu calluerint. Suæ enim quẽq; artis diſputatorẽ optimũ eſſe ex Valerio nõ ignoras. Et eſt alioqui arduũ prorſus iuris diſceptandi negociũ,in quo qui cũ laude uerſari uelit,neceſſe eſt plures annos ſub præceptorib.attriuerit,ſudauerit,alſerit,uigilauerit,multa legerit,uulgatoria iuris ſcita,uelut in numerato habeat,accõmodãdis iuribus ſolers,retinẽdis capax,trutinãdis acutus, moderãdis circunſpectus,& in aſsiduo omnino labore infractus.Tot enim innumeros euẽtus,tot facta,factorũq; tot diuerſas ſpecies ſub legem concludere, iuriſq; doctrinis cõplecti,& ſummi ſtudii eſt, & munus laborioſiſsimũ: in quo q nõ

aſſueu

aſſueuerit, conſultiſsimum fuerit, ut aliena diſceptando ſeſe non diſtorqueat. Eſt prorſus ſua cuique profeſsio, propriis præſepta finibus: quos qui egredi, qui in alios fines uelit excurrere, niſi in eis ſit perſpectiſsimus, & cadet facile, & illaudatè cadet. Hæc ſi perpenderis, ſi non facile eius rei certamen ſuſceperis, in qua armis imparibus ſis pugnaturus, iam ſtationem, iam honoris gradum, peruulgatam nominis tui exiſtimationem tenere poteris, quam certè non ſolum non minui unquam, ſed uel commendatione inter uiros doctiſsimos auxi: eamq́;, ſi mihi per iniuſtas tuas uellicationes licuiſſet, nullo unquam tempore fueram diminuturus: id quod & propoſiti & uoti mei ſemper fuerit, dum hæc nihili cõcertatio (quippe utrique non magnopere diſſentimus) in te reſederit.

Quod ſi ad arma pergas recurrere, id quod tui ſit arbitrii, & nos quoq; acrioribus fortaſſe iaculis, ſtylo liberiore tecum cõgrediemur, utranq; pacis & belli teſſeram, ut quondam Fabius Carthaginenſibus, tibi offerentes. Vale.

ANTIECKIANAE FINIS.

RERVM AC VERBORVM TOTO HOC OPERE MEMORABILIVM, INDEX.

A

ACceſsio directa quæ ſit 225. quid requirat ibid. quomodo detur ibid.
Acceſsio cõtraria quę, & quid requirat 225. quomodo detur ibid.
Acceſsio contraria cur nominetur impropria & remotiua per Zaſium 226
Acceſſoria, & ea quæ per occaſionem ueniunt, plerũq; ſunt potentiora ipſis principalibus 224
Acceſsionum ex redhibitione, & ex pactis quibus res fit inempta, æquiparatio & differentia 226
Accipiendi uerbum generale eſt, nec urget trãſlationem dominii 550
Accurſii error circa operas 80
Acquiſitio unius rei hæreditariæ, non arguit acquiſitionem alterius 219
Actio utilis 141
Actio in factum an detur utiliter, ſi futura etiam damna timeantur 133
Actio depoſiti per ſentẽtiam infamat 61
Actio doli ceſſat, ubi aliis actionibus locus eſt 149
Actio dotis qualiter defunctę mulieris eſſe dicatur 169
Actio dotis in caſu non prouiſo per ſtipulationem, mulieri competit. ſingularia quædam circa hoc per Zaſium 167
Actio natiua & eiuſdem concludendi medium 179
Actio natiua directa, datiua utilis rectè nuncupatur. ſingulariter per Zaſium 180
Actio omnis natiua eſt, ſi in genere humana negocia cõſiderẽtur, naſciturq; ex matre obligatione 174
Actio pro re minima nõ competit 211
Actionem mortui nõ habent 169
Actionem, quæcũq; illa ſit, color aliquis obligationis prędat, neceſſe eſt 313
Actiones anonymæ 185
Actiones aut ſunt natiuæ, aut datiuæ 179
Actiones non eſſe inuentas à iure ciuili 179. & 180
Actiones quæcũq; è facto hominis initium capiunt 179
Actiones perſonales mixtæ, cur dicantur habere cauſam mixtam 225
Actiones perſonales in rẽ ſcriptæ, quare dicãtur, & quãobrem competant 223

Actiones

Actiones in rē ſcriptę nō plus participāt de realibus quàm actiones mixtæ 124
Actus in uerba iuris reſolutus 235
Actus in materia conſideratus 235
Actus ualet ut ualere poteſt, ſi uitium ſit in materia 283
Actus in ſua forma conſideratus 235
Adoptio anonyma 185
Aduentitia non faciunt mutari iura ratione originis 114
Aduerbia quandoq; eundem caſum quē ſua primigenia, trahunt 356
Aduocati dicūtur militare 630
Aduocati an gaudeant priuilegiis militaribus 630
Aedificans in ſolo quod meū eſt, tametſi poſsideat, prohibetur uerbo aut lapillo, uel ſimplici nuncio 302
Aedificās in ſolo quod ſuum eſt, alius tamen poſsideat, dicitur in alterius ædificare 302
Aedificās in fundo ſuo quem poſsidet, tametſi noceat iuri meo, nō ideo poſſum eū prohibere interdicto quod ui aut clàm: & qualiter illi debeat nunciari 302
Aedificans uel in meo uel in ſuo, cum iactura tamē mea, qualiter impediri poſsit 301
Aedificāti in ſolo uel ſuo uel noſtro, quando amittatur uel retineatur poſſeſsio, & quæ nūciatio neceſſaria 301
Aediles quando creati 426
Aediles ex nobilitate creati 441
Aedilium officia 426
Aedilium duo ordines 426
Aeliorū familia primæ nobilitatis 405
Aerarium 427
Aeris alieni contributio 350
Aes alienum ante omnia deducitur 350
Aes à Seruio primùm ſignatum 445
Aes alienum nuſquam perit 46
Aeſtimationis differentia in utriſq; operis 333
Aetas impubes quę dicatur 588
Affectare 489
Aliud, pro contrario 360
Alternatiua promiſsio quādo inſit obligationi generis 41
Alternatiua ab utraq; parte ex caſibus ſuppoſitis uerificatur 133
Alternatiuæ obligationi toti, obſtat pactum de nō petendo alterā ex ſpeciebus obligatis 41
Alternatiuis ad iudicem relatis an eius ſit electio 131
Altius tollēdi facultas quomodo competere queat pactionibus 115
Altius tollendi facultatem actione confeſſoria competere, contra Iaſ. 115
Altius tollendi facultas cōtingit ex naturali æquitate 115
Altius tollendi facultas ultra

menſuram ſtatuto prohibitam, uicini cõceſsione contingit 115
Amicorum officiũ uel in paucis, benigniter eſt ſuſcipiendum 173
Andræas Alciatus 45. 401. & 434
Anima nobilior corpore 643
Animus ſine uerbis nihil operatur 306
Annona 450
Anonyma & indeterminata quædam in Iure 395
Annua uini quod domi naſceretur legatio, omni anno debebitur, etiam ſi uinum non creuiſſet 48
ANTINOMIARVM diſſolut. l. præcipiunt. & l. fin. ff. de ædil. edict. 537. Itẽ l. per ſeruũ. §. denique. ff. de uſu & habitat. & l. huic. §. j. ff. uſufr. quẽad. caue. 541. Item l. ſi pœnæ. §. j. de cond. indeb. & l. repetitio. eod. tit. 542. L. cum ab eo. & l. quid tamen. ff. de contrah. emp. 545. L. cum quidam. & l. in fraudem. ff. de iur. fiſc. 545. L. hoc iure. l. ſtipulationes. & l. inſulã. ff. de uerb. obli. 546. L. ſi filiusfam. de iud. & l. final. de uar. & extraord. cog. 547. Hæ in prima parte diſſolut. habentur. Secũda pars determinat l. fin. in fin. de uſucap. & l. ſi quiſquam. de diuerſ. & tẽporalib. præſcript. 549. Item l. in fraudẽ. iij. ff, qui & à quib. & l. ſi quis cum. ff. quæ in fraud. cred. 550. L. fin. ff. de cond. cauſ. dat. & l. naturalis. §. j. de præſcript. uerb. 550. L. intereſſe. ff. de acq. poſſ. & l. licet. §. rei. ff. de poſ. 555. L. qualẽ. ff. de arb. & l. ſi cõuenerit. ff. de re iudic. 551. L. fructus. ff. de rei uẽdi. & l. & an eadẽ. §. qui cũ partẽ. de excep. rei iud. l. ſi Titio. §. j. de uſufr. 552. L. ſi quis cum ſciret. ff. pro emp. & uerſic. niſi fortè. in ead. l. 552 Item l. ſcire debemus. ff. de uerb. oblig. & l. plurib. eod. tit. 554. L. ſi pro patre. §. uerſum. ff. de in rẽ uerſ. & l. j. §. prodeſt. & §. quod ait prætor. ff. quor. leg. 555. L. j. §. hoc inter. ff. de tab. exhib. & l. ſi. eo. tit. 555. L. ſi quis miſſus. ff. ne uis fiat &c. & l. j. §. neceſſariò. ff. ſi mul. uẽt. nomi. 556. L. ij. ad fin. prin. ff. ſol. mat. & l. cũ dos. in ſi. ff. de pact. dot. 556
Antinomię l. ij. §. pen. ff. ſol. matr. & l. cũ dos. ad ſi. ff. de pact. dota. Diſſolutio eiuſdem per Zaſium 167
Antinomię l. ſi cum dotẽ. ſol. matr. ac l. inter. §. cũ inter. diſcuſsio 168
Antinomiæ ll. per Vallam notatæ. 537. Per Budæum 539
Antiſtrephon 359
Appius Claudius 381, & 457

Appius

Appius Cæcus 456
A' præpoſitio 438
Arbitria ex compromiſsis præcipuè regulantur 233
Arbiter nõ habet iuriſdictionem, ſed notionem 233
Archigrammateorum priuilegia & immunitates 402
Arrhæ quare dentur 109
Arrhæ uim non habent bibales & his ſimilia 110
Arrhæ nõ impediũt reſciſsionem contractus 109. limit. huius ibid.
Arrhæ aut perdũtur aut duplicatæ redduntur, parte à cõtractu reſiliente 109
Arrharum datio nõ cauſat intereſſe 109
Arrharum damnũ in pœnam recidit 109
Argumẽtũ dilẽmaticũ 359
Argumentũ à priuilegio mariti, donatoris, militis, ad inuentarii beneficium, uanum 174
Argumentum ab uno ad pluralitatem tenet 118. & 128
Argumentũ à ſingulis ad coniuncta ualet 128
Argumẽtum à caſu particulari ad uniuerſalem, periculoſum eſt 242
Argumentum de præſenti ad præteritum ualet 132
Argumentũ à legitima hęred. ad teſtamentum 340. & 343
Argumẽta latere poſſunt 354
Argumenta à dubiis non ſumenda 571
Argumenta quæ ex ui uerborum ſumuntur, ſunt certiſsima 374
Argumenta contra ueritatem trahũtur cum magno labore & languore 675
Ariſtoteles data opera obſcurè ſcripſit 489
Ars imitatur naturam 45
As non genus, ſed totum nominatur 50
As hæreditatis quid ſub ſe cõtineat 50
Aſsis partes 50
Aſſerere liberali cauſa, quid 643
Autorum autoritas quãdo nõ obticenda 428
Auctuarium 687

B

Baldus numen Legiſtarum 110. Tardè ad ius ciuile uenit 475
Baptiſmus ad ſalutem eſt efficacior, quàm uerbi diuini prædicatio 644
Beatus Rhenanus 424
Benigniora præferũtur in ambiguis 85
Beroaldus Bononien. 776
Bolognini Bononiẽ. error 529
Bonifacius Amerbachius 434. & 470
Boni parentes malos ſæpius producunt filios 462
Budæus 540
Bubulcorũ, opilionũ, meſſorũ labores, &c. operis ſeruilibus, non autẽ libertorum adiudicantur 74

Cæſar

C

Caeſar immeréribus libertatem adimere nõ poteſt, niſi conſentiant 297
Caius Caſsius Longinus 508
Caius Trebatius 281
Calendaria 403
Calliditas ſub lata culpa contegitur 62
Caligulæ calumniæ 37
Cancellariorum dignitas 402
Carcer horridus à debitore recuſari poteſt 286
Carcerum cuſtodes, cuſtodiã negligentes, qua pœna puniantur 66
Caſsius prætor inexorabilis 442
Caſtrantes ultimo ſupplicio puniuntur 65
Cato tria deteſtari ſolebat 464
§. Cato. l. iiij. ff. de uerb. obl. Zaſiana explanatio 525
Cauillationes & ſubterfugia reiicienda per prætoré, nõ ſuper illis deliberãdum 232
Cautio res fragilis 202
Cautionis die præterito, ſi uicinus aliũ diem petierit recuſante reo, uel nõ recuſante, & interim domus ruat, quid iuris, per Zaſi. ultra Doctor. 232
Celſus 510
Cenſuales literæ præciſe poſt redẽptioné reſtituẽdæ 202
Cẽtumuiri à Senatoribus differunt 443
Certi condictio qualiter cum aliis actionibus concurrat, & altera per alteram conſumatur 224
Cicero Iureconſultus 538
Ciues Romani 436
Ciuem Romanum capite punire non potuit conſul 418
Ciuitas non conſtat ex omnibus incolis 377
Claudii Imperatoris inconſtantia 449
Claudii poëtæ epigramma du reum 413
Clericus concubinarius à diuinis ſuſpenditur 297
Clericus ſuper eccleſię iure extraordinariè agere poteſt 149
Cliẽtes libertis cõparantur 83
Clientum origo 380
Cœlius Sabinus 510
Collateralis linea faciliorem habet ſucceſsionem in deſcendentes quàm in aſcendentes 106
Collectiua qualiter re & uerbis coniungantur 238
Commentarii in iure noſtro qui reiiciendi 378
Commentariorum coërcẽdorum neceſsitas 393
Commodum non ſentiat pœna dignus 297
Communes opiniones 497
Comparatiuus aliquãdo pro poſitiuo ſumitur 53
Compẽſatio qualiter per iura nouiſsima corrigatur 282
Cõpenſatio ſpeciei ad quantitatem uel ſpeciẽ, in re prohibita eſt 282

Compenſatio inter uirum & uxorē quodammodo admitti poteſt 174
Compilatores non ubiq; ordinem obſeruarunt 341
Concluſio quid 369
Concubinæ ſunt de eccleſia, ſicut ulcus de corpore, nec dignæ quæ legalibus nodis ſtringantur 197
Concurſus natura eſt ut partiatur in partes æquales 117
Conditio tacita ſuſpendit obligationem 196
Conditio poteſtatiua nō arctat implere debentem, ad tempus continuum 131
Conditionis, ſi quiſpiā decedat ſine liberis ut hæreditatem reſtituere grauetur, explicatio copioſa & ſingularis Zaſii 660
Conditionibus ad unguē debet ſatisfieri 103
Cōiecturę, quòd teſtator præſumatur excluſam uoluiſſe matrē, duobus teſtibus probantur 604
Coniugum & familiæ ſeparatio dura eſt 83
Coniugum alterius morte, affectionis ſeu affinitatis ratio ceſſat 170
Coniuncti re & uerbis quando faciant partes 142
Couiuncti re ſi concurrāt, & pars unius collegæ deficiat, ea ad illū deuoluitur, idq; iure nō decreſcēdi, & ipſum onus non tranſit 141
Coniuncti re & uerbis partes concurſu non faciunt, per Zaſiū cōtra cōmunem 135
Coniūctio re & uerbis facta, etiam mixta dicitur 135.371
Cōiunctio uerbalis ſola, quæ 371
Coniunctio realis & uerbalis cui ex ſimplicibus magis applicetur 135
Coniunctio uel realis uel uerbalis qualiter cōiungat 135
Coniunctio ſanguinis in diſpoſitione teſtatoris non attenditur 611
Coniunctio, Sed, ordinis eſt quandoq; 336
Coniunctionis quæ fit re & uerbis, & quę uerbis tantū, differentia 139
Coniunctionis realis & uerbalis certi caſus diſcreti, quib. collegæ faciunt uel non faciūt partes, ſingulariter per Zaſium diſcuſſi 142
Conſequens qui uult, intelligitur etiam uoluiſſe neceſſarium antecedens 645
Conſilia Doctorum debent dari ſignata 501
Conſiliis Doctorum qualiter ſubſcribendum, & quorundam in ſubſcribendo leuitas 501
Conſiliorum autoritas 110
Conſuetudo naturā facit 130
Cōſuetudo eſt attendenda in cōductitiis laboribus, quo ad uictum 85
Conſules unde dicti 417

Conſula

Conſulares 467
Conſultor, dicitur teſtis iuris 502
Conſumere pecuniã, uel aliàs perdere, æquiualet 553
Contractus ſunt facti 235
Contractus & conuentiones non præſumuntur pœnales, niſi hoc expreſſe ſit actum 267
Contractus emptionis & uenditionis ſi fiat, & ſimplex demonſtratio intercedat, hæc habet uim pacti 300
Contractus innominatus in genere, eiusq; actio in factum 193
Contractum, do ut des, nõ ſolum expreſſe oriri, ſed etiã tacitè 193
Contrarietates inſunt omnibus profeſsionibus 541
Contumax quomodo utrobiq; grauetur onere probãdi 256
Conuentiones dant legẽ contractui 85
Copula, Et, interdum nõ ponitur implicatiuè 367
Copulatiua, Sed &, uim habet addendi, ut uel augeat, uel limitet 258
Copulatiuis iuncta ſcindũtur in partes 138
Cornicum oculos configere, prouerb. 400
Crimẽ incidit qui proprio affectu hoſtem interficit 765
Culpa ignauiæ lata eſt 316
Culpa lata ſub poſitiuo dolus nominatur 316
Culpa lata dolo non comparatur in caſibus in quibus lex dolum expreſſe requirit 62
Culpa latior, à lata, ſpecie nõ differt 61
Culpa latior ac lata dolo adſcribitur 52
Culpa uerſutiæ quæ 54
Culpa uerſutię iuſto dolo nõ diſsimilis 59
Culpa uerſutiæ lata eſt 316
Culpæ appellatione, leuis & leuiſsima intelligitur 52
Culpa leuiſsima uenit in commodato 52
Culpam latiſsimam non eſſe manifeſtum dolum, contra Bart. 53
Culpa accuſantur qui ratione & intellectu pręditi ſunt 54
Culpa improuidentię quibus poſsit imputari 57
Culpa ignauiæ qualis 54
Culpæ diuiſio per Bartolũ 52
Culpæ duplex diuiſio per Zaſium 53
Culpæ latæ duo exiſtunt genera 318
Culpæ ignauiæ quid adſcribatur 54
Curia quid 380
Curiarum dominicalium origo 381
Curiatę leges unde dictę ſint 381
Cuſtodia quæ cõmunem rem reſpicit, non poteſt fieri in partem 128

D

DAmnum quod quis ſua culpa contrahit, ſibi imputet 698
Damnum l. Aquiliæ ad duplũ dari, etiam ſi certi cõdictio ne agatur 113
Damni occaſionem dans, damnum dediſſe cenſetur. pagina 180
Damni reſtitutio pro rata fit, ſi ex ſtipulatione ad dãnũ agitur 126
Damnati ſi eriperentur à iudicis gladio, fouerentur crimina 642
Dãnatus ob iniurias infamis efficitur 63
Debita extinguntur pro portionibus hæreditariis 516
Debitor quando ſit obligatus alternatiuè ad totum collectiuum, aut ad æſtimationem in ſingulas ſpecies, & quid teneatur præſtare 41
Debitor ad ſpeciẽ reddendam inuitus non cogitur 34
Debitor paciſcens ut à creditore propria autoritate capi poſsit, an pactũ teneat, reg. cũ fallentiis 185. & 186
Debitori unam tantũ ſpeciei partem ſoluẽti, qualiter cõ petat illius partis repetitio, cũ ipſe ab obligatione non ſit liberatus 41
Debitores incarcerari à magiſtratu, actus licitus eſt 186
Decemuirorum ius 391
Decemuirorum crudelitas pagina 419
Decẽuiralis magiſtratus euerſio 431
Decemuirorum interitus, pagina 419
Decemuiros cõſtitutos ad petendas à Græcis leges, quo modo accipiendum 389
Deciſio generalis præcedens per ſpeciẽ adiectam moderatur 345
Deciſio generalis & indeterminata, ab exemplis ſubſequẽtibus determinatur 138
Dedititii 436
Defenſio mala, non defenſioni æquiparatur 304
Deierare quid 685
Delegati iuriſdictio ex reſcripto fundatur, & non extenditur 133
Delegatus ordinatur nomine iudicis, non autem arbiter 134
Delegatio plus habet autoritatis quàm pactum 367
Delegatio non niſi creditori fit 337
Delegationi ineſt uirtualiter & ex neceſsitate pactum de non petendo 167
Deliberatio in rebus dubiis adhibetur 131
Delictum ex ſimplicitate uel improuidentia hominis cõ miſſum, punitur 58
Delictum deſignãdo ſufficit, ſi adſit dolus in genere, tametſi erretur in ſpecie 306
Delictum non debet ſentire lucrum

lucrum 115
Demarathus Corinthius, pagina 383
Demonſtratio falſa non nocet 44
Depoſitor ſibi imputabit, ſi apud negligentem depoſuit 317
Determinationes ad certam demonſtrationem plus uel minus reſtrictæ, quid operentur 36.
Dictator primus 411
Dictare 408
Dictio, Iam tum 339
Dictio Tunc, extremitatem temporis ad punctũ ſignificat 105. & 367
Dictio, Suũ, propriè & improprie uſurpatur 672
Dictio, Quoq; implicat 593
Dictio, Alius, implicat qualitatem præcedentis dictionis, licet aliquando improprietur 280
Dictio, Solum 503
Dictio, Partim. 438. Nẽpe. 334. Niſi 328
Dictio, Cum, eſt copulatiua 371
Dictio, Niſi, ſemper excipit, ſuiq; cõ trarium ponit 304
Dictio, Sed, quandoq; ponitur adiunctiuè, non aduerſatiuè 322
Dictiones, Meum, Tuũ, Suũ, in iure ipſum dominiũ ſignificãt, & pro debito uſurpantur 668
Dictiones reciprocę tralationis 147
Dictionis, Eum, uſurpatio 160
Dictionis exceptiuæ uirtus 304
Dilatio anni legalis marito extrinſecum lucrum nõ affert 174
Dilationis ánniculę legalis effectus & cauſa 174
Diſcere, ſola recta uiuendi ratio eſt 407
Diſcipuli quã obſeruantia ac liberalitate uti debeãt erga preceptores, uariis docetur exemplis 507
Diſiuncta pro cõiuncta quando accipiatur 241
Diſiũctiua inter dictiones ſeruantes ordinẽ poſita, qualiter uerificetur 133
Diſputator optimus eſt in ſua quiſq; arte 779
Diſtinctio in iure prohibita eſt, ſi non diſtinguat Iureconſultus 754
Ditio 447
Diuitiæ probis rariſsimè contingunt 506
Diuitiarum deus Plutus quur cæcus & claudus eſſe fingatur 506
Diuitiarum incõmoda 506
Doctor iudex ĩ cauſa ſui ſcholaris, nec eſt ordinarius, nec delegatus, nec arbiter 185
Doctor qui cõſuluit in cauſa aliena, tenetur id cõſilium ſequi etiam in propria 504
Doctores indocti taxantur 505

Doctores iuris in latã culpam incidũt, ſi ius in quo uerſantur ignorauerint 56
Doctorum atq; iuriſperitorũ peritia, popularibus ineſſe uidetur 57
Doctorum quorũdam iniquitas in interpretandis legibus 257
Doctorũ aſſertionibus nõ facile ſubſcribendum 289
Doctrinis maiorũ acquieſcendũ eſt, niſi quis fortiſsimis teſtibus uel rationibus ſit munitus 677
Dolus nemini patrocinari debet 698
Dolus requiritur ubi magiſtratus iniuſtè pronunciauerit. 64
Doli proximitas à dolo non diſtat 59
Dolo uidetur caruiſſe, qui ex improuidẽtia miſsũ in poſſeſsionem impedierit 64
Dolo abſente, pœna interdictorum ſeu edictorum euitatur 65
Dolum quæ cauſa excuſet pagina 58
Dolum puniri, culpã uerò doli ſociã non puniri, iniquũ eſt. 66
Dominiũ utile, aut directò opponitur, aut ei ſubalternũ eſt 189
Dominium, & traditionis petitio, ſunt pugnantia 189
Dominiũ non poteſt ita tradi ut repentè reſtituatur 309
Dominii utilis, quo ad utile, directi quo ad directũ, ius idem 189
Dominus in re ſua proprio facto ſe tueri poteſt 150
Domus cuſtodia officialibus operis cõnumeratur 73
Donatio nõ eſt quæ ad compenſationem redit 510
Donatio facta uxori per amicos mariti, ualida eſt 287
Donatio facta uxori contemplatione mariti, non poteſt dici facta marito, cõtra Bartol. 288
Donatio inter uirum & uxorẽ nõ reuocatur niſi ex cauſis in iure expreſsis 286
Donationis dominiũ ex eo cõtractu cõpetens in perſona hæredis non ceſſat 287
Donationẽ ritè factam, reſcriptũ principis nõ irritat 287
Donator priuilegio ſuo renũciare poteſt 163
Donator cuius priuilegiũ in iudicio reiectũ eſt, niſi appellet, nõ habet exceptionẽ doli cõtra ſententiã. ſingulariter per Zaſium 163
Donatori pinguius quàm marito ſubuenitur 163
Dos eſt matrimonii concomitantia 196
Dos eſt propriũ patrimonium fœminæ 277
Dos à ſocero ãplior quàm ut ſoluendo ſit promiſſa, ſoluto matrimonio qd iuris. diſtinctio per Zaſium 188

Dos

Dos rerũ mobilium ſtatim ſoluto matr. unà cũ fructibus reſtituenda 172
Dotis promiſsio, eſt tacita cõditio 196
Dotis reſtitutio non parit titulum 228
Dotis fructus ex ſola æquitate maritus acquirit 195
Dotis fructus rerum mobiliũ, nec maritus, nec eius hæredes intra dilationẽ anni legalis lucrantur. ſingulariter per Zaſium 171
Dotalis rei dominium marito in dotem traditæ, naturaliter permanet apud uxorẽ, & ſol. mat. uxor habebit in rem actionem 276
Dotalis res tradita marito, fictione iuris quærit illi dominium 276
Dotalẽ fundũ cum fructibus debere reſtitui, & nihilominus diuidendũ ſecundũ ratã: curq; nõ æquè idẽ in ſerui pecoriſue fructibus, dari bona diuerſitatis ratio nunquam poteſt 172
Dotales res non mariti, ſed alienæ dicuntur 277
Duobus propoſitis, ſi de uno tantũ deciditur, aliud obmiſſum uidetur 292
Duplex habens remedium, unius renũciatione nõ relinquitur aliud 580
Dupli incrementũ in l. Aquilia, caſu quodã in hæreditatem uenit 224
Duumuiri qui, & eorum coẽrtio 364

E

Effectus cõtrarios una res non producat 646
Electio ſpecierũ quæ dicatur efficax 238
Emolumentũ non debet ſentire, qui propter uim illatã damnari debet 299
Emphiteuta res amiſſas reali actione petit 189
Emptio quum conſenſu contrario reſoluitur, qualiter non dicatur nouus contractus 217
Ennius poëta 463
Eraſmus Roterod. 776
Errore data poſſe reuocari, colligitur ex cõmuni te rac cidentibus 669
Errorem bibit homo uelutaquam 55
Exceptio inuẽtarii facti poſt ſententiam non competit 163
Exceptio intentionis opponitur, ubi actio ipſo iure præceſsit 313
Exceptio in ſtatu coniecturali aliter inſtituitur, quàm in iuridiciali 323
Exceptio maritalis ſuper competentia uiuendi in iudicio reiecta, poſt ſententiam opponi poteſt. ſingulariter per Zaſium 160
Exceptiones peremptoriæ ac dilatoriæ, ſunt intentionis 324

Exceptiones Velleiani & Macedoniani, dici poſſunt intentionis 314
Exceptiones incidétes in proceſſu, non ſunt intentionis 314
Exceptiones peremptoriæ nõ allegatæ in iudicio, nũquã impugnãt ſententiam 165
Exceptionis propria eſt natura ut impugnet & excludat 166
Exceptionis intẽtionis quædã ſingularia noua 311
Exceptione intẽtionis uti dicitur reus, qui repulit actionem 313
Exceptione rei iudicatæ ſubmouenda, in iudicium non reuocantur 160
Excõmunicationis ſetẽtia æquè in laicos atq; ſacerdotes animaduertitur 108
Execrati à iuris uinculis eximuntur 763
Exempla declarant regulã 67
Exẽpla ignis ineptè per aquæ naturam declarantur 67
Expẽſæ quę fructus dotis gratia cõſeruandæ fiũt, à marito deducuntur 173
Expẽſæ factæ in rẽ dotalẽ ad futurã utilitatem, qualiter ſint intelligẽdę. ſingulariter p Zaſiũ 174. Soluto matrimonio repeti poſsũt ib.
Extraordinariũ quod plenius prouidet, cõcurrit cũ ordinario electiuè 149
Extraordinaria quæ dicantur 141
Extraordinaria cũ ordinariis cõcurrunt, ſi cõtra diuerſas perſonas agatur 151
Extraordinaria remedia ſupplẽt aliquãdo ſi quid in iure ordinario deficiat 147
Extraordinaria iura quãdoq; dicũtur, cũ uetuſtæ ſolennitates per ea ſint reſectæ 148
Extraordinaria facti 146
Extraordinaria ex priuilegio principis naſcentia 146
Extraordinaria iure recepta, iuris communis dicuntur, tametſi non ſint iuris ordinarii. 147
Extraordinariorũ iuris cõmunis quadruplex effectus 147
Extraordinariorũ tria genera 146
Extraordinariũ cõcurrit cum ordinario, ſi utraq; ſint æquè utilia 151
Extrema 364
Extrema conditio ſeruitus eſt 694
Extrema in iuriſdictione perpenduntur 146

F

Fabriles operæ unde dicãtur, & quę ſint. 73. & ſe.
Fabriliũ & artificialiũ operarum nulla differentia 73
Fabriliũ nomine quod hominum genus cenſeatur 73
Facinoroſi homines nullã merentur ueniam 271
Factum alienum promitti nõ poteſt 750

Facundia

Facundia canina 485
Falcidiæ non eſt locus in bonis caſtrenſibus 350
Fallacia diuiſionis 108.361
Fallacia ſecundũ quid ad ſimpliciter 109
Fallacia figuræ dictionis 109
Falſus tutor nõ eſt tutor, ſicut falſum teſtamentum nõ eſt teſtamentum 111
Familiæ domino ſciēte alicui uim inferētis pœna 65
Famulus domini non poteſt alteri delegari 336
Faſces 385
Feriæ Latinæ 450
Feudatarius res amiſſas petit reali actione 189
Feudum habet uim cõtractus 412
Feudorum & curiarum dominicalium origo 382
Ficta quando recipi poſsint. 212
Ficta & impropria quomodo differant 212
Ficta non debēt peti ut ad uera reducantur 133
Fictio eſt contra ueritatē. 227
Fictio & fides circa idē omni reſpectu eſſe nõ poſsũt 711
Fictio in acceſsionibus locum habet 116
Fidei robur ex fide promiſsi pendet 763
Fidem quam hoſtis hoſti, priuatus priuato, iniuſſu ducum dederit, non oportere ſeruari. 743
Fidem hoſti ſeruare potius eſt urbanitatis, quàm neceſsitatis 756
Fides nõ ſolum dolo, ſed & lata culpa rumpitur 61
Fides ſua cuiuſq; apud Romanos teſtimonium ualidiſsimum erat 346
Fideicõmiſſorum origo 386
Filius quando dicatur habere poteſtatem ſui 348
Filius patris pœnam non ſuſtinet 704
Filius impubes propria bona tempore Digeſt. nõ habuit 350
Filius habens ſubſtitutũ uulgarem, legitimam poteſt acceptare liberè, & cætera bona relinquere 579
Filiusfam. qui habet ſubſtitutũ uulgarem, ſi recuſat adire hæreditatē, an pater, ánue ſubſtitutus admittatur 569
Filiusfam. quare ſuus ac neceſſarius appellitetur hęres 566
Filii Chriſtianorũ inuitis parētibus ad baptiſma perduci poſſunt 698
Filii Doctorum, de ſplendida ſanguinis ſerie gloriari poſſunt. 509
Filii qualiter uéditione imaginaria quondã ex patris poteſtate exierint, C. Iurecõſ. lib. 1. Inſtit. tradit 385
Filiofam. ſi deferatur hæreditas ab aliquo extraneo, qd iuris 568
Filio patroni debetur reueren-

tia 77
Filiorũ apellatione nepotes comprehenduntur 383
Fiſcus 417
Fœcialium officium 385
Fœdera quæ ſuper induciis & pace, duces belli ex utraq; parte inter ſeſe paciſcũtur, ſeruãda, fidesq; data nõ eſt irritanda 743
Forum 394
Fortunæ lubrico nihil concredendum 132
Frater per tacitã pupillarẽ excluditur à bonis pupilli 603
Frater præterire poteſt fratrẽ in teſtamẽto, niſi inſtituta turpi perſona 603
Fratrũ altercationes periculoſæ ſunt 603
Fratrũ filios in capita & nõ in ſtirpes ſuccedere, contra cõmunes doctrinas 105
Fraus non præſumitur niſi doceatur 153
Fraude carere qui dicãtur 55
Friburgum 399
Fructus induſtriales qui 180
Fructus mobilium & immobilium æquiparantur 173
Fructus qualiter ſint pars fundi 552
Fructuum nomine nõ ueniũt lapides ex lapidicina fundi dotalis 275
Frumentũ quare non ſit quantitas 32
Frumẽtũ, uinũ, oleũ, &c. ſi in genere ſub numero, põdere, uel mẽſura debẽtur, licet creditor nihil harũ rerũ habeat, tamẽ nõ liberatur 46
Fumos uendere 415
Functio, id eſt, promiſcuus uſus 19
Fundus ſine certa appellatione promiſſus, incertã facit ſtipulationem 45
Fundũ meũ in quo Titius habet uſufructũ, qui peruenit ad tertiũ, qualiter & quãdo uendicare queam 298
Fundorũ limites inſtituit Numa 386
Furioſus inumbratæ quietis nõ poteſt acquirere poſſeſſionẽ 613. nec hæreditatem adire 610
Furioſo & fatuo culpa nõ poteſt impingi 54
Furti uel alia quęuis actio pro re minima nõ cõpetit. ſingulariter per Zaſium 212
Furtũ apud ignorantẽ inuentũ, ſi cõtra eum feratur ſententia, illa non infamat 270

G

Genera cauſarũ ſunt tria, porrò & quatuor 17.18
Generalis deciſio ad ſpeciem determinatur 337
Generatim 473
Genus uerè & propriè quod dicatur 35
Genus anonymum 27
Genus eſt quiddã intellectuale, & in obligatiõe ſine ſuis ſpeciebus non uenit 137
Genus facit incertitudinẽ 46
Genus pro qualitate & conditione

ditione rei acceptum 28
Genus uerè & propriè acceptum, & per certas demonſtrationes determinatũ, fit ſpecies 35
Genus pro qualitate 28
Genus qualiter à ſpecie non differat, & ſpecies itẽ à genere 28
Generis quod res fungibiles concernit, acceptio 29
Genus anonymũ an ueniat in obligationẽ, fruſtra eſt diſſerere 37
Genus quod qualitatẽ ſeu cõditionẽ ſignificat, qualiter ueniat in obligationem 37
Genus quod cõmunicabilem qualitatẽ in rebus ſimilibus exhibet, an ueniat in obligationem 37
Genus acceptũ pro re incerta, & quod pluribus cõmune eſt, uenit in obligationẽ 37
Genus acceptũ pro re incerta quot habeat gradus 37
Genus generale trifariam recipit diuiſionem 38
Genere legato, ſi teſtator nullas ſpecies reliquerit, an legatum ualeat 42
Generis appellatione quid ueniat 27
Generis acceptione, propriè & uerè, nõ tam appellatiua, quàm etiam propria nomina, genera dicuntur 36
Ganeris, id eſt, rei indeterminatę, & certę ſpęciei promiſſio, quãdo dicatur facta 38
Generis obligationi quãdo in ſit alternatiua promiſsio 42
Germania ueros ſeruos nunquam habuit 86
Gloſſarum autoritas 109
Gratus ex Cicerone quis 402

H

HAſta cœlibaris 443
Haſtæ apud Romanos uarius uſus 443
Hæres à iudice in ſolidum cõdemnatur, non ex iudicio præſumpto defuncti 164
Hęres mero iure in ſolidũ nulli creditorũ obligatur. ſingulariter per Zaſium 164
Hæres anonymus 27
Hæres nemo in re certa 168
Hæres in re certa nõ habet ius accreſcendi cum inſtitutis. 610. & 611
Hæres grauatus ex diminuto patrimonio, non intelligitur grauatus ultra uires 353
Hæres cui delata eſt aliqua hæreditas, ſi intra annũ delibe rãdi moriatur, trãſmittitur hoc deliberãdi ius ad quoſcũq; eius hæredes 570
Hærede qui ſubſtitutũ habuit uulgarẽ, defuncto intra tẽpus deliberãdi, an is ſubſtitutus excludatur per tranſmiſsionem 570
Hæredes non reſpiciũt ea quę in corpore hæreditatis nõ includuntur 123
Hæredes pupillares intelligũtur hæredes patris 356
Hæredum perſonæ qualitatẽ

oblig

obligationis defunċti non mutant 172
Hęreditas nõ fingitur poſsidere, ut cõmuniter dicitur 213
Hæreditas caret anima 213
Hæreditas non adita, regulariter non tranſmittitur 569
Hæreditas patris apud hoſtes defunċti, tranſmittitur per liberos ante apertas tabulas 570
Hæreditas nõ adita per filios, ad propriam ſobolem trãſmittitur ante apertas tabulas 569
Hæreditate non adita tabulæ pupillares concidunt 375
Hæreditate nõ adita irritatur quicquid in teſtamẽto ſcriptum eſt 595
Hæreſis quid 687
Heliogabali Imperatoris de leonibus conſilium 449
Homo quilibet, ob id quòd homo eſt, ſuũ creatorẽ agnoſcere, eiq; ſeruire tenetur 696
Homo ſupinus quis dicatur pagina 58
Homo magis eſt Dei quàm patris naturalis 719
Homo qualiter in horas ſit mutabilis, opinio Heracliti & Plutarchi 332
Homines proprii Germanorũ principum aut nobiliũ, ſerui anonymi 185
Hoſpitalẽ teſſerã frãgere 742
Hoſtibus exbannitis nec pacis nec priuata paċta ſeruãda ſunt 743

I

IAſonis ſubtile ingeniũ 308
Ignorantia naturali diuinoq; iure culpam in ſe comprehendit 56
Ignorantia in damnis in uniuerſum non nocet 56
Ignorãtia iuris in lucris eſt nociua 56
Ignorantia iuris à lata culpa neminem excuſat 55
Ignorãtia eos à lata culpa nõ excuſat, qui negocia habẽt iudicialia 56
Ignorare ea quæ paucisſimi nouere, latæ culpæ nõ adſcribitur 56
Ignorantia ex malo propoſito ſimulata, à dolo neminem excuſat 64
Ignorãtia eorum quę propriã cuiuſq; artem concernunt, non excuſat à culpa eius artis profeſſorem 774
Ignorare nemo pręſumitur id quod omnes in ciuitate norunt 698
Immiſsio in meum, fit dupliciter 222
Imperitia culpę adſcribitur 55
Imperitia ex imperfeċtione hominis proueniens, quam culpæ ſpeciẽ ſibi uẽdicet 55
Imperitia quæ culpę ignauiæ ſeu uerſutiæ adſcribitur 55
Imperator Iuſtinianus analphabetus fuiſſe legitur 57
Implicatiuæ uis 334. & 367
Impropria ueritatem non oppugnant 212

Impubes

Impubes exhæredari non poteſt 594
Impubes an poſsit uelle 715
Impuberes dupliciter cōſiderantur 731
Incapax in paterno, poteſt eſſe capax in pupillari teſtamento 599
Incertitudo non facit genus 44
Incendii commiſsi per negligentiam pœna 58
Incremētum dupli qualiter lateat in l. Aquilia 124
Inductio quid dicatur apud Logicos 554
Infamia ex lata culpa irrogatur 61. & 62
Infamia facti uel ſententię, ut Bar. diuidit, improbatur 62
Infamia quæ per ſententiā patet, magis eſt deteſtabilis q̄ quæ facto contrahitur 62
Infamia irrogatur ex ſentētia furti, ſiue ſit manifeſtum, ſiue non 271
Iniuria ſine effectu iniuriandi non conſtat 505
Iniuriam facere cōſtituēs etiā ignoto, tenetur iniuriarum 305
Iniuriās aliquē, quē iniuriare nolebat, atq; ita pudore eū ſuffudit, an teneatur ob hāc pudoris ſuffuſionem 306
Iniuriare uolens aliquē, ſi errādo iniuriet alium, quē ſi cognouiſſet, non iniuriaſſet, ad quid uel cui teneatur 305. & 306
Innocentē cōdemnare ad pœnā deteſtabilius, quàm nocentem abſoluere 306
Innouare periculoſum, illuſtrare præclarum 497
Inſtituti perſona in ſubſtitutione uulgari aliter ſubducitur quàm in pupillari 358
Inſtituto qualiter poſsit ſubſtitui 290
Inſtitutus ſibiipſi non poteſt ſubſtitui ſine cauſæ mutatione 290
Inſtitutio poteſt uitiari ut nihilominus tabulæ pupillares remaneant 600
Inſtitutionum Caii commendatio 385
Inſtrumenta in iudicio producta, duobus teſtibus fide dignis, omníque exceptione maioribus, poſſunt reprobari 208
Inſtrumēti ueritas ex rerū geſtarū actu impugnatur 105
Inſtrumenti ſolēnia nō obſeruata, fidem eius enecāt 204
Inſtrumēti fides ſex radicibus adſtruitur 205
Inſtrumentum cōtra iuris ordinationem inualidum 204
Inſtrumentum nō completæ ſcripturæ nullum 204
Inſtrumentum diuerſis characteribus exaratū, fidem nō meretur 205
Inſtrumentū corruit ubi ſcribentis perſonæ autoritas labefactata fuerit 203
Inſtrumentū uacillare faciunt

teſtes qui neceſſariò adhibiti unus alteri cõtradicat. concluſio cum limit. 105
Inſtrumentum cõtinens plures teſtes quàm actus requirat, & pars illorũ contradicat, quid iuris 106
Inuentarii beneficium 353
Intell. ultra Doct. ad §. deinde. in l. ij. ff. de orig. iur. 180
Intel. §. qui hominẽ. in l. eius. ff. ad l. Corn. de ſicar. & gl. ibid. error 160. L. Bebius. de pact. dot. 168. L. cũ inter. §. cũ inter. de pact. dotal. 168. L. Sabinus. ff. communi diuid. 244. L. penult. ff de iur. dot. 188. §. pactus ne peteret. in l. ſi unus. ff. de pac. 98. L. pen. de oper. lib. 83. L. ex diuerſo. in §. fi. ff. ſol. mat. 161. §. fin. in l. obligationũ. ff. de act. 93. §. eleganter. in l. ſi finita. ff. de dam. infect. 231. L. ſi quis Tirio. ff. de uſufr. accreſc 143. L. ſi prius. ff. de op. no. nunc. 255
Intentio pro actione 312
Intentionis exceptio 312
Interrogatoriis impertinẽtib. teſtis nõ eſt onerandus 184
Intereſſe in obligationibus dandi uenit officio iudicis 100. & ſeq.
Intereſſe in obligationib. rẽ tradi, rẽ reſtitui, iure actionis peti poteſt 100. & 101
Inuẽtarii obmiſſio onerat hæredem 353
Iuuentarii beneficiũ, remediũ legis eſt, non priuilegiũ 164
Inuentarii exceptio omnino peremptoria 164
Iter, & iuris & facti eſt 235
Iter fieri, & non fieri, quo minus, &c. idem eſſe, contra Accurſium 528
Iudæi recutiti & apellæ dicti 696
Iudæi ſunt ſerui 698
Iudęis auferre pecunias nemo debet ſine iudicio terrenæ poteſtatis 694
Iudęorũ paruuli quomodo ad baptiſma abſtrahendi 686
Iudæorũ filii à patribus baptizatis circunciſi, eripi debẽt ab eorum conſortio 697
Iudæorum cõſortia quare deteſtanda 695
Iudæorum filii impuberes, expleto ſeptẽnio, uolẽtes, petentesq́; ad ſacrũ baptiſma, parẽtibus uel inuitis perducendi, & fonte ſalutis initiãdi ſunt 718
Iudex quibus affectibus carere debeat 432
Iudex poſt ſententiam nõ poteſt augere uel minuere pœnam 310
Iudicis criminalem ſentẽtiam appellatione pendente exequentis pœna 66
Iudices pedanei 407
Iudicia nõ ſunt præcipitanda 408
Iura generalia ſi exiſtãt ad certas perſonas, nõ eſt diuinandũ, niſi aliud appareat 416

Iura cum temperamento intelligenda 388
Iura ciuilia in uernaculam linguam traducere conãtes, taxantur 403
Iura priora per poſteriora, itẽ & poſteriora per priora, frequenter determinantur 275
Iuramentũ propter latam culpam in litem non præſtari, contra Doct. 60
Iuramentũ præſupponit magnã certiorationẽ 130. Iudicii item diſcretionem 130
Iuramentũ fidei comitem diſcretionẽ habere debet 657
Iurari in litem ob dolũ nõ eſt inconueniens 60
Iurari in litem ob dolũ, ob latã culpã, ſcilicet cõfinẽ, nõ iurari, nõ eſt recipiendũ 77
Iuris diſceptandi, inq; eo uerſandi negocium quàm arduum 779
Iuris ciuilis ſcientia quibus cõſtet diſciplinis 415
Iuris ſapiẽtia nullo precio nũmario æſtimatur 503
Iuris ciuilis faſtorumq; uulgator Cn. Flauius 400
Iuris ignorãtia quos à lata culpa excuſet 56
Iuris executio iniuriam nõ habet 162
Iuris originẽ nouiſſe, operæprecium eſt 376
Iuris ordini pacto renunciari poteſt 186
Iuriſperitus eloquentia ornari debet 470
Iuriſdictio qualiter adipiſcatur poſt nactam caſtri poſſeſsionem 219
Iuriſdictio preuenitur citatione, & præuentus coram primo iudice cœptum iudiciũ debet perficere 306
Iuriſprudentia pendet ex uera philoſophia 496
Iuriſprudentiæ profeſsio in quo ſit difficilis 540
Iuriſprudentiæ ſacraria uernaculo idiomate non prophananda 540
Iure communi tutus, priuilegio non eget 107
Iureconſultorũ honoraria 504
Iure non fundata, reſpuenda ſunt 189
Iure incerto qualiter Pop. Roma. dicatur uſus 388
Iureconſulti aliquando diſceptando ſeſe oblectant 361
Iurecõſultorum argumentatio conciſa 339
Iurecõſultorum curioſitas in diſſerendi ratione non negligenda 151
Iureconſultorũ maturitas 45
Ius dicere 364
Ius migrationis 383
Ius ciuile anonymum 27
Iuſſus factus ad eã perſonam quæ non tenetur parẽre, iubentem non obligat 169
Iuſſus poſsidere ex ſecũdo decreto, nõdũ ſenſit dãnũ 216

L

Labeo Iureconſultus 496
Lanionia 438

Lata

Lata culpa uerſutię dolo proxima, ubique dolo cōparatur, eſtq́; inſeparabilis 59. & ſeq.
Lata culpa 56
Latæ culpæ exempla, ſæpenumero ſub doli uocabulo enarrantur 59. & 60
Lata culpa quæ dolum refert, dolo comparatur 67
Lata culpa quæ in edicto dolum refert, in edicto continetur 64
Latæ culpæ ac doli differentia 59
Latā culpam dolo proximam, eſſe & latā quæ à dolo abſit, uno cōtextu comprobatur 55
Lata culpa dolo proxima illic includitur, ubi dolus expreſſe requiritur 62. & 63
Lata culpa dolo proxima, in interdictis & edictis dolo comparatur 64
Lata culpa dolo proxima, à dolo nō poteſt ſeparari 68
Lata culpa ignauiæ dolo nunquā æquiparatur 58. 62. & 67
Lata culpa ignauię, quæ ad delictū, aut alterius dānū tendit, impunè non tranſit 58
Lata culpa ignauiæ in ciuilibus & criminalibus non habetur pro dolo 66
Lata culpa uerſutiæ, an in pœnis corporalibus dolo comparetur 65
Latinę linguę ignorātia quàm periculoſa in iure 99
Latini 416
Latini ſermonis libertas 536
Laurentii Vallæ ineptū de iuris ciuilis autoribus iudiciū 475
Lecticariorum operæ 74
Legales doctrinę referūtur ad ea quæ communiter accidunt 236
Legata pupillaria non ſemper ſonant æs alienum 350
Legatarius non tenetur recipere æſtimationem rei legatæ 34
Legatum annuum omni anno debetur 48
Legatū ſi ita fiat, ut certa quātitas fructuum, ex certo fundo præſtari debeat, & ſi minus naſcatur quàm legatū ſit, quid iuris 47
Legatum de uino uel frumēto Friburgē. qualiter peti poſſit 49
Legatū domus in genere, cum teſtator plures domos poſſideat, qualiter accipiēdū 43
Legatum fundi in genere, ut accipiendum 45
Legatum adimunt graues inimicitiæ 605
Legatū uel promiſſum in ſpecie, eiuſdem ſpecies debentur 49
Leges debent ſuis reſpondere titulis 670
Leges Regiæ, Romuli & aliorum regum 384
Leges Valerii Publicolæ 418
Legislator indiuidua cuncta perſpicere

perſpicere non potuit 185
Legulei qui dicantur 714
Legum ſciẽtia, Regia diſcipli na 453. quid efficiat 459
Legum nulla cõtrarietas 540
Lenocinii crimine is accuſatur, qui uelut dormitans ad uxorem ſuam adulteros ad mittit 67
Lex duodecim tabu. quando abſoluta 439
Lex Hortenſia 414
Lege Hortenſia lata cœperũt omnes Quirites plebiſcitis teneri 405
Lex faciẽdo mentionẽ de ſen tentia duriori, debet intelli gi pœnalis ſententia, ſi rubrica patiatur 171
Lex ambitus quando ceſſarit in urbe Romana 424
Lex p legẽ ſic debet diſtingui & tẽperari ne diſsideant 83
L. ſi conſtante. §. quoties. ff. ſol. mat. in quo caſu loquatur 175
Libellus debet carere omnibus qualitatibus quę imper tinẽtes ſunt & inutiles 256
Libertas ſubſtitutioni annexa, quid reſpiciat 293
Libertatis & hęreditatis ſerui tractatus quoties in iure ſimul contingit, ſi ſuper ſola libertate deciditur, adẽpta cenſetur hæreditas 291
Libertatis conſeruãdæ gratia multa ſunt contra iuris pun cta inſtituta 699
Libertatẽ ne Cęſar quidẽ im- meretibus adimere poteſt, niſi conſentiant 191
Libertus in operis exhibendis nõ debet inciuiliter onerari 83
Libertus quo ad ciuilem originem, noua factura dicitur per manumiſsionem 90
Libertus quãdo in fabrilibus operis alendus 83
Libertus negociari poteſt, & patrono operas præſtare 78
Libertus patronũ per prouincias uagantem, ſequi nõ tenetur 78
Libertus à patrono prohiberi non poteſt, ne ſtatum ſuũ defendat 318
Libertus patronũ in ius poſtu lare non põt ſine uenia 687
Libertus non tenetur ſoluere ullas operas, ſi ſint in gene re impoſitæ, & ad ſpeciem non indictæ ſeu exactæ 77
Liberti ſtatus præcipua defen ſio principaliter nõ ſpectat ad patronum, niſi in caſu colluſionis 318
Libertis quibuſdã nullæ operæ imponi poſſunt 77
Libertorum operæ unde originem ſumpſerint 381
Libertinorum tria genera 436
Liberorum ſtatus ex facto pa rentum non læditur 191
Limites fundorũ à Numa inſtituti 386
Litera R, à quo primum inuẽ ta 455
Logicæ regulæ in abſolutis

ſermonibus locũ habent 151
Logicæ regulæ ex quibus abſurditas emanat, à legalibus doctrinis arcentur 150
Logicæ regulę per quas diſſerendi ratio docetur, ab omni morali doctrina recipiuntur 151
Lucretia 587
L. Voluſius 481

M

Magis & minus diuerſas ſpecies non conſtituunt 51
Magiſtratus maiores auſpicatò creantur 363
Magiſtratus gubernatio qualis eſſe debeat, Diui Traiani inſignis ſententia 411
Magiſtratus ad ſex menſes electus, ſi tribus abſit iuſta cauſa, & aduerſarii nõ interſit, reponitur illi tempus 131
Magiſtratus qui in ciuitate ſe pulchrum fieri patitur, qua teneatur actione 64
Magiſtratuum nomina denominatiua 483
Malus nõ debet eſſe melioris cõditionis quàm bonus 698
Marius Salomonius 582
Maritus priuilegio ſuo nec tacitè nec expreſſe renũciare poteſt 161
Maritus non uerè, ſed fictè eſt dominus rei dotalis 176
Maritus dote abuti nõ poteſt 176
Maritus onera matrimonii æquitatis ſaltem gratia ſuſtinet 175
Maritus non exigens dotẽ ab uxore, præſumitur fructus eius donare 195
Maritus fructus dotis dupliciter acquirit 172
Mariti priuilegium iudex nõ debet in iudicio ſupplere: quod ſi facit, tenetur
Marito, ſuo priuilegio in iudicio reiecto, doli exceptione ſubuenitur 161. & 161
Martinus Lutherus 775
Mater de filii ætate deponẽs, nec teſtis, nec pars, neq; iudex dici poteſt 185
Mater quoniã in poteſtate filios non habet, pupillariter ſubſtituere non poteſt 590
Mater poteſt filiis naturalib. & ſpuriis exemplariter ſubſtituere 609
Mater & auia plerunq; æquiparantur ubi non eſt diuerſa ratio 602
Mater excluditur ab luctuoſa filii hæreditate 601
Matrimonia propter infidelitatem ſoluuntur 687
Matrimonii uinculũ maius eſt quàm patriæ poteſtatis 687
Matrimonii contraria 167
Matrimonio ſoluto illicò etiã onera illius ſoluuntur 172
Matrimoniũ dotis gratia non contrahitur 196
Media quæ dicantur 147
Modicitatis commoda 506
Mediocritas 483. Eius commoda 492

Medico

Medicorum multitudo prohibetur 394
Membrorum ſuorũ nemo eſt dominus 757
Metonymiæ tropo & compẽdio ſermonis ſæpius utuntur Iureconſulti 29
Mobilia nobis ſine fructu utilia ſunt 175
Modica nõ curantur, ſi maioribus præiudicatur 111
Modus pro ratione 328
Monarchia 409
Monaſteriũ delatã monacho hæreditatem ſine ipſius facto adire poteſt 568
Monaſterium non excluditur per ſubſtitutũ uulgarẽ 568
Mora poſt lapſum termini nõ purgatur, niſi tempus prorogetur 95
Moralia & ciuilia tractãtur in iure, non mathematica 323
Mortis cauſam citra dolũ præbentis pœna 58
Miles in bonis tantummodo certis impuberi poteſt ſubſtituere 599
Milites Rhodii 630
Militum priuilegia & prærogatiuæ circa compẽdioſam ſubſtitutionem 628
Militis nomine quis ueniat 630
Militaria delicta quæ capite puniuntur, dolóne, an lata culpa contrahantur 66
Militaris diſciplina ueterũ inſignis 747
Minor xxv. annis ſubſtitutum habẽs uulgarẽ, repudiatione hæreditatis ſi lædatur, an & quãdo reſtituatur 573
Minus principale non nouat maius 92
Miſsi ex primo & ſecũdo decreto, ſocii ſunt ęqualiter 128
Miſsio ex ſecũdo decreto nõ eſt loco cautionis 129
Mitius agitur cum lege quàm cum homine 129
Mox 405
Mulier in dote, & minor, ſi iurant ſuper contractu, efficaciter obligantur 129
Mulier liberta contrahendo matrimonium ab operis excuſatur 307
Mulier non tradita dote, ſine tamen interpellatione uiri, in mora re ipſa cõſtitui nõ poteſt 195. 196
Mulier cõtrahendo matrimonium, ſicq; forum mutãdo ante lit. conte. non dicitur pręueniri. ratio eius ſubiungitur 306
Muneris & doni differẽtia 77
Mutuum circa duo principalia uerſatur 30

N

NAtura pro cõditione 327
Naturæ occultæ operationes nõ examinandæ 274
Naturalia ſunt immutabilia 601
Naturalia contractuũ quæ 119
Naturalia cõtractuum dupliciaſunt 120. pacto tolli poſſunt 119

Neceſsitati ultrò ſe ſubiiciēti extra ordinem nō ſubueni tur, ſed alia actione 151
Nefaſti 403
Negatiua poſtpoſita ſigno uniuerſali, ſuo cōtrario æquiualet 350
Negationem, eſſe exceptionē contra Doct. 315
Negligētia magna in doli cri men cadere uidetur 59
Nobilitati cum plebe nunquā bene conuenit 441
Nolle & non poſſe, quādoq; à pari procedunt 565
Notarius pro teſte non computandus 307
Numæ inſtituta uaria 385
Numus argenteus quādo primum cœperit cudi 445
Numi extantes uendicari poſſunt etiā ſi ſint quātitas 35
Numeri uel pluralis uel ſingularis uariatio recipitur 524
Nunciatio qualiter fiat 243
Nunciatio uerbalis ubi nunc locum habeat 112
Nunciatio unius ex ſociis, ſi domui communi pluribus, uicini ædificatione noceatur, non ſufficit, ſed ſingulis eſt nunciandum 250
Nunciatio quarę ob ſeruitutem ruſticam prohibeatur, ratio Lud. Rom. 113
Nunciatio nō trāsfert poſſeſſionē ob iura ſeruitutū 111
Nūciatio facta antequàm opus ſeruituti noceat, poſſeſſionem non lædit 111
Nunciatio quandoq; genus, quādoq; etiam ſpecies eſſe poteſt 241
Nuncietur uel non nuncietur poſt læſam ſeruitutē, poſſeſſio libertatis amittitur 111
Nunciatio quādo conſideretur quo ad ueritatē facti 308
Nunciatio ſuper re modica ſpernitur 311
Nunciatio unius ex ſociis actionem excludit, ita quòd ex ea agi non poſsit 251
Nūciationis remediū in ædificiis urbanis, quare celeriter intentandum 113
Nunciationis ob ſeruitutē ruſticam prohibitio quare ſit introducta 113
Nūciationis edictū cū cōmuni diuidūdo an cōcurrat 149

O

Obligatio generis, & obligatio alternatiua, quare differant 236.237
Obligatio quæ naturaliter nulla eſt, iuramento nō firmatur 764
Obligatio generis & obligatio alternatiua ſępius paricantur 236
Obligatio generis exigit ut ſpecies dari debeat 40
Obligatio generis omnes ſpecies æqualiter reſpicit, & omnes ſpecies ſub habitudine generis ſunt in obligatione 40
Obligatio generis & obligatio alternatiua diuerſo iure ueniunt

ueniunt 236
Obligatio contracta ſuper generibus quæ uel natura uel facto hominis limites acceperunt, omnes ſpecies complectitur 387
Obligatio ad antidora quale uinculum habeat 76
Obligatio obliqua quãdo reflectatur in patrem 518
Obligatio generis quare difficilius tolli dicatur, quàm obligatio alternatiua 238
Obligationes naturales facilius trãſeũt quàm ciuiles 517
Obligationes rẽ tradi, & rem reſtitui, ex cauſa præambula, non ex natura factorum ſuorum, dominium largiũtur 100
Obligationis, rẽ tradi, & rem reſtitui, intereſſe 101
Obligationes, rem reſtitui, & rem tradi, uim habẽt ut moræ ſuccedat intereſſe 100
Obligationi generis an ſpecies inſint, ánue ſolutioni 38
Obligationi generis quid proprium 40
Obligationẽ per filium patri partã, in patrẽ nõ reflecti 518
Obligationũ diuerſitas reos ſeparat 517
Obliquari non debent ea, quę ſunt recta 648
Obſequiorum & operũ differentia 71
Obſequia non ſunt operæ 71
Obſequia an ad hęredes trãſeant 76
Obſequia hæredibus extraneis patris uel patroni non ueniunt præſtanda 76
Obſequiorum ſpecies 71
Obſequiorũ effectus & obligatio 75
Octauarii 480
Ordo quid 500
Ordinaria quæ ſint, & quid ordinariorum nomine ueniat, contra Bar. 146
Ordinarium præfertur extraordinario 609
Ordinariorum & extraordinariorũ duplex cõcurſus 148
Officium quid, & quare à liberto præſtandum 331
Officiũ pro officialibus operis 331
Officium duplex 71
Officiales operæ quæ ſint 71
Officiales operæ qualiter repetantur 330
Officiales & artificiales operæ ad quid principaliter reſpiciant 75
Omnia, pro utriſq; 358
Opera iniũcta cõiunctis, quãdo deuoluantur in alium cum iure accreſcendi 140
Operæ ſi in genere imponantur, quales libertus ſoluere teneatur 77
Opera diurnũ officium eſt 71
Operæ duplices, officiales & & artificiales 71
Operæ quibus debeantur 79
Operæ inter patronos diuidi poſſunt 78
Operæ artificiales, licet facti ſint

ſint,in prȩſtatione pecuniȩ conſiſtunt 81
Operæ artificiales ſeu fabriles à promiſsionis die cedũt 80
Operæ fabriles quando delegari poſsint 81
Operæ fabriles præteritæ ad hæredem extraneum tranſeunt. 85
Operæ gratuitæ à quibus prȩſtentur 84
Operæ mediæ ſeu communes quæ officii ſint, & quæ artificii 74
Operæ mediæ aut communes promiſſæ non obligant,ni ſi exigantur 81
Operæ officiales quare creditoribus delegari non poſſint. 81
Operæ Officiales ad hæredẽ extraneũ nõ tranſeunt, ad filios tranſeunt etiã exhæredatos 85
Operæ officiales patrono promiſſæ 336
Operæ officiales qualiter præſtentur 81
Operæ officiales promiſſæ quando cedant 80
Operæ officiales præſtatione pecuniȩ nõ ſolẽt redimi 81
Operæ officiales cur ſumptu patroni, artificiales uictu liberti præſtentur 81
Operȩ libertorũ ſine mercede & ad gratitudinẽ præſtantur 83
Operæ ſeruiles 74
Operæ ſeruorũ & animalium ferè æquiparantur 74
Operæ, an omnes ab officio officiales dicantur 331
Operæ præteritæ æſtimantur 333
Operã merè gratuitã prȩſtãtibus ſũptus ſuppeditãdus 84
Operam cõducere, & opus,in quo differant 84
Operarum impoſitio 78. æſtimatio 335
Operarũ officialiũ ab artificialibus prima differentia 80
Operarũ quæ à libertis prȩſtãtur, atq; earũ quæ uulgò locãtur, diuerſa eſt ratio 83
Operarũ uariatio in hominũ uariatione 331
Operarum appellatione quæ ueniant 79
Operarum effectus 77
Operarũ cauſa liberti cũ patronis habitare nõ tenẽtur 77
Operas artificiales patronus ſibi & adiecto ſtipulatur, officiales uerò minimè 81
Operas officiales qui locat operarius, ſumptu cõductoris laborabit 84
Operis per Iurecõ. ſimpliciter nominatis, poti⁹ officiales q̃ artificiales ueniũt intelligẽdæ, & quãobrẽ id fiat noua ratione p Zaſ. aperit 79
Opiniones cõmunes plerũq; falſæ 166
Optimũ quod eſt, ipſum quoque bonũ eſſe neceſſe eſt 52
Oratio ſoluta pro cõiũcta 378
Oratio ſequens quõ frequenter referatur 377

Pacta

P

PActa emptionibus adpoſita, ut cõditione aliqua eueniente, res ſit inépta, an pariat titulum 218
Pacta hoſtilia in priuatis com pẽdiis nõ ſunt ſeruãda 761
Pacta l. cõmiſſoriæ, uel addictionis in diẽ ut ſub alia cõ ditione res ſit inépta, reſol uũt præcedẽtẽ cõtractũ 216
Pacta priuatorũ ius publicum nõ poſſunt immutare 747
Pacti poſterioris replicatio tollit & cõculcat exceptionem 98
Pacti de nõ petẽdo & pacti de rurſus petẽdo, declaratio 98
Pactũ etiam iuratũ cum ex bãnito, non adſtringit 764
Pactũ de nõ petẽdo, naturalẽ obligationẽ tollit ipſo iure 97
Pactum uſq; ad ius ſuperioris protẽſum, nullum cẽſeri debet 750
Pactũ cõtra priuilegiũ maritale, eſt cõtra bonos mores 162
Papiniani interitus 509
Papyrii Prætextati ſilẽtiũ 454
Parentes non ferendi, qui aduerſus filios inducere moliuntur iniuriam 646
Parentibus educare prolẽ con tendentibus, nulla eſt inferenda uis 702
Par in parem non habet imperium 241
Pares gradu, ad lucra ſucceſſoria, ſine iuſta cauſa, impariter uocari non debent 106
Parricidiũ 428
Partem facere uel non, qualiter contingat 140
Pater delatam filio hæreditatem, in eiuſdem detrimentum non poteſt repudiare 645
Pater uilis cõditionis, nec do tem filiæ, nec iniuriarum actionem filio, diſperdere poteſt 646
Pater ex perſona filiæ & ſua agens, cogitur filiam defendere 267
Pater habet priuilegiũ teſtandi inter liberos coram duobus teſtibus 588
Pater quando filio impuberi, quẽ in poteſtate habet, pupillariter ſubſtituere non poſsit 589
Pater cogitur emãcipare filios quos cõtra pietatem tractat, aut ad peccandũ urget 696
Patris & filii teſtimonia quare cõtra ſe inuicẽ regulariter prohibeãtur, cauſę duæ 190
Patris autoritas matris facto longè præfertur 606
Patris educatio ſi prolis ſit pnities, proli ſuccurrẽdũ 702
Patres ut filiorũ ſaluti intendant, ipſius naturæ uis docet 703
Patris bona ad eam quantitatem quę ex mortis die erat, reducuntur 352
Patria poteſtas quàm ſit effi-

 cax,

cax, & quando uacillet 71
Patria poteſtas nō curatur in iisquę iuris publici ſunt 700
Patria poteſtas ut eſt iuris ciuilis factura, ita principis autoritate facile imminui poteſt 703
Patria poteſtas in pietate, nō in atrocitate conſiſtere debet 646
Patrimonium patris, ſecundæ tabulæ, cōtributio legatorū, eādē originē, uim & formam accipiunt 357
Patronus ſi ſit medicus, & habeat libertos ſub ſe medicos, quomodo attēperetur operarum æſtimatio 333
Patroni perſona, impulſu naturę liberto etiā poſt manumiſsionē ſancta atq; honeſta uideri debet 90
Patronū præſentem fuiſſe liti ſufficit, tametſi libertū nec defendiſſet, nec adiuuiſſet 319
Patronis diſſentiētibus circa indicendas operas, libertus nō tenetur prǽſtare ullas 78
Patrū in filios uitę & necis poteſtas 384
Pauperibus qualiter ſint eroganda bona, quæ per fideicommiſſum illis diſtribui debent 638
Pecunia tametſi appellatione rerū fungibiliū ueniat, habet tamē aliquid præ cæteris præcipuum 31
Pecunia res omnes æſtimat 31
Pecunia uerè corpus eſt & ſpecies 31
Pecunia ſpecies eſt & quantitas 31
Pecunia cum argento puro an functionē in eodem genere recipiat 35
Pecunia in ciſta clauſa, legata, quomodo in mutuum ueniat 35
Pecunia inter res fungibiles connumeratur 29
Pecuniæ numeratæ nouū ſingulare per Zaſium 110
Pedanei iudices 407
Piæ cauſę maximū merētur fauorē, & in illis ſeruatur ius gētiū ſicut in militibus 631
Picus Mirandula 544
Pignora iudicialia debitoris exequēdo, ſi tertius aliquis ſuper iiſdē pignorib. ſe opponat, quid iuris 259
Pignori res data ſi adiudicetur cōtradictori ſummaria cognitione, ea ſentētia debitori non adimit ius ordinariæ uendicationis 261
Pignus culpa creditoris perditum 357
Plebs Romanorū agricultura & militia exercebatur 384. Bis ſeceſsit 412
Plures uniti per copulam, uim habent collectiuæ orationis 138
Pœna quare adiiciatur conuētioni 91
Pœna in obligationibus facti quare operetur quaſi conuentionem 95

Pœna interdictorum ſeu edictorum, ſi dolus non abſit, non euitatur 65
Pœnæ ſunt molliendæ 310
Pœnalis iudicii natura 370
Pontificum munus 398
Populus Rom. in triginta Curias diuiſus 379
Poſſeſsio poteſt tradi ut mox reſtituatur 309
Poſſeſsio ciuilis quando ſola ſufficiat ad uſucapiendũ 296
Poſſeſsio aliquãdo uſucapionẽ parit & ius dominii 549
Poſſeſsio uacans per actum ſictum acquiritur 219
Poſſeſsio ciuilis & naturalis ſpecie non differunt 238
Poſſeſsionis genus quãdo unum tantũmodo ſit, & quãdo duo 31
Poſſeſsione alicuius caſtri apprehenſa, omnia alia corporalia ad caſtrũ ſpectãtia, cẽſentur apprehẽſa. ſingulariter per Zaſium 217
Poſſeſsionis rerũ incorporaliũ traditio, requirit continuatam patientiam 210
Poſsidẽdo aliquid tribus uel quatuor annis, ſi deinde ex aliqua cauſa alii cedã eam poſſ. ut reſtituatur poſt certũ tẽpus, ſi reſtituitur, datur mihi acceſsio 309
Poſsidere iuſsi ex ſecũdo decreto, concurſu faciunt partes 217
Poſſeſſor alienæ rei ſciẽs, fructus ſuos non facit 171
Poſſumus per alios multa, quę per noſmetipſos non poſſemus 601
Poteſtatis uerbo maiores magiſtratus intelliguntur 364
Precariũ accipiens, non habet propriã poſſeſsionẽ, quæ apud eũ ſit iure proprio 216
Præceptoribus quatenus fidẽdum 494
Prædiator 481
Præfecti annonæ officiũ 450
Præpoſitio, Cum, habet uim copulæ 296
Præſcriptionis titulus habilis ſumit radicem ex contractibus 217
Prẹſumi nil iniuſtẽ poterit, cũ præſumptio ad utrumlibet fuerit 181
Præſumitur nemo conſentire euidẽs ſuũ detrimentũ 290
Prætor non aſſumit perſonã nunciantis 244
Prætoris dignitas & iudiciũ 241
Prætoris origo atq; poteſtas 441
Primigenia ſumuntur pro deriuatis 316
Princeps propenſior ſit ad indulgendum quàm ad cõdemnandum 310
Princeps tanq̃ caput diffundit in omnes ĩferiores poteſtatũ & honorum munera 411
Princeps ea quę facit, ut Deus facere cenſetur 411
Principẽ ligant contractus 411
Principes in quo debeant eſſe

curioſi 644
Priuilegia mariti, militis, donatoris, patroni, ſocii, exceptionem peremptoriam non pariunt 164
Priuilegiatus iure communi uti poteſt ſine priuilegii iactura 150
Priuilegiū perſonale perſonā non egreditur, & cū ea extinguitur. Regul. cum limitationibus 176
Priuilegiū datū rei, loco, cauſæ, collegio, actioni, cōtractui, ad omnes ſucceſſores protēditur. Regul. cum fal. 178
Priſcus Iabolenus 510
Priſcus Neratius 510
Prius 345. Prior ibid.
Probatio nō admittitur contra præſumptionem iuris & de iure, niſi per confeſſionem 713
Probaturus errorem, non ſufficit, ſi probet rem aliter ſe habere 309
Proculus 509
Procurator conſtitutus ad mutuandū uel ſolutionem recipiendam, cōfiteri poteſt ſe recepiſſe 152
Procurator ad mutuandū conſtitutus, tametſi cōfiteatur ſe recepiſſe, domino tamen ſalua eſt exceptio nō numeratæ pecuniæ 153
Prodigalitas parit furioſum exitum 608
Prodigus nec naturaliter, nec iurando obligatur 117
Prodigo adminiſtrationi interdicitur uitio & corruptela morum 119
Promiſsio decē amphorarum uini, uel legatū totidem, ſi fiat, & primo anno nihil naſcatur, uel ſine aliqua culpa cōſumatur, quid iuris 47
Promiſsio de cōſtituenda ſeruitute in futurū, recipit diē & conditionem 116
Promiſsio generis, id eſt, rei indeterminatæ, & promiſſio certę ſpeciei, quādo dicatur facta 38
Pronominis, Hic, uſurpatio 531
Propoſiti in propoſito eadē natura quæ oppoſiti in oppoſito 189
Proprii homines ad quæ teneantur 87
Propriis hominibus quid liceat apud Germanos 86
Proprii homines manumiſſionis beneficium pecunia redimunt 87
Proprii homines nō debēt uſqueadeo operis præſtandis grauari, ut ſe & ſuos alendi tēpus nō ſuppetat, neq; ad uiles operas tenentur 88. & ſeq.
Proprii homines ſine uenia dominos ſuos in ius uocare non poſſunt, neq; aliquam actionem famoſam in eos inſtituere 89
Proprios homines inuitis dominis

..minis nec Romanus princeps manumittit 88
Propriis hominibus manumiſſis iura libertorum præiudicare non poſſunt 90
Proprii homines in Germania non ſunt ueri ſerui, & poſſunt ſtare in iudicio 307
Protagoras & Euathlus 359
Prouocatio ad populum apud Romanos 391
P. Scipio Naſica uir optimus iudicatus etiamnũ iuuenis. 458
Publiciana agitur, cũ ius rem pro tradita habet 189
Pupillarium tabularum interitus 342
Pupillus habẽs ſubſtitutũ uulgarẽ, ſi uiuo patre decedat, quomodo admittatur ſubſtitutus 579
Pupillus non defenſus ſi contra eũ feratur ſententia, nulla eſt 304
Pupillus proximus pubertati, obligatur naturaliter 219
Pupillus, minoribus, mulieribus in dote, & furioſis efficaciter interdicitur administrationi, ac ſi iudicis id fieret cenſura 219
Pupillus ex contractu læſus, nõ tam cõtra tutorẽ quàm partem principalem experiri poteſt 152
Purgatio moræ quando admittatur 94
Putatiuus debitor tertio delegatus ob cauſam, cauſa nõ ſecuta ſe tuetur doli exceptione 312

Q

Quæſtorum officia 427
Quæſtorum origo 427
Qualitas nominis ultra eiuſdẽ uires ſe non extendit 54
Quanti ea res ſit, quomodo intelligatur 568
Q. Mutius Scæuola 472

R

Rabulæ forenſes 485
Re coniuncti, dicuntur in rem legatam coacti 374
Relatiuũ, Quod, iunctũ uerbo futuri tẽporis, conditionem importat 47
Ratio unica locũ uendicans, pro expreſſa cenſetur 168
Ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur 778
Rebus & ſpecieb. qualiter unũ genus, porrò & tria genera inſint 32
Recepiſſe nõ cenſetur qui ſeruare non poteſt 216
Recta non debent obliquari 648
Recuperandi facultatẽ habẽs ea utatur & quieſcat 310
Re mea, quę in poteſtate mea eſt uti uolentẽ, poſſum repellere 218
Redemptũ ab hoſtibus remittẽs, ſi poſtea dolo retineat, in interdictũ de lib. hom. exhib. incidit 64
Redhibitio non generat titulum ad præſcribendum, cõtra Doct. 227

Redhibitionem eſſe contractus reſolutionẽ, qualiter intelligatur 117
Regnum ſine bellis non facile augetur 421
Regulam habẽs certo iure munitus eſt 43
Regulis cõmunibus ſtandum 164
Rei uendicationis ritus ſolennes 369
Rei meæ petitionẽ, duplicem ſortiri intellectũ, ſingulariter per Zaſium 190
Religioſus inteſtabilis eſt pagina 606
Religionem Chriſtianam qui offendit, omnes cẽſetur offendiſſe 699
Religionem promouere, ſumma eſt ratio 699
Rẽ reſtitui, eſſe reponi in priorem ſtatum 199
Repetitio mutui l. à fratre. de cond. indeb. in caſtrẽſibus & aduentitiis locum nõ habet 515
Repetitionem nõ competere ab eo qui ſuũ, id eſt, ſibi debitum recepit, tametſi à uero debitore ſolutũ non ſit, contra Pet. Stell. confirmatio Zaſii 667
Reprehẽſio Doct. eorũ quorum ſtudiũ nõ aliud quàm elenchus legum eſt 166
Rerũ publicarũ formulæ tres à Romulo propoſitæ 378
Res perempta in obligationibus dandi nihilominus peti poteſt 100
Res cũ habetur à iure pro tradita, agitur Publiciana 189
Res fungibiles nomine quãtitatis nũcupari nõ poſſunt, contra gl. & Doct. 31
Res mea in qua Titius habet emphyteoſim, uel ius feudi, ſi de facto ad te perueniat, quid iuris 198
Res iudicata pro ueritate habetur 61
Res iudicata ad uſucapionem proficit 160
Res natura ſimiles 28
Res quaſi ſimiles 28
Reſtitutionem in integrũ nõ eſſe contra ius cõmune, aduerſus communem Doct. opin. 147
Reſtitutio in integrũ competit ex ęquitate, & eſt iuſtiſſima 147
Reſtitutio in integrũ uitia accidentalia reparat 111
Retinere dicimur quæ habemus 168
Retraditio rei in caſu quo res inempta ſit, & cõditio deficiat, an ad uſucapiẽdũ ſufficiat, ultra Doct. 118
Reus ſe non defendẽs & latitãs, præſumitur actoris ius affirmare 156
Reus in depoſito non ſolum ob dolum, ſed etiam ob latam culpã dolo proximam condemnatur 61
Rogatio 417
Romana ſub ciuitate totius Imperii

Imperii fines comprehunduntur. 414
Romanæ urbis originis uariç ſententiæ 377
Romanorũ regis poteſtas 410
Roſtra quæ ſint 390
Ruina facta ſi reus cedat domui uel ruderibus, an liberetur 330

S

SAcer 418
Sacerdotes à Romulo inſtituti 384
Sacerdotibus ſemper delatus honor 398
Sacra uia 459
Sacrum fieri quid 743
Saluius Iulianus 511
Sardonius riſus 446
Sebaſtianus Derrer 34
Scriptura in hoc datur, ut de contractu conſtet 152
Scriptura in iudicio ſcripta nõ eſt forenſis 211
Scripturas cunctas authenticas duobus teſtibus infirmari, ſingulariter per Zaſium 207
Secundæ nuptiæ ingerunt & marito & filio iniuriã 604. & 605
Senatus, per quos, ubi, & quãdo haberi ſolitus ſit 406
Sentẽtia in depoſito, nõ plus operatur quo ad dolum, quàm quo ad latam culpam dolo cognatam 61
Sententia & tranſactio parificantur 121
Sententia in pœnalibus unicè attenditur, nõ genus facti, niſi de innocentia ex actis conſtet 177
Senatores quare dicti 406
Sentẽtia excommunicationis çquè in laicos ac ſacerdotes animaduertitur 198
Sentẽtia quaſi cõtrahitur, eaq; uim pacti habet 161
Sententiam mutare non indecorum 341
Sentẽtias dupliciter impugnari 165
Separatorum ſeparata eſt ratio 641
Sequentia quæ dicantur 146
Sequentia nominãdo, media non ueniunt 148
Sequentia determinantur per præcedentia 170
Seruilis nota in propriis hominibus Germaniæ 87
Seruitus eſt ius 255
Seruitus in patientia conſiſtit 216
Seruitus nec à principio ſub conditione ſuſpẽdi, nec ad conditionis euentũ extingui poteſt 216
Seruitus qualiter ſit ius incorporale 217
Seruitus quare nõ cõſtituatur ad diem uel conditionẽ 217
Seruitus itineris debita domui uel ueſtibulo, urbana eſt 114
Seruitus qualis qualis tandem exiſtat, denominatur à prædio dominanti 114
Seruitus & iuris & facti eſt 235

Seruitu

Seruitutes quædã nec reales, nec perſonales, nec ruſticę, neq; urbanæ ſunt 185
Seruitutes uitioſè cõſtitutæ, reiiciũtur in tempus in quo ualere poſſunt 117
Seruitutes innominatę an ſint reales an perſonales, noua diſtinctio per Zaſium 117
Seruitutes altius tollendi uel non tollendi in iure iũctim enumerantur 255
Seruitutis appellatione quandoq; & liberatio uenit 112
Seruitutem ad patiẽtiam conſtituẽs, niſi ſtatim teneatur, non dicitur conſtituta 117
Seruitutũ natura perditur propter prædia dominantia 114
Seruitutũ realium quæ à re rei debentur, duplex intell. 117
Seruius Tullius Sextus Romanorum rex 379
Seruus contrahendo cum extraneis, dominum obligat, & ei acquirit 519
Seruus adeũdo hæreditatem, dominũ facit hęredẽ, & poteſt nolle adire de facto 567
Seru' cũ inſtituitur, & ſibiipſi ſubſtituitur, ſi libertas in ſubſtitutione ſaltẽ exprimatur, cauſa non dicitur mutari, & irritatur ſubſtitutio 391
Serui mediaſtini 334
Serui ſine mercede, ſecus famuli ſeruiunt 84
Seruis iure canonico indulgẽtur iuſtæ nuptiæ, atque ita patriæ poteſtatis ius 702
Similis ſimilem trahit 590
Socer in dote reſtituẽda intãtũ tenetur quatenus cõmodè facere poteſt 187
Socer conſtante matr. conuẽtus cauſa dotis, utetur deductionis beneficio. Regul. cum limit. 187
Socer uxoris dotem recipiẽs, etiã ſi ſciat ſe ſoluendo nõ eſſe, nihilominus gaudet beneficio deducendi 187
Socer uxori parentis loco 187
Socer uxoris dolo uerſatus, ob dolum conuenitur 258
Soceri mariti, & ſoceri uxoris differentia 258
Socero qui dotẽ promiſit ſubuenitur, ne ea inſolidũ exigatur 258
Socero mariti in dotis promiſſione dolum facienti, nullo adminiculo ſubuenitur. Tẽperandum tamen eſt à mentione doli 258
Socius nunciationem ſeorſim proſequi non poteſt 252
Socius imminente periculo in re cõmuni cupiens nunciare, & comperta conſociorũ fraude nũciare negantiũ, qualiter ſibiipſi conſulere debeat 253
Socii unius uictoria, in indiuiduis cæteris quoq; prodeſt 250
Socii factũ aliis ſociis obeſſe non poteſt 253
Socius ſocio an poſsit nũciare 240

Sociorum intereſſe duplex 245
Sociorũ partes intellectu colliguntur, non ſenſu 243
Socratis ſententia de iudiciis publicis 448
Solenne unde dicatur 397
Solennia inſtrumẽti nõ obſeruata, fidem eius enecãt 204
Solẽnitas acceſſoria teſtamẽti probatur duob⁹ teſtibus 204
Solennitas uerborũ principalium teſtamenti, ſeptẽ teſtibus probanda 204
Sozinorũ & Iaſonis laus 496
Specialia duo in unam rem cõtra ius non concurrunt 170
Spes alterius mortis improba eſt 597
Species quid 36
Species quãdoq; pro qualitate ſumitur 28
Species quo ad ſpeciem, idem ius habet quod genus in genere 189
Speciem reddere non cogitur debitor inuitus 34
Statuta quomodo condantur 410
Statuta ſunt publicanda 391
Statuta & ultimæ uoluntates futura reſpiciunt 220
Statutũ uel lex prohibẽdo aliquid ſuapte natura perniciosũ, extenditur ad futurum 222
Statutum ſeu lex quare extendatur ad præterita 222
Stellatus caſus ſuper l. repetitio. de cond. indeb. depingitur 669
Stipulatio rẽ tradi, factis nõ connumeratur 551
Studiis quanta alacritate inuigilandum 501
Stulti qui dicantur 57
Stultis æquiparantur qui ius ignorant 57
Subiecta talia ſint, qualia permittuntur ab eorum prædicatis 373. & 673
Subſcribere 480
Subſtantialia contractus quæ 119
Subſtantialia contractuum pacto non tolluntur 120
Subſtitutio cõpendioſa quid, & quare ſic dicatur 613
Subſtitutio cõpendioſa qualiter & quibus uerbis fiat 614
Subſtitutio compẽdioſa facta filio impuberi in re certa, cuius ſit effectus 639
Subſtitutio compẽdioſa ſi fiat ad pias cauſas, quid iuris 631
Subſtitutio compẽdioſa facta pagano per uerba cõmunia 635. Per uerba merẽ obliqua 638
Subſtit. breuiloqua facta perſonis inæqualibus, quid operetur 618
Subſtitutio breuiloqua quæ & qualis ſit 613
Subſtitutio breuiloqua quibus uerbis fiat 614
Subſtitutio breuiloqua quid operetur facta perſonis æqualibus 615
Subſtitutio pupillaris tacita &

& expreſſa 583
Subſtitutio pupillaris quibus uerbis explicetur 583
Subſtitut. pupillaris facta per uerba relatoria quid operetur 585
Subſtitutio pupillaris quo iure ſit introducta 586
Subſtitutio directa non cõuertitur in obliquam 648
Subſtitutio diuerſa, ſi in diuerſis ſubſtitutis inueniatur, ita quòd dati ſint filio plures ſubſtituti, aliqui per uerba directa, aliqui per cõmunia, aliqui etiam per obliqua, quid iuris, & qualiter ſit ſuccedendum 641
Subſtitutio exẽplaris quibus uerbis & à quo fiat 607. & 610
Subſtitutio exẽplaris ut rectè cõſiſtat, quædam requiſita 610
Subſtitutio exẽplaris cui fiat 608
Subſtitutio exemplaris qualiter finiatur 612
Subſtitutio obliqua directæ uulgari præfertur, ad hoc ut fideicõmiſſum præſeruetur. Hęc regula ſuis diſtinctã caſibus diffuſe tractatur per diſcurſum 651
Subſtitutio expreſſa uulgaris, cõtinet tacitam pupillarem ex præſumpta mente teſtatoris 576
Subſtitutio uulgaris an impediatur exiſtẽtia ſuitatis 582
Subſtitutio uulgaris tres habet ſpecies 561
Subſtitutio uulgaris ſi per patrẽ impubere filio hęrede inſtituto fiat, iſq; impubes hęres patri non eſſet, & in pupillari ætate decederet, qualiter ſubſtituto locus ſit 578
Subſtitutio uulgaris duo habet extrema 563
Subſtitutio uulgaris quibus uerbis conſtet 563
Subſtitut. uulgaris per ea uerba, ſi hæres non erit, etiam eos cõprehendit qui ex inſtituti hæredis perſona ſuccedunt 567
Subſtitutio uulgaris in uno caſu expreſſa, ad aliũ trahitur non expreſſum 565
Subſtitutio uulgaris an extinguatur poſt aditã hæreditatem. Cõcluſio cũ ampliationibus & limitationibus 579
Subſtitutio uulgaris an excludat matrem, mortuo intra tempora pubertatis pupillo 578
Subſtitutio uulgaris ex ſuo & uoluntario hærede facit neceſſarium 566
Subſtitutio facta pluribus filiis inſtitutis per uerba collectiua, quomodo procedat 654. & 655
Subſtitutio ſi facta ſit plurib. inſtitutis, ita ut ſuus cuiq; ſeparatim detur ſubſtitutus, quid iuris 653
Subſtitutio ſi facta ſit plurib. inſtitutis,

inſtitutis hæredibus, uno eorũ adeunte nõ propterea expirat ſubſtitutio uulgaris in aliis 580
Subſtitutio facta in teſtamento ob exhæredationẽ nullo, firma manet 600
Subſtitutio facta pupillo ſine tẽporis præfinitione, poſt annos pupillares exit in uulgarem tacitam 581
Subſtitutio facta per uerba obliqua, non cõuertitur in directã, etiã ſi impuberi fiat obliqua ſubſtitutio 648
Subſtitutio ſi fiat ſub certo tẽpore præfinito, quid iuris 581
Subſtitutio non ualet ſi liber homo uel ſeruus cum alio cohærede ipſe ſibi ſubſtituatur 292
Subſtitutio uulgaris facta alicui, pluribus hęredibus inſtitutis, quando locum habeat 656
Subſtitutio per fideicommiſſum facta pluribus, in quolibet decedẽte uerificatur, per quæcunq; uerba ſubſtitutum fuerit 657
Subſtitutio nõ poteſt eſſe ſine inſtitutione 560
Subſtitutio partim tacita, partim expreſſa, non eſt ſeparata ſpecies 564
Subſtitutio pauperum eſt fideicommiſſaria 638
Subſtitutio quæ habet uerba directa quæ ſint dubia, in aliam directã poſſunt cõuerti 650
Subſtitutionis indeterminatè factæ diuiſio, & eiuſdem ſpecies 560
Subſtitutionis pupillaris definitio 583. Effectus 584
Subſtitutiones latiſsimam requirũt interpretationẽ 585
Subſtitutionis compendioſæ effectus 628
Subſtitutionis exẽplaris definitio 606. Effectus 611
Subſtitutionis uniuerſaliter ſumptæ definitio 559
Subſtitutionis uulgaris expreſſæ definitio 561. Effectus 564. 565
Subſtitutionis uulgaris quare ſic uocetur, breuis explicatio 561
Subſtitutione uulgari an tollantur iura ſuitatis 567
Subſtitutionis conditio ſi per uerba diſtributiua ſimplicia explicetur, quid iuris 654
Subſtitutionis pupillaris, quò rectè cõſtet, aliquot requiſita 587
Subſtitutus cauſam dans ut inſtitutus ante aditam hæreditatẽ decedat, repelli debet à ſubſtitutione 581
Subſtitutus ex tacita uulgari, ſiue pupillus patre teſtatore mortuo, ſiue uiuo decedat ante aditionẽ hæreditatis, admittitur 575
Subſtitutus cum inſtituto nõ concurrit 579

Subſtitutus præfertur cõiuncto, niſi alia teſtatoris uolũtas ex ipſius uerbis appareat 581
Subſtituere exemplariter fatuo, an poſsit pater 609
Subſtituere patri furioſo an poſsit filius 606
Subſtituti quomodo ad intellectum ſubſtitutionis uocentur 357
Subtilitas bifariã accipitur 758
Succeſſoriç ordinationes Germanorum, uoluntates ſunt in genere 185
Sufficere quid 492
Suitas ſuſtinet tabulas pupillares 594
Suitatis iura qualiter præcipuè conſiſtant 567
Sũma Digeſti ueteris per Zaſium exarata 512
Superior ſubiiciendo ſe inferiori iudici, facit iudicẽ cenſeri receptum ab utraq; parte, & coram tali cõpetit reconuentio 133
Supplendũ eſſe in legibus, ſi id pertinẽter fiat, euidẽtia iuris & facti docet 670

T

Taberna & officina quo differant 438
Tacitum nõ uitiatur, tametſi expreſſum uitietur, in çquè principalibus 183
Tacita uulgaris dupliciter dicitur 562
Tarquinius Superbus 387
Temperamẽtum pro eo quod exuperat eouſq; inducendum eſt, donec in ſymmetriam res uendicetur 318
Tẽpora quãdo in diſpoſitionem ueniũt per modum poteſtatiuæ conditionis, non connumerãtur ad lineã 131
Tempora interuallata fauore ſtudii ſupplentur, ſecũdum Bald. 131
Tempora certa, legitima, & ſtatuta 175
Tẽporis opportunitas in operis attenditur 131
Teſſera 461
Teſtator poteſt grauare hærede hçredis fideicõmiſſo 647
Teſtamenti uerborũ principalium ſolẽnitas, ſeptem teſtibus probanda 104
Teſtes duos in inſtrumento ſufficere 103
Teſtes fide digni producti in facto ſolo ſenſu percepti bili, ſine aliqua alia cauſa fidẽ faciunt 152
Teſtamenti ſolennitas acceſſoria probatur duobus teſtibus 104
Teſtimonia patris & filii quare contra ſe inuicem regulariter prohibeantur 190
Textuum ſanior interpretatio unde petenda 416
Theobaldus Bapſt & Theodoricus Hadſtein 569
Theologi humanarũ rerũ eruditione ornati ſint 399
Traditio, nuda pœnitus eſſe poteſt, & ſine cauſa 100

Traditionis petitio & dominium ſunt pugnantia 189
Tres ſemiſſes multiplicato aſſe dantur 374
Tres ſemiſſes dari poſſunt, non tres dimidiæ 374
Tribonianus religionis contemptor 451
Tribunus Celerum 388
Tribuni militum quãdo creati 440
Tribuni ærarii 440
Tribuni plebis unde dicti 423
Turpitudinem allegans non eſt audiendus 299
Tutelæ datio non poteſt fieri in teſtamento, niſi inſtitutio præcedat 600
Tutor ob ignauiã uel negligẽtiã à tutela remouetur 62
Tutor dãdo debitoribus apochas, eos liberat 152

V

Vallæ temeritas 538
Variare poteſt manus in ſcribendo 210
Varietas an quãdoq; admittatur 360
Vaſalli de iure Romanorum originem duxerunt 381
Vaſallus alteri inuitus delegari non poteſt 337
Vaſallus non tenetur ad operas quæ libertis olim imponebantur 90
Venditio reſpicit tempus contractus 228
Venditor ſua deſtinatione poteſt conſtituere fines 300
Verba, primo gradu, & uerba, primo loco, an differant, & qualiter intelligantur 560
Verba neutralia recipiunt accuſatiuum 519
Verba ſubſtantiua adiectiuè deducta, per adiectiua priuationis non determinantur 260
Verba, extra, pręter, &c. includunt & implicant 277
Verba nõ pręſumuntur ex errore prolata, quorum uerificatio ex uoluntate proferentis pendet 300
Verba directa & obliqua quę ſint in ultimis uoluntatibus 614. & ſeq.
Verba cõmunia in ultimis uolũtatibus uariè ſumpta 615
Verba clara, nõ ſunt interpretanda pro arbitrio 368
Verba ſubiũctiui modi in præterito uel in futuro inuẽta, qualiter intelligantur 220
Verborũ aucupia ſublata 397
Verbum, Eſſe, & Erit, iunctũ pręterito, uim temporis ſui amittit, & in præteritũ tendit 48
Verbum, Sequentia 366
Irrita 593
Verbum, Atqui 359
Verbum, Subſequor 340
Verbum, Videtur 364. 373
Verbum, Taceat, correctoriũ eſt in iure noſtro 282
Verbum, Natum erit, aliquando ad futurum trahitur 48
Verbum, Elidere, quid propriè

prie ſignificet, & doctorũ in eo error 97
Verbum, Subſtituendi, diuerſimodè uſurpatur 559
Verbũ, Subſtituo, in ſingulari ſucceſsione qualiter uſurpetur 559
Verbum, Imputare, quid importet 645
Veritas opinioni præfertur 731
Veritas hiſtoriæ quando laborat, resq; ipſa narratione in diuerſum trahitur, nihil iuſti ex eo euincitur 777
Veſtem non eſſe ſpeciem, & quomodo ſit genus, cõtra Doctor. 36
Veſtimenta ſi legentur pauperibus, tametſi teſtator ueſtimenta non habeat, tamẽ eis debentur 43
Vi deiectus, ſi tertius uſurpet poſſeſsionẽ, poteſt per directum arceri poſſeſſorio retinendæ 309
Vim facere dicitur, qui in ſolo aliquid facit 302
Vindicta 436
Vindiciæ 432
Vindicius ſeruus 435
Vituperatio temporalis 725
Vltima uoluntas anonyma 27
Vniuerſales ſermones qualiter ſint ponderandi 103. & ſequen.
Vniuerſalis locutio etiam in ſacris literis non effunditur uniuerſaliter 100
Vniuerſalis oratio ſi ex uniuerſaliori adiunctione intendatur, uniuerſaliter accipitur 101
Vniuerſalis oratio uniuerſaliter intellecta, quos caſus non contineat 102
Vniuerſalis oratio ſi enunciatur, in his quæ ſunt uniformia, uniuerſaliter intelligitur 102
Vniuerſalis ſermo ſi ab intrinſeca qualitate ſumitur, accipitur uniuerſaliter 101
Vniuerſalis propoſitio omnia complectitur, ſi de ea uel ſub modo uel ſub conuentione ſermo fiat 102
Vniuerſalis locutio nõ debet uniuerſaliter intelligi 100
Voluptatis non eſt æſtimatio 80
Vſucapi res poteſt quæ nõ capitur uſu 297
Vſufructuarius res amiſſas reali actione petit 289
Vulnus an ſit mortale, certitudine poſitiua & ciuili apparet 282
Vulnus eſſe mortiferũ, & aliquem ex uulnere mori, parificatur 280
Vulneratus ab uno, ſi alius occaſionẽ ſuperuenientis euẽtus, quo acceleretur mors, dederit, nõ primus, ſed ille alius tenebitur 286
Vulneratus à duobus, ſi poſterior uulnere ſuo mox interficiat, is tenetur de occiſo, uel ſi euidẽter cõſtat poſterius

rius uulnus cauſam morti dediſſe 279
Vulneratus ab aliquo, ſi poſtea alio ſuperueniente euentu decedat, non tenebitur de occiſione uulnerans 279
Vxor non dicitur ſol.ma. 179

Z

Zaſii inſtitutum in profitendis legibus 190
Zaſii in docendo fidelitas 453. & 454

Rerum ac uerborum indicis Finis.

CAPITVM HOC OPERE CONTENTORVM INDEX.

RESPONSORVM SINGVLArium Libri Primi.

Genus quatuor modis accipi, aliter quàm Bar. & cōmuniter Doctor. ſunt opinati. Cap.1. 27
Culpā non diuidi per ſpecies, ut habet cōmunis Doctorum opinio. Cap.2. 51
De operis, deq; obſequiis libertorum, ac earundē ſpeciebus, inſolita quædam. Cap.3. 71
Stipulatione pœnali præcedētem obligationem nō nouari. Cap.4. 91
Qualiter pactum de non petendo elidat. Cap.5. 97
Vniuerſalis ſermo, ſeu enūciatio, an uniuerſaliter intelligatur, cōtra Doct. dicta, noua explanatio. Cap.6. 100
Filii duorum fratrum æquali gradu diſtantes, patruo ſuccedunt in capita, non in ſtirpes, contra communes opiniones. Cap.7. 104
Nunciationis effectus circa trāsferendā in ſeruitutibus poſſeſsionem. Cap.8. 111
Quæ ſit ratio quòd ob ſeruitutem ruſticam non nunciatur. Cap.9. 113
Altius tollēdi facultatem eſſe duplicem. Cap.10. 115
Seruitutū innominatarū quæ noſtræ Germaniæ cōſuetudine uſurpantur, natura & conditio. Cap.11. 116
Subſtantialia & naturalia contractuū quę ſint, & quando naturalia pacto tollantur. Cap.12. 119
Sententias, trāſactiónesue, ex falſis inſtrumētis datas, ſine in integ. reſtitutione retractari. Cap.13. 121
Cur actio hæreditaria, ſerui corrupti, in duplū, & legis Aquiliæ in ſimplū, in petitione hęreditatis ueniat, ratio noua. Cap.14. 122
Furti & damni differentia. Cap.15. 125

Iuſſos poſsidere ex ſecundo decreto, æqualiter dominos futuros. Cap. 16. 116
Si intra deliberationem prætoris ædes ruãt, &c. Cap. 17. 130
Si teſtator leget Titio & Sempronio fundum, an hi re & uerbis coniuncti dicantur. Cap. 18. 134
Qui coniũcti iure Digeſt. uel faciant partes, uel non faciant, ll. ambiguę explicãtur. Cap. 19. 140
Ordinariorũ & extraordinariorũ natura, concurſus & effectus, diſtinctius & nouè expliciti. Cap. 20. 146
Procurator ad mutuandũ conſtitutus, poteſt de recepta pecunia cõfiteri. Cap. 21. 151
Qui iure iniquo impetrato non utitur. Cap. 22. 153

Libri Secundi Reſponſorum ſingularium.

De exceptione priuilegii mariti ſuper cõpetentia uiuendi, poſt ſententiã opponenda. Cap. 1. 160
Socero ad unũ ex his caſibus quibus matrimonii nexus diſſoluũtur, ſtipulãte, ſiq; caſus ſtipulatione nõ prouiſus eueniat, an ſocero, án ue marito, uel potius ipſi mulieri dotis actio competat. Cap. 2. 167
An hæredes defuncti mariti, uxore ſuperſtite, fructus dotis rerum mobilium, tẽpore anniculæ dilationis lucrentur. Cap. 3. 171
Quando priuilegia egrediantur perſonã. Cap. 4. 176
Quæ natiua, quę itẽ datiua, in iure noſtro dicatur actio, quæ etiã directa nominari debeat. Cap. 5. 179
Teſtis nõ interrogatus de ratione ſui dicti, an eã afferre debeat, & quæ ex his rationibus uel ſcientiæ cauſis ſint pertinentes, & qualiter ſuper eis debeat fieri interrogatio. Cap. 6. 181
De anonymis quibuſdã in iure noſtro. Cap. 7. 184
An debitor paciſci queat, ut à creditore propria autoritate poſsit capi. Cap. 8. 185
Soceri an & quomodo habeãt priuilegium in cauſa dotis. Cap. 9. 186
An rem quæ iure pleni dominii mea eſt, ex utili dominio poſsim condicere, contra gl. & Doct. Cap. 10. 187
Parentes & filii an mutuò contra ſe inuicẽ teſtificari poſſint. Cap. 11. 190
An conſuetudo Germaniæ, quæ habet, quòd ſi homo liber in territorio nobilis, uel alterius habentis hoc priuilegium, reſederit, efficiatur proprius, ſit probabilis. Cap. 12. 191
De caſu illo, cum dicitur, Tolle pecuniã, nec appareat alia coniectura. Cap. 13. 192

Vinum

Vinum quod dicatur nouum uel uetus, cõtra Bartolum. Cap.14. 193
An prærogatiua paucis cõceſſa, qui ſucceſſu temporis in magnã excreſcant multitudinem, tum demum minui poſsit. Cap.15. 194
An mulier contracto matrimonio nõ tradita dote, re ipſa in mora conſtituatur, cum interpellata à uiro non fuerit. Cap.16 195
Clericorum concubinas non eſſe de foro eccleſiæ, & poſſe per laicos puniri, contra communes opiniones Doctorum. Cap.17 197
Qualiter Imperator ſuſcepta lite, poſt latam aduerſus ſe ſententiã appellare poſsit. Cap.18. 198
De transfuſione electionis p̃ſonalis in aliũ, caſus ſingularis. Cap.19. 198
Rẽ reſtitui, & rem tradi, eſſe pura facta. Cap.20. 199
An poſt redemptionem literarũ cenſualiũ, ſufficiat dari cautionẽ, uel ipſę literę ſint reſtituendæ. Cap.21. 202
Vbi ſententia partium iura reſpiciens, iuriq; contradicẽs, annullatur, caſus ſingularis. Cap.22 102
Quibus fundamentis inſtrumenta firmentur, & quibus infirmentur. Cap.23. 203
An arrhæ ſi redduntur duplicatæ, uel perduntur, ſufficiat ſine alia pœna à cõtractu reſilire. Cap.24. 109
An probet ea literarum comparatio, ſi aliquis in iudicio ſcribere cogatur. Cap.15. 110
Furti actionẽ pro ouo, uel minima re non competere, cõtra gl. Cap.26. 111
Ficta & impropria differunt, ac hęreditas nõ fingitur poſſidere, contra Doctores. Cap.27. 112
Filiũfam. ſenatuſconſulto Maced. renunciare poſſe, cõtra omnes. Cap.28. 113
Teſtator legãdo Titio & hæredibus ſuis uſumfructum, an iſti hæredes ueniant ut legatarii. Cap.29. 114
An ſeruitus ipſo iure conſtitui poſsit, & quare ad diem uel conditionem non cõſtituatur. Cap.30. 115
An epiſcopus, unius caſtri poſſeſsione apprehẽſa, cæterorũ eccleſiæ bonorũ omniũ poſſeſsionem, & præſertim iuriſditionis quaſi poſſeſs. adipiſcatur. Cap.31. 118
Verba ſubiũctiui modi in præterito uel in futuro inuẽta, qualiter in diſpoſitionibus intelligãtur. Cap.32. 120
Actionũ perſonaliũ mixtam cauſam habẽtiũ, & actionũ p̃ſonaliũ quę ſunt in rẽ ſcriptę, diſcrimen. Cap.33. 123
Acceſsionis bifaria determinatio. Cap.34. 125

Quare prodigo, pupillo, minori, mulieri in re dotali & furioſo, interdicatur adminiſtrationi, ratio diuerſitatis. Cap.35. 229

Magiſtratus ad ſex menſes electus, ſi tribus mēſibus iuſta ex cauſa officio nō fungatur, an tēpus illi ſuppleatur, & quo iure utamur circa tēpora quæ per modum conditionis in diſpoſitionem ueniunt. Cap.36. 230

Coram delegato ex conſenſu partium electo, locus eſt reconuentioni, cōtra Doctores. Cap.37. 232

Argumenti de toto in modo ad ſuā partē, & de parte in modo ad ſuū totū, in iure obſernatio. Cap.38. 234

Actus legales quando uel iuris uel facti eſſe dicantur. Cap.39. 235

Obligatio generis, & obligatio alternatiua, qualiter quādoq; differāt, & quæ ſit differentiæ ratio, cōtra Doctores. Cap.40. 236

INTELLECTVVM *ſingularium Libri Primi.*

INtellectus non uulgatus ad l.iij.§.j.ff.de operis noui nunciatione 240

Verus & planus intellectus ad l.j.§.j.& §.fi.ff.ſi quis ius dicenti nō obtemperauerit 246

Verus intellectus ad l. de pupillo.§.ſi plurium.ij.ff.de op.no.nunc.contra omnes Doct. 250

L. ſi prius.ff. de operis noui nunc.contra Doct. ſententiam intellecta 254

Intellectus l. ex diuerſo.ff.ſoluto matrim.cum aliis ll.pugnantibus 257

Intellectus uerus ad l.à diuo.§.ſi ſuper rebus.ff.de re iu. contra communes opiniones 259

Libri Secūdi Intellectuum ſingularium.

Intellectus ad l.ij.§.penult. ff.ſolut.matr. 266

Intellectus l.furti. C. ex quibus cauſ.irrog.infam. 270

Intellectus tit. de cenſibus & reprobatio cōmunis eiuſdem uſurpationis 272

Intellectus ad l.diuortio.§.ſi uir.ſolut.matri. 273

Declaratio l. in rebus. & quæ ibi tractatur per gl.C.de iure dot. 275

De intellectu l.item Mela.§. Celſus.ff.ad l.Aquil. 278

De l.rei iud.§.j.ff.ſolut.matri. 281

Intell.l.moribus.§.ſed & ſi extraneū.ff.de uulg. 283

De l.ſed ſi plures.§.in arrogato.ff.de uulg.& pupill.ſubſtitut. 286

Intell.§.fi.in l.ſed ſi plures.& §.Titius.in l.final.ff.de uulg.& pupill. quo errores gl.ibid.euidenter aperiuntur

tur 290
Intell. l.ſed & ſi ſic. ff.de leg. iij. 294
Intelle&. l. qui ſe debere. ff. de cond.ob cauſ. 294
Intell. §.ſed & ſi num.in l.indebiti.ff.de cond.ind. 296
Intell.l.penul. ff.fin. regund. contra gl. & Doct. 299
Intell. §.meminiſ. in l.de pupill.ff.de op.no.nunc. 301
Intell.l.ex contractu. ff.de re iud. 303
Intell.ad §. ſi iniuria. in l. cũ qui.ff.de iniur. 305
De l.cum quæ dã.ff.de iuriſd. omn.iud. 306
Intel.ad l.j.in fine. ff.de ope. no.nunc. 307
De l.ſi quis ui. §.differẽtia.ff. de acquir.poſſeſſ. 309
Intell.l.acta. §.j.ff. de re iud. 310
Intell. l. quidam cõſulebant. ff.de re iud. 311
Intell.l.j. ff. de ſepar.in prin. 312
De l.patrem. ff.quæ in fraud. cred. 312
Declaratio ad l. iure ciuili. ff. de cond.& demonſt. 314
De l. cum qui ita. §. fin. ff.de uerb.oblig. 314
Intell.l. ſæpe.uerſ. nã & ſi.ff. de re iud. 317
Intell.ad l.ſi familia. ff.de iuriſd.omn.iud. 319
Intell.l.qui ſe debere.de cõd. cauſ.dat.non ſecut. 321

TRACTATVS GLOSſarum *Vdalrichi Zaſii continet*

L.quod Nerua.ff.depoſ. 326
§.libertus. l.ſi non ſortem.ff. de cond.indeb. 328
L. pater inſtituto. cum l. ſeq. ff. de capt. & poſtlim. reuerſ. 337
§.Quod uulgo.cum §.ſeq.l. in ratione.ff.ad Falc. 147
L.j.ff.ſi quis ius dicẽti nõ obtemperauerit 363
L. triplici. ff. de uerb. & rer. ſignif. 370
Elucidatio l.ij.ff.de orig. Iuris 376
L. frater à fratre. ff. de cond. indeb. 515
§. Cato.l. eadem dicemus. ff. de uerb.oblig. 525

ANTINOMIARVM diſſolutiones,& quæ de Subſtitutionibus ac cæteris notari potuerunt, in primo Indice ſuo ordine reperies.

Porrò in Antinomiis, pag.541.uerſ.19.ſic legendum uidetur : Nam *& tu uir clariſs. cum nodum nuper ad me baptiſmate lauantem retuliſti.*

Ff 5

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

LVGDVNI
GODEFRIDVS ET MAR-
CELLVS BERINGI,
FRATRES,
EX-
CVDEBANT
M.D.XLV.

ROMA
Piè di Marmo 19-20
di Libri